DISPENSAT
CHYMICVM








11108






Pharmacopœi Parisienses

Ex Dono Magistri
GILLET
1765


0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

*DISPENSATORIUM CHYMICUM,*

Hoc est, 11108

*NOVA ET HACTENUS INCOGNITA RARIORA ET PRÆstantissima ad periculosissimos & mirabiles quosque morbos remedia conficiendi ratio, atque curandi*

# METHODUS.

EX OPTIMORUM TUM VEterum tum recentiorum Auctorum præsertim IOSEPHI QUERCETANI, PETRI BACONIS, POTERII, & aliorum præstantissimorum Chymicorum placitis digestum & in tres Libros distributum:

*CUI ACCESSERE BENEDICTI FAVENtini medicationes Empyricæ.* Vettori

ITEM CAMILLI TOMAII CURANDOrum morborum rationalis Methodus, ac demum NICOLAI EPIPHANII succincta medicinalis practica, nec non aliquot medicamentorum compositiones præstantissimæ.

*Accessit demum* I. P. LOTICHII M. D. *de Gummi (ut vocant) Gotta sive Laxativo Indico discursus Theorico-practicus.*

Cum Indicibus tum rerum & verborum, tum capitum.

*FRANCOFURTI,*
Impensis THEOBALDI SCHÖNVVETTERI.
Typis PAULI JACOBI. MDCXXVI.
1626



Collationné le 12 mars 1879



6r



# ELENCHVS CAPITVM DISPENSATORII Chymici.

*Liber I.*



## Sectio Secunda.



## Sectio Tertia.

## Sectio Septima.



Cap.

Sectio Octaua.

Sectio Octaua.



Sectio Nona.



Sectio Decima.



---

# ELENCHVS LIBRI *Secundi.*



Cap.

## *PHARMACOPOEAE SPAGIRICÆ liber tertius.*

### Sectio prima de variis medicamentis curandi varios morbos

## Sectio Secunda.



## Sectio tertia.



## Sectio quarta.



Cap.3.Ex-

# INDEX CAPITVM SINGV-LORVM LIBRORVM BENE-dicti Victorii Vettori

Libro primo agitur de præcipuis internarum humani corporis partium affectibus, Nimirum

CAPVT I.



SECVN-

INDEX

# SECVNDO LIBRO DE FEBRIBVS TRACTATVR.

CAPVT I.



# TERTIO LIBRO DOCETVR QVORVNDAM TVMORVM PRÆTER naturam, & cutanearum affectionum Curatio.

CAP. I.



CAMILLI

# CAPITVM.

## CAMILLI THOMAII, METHODO; OMNIVM FERE MORBORVM ET

Symptomatum naturæ, causæq; explicantur: curandi etiam indicationes, ὡ ἐν τύπῳ proponuntur.

## CAPVT I.



56. d

EPIPHANII EMPYRICA,
In qua



DISPENSA-



# DISPENSATORII
Siue
# PHARMACOPOEÆ SPAGIRICÆ,
## Liber Primus.
### CAP. I.
### *De secretioribus medicamentorum præparationibus, & vsu.*



QVICQVID sagax & inimitabilis natura, mortalium calamitates propulsandas, sanitatemque in suo robore stabiliendam excogitauit vnquam, id e triplici penu eruendum optime censuit: *vegetabili* nimirum, *animali*, & *minerali*, ne ipsi satis fuit, tantam plantarum copiam adinuenisse, quæ nostris superandis morbis sufficerent, ni animalia simul & mineralia in vsum aduocarentur. Vnde haud exigua suspicio, num morbi pariter e triplici illo penu depromerentur. Vegetabilium atque animalium quotidiano vsu, humana corpora manifeste alterari, nemo est, qui ambigat, quandoquidem hæc duo in nostri alimoniam cedant. At mineralibus non ideo aperte, sed occulto quodam modo vescimur, verum cæteris edulijs naturæ industria cum his admixtis, vti vini exemplo liquido constat, quod in suo tartaro naturam quantam metallicam è terræ visceribus haustam continet. mitto aquam, qua quotidie vtimur, varia salium, & mineralium genera in se coercere. Qua de re horum trium naturam, vires & facultates iam dudum contemplati, præcipuas, & quas

potissimum in medicina factitanda vsurpamus, seligere, atque commodo publico tradere cupientes, præfatum naturæ ordinem sequi, optimum duximus.

## CAP. II.

## *De medicamentorum præparatione in genere, deque huius partis præstantia subiecto, & officio.*

EA medicinæ pars, quæ medicamentorum præparationem docet, olim vnicam, nunc vero duplicem agnoscimus: antiquam *pharmaciam*; & recentem licet antiquissimam, quæ *spagirica* & *chymica* dicitur. si ad hanc legitimi eius vsus cognitio accedat, vere *physica praxis* dicetur, omnium scientiarum nobilissima, vtilissima, & præstantissima, cuius finis & intentio ad sanitatem perpetuo dirigitur, sibique pro subiecto vendicat rem omnem ad humani generis commodum primitus comparatam. Huius partis tanta est dignitas, & præstantia, vt nil sit, quod tam de repente medicum exornet, nobilitet, & clarum, famosumque reddat. hæc firmissima naturæ claustra reserat, corpora in sua elementa, & elementa in sua principia resoluit. qui ea claruerunt olim, apud Indos *gymnophistæ*, apud Persas *magi*, apud Gallos *Druidæ* vocabantur. Ei quandoquidem virtutum omnium terrestrium, cœlestium, animalium, vegetabilium, & mineralium clauis concredatur. In ea non modo rerum essentiæ perpenduntur, verum & in lucem conspectumq; hominum adducuntur, purum ab impuro segregatur, cortex à nucleo, contrarium à contrario, multa denique miranda præstat, & multo maiora, quam quæ humanus intellectus excogitare possit.

## CAP. III.

## *De secretioribus medicamentorum vegetabilium præparationibus.*

VEgetabilia ex quibus prima morbis accommodata remedia educimus, multiplicia sunt, vel enim exotica, & è distantissimis maris tractibus allata: vel nostratia,

stratia, sub cœlo, soloque nostro nata. Inter hæc sunt, herbæ frutices, subfrutices, arbores, & similia, quæ integra vel eorum partes sumimus, vt radices, cortices, ligna, folia, flores, fructus, semina, gummi, resinas, & alia. his aliquando cum aliis mixtis: nunc in formam decoctionis, iulepi, syrupi, pulueris, confectionis, electuarii, opiatæ, pillularum & similium: nunc in formam aquæ, olei, salis, extracti, clyismi, magisterii, &c. chymice paratorum. Et quia Illustrissimo cui hæc dicata sunt, tantum polliciti sumus selectiora, & ea, quæ sæpius apud chimiatros in vsum veniunt, vna & hæc quib passim in curandis morbis vtimur, describere: Ideo communibus & vulgatis omissis his nimirum, quę ad pharmacopolas spectant, ad prædicta recto tramite nos transferimus, initium ducentes, à decoctis, vt à leuioribus, omnium paratu facillimis, & nobis vsitatissimis.

# SECTIO PRIMA.

## Cap. I.

## *De Decoctis in genere.*

IN nostris decoctionibus parandis plerumque à vulgarī methodo, minime recedimus in his præsertim, quas pharmacopœis quotidie parandas concedimus, & eo magis quando morbus non est admodum pertinax simpliciq; medicamenti præparatione subigi & euerti queat. Insuper tædiosum nimis foret, vnumquemque ad nostrī libitum docere velle. fateor equidem in diuturnis, grauissimisque morbis, in delicatulis, & his, quibus ventriculus nausea premitur, & qui solo aspectu medicamentorum odorem, & saporem perhorrescunt, longiori artificio vti, nam tunc crebris coctionibus filtrationib. clarificationibus & distillationibus, & ea adeo gustui, palatoue grata reddimus, vt ipsis ægris in deliciis veniant.

Vis & facultas decoctionum in tinctura, saleque tartareo, potissimum consistit, & sic in multis parum interest an in clauso vel aperto, duplici vel simplici vase fiant. Vasa autem sumimus vel terrea vitriata, vel vitra ipsa, item vasa ænea stanno interius obducta, cum suis coper-

culis eiuſdem materiæ; pro humiditate aquas diſtillatas non raro vſurpamus, aliquando vinum, hydromel, aquam communem & alia intentioni noſtræ conuenientia. Quantitas humiditatis pro ratione rei coquendæ ſumitur, in duris & ſiccis, plus, & raris, & humidis, minus.

Item dura & ſicca longam ſuſtinent coctionem, contra rara & humida, aromata quoque, & ea quorum vis & facultas in ſuperficie conſiſtit, exiguam admodum requirunt coctionem, in his ſæpius ſola infuſione contenti ſumus, in aliis mediocri, vel tertiæ, vel quartæ partis conſumptione, in aliis fortiſſima & tunc ad medietatem, vel duorum tert. conſumpt.

Doſis eſt vnc 1 2.3.4 5. & 6. pro viribus ægri & rei natura. Decoctis vtimur multis de cauſis & primo vbi medicamenta actu humida requiruntur, veluti in aliquibus morbis ſiccis, item in arefactis & attenuatis corporibus, vbi longa humorum præparatione opus eſt. Quando ſiccorum & ſolidorum lignorum radicum & ſimilium, virtutes & facultates elicere, easque in formam potabilem deduci volumus, medicamenta quoque actu humida æſtiuis diebus maximope[re] conueniunt, eo quod, calori noſtro, extrinſeco æſtu depreſſo & deiecto facile humida ſuccurrant. Vtimur decoctis quando temporis breuitas longiorem præparationem non fert.

Vſus decoctionum nobis eſt, longe à paſtu, poſt paſtum, in cibis ipſis loco potus, ſemel, bis, & ter in die.

Hic contra Staticę medicinæ præcepta obſeruauimus, decocta tuto dari poſſe horis maioris tranſpirationis intro forte reuocato calore, quo natura ſimul cum medicamine ſtipata & roborata noxios humores expeditius ſubit, extrudit, foraſque propellit.

In his adhibendis apprime videmus: vt vtrumque viſcus, lien, & iecur naturali robore ſit donatum, & ventriculus minime nauſeabundus & imbecillis.

## CAP. II.

## *De Decoctis in ſpecie.*

QVi hucuſque decoctionum formulas in ſpecies diſtraxerunt, eas præcipue ad ſingulas corporis partes contra-

contraxere, hinc cephalica, thoracica, cardiaca, iecoraria & similia inuenta sunt, quæ postea minutius concidenda duxerunt, variati in multiplicem intemperiem. Sunt propterea decocta cephalica, calida, frigida, humida & sicca, sic de singulis partibus cui & addere possem excalefacientia, & exsiccantia, excalefacientia, humectantia, & alia in quæ vltro non progredimur, ne eiusmodi inanis prolixitas instituti nostri scopum euertat. nos in medendo non solam intemperiem respicimus: verum magis ad partium conformationem & compositionem: non qualitatum, sed principiorumque causam morborum efficientem. Rursus decocta sunt vel simplicia, vel composita, laxatiua, vel alterantia. de quibus fusius apud Vueckerum, Quercetanum & alios. Insuper quædam sunt particularibus morbis expugnandis destinata. Vt Epileptica, apoplectica, &c. nos paucis exemplis contenti proponimus nostra, quibus frequenter vtimur.

## *Decocta Cephalica.*

PArantur eiusmodi decocta ex simplicibus capiti deditis vt ex ligno visci quercini.

*Radic pæoniæ.*
*foliis betonicæ, capil ven. &c. floribus stœchados, violarum, lilii.*
*pap. rub.*
*sem. anisi fœniculi, carui, &c.*

Quibus addere, & demere pro natura morbi, ægri conditione, & tempestatis qualitate, vnusquisque poterit: hæc roborantia, & alterantia dicuntur: purgantia verò redduntur, si his immiscemus, agaricum, thurbith, senam, polypodium, hermodact. esulam & similia.

Quæ postmodum phlegmagoga, cholagoga & melanagoga dici possunt.

## *Decocta pectori inseruientia.*

ASthmati potissimum sequens decoctum conducit.

*Resp. Radicum Enulæ campanæ,* } *an. drach.* 1.
*Ireos,*
*Liquiritiæ rasæ, & parum contusæ,*

*Ficuum pinguium*, nu.12.
*Capil. ven.*
*Prassii albi.*
*Scabiosæ,*
*Boraginis.*
*Tussilaginis,*
*Ieti, alias herbæ reginæ,* } an. m. 1.
*Hyssopi,*
*fol. violarum,*
*Boraginis,* } an. p. 1.

Coquantur in f. q aqu. communis ad tertiæ partis consumptionem, clarificetur, aromatizetur cinamomo, & dulcoretur saccharo, & melle. Si eiusmodi decoctum coquatur ad crassitiem mellis, cum tantillo sacchari, efficiet syrupum præstantissimum, cuius dantur cochlearia. 2 & 3 pro dosi cum iusculo carnis, vel simplici, vel alterato. Eadem iterum in alterantia & purgantia subdiuiduntur. rerum purgantia nunquam vsurpamus, eo quod eadem pectori vim semper inferant.

## Decoctum ad phtisim.

*Resp fol. gnaphalii montani, Gallis pie dechat.*
*Roris solis, siue sophiæ herbæ.* } an. m. i.
*Buglæ boraginis.*
*Florum violarum*, p. 1.
*Liquirit. rasæ*, vnc. 1.
*Vuarum passarum*, p. 2.

fiat decoct. vt supra in iusculo carnis, vel decocto hordei integri, cum saccharo commode in syrupum coquitur, euaditque medicamentum phtisi, vtilissimum, coctio vero fiat in balneo mariæ, vel vaporoso, vel simili.

## Ad Pleuritidem.

Ex floribus papaueris rub. ad pugilli quantitatem in aqua communi more solito & simplici ebullitione fit optimum decoctum ad pleuritidem.

## De Cardiacis Decoctis.

Tempore pestis eiusmodi generis decoctis opportune vtimur, tum etiam in putridis malignisque febribus

bribus; aduersus venena quoque eadem non raro vsurpamus. inter hæc calida sunt, frigida, & temperata.

### *Decoctum Cardiacum temperatum.*

*Resp fol. agripalmæ,*
*Cicerbitæ,*
*Reginæ pratensis, alias vlmariæ,*
*Boraginis. buglossi,* } *an. m. I.*
*florum cordialium, an. p. I.*

cum aquis cordialibus melissæ, boraginis, scabiosæ, Scorzoneræ vel etiam iusculis carnis fiat decoctum secundum vulgatam methodum.

### *Aliud.*

*Rec. radicis scorzoneræ lib. s.*
*rad tormentill.*
*bisiortæ,* } *an. vnc. I.*
*fol. vlmariæ,*
*pimpinellæ,*
*melissæ boraginis,* } *an. m. I.*

fiat decoctum vt supra, redduntur gustui palatoque grata cum saccharo, & eadem cinnamomo, schœnanto, sandalo aut aliis similibus prius aromatizata.

### *De Decoctis respicientibus hepar.*

DEcoctiones, & iuscula quibus vtimur in affectibus iecoris medendis, multiplices sunt, propterea breuitate cui studemus, seriem rerum, quas in his parandis vsurpamus hic inserere tantum decreuimus.

*vt radices apii,*
*graminis,*
*rusci,*
*aspargi,*
*fœniculi,* } *calid.*
*radices acetosæ,*
*cichorii,*
*taraxici,* } *frigid.*
*ligna santal. omnium,*
*folia cichorii*
*herbendiuiæ,*

| | |
|---|---|
| *cicerbitæ,* *lactucæ sat.* *lactucæ silu. portu laccæ.* | *frigid.* |
| *hepaticæ,* *agrimoniæ,* *fumariæ,* *lupuli,* *capil. ven.* *scolopend.* | *temperat.* |
| *fol. absynthii vtriusque* *abrotani,* *chamædrios, &c.* | *calid.* |
| *flores violarum,* *rosarum,* *boraginis,* | *temp.* |
| *sem. semina 4. frigid. ma. &c.* | |

*Splenetica Decocta.*

RAtione haud absimili decocta splenetica paramus, inter præcipua. Sunt cortices tamarisci, cort capparorum, radices filicis maris, herbæ, asplenium, scolopendria, pilosella, pimpinella, betonica, & similia. sæpe ea incoquimus in aqua chalibeata, in iusculis aquis graminis, hydromelite & aliis. In his parandis tribus vel quatuor rebus contenti sumus, vno videlicet vel duo. quæ dissoluant, & attenuant, altero roborante, & tertio vel quarto purgante, aut alterante, vel aliud simile respiciente qui secus agunt, & in vno decocto omnia singulas corporis partes respicientia simul miscent, Empiricos se præbent, & artis præcepta euertunt.

Agrimonium in simplici aqua decoctum ad duos, vel tres menses pro omni potu fœliciter cuidam hæpatico maximo cum fructu dedimus.

Iua archetica item in potu per aliquot dies exhibita cruentam mixtionem sanauimus.

Plantagine sola in iusculo veruecis cocta ad diartheã, & liateriam fœliciter vtimur, possem alia simplicia recensere, quorum in morbis medendis, nobis multiplex experientia constat, at passim in curationibus nostris eadem obseruare haud difficile erit. Decoctum bugulæ in iusculo veruecis factum, hic prætermittere nolo

nolo, & maxime in phtisi, atq; in intrinsecis vlceribus: parum & clementer ventrem laxat, contra naturam consolidarum, inter quas ipsa ab herbariis reponitur. hepati mirifice confert, & aliis succurrit

## *Decoctum Nephriticum.*

*Recipe radicum apij*
*ononidos,* } *an. vnc i. s.*
*althea,*

*fol argentina,*
*betonica pilosella,* } *an m i.*
*herba turcica,*
*liquirit rasa, & parum contusa drach. 5 sem milij solis, fœniculi an vnc. i bulliant in s q.*
*aqua communis, colatura dantur vnc 6 cum vnc. i syrupi limonum, & guttis 4 ol. vitrioli.* Calculum in renibus potenter dissoluit, è vesica pellit, & eiicit, & vrinam copiose mouet.

Argentina in iusculo per se data mira præstat.

Pilosella item sola exhibita non minima præstat.

Prætereo lubens infinita alia renibus dicata, vt quæ passim aliis in locis ad nauseam vsq; reperiantur.

## *Decoctum vulnerarium à nobis multiplici vsu, & experientia comprobatum.*

*Recipe radicis asclepiadis vnc. i. rhabarbari el drac. i.*
*fol bugula,*
*alchimilla,* } *an m. i.*
*agrimonia,*
*Coquantur in vino, vt artis est.*
*De colatura capiat vnc. v & vi bis in die.*

*Aliud.*

*Rec fol. coronopi,*
*sanicula,*
*betonica,* } *an. m. i.*
*agrimon. cap. ven.*

*bacc iuniperi p. i. liquiritiæ parum. fiat decoctum in iure carnis, vel vino.*

## *Ad aliud intrinsecus, & extrinsecus adhibendum, nobis longo vsu & experientia cognitum.*

*Rec. astacorum fluuiatilium nu. 20 aristolochia rot vnc s. radicis symphiti maioris vn. i fol bugulæ.*

*saniculæ,*
*alchimillæ,*
*agrimoniæ betonicæ.* } *an m i.*

*bulliant in sufficienti quantitate aquæ. & vini*

Extrinsecus vulneribus apponitur cum plagulis in eo madefactis. Intrinsecus datur ad vnc. 6. bis in die 4. horis ante pastum. vnicuiq; dosi additur vn. 1. syrupi limonum & guttæ 2. vel 3. ol. surrhagia & maxime in principio, vbi hæmoragia sitim concitauerit, siti verò nō existente, loco syrupi limonum adde syrup. capil. ven. Extrinsecus, si vlcus cruētum sit, addimus salis communis p. 1 aliquando myrrhæ vnc 5. & alia pro natura symptomatum vulneri superuenientium.

Mira est huius decoctionis vis, & facultas, ipsa enim per se, cuicumq; vulneri etiam deplorato exhibita certo medetur.

## *Aliud minus compositum.*

*Rec. Coronopi p. 4.*
*pilosellæ, p i.*

coquantur in s. quantitate iusculi carnis, colaturæ adde olei sulphuris tantillum syrup. cap ven ℥ 1. datur bis in die. Pectoris vulneribus intus haustum mirifice confert.

## *Decoctum pro gingiuis roborandis.*

*Recip. fol. rorismarini,*
*Saluiæ,*
*mirthi,* } *an. m. i.*

*corticum granatorum vnc. v. aluminis crudi vnc. 1. bulliant in s. quantitate aquæ & vini, eiusmodi decocto colluatur os bis & ter in die gingiuarum superfluam humiditatem exsiccat atq; dentes roborat, firmatq;.*

*Aliud*

## *Aliud dentes conseruans.*

*Recipe fol. oliuæ,*
*mirthi*
*rorismarini,* } *an m. I.*

*gariofillorum contusorum drach. 1. fol. rosarum p. 1. bul in vino sub fine adde salis communis p. 1.*

## *Decoctum pro vlceribus sordidis.*

*Recipe fol. plantaginis,*
*anagallidis,*
*quercus,* } *an m i.*

*radicum aristolochiæ rot. vnc. 1.*
*baccarum iuniperi, florum chamomillæ an p. 1. aluminis crudi vnc. 2. coquantur parum in s. quantitate aquæ faborum.*

## *Aliud.*

*Recipe fol. absynthii,*
*anagallidis,*
*hybericonis,* } *an m. i.*

*fl. chamomill. rosarum an. m. 1.*
*coquantur in vino & aqua.*

## *Aliud.*

*Recipe bacc iuniperi p. 1.*
*rad. aristol rot. drach 1.*
*summit. hypericonis,*
*chamomillæ,* } *an p. 2.*
*mirrhæ el. vnc. 5. sublimati drach 2. fiat decoctum in s. q. aquæ & vini.*

In huiusmodi decoctionibus non raro incoquimus,
*Filipendulam,*
*millefolium,*
*vincam peruincam,*
*plantaginem,*
*solatrum.*
*prunellam, & alia pro vlceris natura & temporis conditione. Item his sæpe addimus oleum sulphuris, vitrioli, & alia.*

*Decoctum*

## *Decoctum purgans nobis catholicum dictum.*

*Recipe radicum polipodii quercini vnc.i.s.*

| | | |
|---|---|---|
| *rad.* | *ellebori nigri* | *vnc s.* |
| *fol.* | *sennæ mundat.* | *vnc.* 1. |
| *sem.* | *carthami contusi.* | *vnc.*2. |
| *florum* | *violarum,* | *p.*2. |
| *prunorum damascenorum,* | | *num.*20. |
| *anisi fœniculi.* | | *an drach* 1. |

*macerentur triduo in s q aquæ endiuiæ cum serup* 1.*ol sulphuris, dein parum bulliant, & colentur, colatura clarificetur, dulcoretur, & aromatizetur more vulgarium apozematum.*

*Dosis est vnc* 3 *&* 4.

## *Decoctum melanagogum, cholagogum & phlegmagogum.*

PAratur eiusmodi decocta ad libitum, sumimus ex his simplicibus alterum humorum purgantibus, eaq; incoquimus, vel in iusculis carnis, vel aquis distillatis, consimilia remedia nobis sunt extemporanea, nam cito situm, & putredinem acquirunt. melanagoga nobis familiaria

sunt

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sena Epithim, Cuscuta, Elleborus niger, polypodium, &c.* | } | *Cassia, tamarindi rhabarb violarum. pruna, &c.* | } *cholagoga.* |

multa alia studio præterimus, vtq; vbiq; cuilibet obuia sint. supersunt adhuc decocta, quæ ab effectu antiuenerea dicuntur, quorum aliquot descriptiones vsu, & multiplici experientia comprobatas hic annectere placuit.

## *De Decoctis antiuenereis.*

DEcocta antiuenerea multiplicia sunt, vel simplicia, vel composita, alterantia, vel purgantia. simplicia sunt.

*Lignum Gaiacum*
*Salsa parilla,*
*China radix,*
*Sassafras,*
*Buxus,*
*Iuniperus,*
*Quercus,*
*Saponaria & alia.*

## *Decoctum ligni Gaiaci.*

*Recipe rasuræ ligni gaiaci* lib 1.
*corticis eiusdem contus.* vnc 4.

macerentur octiduo in lib. 8. aquæ fontis, cum drac. 1. ol. sulphuris, in fimo equino, & vase vitreo capaci, sure, & sulphure prius bene obturato coletur & in colatura nouum lignum reaffunde, vt supra in eodem vase, & fimo macera triduo, & cola vt prius, colatura ad libitum per cohobationem purificatur, item edulcoratur, & aromatizatur, prout postulat necessitas, & ægri natura. De simplici colatura, neque purificata, neque edulcorata, & aromatizata, dantur vnc. 2. 3. & 4. pro viribus ægri. huius decocti tanta est vis, & energia, vt vnc. 2. alterius decocti lib. 1. æquent. picrocholis, & lienosis isthæc decocti formula tuta est. hydrope, & gallico morbo confectis medetur, apoplecticis, & aliis grauissimis capitis morbis succurrit.

Aqua, quæ inter coquendum elici potest, optima erit ad nouam infusionem parandam.

Ex magmate, secundum decoctum potest parari, addita aquæ quantitate sufficienti, eius vsus erit in mensa, loco vini, aut pro noua infusione paranda.

## *Aliud Decoctum.*

AEstiuis dieb. aliud decoctũ paramus, cũ maiori quãtitate aquæ, & minori ligni gaiaci. huncin modum.

Recipe

Recipe ligni indici recenter limati lib. 1. aquæ fontis lib. 12. infund. per 24. horas, & coquantur, vase aperto, & valido igne ad 2. tert. consumptionem, huius decocti damus 6. 8 & 10. vncias. ex magmate secundum decoctum paramus, additis aquę communis lib. 20. ad tert. vel 4. partis consumptionem.

## *Salsæ, Chinæ, Sassafras, iuniperi Decoctum.*

EOdem fere modo pa antur decocta salsæ, Chinæ, sassafras, iuniperi, & aliorum. quibus & alia addere, vel demere non est absurdum, dummodo à perito, & docto Medico id fiat, pro vnaquaq; vncia sumimus aquæ, vel alterius liquoris lib. 1. 2. & 3. pro ratione morbi, & ægri natura, vt.

*Rec. Salsaparillæ minutim incisæ vnc 3. Aquæ communis lib 9 macerentur per 24. horas sub cineribus calidis, coquantur postea in vase terreo deuitriato, vel vitreo siue vingli aut alio, ad medietatē, vel ad duorū tert consump sub fine adde parū liquiritiæ, & cinamomi Damus huius decocti vn. 6. pro dosi.*

## *Decocta Chinæ &c.*

PArantur & eo modo, quo diximus de gaiaco. vt & ea, quæ ex his mixtis fiunt composita, quorum vires, & vsus experientia docuit Inter hæc, quædam sunt purgantia, quædam alterantia, purgantia ... tis nō placent, quod variis modis corpora, eodem tempore exerceant, & tamen quicquid dicant, experientia, certissimū rerum cryterium, rationes quascumq; in contrarium adductas eneruat, nullasq; reddit. Inter multa, à multis excogitata, quædam damus vsu & experientia clara, vt

## *Decoctum antivenereum compositum purgans.*

*Rec Rad. chinæ in taleolas dissectæ vnc 18. Salsæ parillæ itidē minutim incisæ, & parum contusæ vn 24 cort. ligni Indici,*

*Ligni sassafras, an vnc. 4.*
*hermodactyl. }*
*thurbith, } an. vnc. 2.*
*anisi drach. 2.*

*liquiritiæ*

*liquiritiæ rasæ, & parum contusæ* vnc. i.
*cinamomi* vnc. v.
*radicis Cyperi sicci.* drac vi.

contundantur contundenda, & infundentur ligna, radices chinæ, & salsæ in lib. 24. aquæ communis, coquantur lento igne ad medietatis consumptionem; factæ colaturæ exhibeatur bis in die vnc. 9. pro dosi. huius descriptio tota est empirica, dosis fortuita, & temeraria; attamen famatissimus quidam agirta hinc magnas opes contraxit multis deploratis eius medio sanitatem afferens; verum vltra dictum decoctum, cynnabaris suffumigiis eodem tempore sæpius vtebatur, vtrumque tamen minime probamus, vti nec alia temere ab huiusmodi homuncionibus parata.

## *Aliud ex superiori correctum.*

♃. *radicum chinæ in taleolas incisæ* vnc i.
*Salsæ parillæ,* vnc. iij.
*cort. ligni Indici,*
*Ligni Sassafras,* } an vnc. s.
*hermodactill.*
*thurbith,* } an vnc. i.
*florum violarum,* p i.
*liquiritiæ rasæ, & parum cont.* vnc. s.

Infundantur infundenda in ℔. xij. aquæ communis, per 24. horas, coquantur postea ad duorum tert. consumptionem. de colatura dentur vnc. vi. bis in die. robustis, & inueteratis morbis tuto exhiberi potest, cæteris minime.

## *Aliud purgans præstantissimum.*

♃. *corticis ligni Ind* vnc. i.
*Salsæ parillæ minutim incisæ* vnc. ij.
*Chinæ electæ,* vnc v.
*polipodij quercini parum contusi.* vnc i.

macerentur 24. horas in ℔. 8. aquæ communis, & coquantur lento igne ad medietatem sub finem add. 'e.

*fol. senæ* vnc. i.
*Epithimi,* drac vi.
*liquiritiæ rasæ, & parum contusæ,* vnc. s.
*anisi,* drac. ij.

fiat

fiat omnium decoctum, cuius colaturæ exhibeantur vnc. v. & vi.

*Decoct. Antiuenereum non purgans.*

| | |
|---|---|
| ℞. *rasuræ ligni Ind.* | *vnc. ij.* |
| *china elect.* | *vnc. i.* |
| *salsæparillæ* | *vnc i. s.* |

Infundātur in lib. 8. aquæ communis per 24. horas, & coquantur ad medietatem. Sub fine addantur cinamomi, & sacchari parum, saporis gratia. dosis erit vnc. v. vi. & vij. sero & mane.

*Aliud non purgans omnium præstantissimum.*

| | |
|---|---|
| ℞. *salsæparillæ,* | *vnc vi.* |
| *cort. lign. Ind.* | *vnc. iij.* |
| *chinæ electæ in taleolas dissectæ* | *vnc v.* |
| *ligni sassafras,* | *vnc iij.* |

macerentur triduo in lib. 12. aquæ fontis cum drach i. olei sulphuris, dulcoacidi, facta ebullitione colentur, & in colatura noua medicamenta iterum triduo macerentur, atque vt prius colentur. Sub fine adde liquiritiæ rasæ, & parum contusæ vnc. s. anisi drach. i. cinnamomi drach. j. coletur, & secundum artem purificetur, variis videlicet reiteratis cohobationibus, & filtrationibus. Sine quibus vix tuto adhiberi potest. Dosis est vnc ij. ad summum, fœces seruentur ad salis confectionem, vt inferius dicemus.

Qui ex eiusmodi decocto extractum parare voluerit, vt methodum atque ordinem loco de extractis præscriptam seruet, qua etiam via, aquam elicere non erit difficile. Alembico videlicet rostrato, vasi coctioni inseruienti apposito, cum suo recipiente. delicatioribus, & his, qui ægre medicamenta assumunt, aquam & decoctum damus. cæteris decoctum, extractum & sal, quæ vltima deploratis, robustisque exhibere solemus. Dosis certa & legitima nonnisi longo vsu, & experientia cognoscitur. Vsus itidem non vnicuique æqualis, & vniformis tradi potest. Variæ sunt naturæ, morbi quoque varii, symptomata multiplicia, ideo dosis & vsus multiplex. & inæqualis erit.

Quan-

Quantum ad victus rationem, nec quoque omnibus similem tradere licet. nobis vt plurimum siccam, & tenuem illam ab omnibus acceptam dietam vsurpare non est consuetum. sed apprime videmus, ne ordinaria, & longo vsu comparata viuendi habitudo temere mutetur, tantum interea subtrahimus potus, quantum decocti in die porrigimus, ni alia subsit contraria causa.

Hucusque de decoctis antiuenereis pro instituti nostri ratione, satis superque dictum est. supersunt alia, aliis morbis dicata vt epileptica, arthritica, &c. ea autem arthritidi conuenientia reddimus, his arthritidi appropriata immiscentes, vti & eleptica, nec non aliis morbis accommodata, vt radices hellebori vtriusque, hermodactilorum, esulæ, acori, &c. herbas & chamædrios, camæpitheos, primulæ veris, & similes. Sed his omissis ad vulneraria nobis vsitata deueniendum.

## *De decoctis vulneratis.*

*♃. radicis asclepiadis vnc. i. rhabarbari electi drach. i.*
*fol. bugulæ,*
*alchimillæ,*
*boraginis,*
*agrimoniæ,* } *an. m. i.*

coquantur in vino & aqua, vt artis est, colaturæ dentur vnc. vi. & vii. bis in die.

## *Aliud.*

*♃. fol. coronopi,*
*saniculæ,*
*betonicæ,*
*agrimoniæ,*
*capillorum ven.* } *an. m i.*

*baccarum iuniperi p. i. liquiritiæ parum fiat decoctum vt supra.*

## *Aliud intrinsecus, & extrinsecus adhibendum.*

*♃. Astacorum fluuiatilium vulgo gambari nu. 20. aristolochiæ rot. vnc. s.*
*radicis symphit. maioris, vnc. i.*

*fol. bugulæ,*
*alchimillæ,*
*sanicu'æ,* } *an.m.i.*
*agrimoniæ,*
*betonicæ,*

bulliant in s aquæ communis, & vini vt supra extrinsecus vulnerari apponitur cum plagul s i eo madefactis. Intrinsecus hauritur ad vnc vi. b s in die 4 horis ante pastum, cui additur *vnc i. syrupi capill. ven.* quod si sitis adsit, totidem syrupi l onari addimus. non vero guttulas 3. vel 4. olei vitrioli dulcoacidi. Extrinsecus si vlcus cruentum sit, salis communis p i. addimus. mirrhæ aliquando vnc. s. alia etiam pro natura symptomatum vulneri superuenientium.

Mira est huius decocti vis, & energia, per se enim cuicumque vulneri etiam deplorato [illegible] ... in ... exhibitum medetur In ... vulne ... & ossibus in totum præcisis [illegible] id certissimum, & tutissimum [illegible] quare non immerito cæteris decoctis vulne[illegible] anteferendum ducimus.

## Decoctum coronopi, pilosellæ rorisſolis iuæ arthet. &c.

Ex simplicibus decoctiones simplices sæpe paramus, & more solito, simplicibus videlicet in aqua, vino, vel mulsulo coctis aut inf sis, vt.

℞. *Coronopi cum radicibus m.iiij.* coquantur in s.q. iusculi carnis, olature adde olei sulphuris [illegible]llum, hoc decoctum vulnera pectoris intus haustum sanat.

Decoctum aliorum simplicibus eodem modo fit.

Pilosellæ decoctum, [illegible] calculum frangit, & lien [illegible].

R[illegible]solis decoctum cruentis vulneribus medetur, phtisi succurrit, &c.

Iuæ arthericæ decoctio cruentæ mictioni mirifice confert.

Agrimoniæ vrinæ ardorem reprimit. multa alia, quibus frequenter vtimur, consulto omittimus, & eo magis, quod in nostris curationibus reperiantur.

De

## *De Decoctis ex animalibus deſumptis.*

PRæmiſſis vegetabilium decoctis, nunc de his, quæ ex animalibus parantur, dicendum.

Cum autem eiuſmodi decocta cuiuis innoteſcant, & vulgari modo propriè iuſcula vocentur, eaq; mulieribus, & coquis potiſſimum conficienda iubeamus, ſupereſt, vt à his vnico exemplo nos expediamus.

### *Decoctum lienis:*

*Reſp. lienis caſtrati vituli, aut alterius animalis* hos minutim incide, vaſiq; vitreo ſtricti orificii indatur. vinum generoſum ſuperaffundendo tantum, vt quatuor digitis ſupe emineat; coquantur vaſe prius ſuo operculo probe obturato, ad calorem balnei maris, donec lienes ſatis cocti apparuerint huic principio adduntur *cortices tamarici, capparorum ſub fine cetrach, lingua ceruina, piloſella, & alia ſpleretica*, ſi [illegible] ne. Si vero [illegible] menſibus *radices valerianæ fœniculi, apii, folia arthemiſiæ, calendulæ, matricariæ, & ſimilia*, colatura pa[illegible] cinamom, et croco aromatizetur Sacchar o etiam edulcoretur. huius decocti doſis eſt vnc. 4. mane ieiuno ſtomacho. ſic [illegible], vermium terreſtrium, teſtudinum, aſtacorum, limacum, viperarum, & aliorum animalium decocta & iuſcula parari poſſunt.

## *De Decoctis, ſeu infuſionibus mineralium.*

QVamquam nouum & forte inauditum dogma in medicamentorum præparationem introducere videat. mineralia, vtpote elixationem ſuſtinere poſſe docendo; at ratione, & multiplici experientia edocti, magnas vires è mineralibus hac via elicimus, atq; in noſtri vſum transferimus. Quid aqua calybeata? in decoctione ferri. Si de ferro autem, cur non de cæteris, agnouimus virum [illegible]terum epoto vino in quo pluries aurum extinctum fuerat; conualuiſſe. aquam in qua plumbum fuſum pluries extinctum fuerit, ferrum emollire, & ventrem, & artus refrigerare, aluum laxando.

Anthimonium crudum, & coctum, in aqua qualibet infusum maceratum, & ebullitum corpus supra & infra purgat. vt qui voluerit eo vti medicamine, accipiat *anthimonii crudi subtilissime triti vn.s* maceretur per noctem in tribus vel 4. vnciis aquæ vel vini, detur cuilibet, egregie purgat & infra.

Fit verò alia infusio siue decoctio anthimonii, anthimonium primo præparatū, siue in flores, siue in calcem, siue in vitrum, via pando pulsis ille, qui Venetiis vulgo vocatur, *La poluere dell' Algarot*, ea ratione vsurpatur. Cum enim prius per noctem infundunt in vino, mane vinum percolatum exhibetur.

Sic & *de regulo anthimonij* infusio fit, & datur, puluerem illum Alguretum anthimonii vires, & facultates de se promere, lippis & tonsoribus notum est. cur ergo tam anxie auri essentiæ nomine indigitabitur.

De *Mercurio* quoq; infusio fit & datur, argentum viuum ad scrupulū in vino vel aquæ infusum puerulis exhibitum vermes enecat ex eo more nostro calcinato, per coctionem, liquorem educimus multiplici vsui accommodatum.

*Sublimatum* multi hodie empirici in aquis rosarum, vel alterius generis ebulliunt, qua decoctione sæpe non infœliciter vtuntur, tam in fœda scabie curanda, quam in aliis grauissimis morbis propulsandis. Quidam nunc Bononiæ degit, suæ professionis desertor, vti sunt omnes huiusce farinæ homines, qui eam aquam in qua bullierit sublimatum, ausus est multos sanare velle, iuncturas & alias partes inungendo. Non desunt, & alii, qui ea vlcera sanare aggrediuntur, non citra sæuissima symptomata, non raro etiam cum aliquo prospero euentu, vnde empiricorum turbæ elatiores fiunt, & in Medicos grauissima conuitia euomunt, non sine maximo eorum dedecore.

Item ex sublimato inconuenienti liquore elixato, fit suffumigium medicamentum rarum, & ad multos vsus vtile, possem plures decoctiones, & infusiones mercurii addere. At peritus, & ingeniosus medicus his longe præstantiores sibi effingere non erit difficile.

*Chaos mercurii à* Paracelso sic dictum, decoctionis species

cies est. de qua dum in particulari metallorum tractatu versabimur, aliquid dicemus.

*Sulphur* in simplici aqua coctum præstantissimum quoq; medicamentum est. aqua enim in qua ipsum tota nocte maduerit, vel excoctum fuerit, intus sumpta hæpar refrigerat, febres iuuat & alia præstat. Extra, inflammationi cuicumq; medetur, scabiem sanat, & rubores faciei tollit.

*Vitriolum album* in aqua communi, vel in iusculo carnis dissolutum ad ʒ s. & ʒ. i. supra & infra valide purgat. quo remedio crebro vtuntur rustici in agro Nemausensi, & Vticensi, degentes, montani præsertim, & maxime in pleuritide, & doloribus quibuscumq; lateralibus, nec sine fructu

*Alumen* in gargarismate pro gingiuis roborandis, vlcusculis in ore obortis, & aliis vtilitatibus commode coquitur.

*Auripigmentum* item coctionem sustinet. ærugo æris itidē vt & pleraq; alia, quæ breuitate omittimus. Placet tantum collirium illud viride multis in locis vsitatum, hic apponere pro coronide. Igitur pro colyrio viridi.

*Resp. æruginis æris ʒ 2 auripigmenti citrini ʒ. i. aquæ rosarum, plantag. vini albi an vnc. 3.* misce bulliant simul parum. maneat decoctio supra fœcibus, nam ab his nouam vim continuo elicit.

# SECTIO SECVNDA.

## CAPVT I.

## *De Infusionibus.*

INfusio, quæ, & maceratio dicitur, vt perfacilis & trita, ita paucis vnicuiq; innotescit. fit vero infusio in aliquo liquore, nam non nisi sicca, dura, aut similia, quæ aliquo humore indigent, ad transmittendam eius facultatem. infunduntur. & hæc vel integra; vel trita, aut minutim, concisa vasa ad id opportuna, non sunt à vasis decoctionum dissimilia.

Tempus, quo id fit varium, est, quod passim in Decoctis, extractis, distillationibus, & aliis operationibus obseruare licet.

Per eiusmodi operationem tincturas florum elicimus, vt ex rosis rub. siccis, violis, &c. nam.

## CAPVT II.

### *Tinctura rosarum.*

SIc fit. *Recipe rosas rub. ag sicc vnc 2. has impone in libras 6. aquæ tepidæ, cum spiritus vitrioli, vel ol. sulphuris, vel ol. salis* ℥ 3 *maceratis per tres vel 4. horas*, filtro transcoletur, & ad vsum serua gustui; palatoque grata redditur, addendo sacchari albi sesquilibram eius vsus est in febribus putridis. cor exhilarat, & ardorem febris compescit, sitim etiam extinguit, &c.

### *Tinctura violarum.*

EOdem modo ex violis tincturam habebis. at melius ex recentibus, quam ex siccis. succum parant pharmacopolæ ex recentibus, his prius a virore quocunque liberatis, eiusmodi succus cum tantillo spiritus vitrioli depuratus, & ad perfectionem adductus, cum saccharo pariter optime depurato, syrupum efficit, & præstantissimum, & pulcherrimum. hoc interea animaduertendum venit ne coquatur igne. nam coctionem minime sustinet. cardiaca est eiusmodi tinctura atq; thoracica.

### *Croci Tinctura.*

EOdem plane modo, quo de rosis diximus. spiritum vitrioli non addimus, non enim hic liquidam seruamus, sed sole vel stuffa ad instar mellis addensatam seruatur ad laudanum vel aliud simile concinandum, liquida tamen pota calculi renibus mirifice conducit, cordiacis etiam affectionibus non parum confert dolores capitis in nonnullis excitat.

### *Croci Martis Essentia.*

REcipe Scoriam ferri cœruleam (Norimbergæ vbi Laminæ chalibeæ fiunt optima haberi potest) vitrescentem reiectam in illis locis, vbi minera ferri funditur, tere in puluerem minutum, pone in vitro, affunde acetum vini destillatum acerrimum, stet in calore mediocri per 14. dies, & tingetur colore rubro, filtra & abstrahe in Balneo, remanet materia rubra, à quater vel quater a-

qua

aqua pluuialis abluitur, vt sapor aceti euanescat: Potest etiam prius in Tigillo [illegible] calida parum calcina[illegible] mouendo, vt [illegible] iditas & postea cum aqua edulcorari, si debite [illegible] spon[illegible] te sese in cella p[illegible] par[illegible] oleum [illegible] resoluit.

Hæc Croci Essentia [illegible] longe efficacior est, quam vulgaris Croci Martis reuerberatione per se factus, immittendo baculum ferreum vel chalybeum in fornacem vitrariam, vel [illegible] chalybeas aceto, & postea eadem in reuerberatorio ad rubedinem saltem non gressatreuerberando.

## *Vires Essentiæ seu Croci Martis.*

1. Conducit in sistendis mensibus, & fluxionibus intempestiuis.

2. Prodest albæ profluuii muliercularum.

3. GonorrhϾ

4. Hæmorrhoidibus.

5. Dysenteriæ & DiarrϾ.

6. Vrinæ incontinentiæ.

7. Hæmorrhagiæ internæ & externæ: si eius à scrupulo ad drachmam lemnis cum succo Cidoniorum condensato, seu Conseruæ Rosarum drachmis tribus assumatur, aut vulneri sanguinem fundenti aliquid inspergatur: quamuis Fungi Betulini ramenta ad miraculum Hæmorragiam externam longè efficacius sistant.

8. In omnibus Iecinoris & Lienis obstructionibus deploratis; sed summentes prius medicinis attenuantibus & aluum subducentibus purgatos esse oportet. Lienosis datur ex Aqua Asplenii, Adianti, Tanacisci. In Hepatis affectionibus, in aqua Intybi, Cichor. Agrimon. exhibetur, tunc sistit sanguinis sputum.

9. In morbis dissolutis, Hydrope & aliis vbi consolidatione opus.

10. Ventriculum corroborat, & nauseam tollit in Conserua Rosarum, vino generoso.

## *Dosis.*

*Dosis à gran.* 8.10.12. *ad* 15.
*In vino rubro.*
*Aqua Plantaginis.*
*Bursæ pastoris.*
*Tormentillæ.*
*In Conserua Symphyti.*

## *Tinctura florum Papaueris rhœadis.*

AEstiuis dieb. tincturam florum papaueris rubri per infusionem paramus, absq; additione spiritus vitrioli. ea sacchαro in formam syrupi cōdita medicamentum euadit anodinum optimum. eius Dosis est ad vnc. 1. & vnc. 2. & 3.

## *Rhabarbari Tinctura.*

EX rhabarbaro infusio fit & tinctura clementissime purgans. modus, loco de extractis clarus est.

Sena in frigida infusa & mane colata, cholagogum efficitur præstantissimum. in vino facta corrigitur. bis & ter repetita infusio super ipsismet floribus, eandem efficaciam obtinet. foliorum tithymalli, aureolæ, peplis, lathyris &c. infusio idem quoque præstat, sed non adeo clementer.

## CAPVT III.

## *Mineralium infusiones.*

NEc infrugiferæ sunt mineralium infusiones, quin sunt summis virtutibus præditæ.

*Stibii* infusio etiam crudi, mira præstat. calcinati melius, & commodius. vitri & reguli vehementissime.

*Mercurii* infusio, crudi & cocti, mira quoq; præstat, vermes cuiuscumq; generis enecando, eosq; foras propellendo.

Infusio vtriusq; fit in aqua, vel vino ad ℥.s. ad ℥. s. pro vnc. 6 & 8. liquoris.

Aqua fit, vel communis, vel scopo accommodata.

*Sulphuris*

*Sulphuris* infusio in frigida facta per noctem Erisipelati medetur, cutaneis affectibus facillime succurrit.

Vitrioli infusio cyprini potissimum, oculis medetur, fit in aqua euphrasiæ, rosarum, fœniculi etiam in aqua communi.

*Tuthiæ* magistraliter præparatæ infusio, in aqua vel vino albo austero facta, oculis tuto medetur.

## Cap. IV.

## *Metallorum infusiones.*

SAturnus calcinatus in aceto infusus inflammationi cito succurrit, oculorum ophtalmiæ medetur.

*Iupiter* siue stamnum, calcinatum, & in vino infusum, mira præstat in affectibus vterinis.

*Martis* seu ferri calcinati infusio in vino, mulierum obstructiones reserat, menses mouet, & lienis tumores dissoluit.

*Solis terrestris* præparationes, & infusiones alio distulimus.

*Veneris* calcinatæ, & lotæ, vt in secunda parte dicturi sumus, infusio in renum affectibus mirabiles edit effectus, & extrinsece oculorum vitiis omnibus succurrit.

*Lunæ*, seu argenti calcinati infusio, in aqua communi facta oculis pariter succurrit, multa & alia præstat de quibus in secunda parte.

# SECTIO TERTIA.

## Cap. I.

## *De vinis medicatis.*

VIna medicata quotannis in cronicis morbis præscribere solemus, & maxime vindemiarum tempore, musto adhuc feruente, cum adhuc subtilis eius essentia in fœcibus separandis nondum facta, simul mixtorum simplicium corpora permeat, & ab his congenerem substantiam educere potens est, qua ratione veteres eiusmodi vina pararent, nondum satis exploratum habemus, & de his atque de multis aliis solam experientiam ducem

agnoscimus, qui ad communes qualitates respiciunt, multa calida simul miscent, vt peculiaribus qualitatibus non neglectis fit, vbi excalefacere caput auent, non tantum calida, sed & cephalica esse oportere iudicarunt qui idem purgare simul & excalefacere desiderant, calidis purgantia simul miscuerunt Sic & per 4. humorum discrimina facta est componendi ratio. singulæ item corporis partes, varias quoque vinorum medicatorum species connotant. de quibus Vueckerus in suo Antidotario post Dioscoridem, Columellam post Arnold. Villanouan. & alios multa recitat. Quercetanus omnium nouissimus in sua Pharmacopœa resert elegantissimas, & optimas vinorum medicatorum formulas proponit, ad quem libere lectorem remittimus. nonnulla interim in exemplum adducemus, quædam præsertim nobis vsitata.

## *Vinum ex herbis, floribus, seminibus, radicibus, & aliis.*

VIna pro quotidiano vsu paranda aduersus chronicos morbos, sunt vel ex radicibus, vel ex lignis, corticibus. foliis, floribus, fructibus; & seminibus. vel ex eorum essentiis, extractis, succis, &c. vel tandem ex mineralibus.

## *Vinum ex lignis, & radicibus.*

RAdices & ligna prius sicca tundantur, vel incidantur, vel limentur vt Gaiacum. Quantitas pro ægri natura, & radicis, vel ligni conditione desumitur. hæc vt dixi, tusa vel incisa, vini dolio indantur, ac desuper mustum vini affundatur: nulla coctione præmissa. Sic eos non leuiter errare arbitror, qui prius radices vel herbas cum musto coquunt. vas ab hinc tres vel quatuor dies optime turare oportet, ea tamen lege ne feruore nimio, musto videlicet æstuante, dirumpetur vas. Superiori foramini ſ. leo aptare alembicum vitreum quo subtilissimum, & fragrantissimum spiritum educo, quod seorsum serua si velis, aut deferuescenti musto reaffunde, vt medicamenti integra vis remaneat in vino.

*Vinum*

## *Vinum Elleboratum.*

RAdices ellebori nigri aqua communi loti & ab omni terrestri ... lib. ... accipio, has vmbræ paululum exsiccatas ... forficibus, & citra aliam præparationem in lib. 15 ... musti infundo ... exacto ter ... post ... dierum vinum potest ... pro libitu ... vnc. ... mane ieiuno stomacho, eius vsus ... in morbis ... capitis & vteri. Sanguinem ... cordis palpitationes inde ... tollit ... Epilepsiæ, & Apoplexiæ maximopere conducit eius vsus fit ad integrum, & dies menses.

## *Vinum Gaiaci.*

IN vino gaiaci parando a communi consuetudine minime recedo, excepto in ebullitione, quam nonnulli præmittunt. Sæpius ligni limaturæ ... ipsius ligni addo vasis orificium superius ... vitreo, & per ipsum elegantissimum ... quem vini ... exacto ... tempore intereà alterius ... nouum mustum ... quo vas fere semper ... ferè inquam vt facilius seruetur, & ... alembici ... vasis orificio aptetur, vinus ipsius ... loco vini pro potu ordinario, vt moris est.

Ex corticibus eiusdem Gaiaci, tam frisci, & c. vina medicata fieri possunt.

Ex foliis item siccis, floribus, seminibus, &c.

Ex fructibus succus exprimitur, ipsis ... contusis ac prælo vel torculari expressis, cuiusmodi succus si vinosus per se vinum exhibet, & palato gratum, & vsui medico peropportunum. In frigidis regionibus, maxime in Britannia, & Normandiâ, vbi vitis ob frigoris inclementiam minime adolescit, vinum ex pomis conficiunt, item ex piris, sorbis, & aliis fructibus vinosis.

In nonnullis Italiæ locis vina parant pro febricitantibus ex cerasis dulcoacidis, vulgo *marenas*, aut ex magis acidis, vulgo *marascham*, atque ex malis granatis. Sed hæc vetrita, & ab instituto aliena missa facimus.

*Hydro-*

CAP. II.

## *Hydromel vinosum.*

VInum proxime æmulatur liquor ille, quem ex melle conficiunt, *Hydromel vinosum* à Medicis appellatum, id à nobis non alia ratione conficitur, quam ea quæ habetur penes Bern. Penotum, & Ioseph. Quercetan. fit vero ex lib.1.xv. mellis albi Hispanici, & aqua communis lib.75. facta coctione ad vnius tertiæ partis consumptionem reponitur in doliolo ligneo vinum album, & generosum maluaticum, vel aliud simile iam dudum continente, intercoquendo spuma continuo exsurgit, quæ cochleari apto assidue remoueatur. & vt crassiores fæces mellis certius segregentur, in principio cola totum per pannum laneum manicæ instar constructum, & eo modo quo mustum recens in nonnullis locis Italiæ percolant, vel vt Galli sua vina hyppocratica, & vbique aromatarii suos iulepos: vas plenum in loco calido vti in stuffa repone, etiam æstiuis diebus solis radiis exponatur, & vas quotidie, vel alterius dieb. hydromelite plenum conseruetur, sicque melius fermentatur, & quæ supersunt fœces, tam crassæ, quam subtiles segregantur. Sesqui mense peracto, quo tempore hydromel fit vinosum, & plane generosum ad instar vini generosi, maluatici, vel alterius generis, vas in cella vinaria ad vsum seruetur, nos sæpe intra duos menses eo vsi sumus. verum quidem post trimestre potentius, & melius.

Interea mirum videre est, quomodo id liquoris genus aquam vitæ & flagrantissimam & excellentem exhibeat, item & acetum generosissimum & fortissimum.

Verum magis mirentur quomodo ex frumento fermentationis medio fiat vinum pariter generosum & gustui gratum, & quo pacto ex eodem liquore aquam vitæ & acetum elicere possimus. Sed hæc nostrum excedunt institutum.

Hydromelitis vinosi vires sunt multiplices, in podagra, calculo, asthmate, tremori membrorum, Epilepsia, alui siccitate inueterata & in nonnullis febribus.

## CAP. III.

### *De varia oxymelitum & hydromelitum medicatorum compositione, quæ diuersis affectibus medendis aptissima sunt.*

INstituti nostri ratio postulat, vt diuersas oxymelitis & hydromelitis compositiones, quarum hodie in medicina factitanda magnus est vsus, in medium proferamus.

Hæc remedia apud veteres in multo maiore erãt commendatione, quam iam apud nos. Nam in nostris officinis etiam famosissimarum vrbium tantum præstat oxymel simplex & scylliticum: rarissime Elleboratum Iuliani, præsidium tamen a Gesnero magnopere celebratum, aduersus morbos comitiales, febres quartanas, & alios huiusmodi morbos, qui iam altius radices egerunt, & quorum occulta sunt seminaria. Solummodo etiam reperitur vnica hydromelitis simplicis, quemadmodum & compositi, descriptio, quæ in officinis locum habeat, cum tamen videamus apud Galenum, Ætium, Trallianum, Oribasium, deinde etiam apud Nicolaum Myrepsum & Mesuеum, (qui in fasciculos redegerunt, & in ordinem reuocarunt quæ alij sine methodo in suis libris tanquam scopas dissolutas dispersérant) infinita remedia purgantia, præparantia, roborantia, aliisq; intentionibus seruientia, quorum bases primariæ à supradictis oxymelitis & hydromelitis formulis petuntur, adeo vt quotquot vina simplicia & composita arte descripsimus, possunt etiam parari (imo maiori cum emolumento) oxymelita & hydromelita æque bene ac si vino parata forent.

Arabes, qui primi sacchari vsum introduxerunt, in causa sunt, quod norma componendi varia oxymelitis & hydromelitis genera immutata fuerit in eam, quæ syruporum est, quorũ magna farrago in officinis adseruatur.

Quod vero adfertur pro stabiliendo & confirmando syruporum vsu ab iis, qui tantopere illis addicti sunt, nempe huiusmodi remedia diutius conseruari posse, & palato gratiora esse, confirmatione indiget. Sed extra omne dubium est, omnes hydromelitis & præcipue oxymelitis species, maxime vero id, quod melicratum nuncupa-

cupitur (vbi aqua, mel, atque interdum acetum simul confunduntur & miscentur) longe esse vtiliora, commodiora, imo magis idonea omnibus curandi intentionibus, quam sint syrupi. Cum saccharũ sit sal quidam dulcis [illegible] exiguo calore præditus, cui qualitas quædam obstruens & glutinans coniungitur: vnde minus aptum saccharum iudicari potest ad præparationem, alterationem, [illegible]gationem humorum, eorumque excretionem, [illegible] tamen causa communes [illegible] syrupi vt plurimum [illegible]nuntur & præscribuntur.

H[illegible] saccharum in corporibus biliosis & natura [illegible], quemadmodum & cætera dulcia, minimo negotio bilescere, & proinde plus damni, quam vtilitatis huiusce [illegible] hominibus adferre. Verum quispiam [illegible] mel, quo var[illegible] oxymelitis & hydro[illegible] formulæ parantur, dulce [illegible] esse contendet. [illegible] quidem, at longe mel defæcatum [illegible] neque præditum [illegible] & ad [illegible] accedere, quam saccharum. Quod [illegible] dum sit superficie tenus, intrinsecus tamen acrimonia fœtet, & nigrore non mediocri, vt probe norunt & experiuntur illi, qui in rerum interna & vitali autome aliquem progressum fecerunt.

Quod animaduersum & diligenter [illegible]quatum fuit à Galeno, & deinde ab Oribasio *Medic. coll. lib. 5. cap. 24.* qui dum [illegible] oxymelitis facultates, quæ aci[illegible] & vitriolatæ sunt, præfert hydro[illegible], quod propter dulcedinem temperamentis calidis & naturis feruidioribus minus congruit, [illegible] in bilem facillime conuertatur, in [illegible] scribit: *Cum melicrati facultas cæteraomnia [illegible] acutos morbos valent, in vno tamen tantum est contraria, quod supercalefacta in bilem conuertatur: [illegible] aceti permixtio cohibens [illegible] medicamentum [illegible], tantumque aceti me[illegible] est, quantum satis sit, vt facultas in bilem conuertendi corrigatur.* Oribasius vero postquam longa verborum [illegible] ingentes vtilitates & commoda, quæ ex oxymelitis vsu promanant, & postquam recensuit [illegible] vim & proprietatem, quæ valet aduersus affectus hypochondriacos & thoracicos, cum scilicet

opus

ôpus est materiæ crassæ & lentę attenuatione & incisione, vt magis palam fiat in quanta commendatione apud illum sit oxymel, illoque hydromel longe inferius esse, ita perscripsit: *Cum igitur mel facultate calidum sit & in bilem cito in calidis corporibus vertatur, hac de circo edulium est pituitosioribus natura, & senioribus, ac morbis frigidis accommodatum & ex [illegible] natura ad tuendam valetudinem [illegible] utilissimum est, cum omnes angustos meatus aperiat sic, ut [illegible] humor nusquam contineatur. Quam etiam ob causam [illegible] quæ tueri valetudinem à Médicis [illegible] pradita. Ac tibi quoque [illegible] experientia [illegible] ea, quæ ad victum [illegible] sunt, oxymel accommodatissimum esse [illegible] neque mel [illegible] neque stomacho infensum [illegible] abstersoriam facultatem habet. Si vero scylliticum acetum fuerit, ita non modo eorum quæ ad victus rationem, sed omnium medicamentorum aptissimum est ad incidendum, conuenitque hoc eos vino, itemque vino & aceto, qui humores incidere & attenuare morbum cupiunt, qui in corpore sit, quod crassum glutinosum & pituitosum excrementum contineat. Atque infinitos pene vidi, qui ex aceti scyllitici atque etiam vini (scyllitici) [illegible] ad vitæ finem usque [illegible] vixerunt.*

Voluimus de industria referre, quid Gal. & alii antiqui senserent de oxymelite acido & vitiolato, quodque potiores & etiam aciores vires illi adscriberent ad sanitatem conseruandam, & morbos curandos, quam hydromeliti dulci. Vt hinc colligere liceat, ipsum oxymel syrupis anteponendum esse, qui tamen hodie plurimis [illegible], & contra omnem rationem, vt supra demonstratum est, maiorem auctoritatem & vsum sibi compararunt.

Iam superest, vt nostram pharmaceuticem quibusdam de oxymelitis & hydromelitis descriptionibus velut præsidiis vel limis locupleteremus, quarum imitatione quilibet proprio marte poterit nouas componere.

Porro oxymellita & hydromelita diuiduntur in simplicia & composita. Oxymel simplex duobus modis parari potest. Prior, est si sumas vnam mellis partem,

cui tantundem aquæ pluuiæ aut cisternis adseruatæ, si haberi possit, primo admiscebitur, miscellam igni lento admouebis, perfecte despumabis, donec mel omnem sorditiem deposuerit, purumque appareat. Tum melli affunde optimi aceti tantum, quantum gustui gratificando sufficit, sicque regulam & normam certam habebis, ne iusto acidius, aut plus æquo dulcius, oxymel cōponatur. Iterum igne lento hæc coquātur, inter coquendum paulatim & per vices instilletur aqua, quæ & secernendis heterogeneis operam suppeditabit, & magis defæcatum reddet: proderit etiam ad dulcorem comparandum, id est, vt remedium γλυκύπικρον & dulcoacidum fiat: quo etiam in pastu, potionis loco, vti quis poterit in diuersis corporis affectibus potius quam hydromelite aut vino vt superius annotauimus. Vt vulgare oxymel componatur ex tempore, hac serie progredi oportet.

℞. *Mellis à sordibus liberi & expurgati sextarios quatuor siue duas pintas Parisienses.*
*Optimi aceti sextarios duos.*
*Aquæ octo sextarios siue quatuor, pintas.*

Imprimis misceas baculo aquam iam tepefactam cum melle, totum feruere sinas, mitiori igne absque magnis bullis & ebullitionibus, tum spumam auferas, & coqui permittas, donec aqua ad remedium resoluta & consumpta fuerit, tum demum acetum adiiciatur, cui affuso ties aut quatuor ebullitiones satis erunt, facta legitima omnium simul confusorum coctione, per manicam siue pannum densum [illegible] colatur, colatura [illegible] asseruetur.

Quod si vice vulgaris aceti, scyllitiсum, [illegible], saluiatum, anthosatum sambucinum, [illegible] & similes aceti simplicis compositiones, quarum supra meminimus, admiscuerimus, efficiemus oxymel [illegible] simplex rosaceum, passulatum, anthosatum, &c. quorum singula variis affectibus aptissima [illegible]. Verbi gratia, quando ea vsurpamus, vt humores lenti & viscidi incidantur, plurimorum morborum causæ, etiamsi cum febre complicentur, oxymel paratum cum aceto rosaceo, buglossato, violaceo, & similibus accommodatius erit saluiato, &

to vel anthosato, quæ magis idonea sunt melancholicis hypochondriacis, epilepsiis, apoplexiis, cachexiis, & huiusmodi affectibus, quarum causa terrestris potius & frigidus humor statuitur, quam calidus.

Et quando voles in morbis contumacioribus & peruicacioribus humores validius attenuare & incidere, oxymel simplex & scyllinum hoc modo compones.

*♃. Mellis depurati ℔ ij.*
*Aceti scyllitici ℔. ij.*

Coquantur ad perfectam mixtionem & consistentiam, hoc oxymelite & aliis supra descriptis obseruatis seligendo semper magis accommodata morbis, quos expugnare voles, poteris tot species oxymelitis compositi fabricare, quot decoctorum aut vinorum, quæ diuersis medendi scopis inseruient, vt verbi causa oxymel cephalicum hoc modo tibi erit faciendum.

*♃. Rad. fœniculi*
*Polypodij*
*Acori vulg. ana drac. vi.*
*Fol. Betonicæ*
*Melissæ ana m. i.*
*Sem. Seseleos vnc. i.*
*Flor. Stœchados*
*Bugloss. ana p. ij.*
*Cinnamomi drac. iij.*
*Macis*
*Caryoph. drac. i. ß.*
*Croci drach. i.*

Macerentur per 24. horas in ℔. iiij oxymelitis anthosati, dein coquantur ad vnius tertiæ consumptionem: dosis vnc. iij. vel iiij. Conducit omnibus cerebri affectibus frigidis & melancholicis: spiritus animales fouet & illustrat, prodest ad memoriam, itemque ad mœstitiam à quauis causa subortam. Prout particulares cerebri affectus postulabunt, adiicere poteris, quę specifica proprietate ipsis aduersantur, vt si epilepsia curanda proponatur, addes viscum quernum, rad. pæoniæ, flores tiliæ, lilium conuall. & similia. Idem iudicium relinquitur, si morbi & symptomata alteri cuidam parti infixa hæreant.

## *Oxymel pectorale siue thoracicum.*

*℞. Rad. Enulæ campanæ*
*Tussilaginis*
*& Iridis florent. anà vnc. i. ß.*
*Fol. Capill. Veneris*
*Polytrichi*
*Scabiosæ*
*Hyssopi ana m. i.*
*Dactylorum*
*Iuiubarum ana par. vi.*
*Sem. Carduibenedicti*
*Bombacis*
*Vrticæ ana vnc. i.*
*Flor. Tussilaginis*
*Violar.*
*Buglossæ*
*Nymphea*
*Papaueris rheadis ana p. ij.*

Macerentur in oxymelitis passulati & buglossati ana ℔. i. ß. & aquarũ carduibenedicti & scabiosæ ana ℔ .. per 24. horas: dein coquãtur ad ignẽ lentũ ad vnius tertiæ consumptionem, ac tandem transcolentur per manicã Hippocratis, & aromatizentur pauco cinnamomo. Dosis vnc. ij vel iiij.

Confert orthopnœæ, asthmati, peripneumoniæ, tussi inueteratæ, & diuturnis omnibus pectoris affectibus. Hoc thoracicum oxymel tibi exemplar quoddam erit, ad cuius normam alia infinita stomachica, hepatica, splenica, diuretica, &c. effinges. Sed addideris radices, herbas, flores & semina scopo tuo conuenientia, vt videre est in aquarum nostrarum decoctorum & vinorum artificialium supra enumeratorum descriptione, quæ ad hos agendi scopos direximus, adeo vt viam tibi sternant, & veluti manu ducant ad varietatem, copiam & delectum remediorum.



Oxymel

*Oxymel de peto purgatorium mirabile non solum pituitæ crassæ, sed & bilis flauæ, itemq; nigræ, anhelosos thoracis & ventriculi affectus iuuans, & denique ad omnes morbos inueteratos laudatissimum remedium.*

*℞. Fol. Nicotianæ seu peti exsiccatorum ad solem & puluerizatorũ, inditorumq; in nodulo lineo ℥ i.ß.*
*Rad. Iricis siccatæ & in taleolas sectæ ℥.i.*
*Polypodij*
*Liquiritiæ*
*Sem. Carthami contusi ana ʒ.vi.*
*Spicæ nardi*
*Thymi*
*Epithymi*
*Hyssopi*
*Menthæ an.m.i.*
*Sem. Anisi*
*Fœniculi*
*Carduibenedicti ana ʒ iij.*
*Flor. Tussilaginis & Buglossæ ana p.1.*
*Fol. Senæ ℥. ij.*
*Agarici trochiscati in nodulo conclus. ℥.i.*
*Nucis moschatæ*
*Caryophyllorum*
*Cinnamomi ana ʒ.ij.*

Contundantur & macerentur per triduum in aceti passulati & sambucini ana lib. ij. deinde coquantur, exprimantur & clarificentur, addendo mellis Narbonensis optime despumati lib. j. ß. denuo coquantur ad bonam consistentiam vsu postulante, præbe cochlearia aliquot, vel per se, vel cum aliqua aquà pectorali.

Sane medicamentum hoc optime & valide purgat è toto corpore, è thorace, è ventriculo prauorum humorum saburram & illuuiem exhaurit, deterget & extirpat: remedium est asthmaticis, si quid aliud, accõmodatissimum & maxime peculiare. In eius vsu, cautione & diorismo opus est; augenda enim vel minuenda dosis pro ægrorum ætate & viribus. Aliquando vomitum ciet, qui

contingit ratione peti, quod in vomitu prouocando pa-res vires cum Helleboro vel antimonio habet, si solitarium & per se exhiberetur. Sed alia purgantia, quæ admiscentur cum aceto, (quod primas dotes in corrigendo & demulcendo obtinet) vehementiam eius remittunt, & eorum ope præstantissimum & efficacissimum constituunt.

Ad huius oxymelitis imitationem licebit tibi multa alia diuersa phlegmagoga, cholagoga, & melanagoga, id est, pituitæ, bili & melancholico succo excernendis, siue seorsim, siue simul peculiaria componere, prout animus dictabit, aut affectus expugnandus postulabit. Sed meminerit semper esse apponenda, quæ partibus peculiariter amica esse perhibentur: deinde etiam purgantia humori analoga seligenda, non neglectis iis, quæ malignitati medicamentorum obtundendæ operas suas conferunt. Oxymel mox describendum exempli loco tibi erit, quod ad omnia hydropis genera singulare est præsidium. Aquas enim subducit viscerum nutritioni famulantium, obstructiones soluit, imo hepar ipsum & lienem, horum malorum prima seminaria, infarctu & scirrhosa duritie liberat: denique partibus languidis & effœtis pristinum robur & tenorem restituit.

## *Oxymel accommodatum humoribus serosis euacuandis, hydropi & cachexiæ per quam vtile, hepar, lienem, & totum mesenterium roborans, eorumq́ obstructa simul reserans.*

*♃ Rad. Irid. vulg.* ℥. i ß.
*Vincetoxici* ℥. ij.
*Taraxaci,*
*Valerianæ,*
*Mechoacæ,*
*Rubie tinctorum,*
*Polypodij ana* ℥. i.
*Cort. Fraxini,*
*Tamarisci,*
*Ebuli ana* ʒ. vi.

*Ras.*

*Ras. Ligni rhodij,*
*Eboris in nodulo lineo inditæ ana ℥.ß.*
*Herb. Eupatorii Mesuæ,*
*Fumariæ,*
*Hepaticæ,*
*Ceterach ana m.i.*
*Sem. Cuscutæ,*
*Melonum,*
*Acetosæ ana ʒ.ij.*
*Carthami,*
*Ebuli,*
*Halicacabi ana ʒ v.*
*Fœniculi,*
*Anisi ana ʒ.iij.*
*Flor. Genistæ,*
*Ebuli,*
*Sambuci,*
*Centaurij minoris ana p.ij.*
*Flor. Cichorii,*
*Spicæ nardi ana p.i.*
*Trochiscorum de rhabarbaro ʒ. x.*
*Trochisc de capparibus ℥.ß.*
*Agarici trochiscati cum suo nodulo ʒ.vi.*

Macerentur om ia *in aceti sambucini & scyllitici an lib.i. aquæ flor. ebuli lib.i* ß. per tres quatuo.ve dies ad ignem Bal. Mar. dein coquantur ad vnius tertiæ consumtionem, in colatura clarificata adde.

*Syrup. Ros solutiui,*
*Flor. Persicæ arboris ana ℥.iiij.*
*Mellis Narbon opt. prius despumati ℥.x.*

Et coquito ad ignem materiam optime despumando, addendo sub finem coctionis elaterii ʒ ij. scammoneæ ℥.ß. fiat oxymel coct um ad legitimam cõsistentiam. Dosis cochlearia duo vel tria pro robustioribus. Remedium est ad cachexias, hydropes. obstructiones & scirrhosos tumores iecoris & lienis maxime accommodatum, vt iam supra diximus Eius vsus per aliquot vices repetendus, prout malum facile aut difficile permanserit, per se assumetur, ant commixtum vni aut duabus vnciis aquæ nostræ scorbuticæ, quã ante descripsimus, aut alteri conuenienti.

# CAVTIO.

In traditis iam variis aceti mulsi formulis coctionis tempus accurate considerari debet. Coquetur enim oxymel magis aut minus, prout videlicet diutius adseruari, vel statim in vsus transferri debet. Quippe quod ex tempore componi potest, si morbis præsentibus destinatur, minorem postulat coctionis gradum & consistentiæ symmetriam Quod si oxymel vi purgandi polleat, vnica eaque leuis ebullitio sufficiet, aut in totum ea abdicara eius vices infusio diuturnior in diplomate siue balneo Mariæ tepido facta supplere poterit. Vas autem perfecte obturabitur, ne scilicet nimio contentorum feruore spirituales particulæ exhalent: hinc enim longe imbecillior & retusior agendi potentia redderetur. Quare in similib. maceratio etiam in frigido facta multo [illegible]ior est, ita enim spiritus intus manent & retinentur, quamuis longius temporis spatium ad hoc ministerium requiratur, id quod diligenti animaduersione dignum est, vt iam fusius & dilucide explicatum fuit, dum hydrotica decocta exposuimus. Pro paradigmate purgantis oxym litis hoc iam iam describendum proponemus propter singulares eius dotes aduersus luem veneream quamtumuis inueteratam, & iam altius inhærentem solidis nostri corporis partibus: valet etiam aduersus alios similes contumaces affectus, proindeque oxymel benedictum à nobis appellabitur, cuius formula est huiusmodi.

## *Oxymel benedictum.*

*℞. Scobis ligni guaiacini*
*Corticis eiusdem (qui magis oleagineus est & natura balsamica) an. ℥. ij.*
*Sarsæ parillæ ℥. i. ß,*
*Fol. senæ oriental. ℥. iij.*
*Hermodactylorum*
*Turpethi ana ℥. i.*
*Ras. eboris*
*& cornu cerui*
*Sem. Fœniculi*
*Cinnamomi ana ℥. ß.*

*Flor.*

*Flor. Anthos*
*Stœchados*
*Hyperici*
*Epithymi ana p. i.*
*Flor. Buglossæ*
*Cichorij ana p i.ß.*

Rasuræ lig. & Cort g. aiacini, eboris, & cornu cerui pi nodulo incl... dantur & alia, quæ supersunt, crassius- cul... pi... fr... fringantur & conquassentur, omnia excipi- a t... a'embico vit eo conuenienti, eoque cœco, id est, ca... s... so timeo... c... l... di possi..., affundendo.

*Aquarum carduibenedicti*
*... ariæ a... a ... lb.ß.*
*... x, m... itis simplicis*
*aut Buglossati lib ij.*

C... ... commixta ... acerentur balneo Mariæ, blan- ... t (imo ausque eo, si voles, in frigido horum ... ... r ... ... si per quatuor aut quinque d.es fo- ... ... lorerca ipsum oxymel all... i... tad l se & imbibet d... ... simplicium facultates: deinde post vnam aut a... ... ebu... tionem fiat valida expressio, & colatura p... ... a... ansmit atur, imo etiam depuretur, si ita li- b... e... it, vt exquisitioribus & delicatioribus hominibus s... tisfaci... s, ... quorum gratiam dulcedinem quoque sac- ch... r..., si ... l... s, conciliabis, ne vllas gustus molestias per- sen... Dosis erit quatuor aut quinque vnciarum, q... an ... que ... tiam plurium pro validioribus. Vtendi mo- d... s is ... st, vt co... stituta dosis mane tribus aut quatuor h... ... s ante pastum hauriatur. Cibus paucus ægro dan- d... s, sque vnius generis & vnius apparatus, assus potius, q... am e... ixus: pro bellariis omnes fructus ablegandi, præ- ter vuas Damascenas: decima hora prandebit, quinta cœ... abit, & circa decimam vespertinam ad lectulum se co... ponenti æqualis oxymelitis dosis propinabitur & porrigetur. Cauendum tamen, ne vi, repugnante & ne- gant... natura, seu matutino seu vespertino tempore su- dores eliciantur, nisi sua spōte erupturiant, naturæq; mo- tu proprio foras protrudantur. Proprius enim huius no- bilissimi remedii effectus est, maleficos humores per ventris vias & vrinæ ductus excernere, sanguinisque

 massam

massam sordibus & fœda illuuie inquinatam atque conspurcatam repurgare. Huius vsus sæpe repetendus, & ad quindenam saltem prorogandus, si malum contumacius renitatur, nec facile cedat propter fomitem penitius insidentem, in longius tempus æger huius oxymelitis vsum producet, hæc via & ratio expugnandorum magnorum affectuum contra naturam optima & tutissima est, non autem primo quoque tempore violento pharmaco ipsos extirpare, vt multi perperam factitare solent: fidem facit hoc oxymel magistrale, cuius ope & dote atque vsu sæpe repetito tum paralysis, tum peruicacissima quæque venerea lues, etiamsi nodosa & tophacea sit, aut vlcerationes cariosas & cancrosas comites habeat, sensim & paulatim domatur, & radicitus euellitur. Quod si oxymel displiceat, sume vinum album, quod maiorem cum natura, quam oxymel societatem habet, cæteraque vt dicta sunt, perfice. Ita enim concinnatum longe vtilius erit hoc remedium obesis hominibus & temperaturis pituitosis, iisq; qui iam vino assueti sunt, quemadmodum oxymel temperamento calido & bilioso donatis, & abstemiis cõuenientius iudicatur, si aquarum carduibenedicti & vlmariæ loco aquam fumariæ & cichorii addideris.

Si visum fuerit, alio præparationis modo, eoque faciliore & breuiore oxymel componere poteris, maxime si aceti medicati iam expositæ differentiæ non vbiuis locorum paratæ inueniantur. Si itaque non sit ad manum acetum rosaceum, buglossatum, sambucinum, aut aliud quoduis, cuius tamen ope opus tibi esset, satis erit, si suo tempore horum medicamentorum flores aut conseruæ aceto admisceantur. Quod si etiam passulati aceti aut veronicæ siue floris caryophylli non suppetat copia, adde suo loco vuas Damascenas vel Corynthias sufficienti quantitate, aut veronicas. Igitur vt exerceamus pharmaceuticæ studiosum in extemporaria oxymelitis compositione, in medium proferemus exempli loco oxymelitis diuretici & aperientis nostræ descriptionis formulam, cuius vsus erit, dum viscerum obstructiones tollere, dum incidere, attenuare & dissoluere humores viscidos & cõcretos, vrinas ciere, menstruumq; fluorem præter naturæ institutum suppressum prouocare, quinetiam tum calculum

culum renum atterere & comminuere paulatim & sensim voluerimus, descriptio est huiusmodi.

## *Oxymel diureticum.*

*℞. Mellis albi Narbonensis prouincialis aut Hispanici (quale optimum iudicatur, & fæcibus minus abundans)* ℔. 2.

Quibus primo addes

*Aquæ itidem* ℔ 2.

Blando igni hæc committantur, vt secundum artis præscriptum fæculentia deponatur, quæ tamen pauca erit: qua penitus ablata, admiscebis ℔. 6. aquæ & duas aceti generosi, siue albi, siue rubri, non refert, vel vnam & semissem, si minus acidum affectes huic miscellæ fictili vitreato conuenienti contentæ adiicies quæ sequuntur:

*℞. Rad. Taraxaci*
*Valerianæ*
*Vincetoxici*
*Rubiæ tinctorum*
*Asari*
*Eryngij*
*Fœniculi*
*Petroselini ana* ℥ ij
*Ononidis*
*Ras. Corticis Fraxini*
*Capparum*
*Tamarisci ana* ℥ x.
*Sem Raphani*
*Bardanæ*
*Anisi*
*Coriandri*
*Fœniculi dulcis*
*Petroselini*
*Asparagi*
*Cinnamomi electi*
*Cassiæ ligneæ ana* ℥ ß.
*Flor. Hyperici*
*Genistæ*
*Sambuci ana p. ij.*

Omnia simul coquantur ad medietatum cōsumptionem, post traiiciantur semel atque iterum per manicam Hippocratis ad meliorem clarificationem, habebis oxymel ad ea accommodatum, quæ supra commemorauimus, de quo vtendum ad pluſculos dies, dosis ℥. 4. Huius oxymelitis parandi ratio valde facilius est, ad cuius normam infinitas alias formulas componere licebit, quæ non maiorem quam apozemata difficultatem, si parandi modum spectes, præ se ferent.

Apud Nicolaum Myrepsum, Mesuæum aliosq; veteres auctores, imo etiam recentiores, reperies alias oxymelitis species tam humoribus præparandis, quam expurgandis dicatas, quo in numero est oxymel helleboratum maius Iuliani, tanto pere a Gesnero celebratum aduersus morbum comitialem & varios alios morbos, vti iam diximus. Verum non fuit nostrum institutum, quæ passim in aliorū scriptis recitantur, in hanc nostram pharmacopœam coaceruare. Accedit præterea, facillimum fore etiam tyroni, si vini helleborati, cuius antea fecimus mentionem, parādi modum nouit, ad eius exemplar oxymel efficere helleboratum, tum maius, tum minus. Instat iam, vt de hydromelite pauca dicamus.

## CAPVT IV.

## *De Hydromelitum componendi ratione & varietate.*

PRINCIPEM locum huiusce tractatus dabimus vinoso hydromeliti, quandoquidem potionis genus sit suauissimum, æque alimentarium, ac medicamentosum, iis affectibus maxime peculiare, quibus vinum damnosum est & nocuum, vt sunt paralyses, arthritides, &c.

### *Hydromel vinosum.*

℞ *Mellis albi Narbonensis optimi & granulati partem vnam, aquæ pluuiæ partes quinq;*, ponantur in cacabum æneum stanno incrustatum, his liquoribus recipiendis satis capacem, mel & aquam simul confunde, hæc tamen plus quam tepida & calidiuscula esse debet, dum melli

sociatur,

ſociatur, fiat horum coctio, ſed blando calore procurata, id eſt, quam minimum ſines feruefcere, atq; interim ſpumam cochleari ſolido vel perforato diligenter auferes, ipſumq; decoctum ad vnius tertiæ conſumptionem conſumi permittes, adæquatæ coctionis nota tibi erit, ſi ouum recens iniectum non demergatur, ſed ſupernatet. Totum artificium in coctionis modo conſiſtit, proinde induſtrium te & accuratum eſſe oportet, ne in illius defectu aut exceſſu pecces. In mellis bonitatem etiam attendere debes. Si enim primæ notæ fuerit, minorem expoſcit coctionem, ſi ab illa recedat, maiorem Porro materiam perfecte coctam adhuc mediocriter calentem per duplicatum pannum tranſmittes, vel per Hippocratis manicam ſed amplam & huic miniſterio tantũ dicatam, vt ita exquiſitius craſſior fæx ſecernatur. Tum transfundes in doliola vinum maluaticum olim recipientia, vel in alia, quæ ex vaſe, quod vinum album idque generoſiſſimum continuit, fabricata fuerint. Expones deinde diebus canicularibus ad Solis radios, vel potius in hypocauſtum calidum transferes, vel etiam ſupra furnum collocabis, in quo quotidie panificia coquuntur. Relinques illic menſem vel ſex heddomadas in fermentationis & defæcationis gratiam. Tandem vaſcula in cellam traduces. Vſus erit non ante trimeſtre: interea temporis hydromel vinoſum penitus fit, ſimulq; redditur vino maluatico è Creta aſportato, atque hic modus vulgaris eſt.

Qui enim tartari tincturam elicere norunt, illiuſque tantum in ſingula dolia addunt, quantum poteſt capere putamen oui, & qui artem tenent fermentum adiungendi ipſi hydromeliti, vt augeatur & producatur ebullitio, potionem multo præſtantiorem efficiunt, quæ nihil mellei ſaporis guſtui repræſentat, nũquam aceſcit, & quæ diutiſſime integra ſeruatur, imo hydromel ita paratum in dies melius redditur, & quo antiquius, eo generoſius euadit.

Huiuſmodi hydromel, quemadmodum nuper deſcriptum, vtile eſt prouectæ iam ætatis hominibus, pituitoſis, aſthmaticis, paralyticis, epilepticis, podagricis, calculoſis & ſimilibus, quibus vini vſus interdicitur.

Ex

Ex commemorato maluatico vino noſtro artificiali extrahitur præſtantiſſima aqua vitæ, vino longe accommodatior ad eliciendas rerum eſſentias. Idem etiam hydromel vinoſum non deſtillatum optimum organum ad plurimorum medicamentorum extracta conficienda. Ex illo quoque acetum componitur validum ac vegetum, quod vinoſo aceto non cedit. ad diuerſa remedia, & diuerſis oxymelitis compoſitionibus æque conueniens ac acetum vulgare.

## *Hydromel ſimplex officinarum.*

Hydromel ſimplex quo communiter pharmacopœi vtuntur ita fit.

℞. *Mellis optimi lib. ij.*
*Aquæ lib. viij.*

Fiat commiſtorum coctio ad perfectam mellis deſpumationem. Tot hydromelitis ſpecies præparari poſſunt, quæ vel morbificum humorem excernunt, vel excretioni idoneum reddunt, quot oxymelitis, eademq; etiam medicamenta recipere poterunt, prout agendorum ſcopi dictitabunt & inſinuabunt.

## *Hydromel cum ſucco ceraſorum ad ſitim ſedandum.*

℞. *Aquæ fontanæ lib xij.*
*Mellis albi lib. ij.*

Coquantur ſimul, donec expurgata ſint, hoc eſt, mel amplius ſpumam non emittat: Adiice.

*Succi ceraſorum acidulorum lib ij.*

Rurſus bulliant parum, ſpumam auferendo, quam fieri poteſt accuratiſſime, tum hydromel è ceraſis habebis ſaporis iucundiſſimi. Eodem plane modo conficies è ſucco citri aliiſque ſuccis acidis & gratis, vt inde fiant potiones dulcacidæ, ſuauiſſimæ, & ad omnes febres oxyſaccharo potiores & aptiores.

*Melicratum*

## *Melicratum vinosum cum multis aromatibus paratum mihi ab illustrissimo Principe Friderico piæ memoriæ electore Palatino communicatum.*

♃. *Mellis optimi & albissimi partem vnam vel lib.* 10.
*Aquæ pluuiæ si haberi queat, aut fluuiatilis partes sex vel lib.* 60.

Imponito in cacabum respondentem copiæ hydromel tis, quam componendam suscepisti: vtrumq; simul confundito, coquito, crassiorem fæcem despumando detrahito, deinde herbas, quæ sequuntur, resiccatas imponito, sacculoq; concludito, videlicet

*Saluiæ*
*Arthemisiæ*
*Hyssopi*
*Origani*
*Hormini*
*Betonicæ ana m.i.*

Præterea alio nodulo recipito

*Baccarum lauri crassiusculè conquassatarum lib i.*
*Flor. Lupuli m iij.*
*Hordei integri p.*4.

Omnia simul bulliant, & à spuma expurgentur ad partis tertiæ consumptionem, ita vt liquor ouum recens immissum in superficie sine demersione cõtineat, vt iam ante demonstrauimus: fiat omnium exquisita per pannum traiectio. Colatura recondatur vno aut pluribus doliolis, prout quantitas liquoris postulat. Vasa autem vinum album generosum ante adseruarint, quæ etiam firmissime ligneis circulis coagmentata sint, ne dissiliant aut disrumpantur spirituum agitatorum efferuescentia. Elapsis tribus aut quatuor diebus à feruore per vasorum latiuscula & superna orificia nodulum suspendito, cuius hæc est materia.

♃. *Cinnamomi*
*Caryophyllorum*
*Galangæ*

*Piperis*
*Granorum paradisi ana* ℥ ß.

Aliquot dies feruescendo & fermentando liquori concedito: Tandem singula vasa ad eorum capedinem replebis eodem liquore, quem quibusdam lagenis seruatum oportuit, & arcte obrurabis apposito operculo, sed memineris aromaticum nodulum relinquendum esse. Post tres menses liquorem habebis plane vinosum, linguam iucundissime afficientem & oblectantem, nec minus vtilem maxime hyemalibus frigoribus, si mane ieiuno ventre quotidie ad duas aut tres vncias assumatur. Mirifice enim spiritus exhaustos reparat, obtusiores sensus illustrat & acuit, oculos imbecilliores corroborat, hebetiores i..uat, auditus grauitatem & difficultatem sanat, omnibus principibus partibus robur & firmitatem addit, cordi scilicet, cerebro, quinetiam ventriculo maxime languenti & debilitato. Et, vt vno verbo dicam, est languidæ senectutis refocillatio, leuamen, caloris q; restauratio: denique ad contracturas, paralysis & similes affectus frigidos, quibus senectus obnoxia est, salutare præsidium iudicatur.

## Capvt V.

## *Vina ex mineralibus composita.*

Ferreo hoc nostro seculo, vbi morbi plusquam martiales, imo & saturnini maxime vigent, durum videre non est, si sæpius cogamur metallis ipsis vti in ædulis pro salutiferis remediis. Etenim quibus vegetabilia & animalia non valent, valeant saltem mineralia, nec obstat, quid contrarium sentiat ignarum vulgus, sciolus hos sciolos inuidentiæ & ignorantiæ plus sapere, quam eruditionis, & doctrinæ, si mineralia explodenda, explodentur & ipsi qui ægros ad minerales aquas remittunt, qui chalybem quotidie vsurpant, qui hydrargyrium, qui auri, & argenti foliola, qui sulphur, vitriolum & diuersa salium genera, sed de his alibi.

Sulphur sublimatum in doliis vini ad sufficientẽ quantitatem infusum, vinum mirabile reddit, ad diuersa morborũ genera Imprimis aduersus mercuriales morbos, sic, qui

qui casu, vel arte fumum mercurii exceperunt, vel qui mercuriali vnctione perun&ti sunt, consimile vinum assidue bibant pulmoni ius asthmaticis, scabie infe&tis, lue venerea contaminatis mirifice confert.

Si attente medici onnotarent, cur sulphuris vapor (quod artificium fit hic Bononiæ, & in aliis Italiæ locis,) vinum ne pendulum fiat, cohibeat, scirent, qua vi polleat ipsum, in arcenda putredine, è corpore humano. possem de eiuscemodi vino plura dicere, at vereor ne vltro dicēdo iniuriatus coger rin nuetuatum errorem de abusu mineralium incidere.

Vitrioli balsam um vino adie&tum, id ipsum vinum reddit præstantissimum, & ad multos morbos vtilissimum.

Anthimonii tin&tura vinum reddit omnium præstantissimum: id vete an uinem renouat, cutis infe&tiones, læpram ipsam sanare creditur erraticis febribus medetur, cachochimiam tollit arthrit dē & omnes tartareos morbos è vestigio tollit, roborat & confortat cor & cerebrum, mul a & alia miranda præstat, quæ non nisi vsu & experientia cognoscuntur.

Ipsummet Anthimonium, crudum & citra vllam preparationem vino continenter detentum, imprimit mirabilem proprietatem contra concretionem calculosam.

Exco&tum tamen & à mercuriali parte illa volatili liberum magis probo nam crudum flatus multos parit, & nonnunquam ventriculi subuersionem concitat, & eius quantitas perexigua esse debet.

Non desunt qui & mercurium crudum in dolioli fundo detinent; ferunt vinum ne acescat, aut vaporem contrahat aut pendulum fiat, ea ratione fa&tum esse, nos tale vinum ad ventris lumbricos plurimum valere certo scimus, item è capite per os multum pituitæ educere, & inueteratis coli doloribus mederi. In eiusmodi vinis recensendis breuior, & laconicus nimis sum, & forte plusquam re natura exigat. at Tironibus res est periculo plena, artis vero peritis res est & notissima & facillima.

Cap.

## CAP. VI.

### *Vinum ex Metallis.*

OMnium metallorum solum ferrum vina medicatã efficit. Quidam idem ferrum limatum accipiunt, idque doliolo imponunt vel sacculo inclusum, vel sic seorsum, sit vero prius à sordibus repurgatum.

Nos chalybem vel ferrum optime limatum accipimus, idque cum dupli pondere sulphuris calcinamus vti in secunda parte huius operis dicemus speciali capite de ferro, præparatum ex eo vitriolum vini cado infusum, & dissolutum vinum reddit efficacissimum & nobilissimum. vitrioli vero parandi ratio in secunda parte habetur.

Ex metallorum tincturis, & essentiis vina compluri-ma excogitari possunt, at hæc nec nobis in vsum veniunt, nec à quopiam vsurpata fuisse existimo.

# SECTIO QVARTA.

## CAP. I.

### *De aquis distillandis.*

AQuis frequentissime vtuntur, estque prima operatio, qua, ipsi, primo in arte medica vulgo innotuerunt. verum eiusmodi operatio hodie adeo nota est, vt ne lippos quidem, & barbitonsores lateat [illegible] methodus, qua herbę p vas plumbeũ destil[illegible] exploditur. in aquis tñ plantaginis, solatri [illegible] fece admouendis, ea non omnino reiicienda [illegible] aqua rosarũ pro inflãmationibus oculorum [illegible] pulchre per plumbum distillatur. Aqua item illa a nostris chyrurgis *luminosa* dicta, nec sine occasione per id vas distillatur. At ad intrinsecos vsus, eam cum cæteris plane cõdemnamus. vasa terrea vitriata, vitra ipsa optima sunt. formæ eorum omnibus notæ sunt. vas quoque refrigeratorium dicitur hodie vbique locorum innotescit. Estque æneum, vt plurimum interius stammo obductum, cuius pars inferior ampla est admodum, res distillandas

das continens; superior tribus constat, canula pro vasis proportione, ampla, & alta, alembico cum rostro, & cacabo æneo nos loco huius vasis assumimus vas rotundũ terreum deuitriatũ, stricti, & angusti orificii, rotundum inquam, pilæ instar, cuius orificio, crassioris digiti amplo, canula stamnea, vel ferrea, vel ænea, stamno obducta, inseritur. eiusmodi canula vasi alteri aquæ pleno immergitur, hocque pacto essentiæ herbarum sine odoris. & saporis iactura educuntur. Item aquæ vitæ mirum in modum excellentes, & preciosæ.

Per simplex vas vitreum, vel terreum fiunt etiam eiusmodi aquæ, at non tanti valoris.

Supradicta vasa igni multiplici aptantur; etenim quidam ipsis supponunt ignem lucernæ, alii ignem carbonum, lignorum, cinere, scoria, ferri, arena, vel aliis interiectis, alii stuffam balneum mariæ, & balneum vaporosum. calor fimi equini hæc omnia longe superat, at mitis est admodum, & quo ægre aut nisi longo tempore aqua extillari possit. nos eius medio aquam vitæ fragrantissimam è vino elicuimus.

Aquas vulgato more distillatas raro vsurpamus, eo quod parum efficaces ne dicam vllius facultatis participes. ea de causa quæ in nostri vsum veniunt, ea sic parandas iubemus si herbæ sint recentes, & succulentæ, eas primum incisas cultro, vel forficibus, in mortariolo contundimus, contusas cum suo succo, vasi vitreo, vel terreo vitriato stricti orificii indimus, dictum vas in loco frigido per aliquot dies reconditur, donec herbæ, & succus acorem quendam contraxerint; tunc per refrigeratorium distilla vel per vas nostrum rotundum, cum sua canula aquæ frigidæ immersa canula contorta sit, ea maxime pars quæ aquæ immergitur, serpentes & hoc modo ipsi possunt inseri.

Item & aliæ formæ de quibus plura apud artifices. hac via prodibit mercurialis ille liquor cœlestis; qui si non satis vim plantæ redoleat, recentem herbam iterum accipe, cui tusæ in mortariolo, vt prius, extractam aquam reaffunde quam denuo distilla, sic secundo præstantissimam aquam excipies, quam denuo ad maiorem perfectionis gradum deduces, si, tertia vice, aqua, recenti her-

bæ reaffundatur, atque distilletur. ex multis herbis, floribus, & seminibus hac via aquam vitæ sanissimã elicies.

Si herbæ sint siccæ aut parum succulentæ, incisis, & tusis aquam communem affundimus, vasaq; eo modo quo diximus in loco frigido per aliquot dies asseruamus; ei etiam addimus parum fermenti ad hoc præsertim, vt citius acorem, seu fermentationem nanciscantur, tunc procede vt supra.

Aquæ aromatum eiusmodi fermentatione non semper indigent, ea maxime cuius odor in superficie consistit. vt florum limonum, arantiorum, violarum, florum charyophyllorum, iasmini, & aliorum. secus odor in auras abit, sed cum primum collectis floribus & vasi inditis educitur aqua per balneum vaporosum, quæ nouis floribus reaffusa, & iterum extillata, floris odorem elegantissimum redolet. aqua flagrans, & odorifera in superficie consistit, ideo pauca admodum è floribus educitur, & ea, quæ statim primam insequitur, ingrati est odoris.

Aqua cinamomi, garyophyllorum Indorum, macis, piperis, & aliorum aromatum exoticorum maceratione duorum vel trium dierum tantum indigent.

Cæterum in aquis distillandis nihil quod non sit cognitum habemus dicendum, quapropter qui de his plura desiderat aliorum libros euoluat, inter neotericos Quercetanum, Weckerum, Portam, Vlstadium, Euonimum, &c. supersunt nobis quædam compositæ proprio vsu, multiplicique experientia cognitæ, quas hic cum aliis nostris appendere volumus.

## Cap. II.

### *Aqua Nephritica.*

℞. *Radicum ononidos,* *unc. iiij.*

*apij,* }
*raphani* } *an. unc. i.s.*

*herbarum argentinæ,* }
*turcicæ, alias herinariæ* }
*betonicæ,* } *an m. iij.*
*pimpinellæ, pilosellæ,* }
*cetrach* }

*fructuum rosar. siluestriũ* }
*alchechengi* } *an. unc i.s.*

*sem.*

| | | |
|---|---|---|
| *sem. milii solis, hypericonis,* <br> *carui, dauci,* | } | *an. vnc i.* |
| *succi limonum,* | | *lib* 1. |
| *vini albi generosi,* | | *lib. v.* |

macerentur hæc omnia parum trita in fimo equino in vase vitreo per 6. dies, demum calore einerum eliciatur aqua, quæ secundo nouis, & recentibus rebus reaffundatur, eaq; triduo macerentur, atq; distillentur, vt prius fœces crementur in vase fictili, & à cineribus sal extrahatur, quod aquæ immiscere poteris vel seorsum seruare. huius aquæ dosis est vnc. 2. & 3. Calculum in renibus, & vesica comminuit, vrinam potenter mouet. extant apud Quercetanum aquæ huiusmodi virtutes, quas qui desiderat suum authorem consulat.

## *Aquæ antipilepticæ, apoplecticæ, & similes.*

HAbentur eiusmodi aquarum perpulchræ descriptiones apud eundem Quercetanum, quas tamen minime vsurpamus, minus aliis vsurpandas suademus: nobis enim semper displicuit tanta rerum farrago. Pro theriacali aqua sequentem vsurpamus, qua in prædictis affectibus vti poteris.

| | | |
|---|---|---|
| *Resp. radicum Imperatoriæ* <br> *angelicæ,* <br> *gentianæ,* <br> *bistortæ,* <br> *zedoariæ,* | } | *an. vnc. 2.* |
| *foliorum melissæ,* <br> *vlmariæ,* <br> *agripalmæ,* <br> *scabiosæ,* <br> *acetosæ,* <br> *card ben.* <br> *cort citri, ligni aloes* | } | *an. vnc 3.* |
| *Schoenanthos, santali albi,* <br> *& rub.* <br> *cinamomi, garophyl. macis* | } | *an. vnc. s.* |

Infundantur omnia triduo in lib. 6. vini albi & in lib. i. ſucci boraginis diſtillentur poſtmodum per balneū mariæ. affectibus cordis ſummopere confert, hinc in peſte præſtantiſſima eſt. valet & ad ferarum venenatum morſum, &c.

Vſurpamus & ſæpe aquam ſequentem pro affectibus vterinis, vt & in multis affectibus capitis. in his maxime in quibus vis roborans, & narcoctica deſideratur.

## *Aqua hyſterica.*

*Reſp. radicis valerianæ mai. ſiccæ vnc.* 4.

| | |
|---|---|
| *fol. matricariæ,* *tanaceti,* *arthemiſiæ,* *abſynthii, menthæ,* *maioranæ, pulegii.* | *an m* 3. |

Infundantur per 24. horas in s. q. vini albi generoſi, in loco calido, forti expreſſione prælo ſubigantur. In colatura infunde.

| | |
|---|---|
| *galangæ,* *gingiberis,* *macis,* *piperis longi,* | *an. vnc. i.* |
| *ſpicæ indicæ, croci,* *Schoenanthos, calami,* *aromatici,* | *an. vnc. s.* |
| *opii thebaici,* | *vnc.* 3. |
| *ſem. papaueris albi* | *drac i s.* |
| *camphoræ* | *vnc.* 2. |

Macerentur triduo in fimo equino, & iterum torculari exprimantur, fœcibus aquam vitæ affunde, & reliquum tinctutæ ab his abſtrahe à colaturis ſimul commixtis vrinalem vitreum cum ſuo capitello aquā prolicito, quam ad vſus multiplices ſeruabis. vterinis affectibus potentiſſime ſuccurrit, eiuſdem ſuffocationibus cito medetur: cuicumque flatulento affectui prompte leuamen affert, vertigines ſanat, quemcunq; capitis dolorem ſedat, articulorum doloribus non minimum conducit. Magma à diſtillatione in fundo vaſis relictum, extracti ſpecies eſt,

laudani

laudani illius opiatici tantopere laudati vires, & facultates obtinens, cuius dosis est gran. 3.4.& v. De aqua datur vn.s,& vnc.1.ad duas vsq;.

## Capvt III.

### *Aqua hydrotica.*

| | |
|---|---|
| *Recipe limaturæ ligni Indici* | *lib.1.s.* |
| *corticis eiusdem ligni* | *vnc.6.* |
| *Salsæ parillæ* <br> *chinæ electæ,* | *an.vnc.ix.* |
| *sem carduі bened.* <br> *bacc.iuniperi* <br> *gingiberis* | *an.vnc.i s.* |

macerentur octiduo in s. q. vini albi generosi cum ol. vitrioli vn.s.& calore cinerum vel arenæ, aquam prolicito, quæ recentibus reaffusa & distillata vsui reponatur. Dentur 3.4. & v.vnciæ pro dosi, sudores mouet, luem veneream sanat, & aliis grauissimis affectibus succurrit. vti apoplexiæ, paralysi, hydropi, & asthmati.

### *Aqua febrifuga.*

| | |
|---|---|
| *Recip.hederæ terrestris cum foliis & radicibus,* <br> *apii, item integri,* <br> *fol.cichorii, acetosæ,* <br> *centaurii minoris* | *an.m.6.* |

macerentur triduo herbæ omnes cõtusæ,& per balneum mariæ proliciatur aqua, quæ recentibus herbis reaffusa, iterum extillatur vt prius. In dictæ aquæ vnc. 4 si per noctem infundatur magnesiæ saturniæ bis calcinatæ vn. s.& mane coletur, fit aqua vere febrifuga. cuius dosis erit vnc.4.v.& 6.paulo ante paroxismum.

## Capvt IV.

### *De Aqua Cinamomi.*

Aquam cinamomi sæpius cum sola aqua communi prolicimus, præmissa maceratione trium, vel quatuor dierum, Vtimur ad hoc vase refrigerante, vel alio

 similí,

simili, item vrinali vitreo cum suo capitello, cuius recipiens aquæ immergitur. alio modo, at cum vino albo vt sic, accipimus, cinamomi lib. 1. eam parum contundimus, atq; in vrinali vitreo cum sufficienti quantitate vini per tres dies infundimus: vase autem probe obturato cum suo recipiente balneo mariæ committitur, igneque adacto elicitur aqua. huic aquæ oleum innatat in exiguam quantitatem; prima aqua, quæ lactea cernitur, recenti cinamomo reaffunditur, atq; distillatur, vt prius, ter eiusmodi operatio reiteratur, qua via multum olei elicitur, & aquam odoratissimam, & suauissimam percipies.

## *Aqua Cinamomi. Aqua 2.*

| | |
|---|---|
| *Recipe Cinamomi electi* | *lib i.* |
| *Spiritus vini* | *lib iii.* |
| *Aquæ rosarum* | *lib. s.* |

macerentur triduo in fimo equino, demum per balneum mariæ educitur aqua fragrantissima.

## *Aqua Cinamomi. Aqua 3.*

| | |
|---|---|
| *Rec. Cinamomi electi parum contusi* | *lib. i. s.* |
| *schoenanthos, folij indici an. vn. i.* | |
| *garyophill. vnc i.* | |
| *vini maluatici* | *lib. 4.* |
| *aqu. rosarum* | *lib i.* |

triduo maceratis, in vrinali vitreo, lento calore prolicitur aqua præstantissima. Epilepsiæ confert, animales spiritus recreat, auget memoriam, & refrigerato ventriculo succurrit.

CAP. V.

## *De Aquis odoriferis.*

EX omnibus odoratis floribus, fragrantissimas, & odo[illegible] quas elicere possumus. vt ex rosis, iesmi[illegible] is, cheiriophilis, floribus arantiorum, [illegible] supra tetigimus, interim colligan[illegible] pore quo Solis calor virtutem non resol[illegible]; statim vrinali vitreo reconde, atq; blando [illegible] aqua, caue ne ignis vehemens sit, pau[illegible] eliciatur, & ea quæ à primo vapore resoluitur, seruetur;

seruetur; secus quæ à toto composito prodiit ingrati est odoris, & alteri mixta odorem illius euertit, omnino augebis odorem, primam aquam nouis floribus reaffundendo, quod si ter reiteretur huiuscemodi operatio, aqua fit præstantissima.

Ex rosis aqua eodem modo paratur, & quia odor fixius hæret substantiæ, longiorem sustinet euaporationem, patiuntur & macerationem, vt in principio diximus, flores vero qui in sola superficie continent odorem maxima cautela extillantur, primi enim vapores in rostrato capitello tantummodo excipiantur, contrarium agentes, oleum, & operam perdunt. vsus eiusmodi aquarum maxime est in spiritibus roborandis, & exhilarandis, vires earum multiplices sunt, etiam in peste, morbisq; contagiosis.

## *Aqua odorata composita.*

*Recipe santali citrini vnc. i s.*
*radicis cyperi,*
*ligni aloes calami arom.*
*corticis citri,*
*rosarum rub. sicc.* } *an. vnc. s,*
*benioni,*
*styracis calamit.* } *an drach. x.*

terantur terenda, & octiduo macerentur in suff. q. aquæ rosarum demum aqua proliciatur calore balnei vaporosi, & seruetur ad vsum. In dicta aqua nodulus ambræ frisea & mosci orientalis an. drach. i. plenus continuo immergatur.

## *Alia.*

*Recipe radicis ligni rhodii,*
*Santali citrini,*
*cyperi,*
*ireos* } *an. vnc. i. s.*
*calami aromatici,*
*styracis calamitæ,*
*benioni*
*garyophyllorum* } *an. vnc. s.*

macerentur triduo in s. aqua florum afantiorum vel rosarum, postmodum balneo, vel refrigeratorio distilletur.

## *Aquæ Soporiferæ.*

*Recip. seminis cicutæ* vnc. i s.
*sem. papaueris albi drach.6.*
*hyoscyami*
*lactucæ,* } an. vnc. 3.
*fructuum maturorum*
*mandragoræ*
*stramonii cum semine* } an. vnc. i.
*opii thebaici,* vnc i.s.
*succorum lactucæ siluestris*
*aquæ vitæ optimæ* } n. lib. i s.

hæc omnia tusa maceretur triduo in vrinali vitreo, postmodum lentus ignis ipsi subiiciatur, dosis aquæ erit vnc. 1. & 2.

## *Alia.*

*Recipe succorum hyoscyami*
*albi,*
*fol papaueris albi, &*
*nigri,*
*mandragoræ*
*hederæ,*
*cicutæ,* } an lib s.
*In his succis infunde lolii*
*sem. lactucæ,*
*opii,* } an. vnc. 1. s.

hæc aqua ter à magmate abstrahatur. atque sic potentissima aqua educitur.

### CAPVT VI.

## *De Aquis Animalium.*

Animalium vt styrpium aquas præparare vsuiq; nostro reponere nobis moris est. Itaq; aquas animalium, vel integrorum, vel eorum partium, variis modis, variisq; instrumentis elicimus. quasdam putrefactione, substantiarum segregatione, hæterogenearum videlicet, quibus constat, præmissa quasdam nulla, sed eas ab integris separamus. Non-

Nonnullas balneo vaporoſo, atq; calore aquæ tepidæ. Quaſdam igne cinerum, arenæ, igneque ipſo aperto. Quædam ſine alterius mixtione, ſeu ex ſolis animalibus, aut eorum partibus, quædam vero cum mixtione alterius, vel alicuius additione aquæ commodius educuntur, vel vires, & facultates augentur & nobilitantur.

## *De Aquis Caponum, & aliarum viribus reparandis dicatarum.*

DVplici modo fiunt eiuſmodi aquæ, vel enim per balneum Mariæ, carne prius inciſa, & vrinali vitreo indita, pauco vini maluatici adiecto, vt irrorentur carnes, & tantillo cinamomi ſaporis gratia, vel prius capones bene coquunt, & iuſculum, & caponum balneo rorido diſtillant, qui modus hodie vſitatiſſimus eſt.

Alio modo; Carnium portio filis alembico appenditur, exhalanteque vapore è ſubiecto vrinali caro excoquitur, eaque aquam ſiue iuſculum fundit gratiſſimum. In vrinali vinum vel aqua roſarum, borag aut alterius generis liquor prius immittitur. Vrinale fit cæcum & fere in modum circulatorii. Si cinamomum, aut aliud aromatum ſuperaddantur ſuauiorem reddet liquorem.

### CAP. VII.

## *Aqua cancrorum fluuiatilium. Vermium terreſt. &c.*

AQuæ cancrorum fluuiatilium, gallis eſcre vithes, Italis gambari, per balneum mariæ, vel etiam calore cinerum excipiuntur integri ſumuntur, iique bene loti vrinali vitreo induntur, cum pileo roſtrato, ſine additione alterius liquoris, eiuſmodi aqua, vſus eſt mirabilis in flammationibus ſedandis, vrinam pellit, rabidorum canum demorſis ſuccurrit, vulneribus pectoris continuo ſumpta mirifice opitulatur, ſitim extinguit, & renum calculum comminuit.

Aqua vermium terreſtrium eodem plane modo fit, ipſis prius vino albo probe à terreſtritate lotis, & repurgatis, hæc aqua phtiſicis auxiliatur, ſanguinem ſiſtit, menſes pro-

ſes prouocat, obſtructiones reſerat, vermes puerorum enecat, intrinſecis vulneribus confert & alia præſtat adhuc incomperta.

## *Aqua Ranarum.*

♃. Ranæ capiuntur ſub fine menſis Martis vel initio Aprilis, (omnibus etiam temporibus, neceſſitate cogente, ſed tunc minus efficaces) viuæ domi triduo ſeruantur, tuncque lotæ, vrinali vitreo integræ & viuæ immittuntur, atq; pileo roſtrato ipſi impoſito per calorem balnei maris exſtillatur aqua; eius vſus eſt mane ieiuno ſtomacho vnc.ij. pro doſi diuturnas hæmorragias reprimit, muliebres fluxus, quos flores albos appellant mirifice iuuat. quod ſi nulla ſubſit praua cacoetia, radicitus ſanat.

Spermatis ranarum aquam, eo quo diximus modo eliſimus. colligitur eiuſmodi ſperma menſe Aprilis nullaque lotione præmiſſa, balneo vaporoſo aqua educitur. Et quia iſthæc aqua cito corrumpitur eius ſuccum linteaminum fruſtulis combibimus, eæque vmbra, vel ſole exſiccantur.

His vtimur, aqua ranarum prius madefactis, in omni ſanguinis fluore, in Eriſipilate, in arthriticis doloribus: & in ambuſtis. eæ etiam cancro vlcerato non parum proſunt, nam ab eo enatos dolores ſedant.

Quidam ranarum partem inferiore reiecto pectore & capite cum pelle tantum accipiunt. nos eas integras diſtillamus, & eæ in vaſe poſt extractionem remanent, quæ poſtea lento igne exſiccantur, atque in puluerem reducuntur. cuius drach.ſ. & drach.I. quotidie exhibemus; puluere dicto vtimur in fluxionibus ſiſtendis maxime vterinis.

## CAP. VIII.

## *Aqua ſanguinis humani.*

IN oleo ſanguinis humani extrahendo aquam ſimul extrahimus, de qua, eo in loco ſermonem habebimus; hac aqua raro vtimur & niſi in extrinſecis, roborat artus quo minus fluxiones excipiant, & arthriticis doloribus confert; ex ſanguine hyrci, & aliorum animalium aqua modo non diſſimili educitur.

## *Aqua stercoris animalium.*

MVlta animalium stercora mirabiles, & præstantes obtinent virtutes: & vt interim humanum stercus taceam,(res profectò indigna, vt à quopiam in vsum aduocetur) gallinarum stercus nonnunquam vsurpauimus in doloribus coli. id in puluerem exsiccatum furno, vel stuffa commode absque alia præparatione exhibetur aduersus colicos dolores. Stercora cuiuscumque animalis in aliquod animalculi genus vertuntur, quod per alembicum vitreum distillatum, aquam & oleum exhibet mirandæ virtutis. ad hoc, opus est magna stercoris copia, longumque tempus requiritur, sed hæc tantum per transennam annotare placuit, non enim arbitramur fœda eiusmodi remedia ad humanum vsum comparata esse. non propterea nos latet stercus bubulum mense Maii collectum miram præbere aquam, si per alembicum distilletur, aduersus nephritidem, calculos enim cito soluit, & vrinam copiose mouet, quam & nigram prima die pellit,forte calculis vehementer attritis.

### CAP. IX.

## *De aquis mineralium.*

SVb fossilium atque mineralium nomine, metalla quæque complectimur, mineralia, lapides, gemmas, terras, bitumina, omnia salium genera, & quæ in imo maris & intimis terræ visceribus densata sunt, & in substantiam lapideam versa.

Aq his aquam ægre excipimus, nec non nisi artificio & labore, sic eiusmodi aquas vulgus medicorum plane ignorat, eo quod nimis delicatuli labores ad se non pertinere dicant.

Tanta est eiusmodi aquarum necessitas, & vtilitas, vt his ignotis, tota chimica ars corruat. eæ enim densissima metallorum corpora penetrant, sic in momento firmissimam auri, & argenti compagem soluunt,taceo miranda, quæ inuidem præstant. In medicina, vsus, sunt multiplices & admirabiles, & vt à vilioribus & minus compositis exordiar. Paramus aquas vitrioli, aluminis, & quorundam salium hunc in modum.

*Aqua*

## *Aqua Vitrioli, & aluminis.*

VItriolum, vel alumen accipimus, eaque interea retortæ, vel etiam vrinali, aut alteri vasi terreo deuitreato pileum rostratum, excipiẽdo idoneo imponimus, vas in communem fornacem collocamus, & leui igne adhibito aquam exugimus, recipiente ad hoc capaci vasi adhibito, eiusmodi aqua vocatur phlegma ob insipidum eius saporem eo tramite ab vtroque spiritum elicere poteris, igne validiori adacto, & retortæ collo cum recipiente luto firmiter obturato, & loricato. hæ aquæ summópere refrigerant, sine vlla mordacitate, ideo ophtalmiæ haud parum conferunt.

### CAP. X.

## *De aquis fortibus.*

INter simplices & magis communes, hæ maxime supputantur. omnium simplicissima, ea est, quæ ex solo sale educitur, siue sale nitro, gemma, armoniaco, communi, vel alio.

Sal nitrum duplici boli, cretæ terræ argillaceæ siccæ aut alio corpori mixtum, aquam fundit fortissimam, maximum in lunam, & alia inferiora corpora imperium obtinens. vocatur eiusmodi aqua spiritus, ob subtilem. tenuem, & raram eius substantiam, quæ tanta est, vt continuo in auras abeat, atque facile densa & dura penetret corpora.

Item cum duplici pondere aluminis vsti mixtum, aquam omnium vehementissimam de se promit, pariter cum duplici pondere vitrioli calcinati aquam etiam efficacissimam exhibet.

## *Communis aqua fortis.*

℞. *Salis nitri,*
*aluminis vsti,* } *an. lib.ij.*
*vitrioli vsti,*

Indantur retortæ luto firmiter loricatæ, & recipiente amplo, & capaci, igne per gradus adhibito excipiatur aqua. qui minus fortem desiderant alterum horum crudum po-

dum ponatur, & melius aqua communis in recipiente immittatur.

## Alia.

EXtant passim apud artifices alię aquarum fortium descriptiones; at omnes illegitimæ, & parum fidæ. quidam, florem æruginis æris, alii salem communem, gemmeum, cynnabarim, sublimatum. nonnulli salis nitri legitimam dosim omittunt, alii exsiccationem, & præparationem corporum.

## Aqua fortis Tertia.

℞. *Salis nitri, lib. 1.*
*aluminis usti, lib. ij.*
*cynnabaris, unc 3.*
*stibij, unc. 1.*
*misce.*

## Aqua fortis quarta.

℞. *Salis nitri, lib. 1.*
*salis gemmæ, unc. 4.*
*sandaracæ, unc. 2.*
*aluminis.* }
*vitrioli,* } *ana lib. 1.*
*misce.*

## Aqua quinta.

℞. *Salis armoniaci fixi unc. 3.*
*salis nitri, lib. 1.*
*aluminis usti, lib. 2. s.*
*arsenici, unc. 2.*
*misce.*

## Aqua Regia.

AQua Regia sic vocatur, ob vim dissoluendi aurum. fit autem eiusmodi aqua, vt cæteræ aquæ fortes, efficitur talis salis armoniaci interuentu, quod additur vel in recipiente, vel in retorta. In recipiente ob nimiam eius naturam fugacem. si retortæ indatur, ignis principio admodum leuis sit secus ad collum retortæ ipsum sublimabitur, & aquæ exsuctionem inhibebit. fixatur etiam dictum sal quo minus fugax sit, vti speciali tractatu de mineralibus docetur, mitto pleraq; alia breuitatis causa.

## Cap. XI.

### *Aquæ Metallorum.*

METallorum aquæ variæ sunt, variisque modis à perito artifice educi possunt. Et quoniam earum methodus varietatem sortitur à natura vniuscuiusque metalli, ideo earum præparationem reiicimus in peculiarem nostrum tractatum de mineral. & metal. præparatione. vbi non modo aquas, verum & singula quæque remediorum genera è metallis educta, cõficere docebimus.

# SECTIO V.

## Cap. I.

### *De succis, & extractis.*

PRæmissis iam decoctis, & aquis, tamquam his, quibus in sequentibus parandis crebro vtimur, ad ea, quæ extracta dicuntur deueniendum, sub quorum denominatione succos rerum simplices complectemur, & primum de his, vt paratu facillimis.

Æstiuis temporibus plantarum succos vsurpamus, nam tunc earum virtus in succulento, & madido humore consistit, quem non raro sponte, aut exigua vi facta, fundunt.

Parantur etiam, vt hyeme, dicti succi, loco plantarum ex quibus eliciuntur haberi possint: tunc enim sunt mortuæ, effœtæ, & languentes, vnde nullam aut exiguam vim de se promunt.

Parantur, & aliis de causis, vt ab his, ex arte fermentatis spiritus, quinta essentia, vel liquor mercurialis educatur.

Item, vt sal essentiale, siue tartarum inde parari possit.

Succos autem elicimus è viridi stirpe, eius radice, foliis, floribus, & fructibus. Itaque ex his minutim concisis, tusisque succus exprimitur. aliquando ex his prius probe tusis, & ad nonnullos dies in vase vitreo, atque in fimo equino maceratis per linteum raro coniectum, vel manib. vel prælo, vel torculari succus excipitur.

Succi sæpe per nos in extracti formam adducuntur, vt hi in pilulas deuocari possint. non raro in mellis vel syrupi crassi iem nullo etiam addito melle aut saccharo, ipsis tamen prius defœcatis & probe depuratis. Depurantur vero ipsis antea insolatis, quo ritu, vinum postquam efferbuerit, fœces deponere solet, sic quicquid læuiorum fœcum continebunt in spumam subsidebit. quæ depurandi methodus potissimum valet in vinosis succis.

Nonnulli, vt crassi terrestres, fœculenti, & viscidi, prius coctionem sustinent, vel ad ignem vel ad fimum equinum feruidum, depurationes, & clarificationes, quę acidorum medio fiunt, item per albumen oui, non semper improbamus necessitate temporis ad id sæpius compellente.

Succi exotici vt scammonea, opium, aloes, & similia quæ impuri, non minima purificatione indigent, male tamen in officinis tales immiscentur pilulis, satius esset hac de re scammoneam purgare, quam in malo cotoneo coquere, meliorque esset correctio. ea vero depurantur atque ab omni praua malignaque qualitate corrigitur, si trita aqua vitæ lento igne dissoluatur, dissoluta per inclinationem à fœcibus segregetur, demum ab ea, aqua vitæ abstrahatur, quo ad sicca remaneat pura, clara, & pellucida. huius correctæ scammoneæ scrupi tuto exhiberi potest.

Aloe hepatica, succis, vel aqs distillatitiis dissoluitur, & eodem modo à sordibus repurgatur. succotrina quæ pura, nitida, & pellucida est, a nobis sic absque alia præparatione vsurpatur.

Succos probe depuratos ad mellis, vel syrupi crassitiem coctos, sacchari tantillo adiecto, plerumque vsurpamus, raroque crudos, ni temporis necessitas, vel ægri conditio alio nos aduocat.

Dosis eiusmodi succorum coctorum erit ab vnc. i. ad 2. & 3. horum vnc. i. plus pollet viribus quam vsitatorum vnc. viij. & x.

Qui huiusce rei periculum facere cupit, succos limonum accipiat, vel cydoniorum ad lib. 2. remaneant post euaporationem in balneo mariæ sactam vnc. iiij. quarum singula vncia plus virium habebit,

bir, quam integra libra; nos parum sacchari ipsis addimus, quod non tam ad saporis gratiam, quam ad formæ elegantiam; vt pro vna lib. succi vnc. 2. vel. 3. sacchari.

Succos cichorii, melissæ, boraginis, cicerbitæ lupuli, endiuiæ, fumariæ, agrimoniæ, acetosæ, scorzoneræ, & similes, hac via paratos ad vnc. i. & vnc. ij. vsurpamus citra nauseam, & ægri molestiam.

In Italia frequentissimus est succi cichorii crudi & impuri vsus, mensib. præsertim Maii & Iunii, quē sæpe cum sero lactis miscent, quæ consuetudo à nobis minime probatur, maxime in his, qui ventriculum frigidum, & à natura imbecillum nacti sunt lienosis etiam, & his, quibus iecur obduruerit, non minimum obsunt, hos enim frequenter in hydropem præcipitant obstructiones augent totum genus venosum iei [illegible] rant, naturales tandem functiones summopere peru[illegible]rtunt [illegible], & deiiciunt; inde apoplexia, colici dolores, & alia grauissima mala, nec raro mors ipsa, sic qui iecur temperare studebant, immaturam mortem concitarunt.

Hic in acutis febribus oxalidis succus promiscue exhibetur, & horis & diebus quibus natura sæpius cryses mouere solet: quam consuetudinem probare minime possumus; tunc enim adhibenda sunt pauca, & cocta ne ab officio natura euocetur, sic si vnica tantum vncia, aut semiuncia, adhiberetur dicti succi probe cocti & per se purificati, cito in actum deducerentur, & natura tantopere ab his minime lęderetur, nec eos auersaretur, sed his breuitate missis quod Cicerbitæ succus aduersus venenatorum morsus valeat aperiendum, narrauit mihi amicus fide dignus, se eo succo viperis demorsos curasse.

Scorzoneræ succum idem præstare palam est, succi præterea omnes, plantarum è quibus educuntur, facultatibus & viribus pollent. addam inter extrinsecos vsus & familiaria experimenta nostra.

Heliotropii succum manuum ferrucas breui tollere absque dolore. equorum item & mulorum poros pariter emollire, & absumere. certas etiam carnis excrescentias, & superfluitates, reprimere & resoluere, ad quæ & non parum conducit succus sabinæ, qui & carcinomata maxime

xime vlcerata mirifice iuuat. idem succus in pilulis coctus, & prius depuratus in ciendis mẽsibus mira præstat.

Succum hederæ narium fœtorem reprimere pluribus experimentis cognouimus.

Succus anagallidis floribus purpureis cum herba trita, vlceribus malignis impositus medetur, ipsaque perfecte sanat.

# SECTIO SEXTA.

## CAP. I.

## *De extractis.*

EXtracta non multum a succis differunt, succorum siquidem species sunt, vt plurimum cum alieno liquore facta. Herbæ recentes, & succulentæ sine alieno liquore succum fundunt, quem & extractum nominare possumus. Itaque ad hæc paranda accipimus herbarum recentium quantitatem. eæ minutim incisæ, & contusæ vrinali indurtur, atque in fimo equino diu macerantur; eximuntur dein & per pannum lineum sub prælo valde subiguntur, quoad omnem succum deponant: in eodem liquore recentes herbæ reponuntur, macerantur, & exprimuntur vt prius, isque labor ter, & quater repetitur, pro vt validum, & efficax requirimus medicamentum. liquor tandem distillatur, & aqua optima educitur, ad multos vsus necessaria.

Quod in fundo vasis remanet mellis ad instar crascessit, vocaturque extractum.

Siccorum corporum, lignorum, corticum, radicum, foliorũ, seminum & similiũ extractũ cum cõuenienti liquore, longaque maceratione paratur: macerationes, infusiones, & filtrationes, sæpe reiterantur, & vt supra monuimus ad mellis crassitiem exsiccantur. eiusmodi extracta paulo tenuiora relinqui possunt, cui & addere licet pauxillum sacchari, sic habebitur syrupus excellentissimus cuius drac. ij. pro dosi, plus viribus pollenr, q̃ multæ vnciæ syruporum in officinis pharmacopolarum paratorum. tuto eiusmodi syrupi citra nauseam, & ventriculi subuersionem exhiberi possunt, etiam delicatulis, & his

e qui

qui ne dum saporem, sed & conspectum medicamentorum perhorrescunt.

Est insuper extractorum alia parandi formula, qua in puluerem nobilissimum adducuntur, quorum quantitas exigua mira præstat, fit autem hoc modo, ab herbis propria aqua elicitur, fermentatione prius præmissa, hac colorem siue tincturam elicimus, quæ in exsiccando aquam per alembicum exsugimus & toties crescente materia, aquam reddimus quoad dicta materia omnem humiditatem absorbuerit; atque vasis undiquaris luto probe munitis lento calore sensim in puluerem exiccetur. si inter exsiccandum herbæ ex qua extractum parare intendis, salem immisceas extractum omnibus suis numeris absolutum conficies. liquores siue menstrua quorũ medio extracta conficere nobis est animus, sint pura, clara & omni aliena qualitate orbata, vt aqua communis stillata, aqua propria. spiritus vini licet aliena qualitate præditus sit, attamen propter eius naturam volatilem, & sulphuream ab extracto plane totus recedit.

Sæpe dum perficitur humidi abstractio per alembicũ; guttulæ quam exiguæ olei, sub aqua natantes conspiciũtur, quas si volueris seorsum seruabis, sin minus vna cum aqua seruantur, vel reiteratis cohobationibus extracto reddantur.

Vsus extractorum multiplex est, solida in pilulas deuorentur. liquida cum appropriato liquore dissoluantur, in puluerem adducta, vel cum iusculis, vel in pilulis, confectionibus, pulueribus, conditis, & aliis formulis dentur.

Composita extracta eodem modo, quo simplicia parantur, ex quibus alia sunt alterantia, alia purgantia, vtraque ex lignis, radicibus, foliis, floribus, & seminibus. Nobis visitata, longoque vsu comprobata hic tantummodo interserere placuit; alia apud alios authores, qui desiderat, inueniet.

## *Ligni Gaiaci extractum.*

*℞. ligni gaiaci limati, vel in scobem minutim incisi q.s. ad minus lib.* 10. macerentur 12. vel 15. dies in sufficienti qu.

aquæ

aquæ communis in vase vitreo probe obturato, & in loco calido, fimo vel stuffa, principio adde *olei sulphuris circiter drach.ij.* aqua ligni colore & odore imbuta coletur; fæcibus noua aqua reaffundatur, macerentur, iterum ad tres vel quatuor dies quoad aqua denuo coloretur, atque sapore ligni imbuatur. hæ aquæ per filtrum traiiciantur, vrinalique vitreo indantur, atque pileo rostrato ipsi imposito, per lentum calorem humiditas omnis proliciatur à calore, qui in vasis mellis ad instar remanet. Interea à fœcibus per retortam valido igne adhibito, duplicem liquorem extrahes, primum aqueum, secundum oleagineum. qui primus exit fere insipidus, seorsum seruetur pro noua extractione paranda, secundus subacidus est, & est præstantissimus, hic cum oleo subrubro egreditur de oleo numquam intrinsecus vsurpamus: liquorem vero subacidum, extracto reddimus, vel per se damus, qui est potentissimus, si hæc agnoscerent Medici, consultius agerent erga infirmos, nec eos in tot tormenta facile coniicerent.

## *Extractum antiuenereum.*

*℞. Corticis ligni indici parum contusi vnc. 6.*
*rasuræ eiusdem ligni, lib 3.*
*chinæ electæ in taleolas dissectæ, } an. lib.ij.*
*salsæparillæ minutim incisæ,*
*baccarum iuniperi, lib.s.*
*sem. cardui benedicti, } an vn.iij.*
*carui,*
*fol. succisæ, scabiosæ, an.m.iij.*
*radicum cyperi, } an. vnc.ij.*
*vincetoxici.*

Infundantur omnia parum contusa octiduo in sufficienti quantitate vini albi generosi, fiatque extractum vt supra monuimus, cui salem ex fœcibus factum adde. oleum a dictis fœcibus facile educitur per retortam, à quo empireuma, quæ aqua communi distillata per varias cohobationes tollitur. Dosis est drach.ij.&drach.iij.

## Extractum aliud antiuenereum purgans.

*℞. Rasuræ ligni Gaiaci, lib vi.*
*Salsæ parillæ minutim incisæ, lib.iiij.*
*Chinæ electæ, lib. ij.*
*Radicum Mechoacani, vnc.vi.*
*Fol senæ, vnc.viij.*
*Ligni sassafras* } *an.lib.*1.
*Baccarum iuniperi,*

Infundantur ligna & radices in sufficienti quantitate aquæ communis cum drach. ij. olei vitrioli vel sulphuris in loco calido per octo dies, coquantur postea in vrinali vitreo, vel terreo vitreato cum suo capitello ad consumptionem duorum tertiorum, quæ humiditas in recipiente seruetur pro noua infusione paranda. coletur decoctum, & in colatura macerentur fol. senæ, & radices mechoacani per tres dies, bulliant parum & denuo colentur. dum hæc fiunt prima aqua à decocto educta fæcibus reaffundatur cum noua humiditate, si tanta opus fuerit, nouaque infusio paretur, quæ priori vnitæ simul per vrinalem cum suo alembico in extracti formam adducuntur, saccharum nonnumquam ad [illegible] addimus, & vt solidius reddatur, puluerem sequentem ei commiscemus.

*℞. Salsæ parillæ vnc.*1.*s.*
*chinæ electæ vnc. s.*
*fol. senæ, vnc.*1.
*garyophill. drach.*1.
*salis suprascriptorum vnc.s.*
*misce, fiat massa,*
*Dosis est drach* 2.*&* 3.*bis in die.*

## Extractum hystericum.

*℞. Extracti brioniæ* } *an. vnc.*1.
*ext. visci quercini,*
*ext. granorum ebuli,*
*aloes succotrinæ repurgatæ vnc. ij.*
*ext. hellebori, drach. ij.*
*pul. croci, myrrhæ, macis sem. apii an. drach.*1.

Salis

Salis iouis, vel eius loco, iouis calcinati cum sale nitro, vitrioli martis, *an.drach.iij.*

Liquefiat, & misceantur extracta simul, demum pulueres adiiciantur. Dosis a drach.s ad drac.1.

## *Aliud.*

*℞. Extracti briomis, } ana vnc.1.*
*extracti ellebori nigri*
*croci martis, drach iij.*
*pulueris macis, magistri ches spodii, an.scrup.1.*
*misceantur, vt artis est, & fiat Extractum.*

## *Aliud quo frequenter vtimur in vteris affectibus cum albo fluore vterino.*

*℞. Extracti ellebori nigri, vnc.1.*
*scammoneæ more nostro repurgatæ drach.3.*
*aloes succotrinæ pellucidæ vnc.1.s.*
*croci martis drach.3 s.*
*lapidis hæmatitis, drach.1.*
*olei succini scrup.1.*
*olei macis, scrup.s.*

misceantur omnia pauco melle rosato addito, eiusmodi extractis vtimur quando purgatione longa opus est, atque mulieres sunt validæ, secus extracta roborantia & exsiccantia tantum vsurpamus, vt.

## *Extractum hystericum roborans & exsiccans.*

*℞. Arthemisiæ siccæ, absynthii vtriusque } an.fasciculos 4.*
*menthæ, fasciculos 2.*
*abrotani, fasc.1.*
*gingiberis, galangæ, } an.vnc.4.*
*macis, myrrhæ, succini, } an.vnc,1.*

cum aqua vitæ optima, more artis fiat extractum, adde sub fine *liquoris succini drach.1. vitrioli martis drach.3. sacchari albi vnc.3.dosis erit scrup.mane ieiuno stomacho.*

### *Extractum aliud siue confectio vterina minus composita forte, à quodam Empirico chymico reperta.*

*℞. Conserua rosarum, vnc ij.*
*salis betonicæ, drach.1.*
*magnesiæ saturninæ fixæ. drach.2.*
*olei sulphuris cum cristallo facti g.12.*

misce dantur drachm.2 mane. eiusce odi compositio certissime vterinos meatus obstructos reserat, lienis, & iecoris durities emollit item massam sanguineam ab omni crassa, & lutulenta materia repurgat. quid? deperditum colorem iuuenibus restituit, quibus nihil profuerat tota ars medica, inuincibili marte etiam pluries adhibito, & reiterato, profuit hæc simplex compositio, casu & fortuna reperta.

### *Extractum Senæ.*

EX foliis, & foliculis senæ cum aqua communi modo quo supra diximus fit extractum secunda infusio non magis quam prima flatus concitat, estque prima & secunda eiusdem efficaciæ, tertia paulo debilior est, prima infusio cum parua quantitate aquæ communis facta, si cum pauco sacchari puluerisati misceatur & canicularibus dieb. soli exponatur, formam excellentissimam nanciscitur, cuius dosis erit, cochlear integrum, & semi cochlear, blande purgat & citra vllam molestiam.

### *Extractum rosarum.*

INfusiones illæ, quæ vulgo in officinis pharmacopœorum fiunt, probe purgatæ in vrinali fundo post humiditatis eductionem extractum relinquunt purgationibus peraccommodatum, datur *à scrup.1. ad drach.1.* aluum & vrinas blande mouet, & eadem ac syrupus rosarum officinarum præstat, licet in longe minori quantitate datur aliquando *ad drach.2.* in eo parando magna est habenda cautela, secus non purgat.

### *Extractum violarum.*

QVoniam violarum, vt & aliorum florum complurium vis in suprema superficie consistit, roborans præser-

præsertim, nam laxatiua vis in toto corpore residet, etenim si violarum siccarum puluerem exhibeas aluum con[illegible]bis, quod & ipsorummet florum semen validius præstat, nec credendum his, qui contrarium putant, rosarum item siccarum puluis non minus purgat, ad drac. i. exhibitus, experientia [illegible]tiones, & authoritates contrarias enervat, [illegible] quæ reddit. Itaque violarum extractum [illegible] purgans desideras, procede, vt de rosis dictum est [illegible] & purgans simul exoptas, ab his recentibus aquam [illegible] vt suo loco diximus: [illegible] spiritus vitrioli adiecto, vel [illegible] ex dicto succo syru[illegible] conficiunt Parisienses, quam [illegible] Quercetanus in sua Pharmac[illegible] vnam partem dicti succi cum d[illegible] sacchari pene in formam electuarii solid[illegible] extra ignem secus periret color, & o[illegible] huius vis est thoracica, & cardiaca, eius vsus, est ad libitum. syrupum potius vsurpamus, quam extractum.

## *Extractum florum papaueris rhœadis.*

Concinnamus syrupum ex dictis floribus excellentissimum, cuius vsus nobis est admodum frequens in magnis febribus, ventriculi ardoribus, & vigiliis continuis. ex dictis floribus mediocriter in vmbra siccatis fit infusio cum sufficienti quantitate aquæ communis, eaque infusio probe per digestionem clarificata cum pauco sachari in syrupi consistentiam adducitur, cuius vnc.s. ad drach.6. exhibetur. flores in puluerem sæpe dedimus in Pleuritide, & phrenitide maximo cum fructu. Eadem ratione succos, & extracta florum, & seminum conficere possumus ex quibus vina, iuscula, syrupos, & iulepos in promptu parare vnusquisque poterit.

## *Extractum Cholagogum, Phlegmagogum, & Melanagogum.*

Qui extracta tam cholagoga quam phlegmagoga, & melanagoga parare desiderat, ea quæ eiusmodi humorib. educendis dicata sunt, accipiat, & cũ his procedat,

vt supra diximus. Ex his efformabit pilulas si in solidam formam reducantur, vel syrupos, confectiones, electuaria, tabellas, & alia ad libitum, à fœcibus sal facillime extrahitur, eisque immiscetur, quo efficaciora reddantur. Rursus si dextre in puluerem reducantur in admodum paruam quantitatem vires suas exerunt, at modus non est omnibus obuius.

## *Extractum Catholicum.*

*℞. Extractorum elleb.*
*nigri,*
*Esulæ,* } *an. vnc. i. s.*
*brioniæ,*
*senæ,*

his simul calide mixtis, adduntur pulueres, *macis, cinamomi, masliches, spodii an. scrup. ij. datur à drac. s. ad drach.* 1. purgat infra omnes humores.

## *Esulæ Extractum.*

ESulæ extractum eodem modo quo extractum ellebori paratur. easdem plane vires, ac scāmonea possidet. pro Esula vsurpamus eam herbulam, quæ communiter *tithimallus cyparissias* appellatur, vocetur autem esula vel tithimallus, vel hoc, vel illo nomine, parum laboramus, dummodo eius virtus experientia certa nobis innotescat, hoc dictum sit, propter loquaces quosdam, verborum cortici inhærentes: dubitant adhuc Medici, & Pharmacopolæ quid sit vera esula, vnaquæq; prouincia peculiarem retinet esulam, & quæ vera sit plane ignorant.

## *Aliud extractum catholicum nobis vsitatissimum.*

*℞. Aloes succotrinæ claræ, & nitidæ, vnc.* 1.
*myrrhæ trogloditicæ cum spiritu vini.*
*optime correctæ, vnc. s.*
*extracti fol. senæ, drach. 6.*
*extracti colocinthidos vel eius loco*
*gummi catharatici vegetabilis, drach.* 1.
*extracti croci, scrup. i, s.*
*sulphuris magnetici meteorisati, drac. i. s.*

misce,

misce,& cum succo rosarum, si liquore opus fuerit, fiat massa, dosis est g.xv.& xvi.xviii. in delicatulis x. & xii. cum solo sulphure magnetico meteorizato pilulas efformamus omnium præstantissimas, quas vere catholicas nuncupare licet, ob insignem, & mirabilem earum virtutem in corpore æqualiter purgando, hæc vera radix purgationum omnium microcosmi, blanda est, & tuta, & non nisi noxios purgat humores. repurgato etenim corpore, quod fit, eo ter, vel quater adhibito; non vltro mouet aluum, fugat prauos humores, non tam sensibiliter, quam insensibiliter.

## *Extractum nephriticum.*

NOn semper eodem modo consimilia extracta paramus sæpe pro ratione temporis, & ægri natura: aliquando simplicia, & ex vnica herbula; aliquando ex tribus, & quatuor diuersificantur etiam occasione symptomatum, inter præcipua sequens non raro vsurpamus.

*Recipe radicum ononidos lib.iii.*
*radicum 5. aperientium,* } *an.lib.i.s.*
*raphani,*

*seminum hypericonis,*
*milii solis,* } *an.vnc 4.*
*ameos,*

*fol pimpinellæ,*
*betonicæ, cetrach.*
*arthemisiæ,* } *an m.iii.*
*argentinæ, pilosellæ,*
*fructuum alchechengi,*
*lib,*1.

Infundãtur omnia minutim incisa in sufficienti quantitate aquæ graminis, cum lib.1 succi limonum depurati fiatque extractum, vt supra diximus. antequam perfecte crassescat adde sacchari albi circiter libr i.s.& efficies extractum ventriculo gratũ sine saccharo reducitur in formam pilularum, quæque per se, vel cum liquore conuenienti de simplici *drach.s. & drach,i.* exhibetur cum saccharo *vnc s & vnc.i.*

Ex iua arthetica præstantissimum efficitur extractum. Item ex herniaria, pilosella & aliis.

## Capvt II.

## De extractis animalium.

Animalium extracta siue magisteria semper cum alieno liquore parantur, & potissimum cum aqua vitæ & aceto distillato. fiunt autem ratione haud dissimili ab ea quæ de vegetabilibus dicta est.

Itaq; si ex mumia sicca, aut alia carne extractum conficere volumus. mumiam probe selectã accipimus, eam que tritam cucurbitæ vitreæ cum sufficienti quantitate aquæ vitæ, quæ quatuor digitos superemineat, in fimo, as, ea fimo equino per octo dies reconditur, atq; tunc tincta aqua, virtuteq; mumiæ imbuta per filtrum educitur, fœcibus noua superaffunditur aqua, quæ denuo colorata, vt prima abstrahitur. ter noua aqua reaffunditur si opus est, has omnes aquas per balneum mariæ distillamus, prima aqua pro noua extractione paranda seruatur, secũd fere insipida reiicitur tertia grauiori odore perfusa, fœcibus toties reaffunditur, quo ad dictam aquam extractum in fundo vasis remanens mellis instar totam combiberit.

Ex cæteris animalium partibus, pulmonibus, iecore, liene & similibus eodem plane modo extracta & magisteria conficimus.

## Extractum serpentum, viperarum, vermium, ranarum &c.

Qvanquam viperarum, vermium, ranarũ, & similium vis in tota eorum substantia demersa sit, atq; solitaria & per se satis sit efficax, adeo vt superfluum videatur aliam præparationis speciem meditari, tamen quia magis atq; magis præparatione attenuantur, exaltantur & in nobiliorem formam adducuntur ea de re in præsens sicco pede transeunda non sunt. Cum ergo facturi sumus extractum viperarum, serpentum, ranarum, vermium, vel huiusce generis, ea primo furno vel stuffa exsiccamus, vel melius vrinali vitreo ipsa integra & viua indimus, atq;

per

per balneum roris, ab his omnem humiditatem abstrahimus à viperis caput, & cauda præscinditur, tanquam exanguia, & inutilia, cæterum neq; in cauda neq; in capite venenum consistit, sed in dentis extremitate. liberantur etiam a cute, & omnibus interraneis. Ranæ vero & vermes integri sumuntur, & hi tantum abluti, & ab omni terrestritate purgati, vel per alembicum exsiccantur vel in furno, vel stuffa, vel etiam tigillo terreo vitreato ad lentum ignem, quocunq; modo sit exsiccata, parum terimus & in puluerem adducta, cucurbitæ, cum sufficienti quantitate spiritus vini induntur, atque in cucurbita fimo equino per octo dies reconditur, aqua siue spiritus vini tinctus per inclinationem à puluere effunditur, eidem pulueri nouus spiritus additur, atq; vt supra post octiduum abstrahitur, sicque vltra progreditur, vt de mumia proxime diximus.

Serpentum extractum viperarũ præsertim plurimum aduersus pestem, psoram, lepram, & venena omnia valere experientia constat. vermium ad phtisim, mulierum menses, lienis, atque iecoris obstructiones. Ranarum ad hæmorrhgias præcipue, & phtisim. Sic de cæteris animantium generibus extracta facile parari possunt.

Iuscula, gelatinæ, succi carnium, & similia à mulierculis pro ægris parata, speciem extracti quodammodo referunt. Ab excrementis animalium extracta haud ignobilia parari possunt, cuiusmodi moschus est, modus non erit à superioribus diuersus, & quia ea in operatione multi spiritus pereunt, & ipsum moschum veluti alterã quintam essentiam, merito eo tantummodo à sordibus repurgato vtimur.

A vilioribus excrementis extracta parari omnino debent, & præsertim spiritu vitæ, qui fœtorem, & grauceolentiam corrigit. inter quæ castorium vsurpamus, verrucas equarum, & alia multa.

Labdanum excrementi species, id quidem eodẽ modo quo de scammonea dictum est, repurgatur, & in extractum reducitur. aqua vitæ cum qua dissoluitur ab eo penitus recedit. cæterum dissolutionis extractio fiat in vase bene clauso, & non perfecte ad siccitatem abstrahatur,

sed

ſed adhuc liquidum relictum aeri expoſitum per ſe exſiccatur, hucuſq; de extractis dictum ſit, nunc ad oleorum extractionem ſeu diſtillationem tranſeundum.

# SECTIO SEPTIMA.

## CAPVT I.

## *De variis Chymicis operationibus, extractis, eſſentiis, magiſteriis, Salibus, & oleis.*

DE variis iſtis differentiis, quas Chymici conſtituunt inter extracta, eſſentias, magiſteria, arcana & tincturas, dicturi ſumus alibi, nempe in pharmacopœa noſtra Spagirica. Hoc autem in loco tantum de quibuſdam extractionibus tractare conſilium eſt, quorum ſparſim in præſenti hoc opere & pharmacopœa noſtra mentionem fecimus: ne forte vmbratilem tantum remediorum quorundam deſcriptionem propoſuiſſe, eamq; mancam adhuc mutilamq; reliquiſſe videamur. Itaq; fidem noſtram à promiſſis, quibus nos *ſupra pluribus in locis* obſtrinximus, nunc re & opere manifeſto, in publici boni gratiam exoluendam eſſe ſtatuimus.

Vt autem noſtro ordini conſueto inſiſtamus, enumeratas has operationes, quibus iam pharmacopœam noſtram ditare & exornare conſuluimus, qua licebit facilitate & perſpicuitate declarata elucidabimus.

Diuidemus igitur huiuſmodi chymicas operationes (ſiue ſint extracta, ſiue eſſentiæ, ſiue magiſteria &c.) in ſimplices & compoſitas: qualicunq; tandem opera, ſcopo medico inſeruiant, ſiue prima, ſiue ſecunda qualitate, ſiue alteratione, euacuatione, roboratione, deriuatione, ſiue aliis diuerſis curationis intēſionibus particularibus, tam ad morborum curationis intenſionibus particularibus, tam ad morborum curationem, quam ſymptomatum, quæ morbos indiuidua ſocietate comitantur, correctionem aptentur. Quilibet poterit facile ex ſequenti horum extractorum, eſſentiarum, aliarumq; Chymicarum operationum ſerie atque tractatu perſpicere, quam faci-

facilem docendi viam atq; methodum studiosis sequendam exponamus.

Loco menstruorum siue dissoluentium, ad has operationes necessariorum, non tantum vtemur aquis vitæ vini & iuniperi, quamuis hæc in præcipuis & maxime necessariis dissoluentibus numerantur, de quibus multi quidem inepte satis garriunt, sed etiam ad hoc institutum nobis inseruient hydromel vinosum, vinum Ganariæ, serum lactis, aqua lactis, aquæ pomorum redolentium, vlmariæ, cardui benedict', fumiterræ, agrimoniæ, filicis & similium: vel aquæ ex simplicibus iisdem, ex quibus extracta siue essentias præparare animus est, destillatæ, vel aliæ qualitatibus & proprietatibus extracti conficiendi congruæ & appropriatæ Quæ omnia iudicio periti & experti Medici consignantur.

Exordiemur itaque, à lignis, corticibus, & radicibus, & ex his seligemus præstabiliora, & pluribus ac diuersis morbis accommodatiora: initium facientes à ligno guaiaco, quod non sine causa à quibusdā appellatur lignum sanctum Singulares enim & admirandas proprietates ac dotes possidet, quæ tamen in intima eius cognitione & exacta illius versantur præparatione.

## CAPVT II.

## *Extractum siue gummi guaiaci vt appellant.*

Recipe Ligni guaiaci, & eiusdem corticis: quæ partes balsamica & oleaginosa sua substantia cæteras vincunt: ligni, inquam, partes duas, & corticis partem vnam: quorum quantitas non minor sit 7. vel 8. librarum pondere. Omnia in rasuram redacta, indantur in plura alembica siue vasa vitrea magna, capacia & oblongi colli: affundendo aquam optimam vitæ vel vini, vel hydromelitis vinosi. clausis vasis, ne quid expiret, fiat digestio in Baln. vaporoso calidiori per 12 vel 15. dies: quo tanto temporis spatio aqua vitæ melius rubescat & impraegnetur ligni tincturis: omnem liquorem calentē adhuc cola: fæces autem prælo fortissime exprime: tum egredietur liquor spissus, rubicundus & oleaginosus: quem cum priore coniunge: Omnibus simul in alembicum, vel cornutam

nutam cum suo recipiente inditis, fiat destillatio, donec materia in fundo maneat in consistētia mellis, & bulliendo bullas emittat, non secus ac mel ipsum. Tunc calentem materiam effunde in patinam terream vitreatam, aquam frigidam continentem, & statim coagulabitur instar aloes aut gummi rubei: quam manu exemptam absterges & seruabis tanquam remedium pretiosissimum, vtpote quod præcipuis guaiaci viribus tam sulphureis, quam salinis abunde dotatum est. Ex eo finges duas pilulas exiguas, & habebis præstantissimum sudatiuum & remedium bezoardicum, quod nullas corruptiones relinquit in corpore, sudores, & vrinam mirifice prouocant ipsumq; simul aluum deiicit.

*Nota*: præstat, in conficiendis huiusmodi extractis, loco aquæ vitæ, accipere hydromel quoddam vinosum: aut aquas vlmariæ, cardui benedicti & fumiterræ, acidulas factas cum succo limonum aut acero montano. De hac aqua, quam post extractionem destillando separabis, & studiose tanquam rem [illegible] pretii seruabis exhibe duo vel tria cochle[illegible] post assumptam pilulam, & singula[illegible] ad aer[illegible] luem venereum, quantumuis inueteratam comperies: eius vsum [illegible] præmissis tamen remediis vniuersalibus, & imperata [illegible] victus ratione siue diæta, qualem huiusmodi [illegible] tus sibi exposcit, ad plusculos dies continuabis.

Pro varia ægri natura & temperam[illegible] variari quoq; potest dissoluens in extracto guaia[illegible]ndo. Nam qui corpore sunt macilento, & hepate fe[illegible], eligant aquas fumiterræ, & agrimoniæ acidulas [illegible]ditas, vt supra, quæ aquæ destillatæ post extractionem, [illegible] per se, vt supra, exhibitæ ad vnciam vnam aut duas plurimum conferunt ad sudores potenter prouocandos, cæterisque vulgaribus decoctionibus longe antecellunt.

Gummi è ligno sasafras ad eundem modum extractum conducit quoq; eidem malo; Elici potest vel seorsim per se, vel cum guaiaco simul iunctum.

Sic educes gummi ex ligno buxi: vnde insigne parabis sudorificum & specificum contra omnes epilepsias, vermes & putredines, de quo tantum exiguam pilulam, vt de guaiacino pro dosi præbebis.

Gummi

Gummi tam ex ligno, quam cortice iuniperi, consimili methodo ac via eductum, excellens quoque est sudorificum, & bezoardicum aduersus easdem epilepsias, pestes, & affectus contagiosos & venenatos.

Eadem via elicies gummi ex ligno aloes, ligno rhodio & santalo, quæ summe sunt cardiaca & bezoardica. Illis menstrua siue dissoluentia adhibebis adeo commoda & conuenientia, vt simplicia ea, quibus vti voles, scopo tuo accommodentur. Verbi causa gummi e ligno aloes peculiariter prodest vermibus & putredinibus arcendis, illius extractioni congruæ erunt atque stillatitiæ hyperici & centaureæ. Sic gummi e santalo, quod hepaticum est, extrahi potest ex aqua agrimoniæ.

Eodem modo gummi è cortice fraxini, quod est diureticum, dissoluens, & contra ipsius lienis durities specificum singulare extrahes, vel cum sua propria aqua destillata ex tenerioribus eiusdem arboris foliis, aut simili quadam aqua splenetica, & idonea ad aperiendum, & ad tenacissimũ corporis nostri tarta ũ gũmiq; dissoluendũ.

Ita etiam parabis gummi e cortice tamarisci, & capparorum contra eosdem affectus cum aqua florum genistæ, scolopendriæ, &c.

Gummi ex radicibus arboris pomi, fructus acidos gustui & vehementer astringentes proferentis, extractum cũ aqua ex iisdem pomis acidis destillata, summũ est medicamen contra oĩa ventris profluuia, dysenteriã, lienteriam, diarrhœam, fluxam hepaticum, & similes.

Quæ hactenus dicta sunt, exemplaris loco imposterũ erunt, ad varia & infinita gummi extrahenda ex omnis generis arboribus, quas vel ex librorum lectione, vel propria experientia diuersorum morborum curationi conuenire noueris. Si huiusmodi extractorum, argumentum fusius tractandum nobis proponeretur, nunquam daretur finis.

Notandum est, extracta, quæ magis gummosa & sulphurea existunt, quæque ex ligno plus oleaginoso, veluti è [illegible], laurino, iuniperino & similibus eliciuntur, [illegible] menstruorum suorum separationem (separantur a [illegible] destillatione, vel euaporatione) in aquam iniicienda esse, vbi statim coagulabuntur, vt iam

diximus

diximus de guaiacino. Sed plura alia extracta, quæ non adeo oleaginoſa ſunt, non coagulabuntur: vnde hæc tantum coquenda ſunt ad ſapæ cõſiſtentiam, aut paulo amplius, vt inde, ſi velis, pilulas formare poſſis. Et quo perfectius & diutius coques extractum, humiditatem ſuam inde magis magiſque ſeparando (ab ipſis etiam, quæ ſine aqua vitæ præparaſti,) eo aptius diuturnæ conſeruationi conficies.

In radicum extractionibus multa conſideranda ſunt: num videlicet eædem recenter collectæ ſint, nec ne: num virides, an ſiccæ & marcidæ; num abunde ſucculentæ, nec ne? Videndum præterea, num ſuccus ſit liquidior, faciliorisque expreſſionis, an vero viſcoſior, tenacior & difficilioris expreſſionis? Quibus probe conſideratis omnibus, extracta componenda ſunt, vel cum diſſoluentibus, vel ſine eiſdem: in his vltimis parandis ſufficiet radices tantum coquere & digerere cum ſuo proprio & ſimplici ſucco, ſi liquidior ſit, & ſic deinceps poſt perfectam huius præparationem, inde extractum efficere.

Hæc igitur omnia inprimis obſeruanda ſunt. Dabimus autem horum quædam exempla, quibus artificem operarium ad practicum opus quaſi manu deducemus, idque tam facili via, vt vel minimus tyro in eo errare non poſſit. Exordium autem ſumemus a radice angelicę, quę præ cæteris commendatior, & magis bezoardica eſt: cuius recentis copiam non quouis tempore & loco habere licet. Fingamus igitur eam exſiccatam ad extract compoſitionem ſumendam, vbi iuxta ſequentem methodum ſic progredietur.

℞. Radicis angelicæ craſſo modo conquaſſatæ lib. i. affunde aquam vitæ vini, vel hydromel vinoſum, aut vinum ipſum vt tres quatuorve digitos ſupereminéat: colloca vas tuum probe clauſum in baln. Mar. calido per 4. aut 5. dies: dein materiam cola, & fæces prælo quam fortiſſime exprime, & expreſſionem coniunge cum colatura: fæceſque iterum iniice in vas vitreum, affundendo nouam aquam vitæ, vt tres vel quatuor digitos ſupernatet, digere vt antea, cola & exprime, & ſuccum hunc expreſſum prioribus adde. Omnibus ſimul in alembicum inditis, liquor inde deſtilletur, quem ſeruabis ſeorſim,

ſim, quod autem in fundo inſtar ſapæ remanſerit, tuum erit extractum: cui ad virtutes ſuas augendas adiicias ſuũ ſalem: calcinando videlicet fæces poſt ſecundam expreſſionem in furno reuerberii, vt artis eſt, indeque eliciendo ſalem cum aqua vlmariæ & petaſitidis: quæ aqua addatur extracto, omniaq; inuicem probe miſceantur & digerantur in B.M. per vnum atq; alterum diem. Poſtea liquor inde deſtilletur per alembicum in baln. vaporoſo ad ſiccitatẽ vſque. Seruabis hanc aquam, quę bezoardica & ſudorifica eſt, ſeorſim, & in fundo reſtabit extractum talis conſiſtentiæ, vt facile in pilulas efformari poſſit, ex quo vna formata in piſi magnitudine, aut xv. vel xx. granorum pondere, ſingulare & potentiſſimum erit ſudatiuum bezoardicum; ſuperbibendo ſtatim propriæ aquæ vltimo reſeruatæ vnc.i. vel duas: illud remedium eſt aduerſus peſtem potiſſimũ, & contra omnis generis affect⁹ contagioſos, cum maligna & venenata qualitate cõiunctos. Si huic pilulæ addideris 7. vel 8. grana ſulphuris noſtri aurati diaphoretici, quod infra deſcribemus, ſudatiuum parabis prorſus admirabile, eiuſque virtutes longe efficaciores validioreſque ad prædicta mala contagioſa & venenata facilius ſubigenda & extirpanda præſtabis.

Eodem modo conficies extracta ex radicibus imperialis, zedoariæ, tormentillæ, gentianæ ariſtologiæ, enulæ campanæ, quę iiſdem fere intentionibus medendi inſeruiunt. Efficaciter autem omnes corporis corruptiones & putredines auferunt & corrigunt: vermeſque ſiue lumbricas in corpore naſcentes, varioſque morbos excitantes eneceant & è medio tollunt.

Similiter quoque admirandum erit ſudatiuum ad febres quartanas, & omnes morbos ex craſſo & fæculento humorum tartaro progreſſos extractũ zingiberis, quod ſpiritu vini elicies: cuius doſis eſt pilula piſi magnitudine, & mirabiles animaduertes effectus. Sic etiam extracta fient ex radicibus pœoniæ, viſco querno & viſco coryli ad epilepſiam. Sed loco aquæ vitæ ſubſtituantur aquæ pœoniæ, florum tiliæ, aut lilii conuall. ad extracta conficienda. Et ſic parabis varia extracta ex omnis generis radicibus, pro diuerſa nempe ac varia earundem natura & proprietate, qua variis morbis expurgandis accõ-

f modan-

modantur. Si enim omnia sigillatim describere animus esset opus excresceret in infinitum, nullusque daretur finis. Vt igitur supra, ita & hic exemplaris vicem sustinebunt hæc, quæ modo exposuimus, iuxta quæ omnis generis extracta alia fabricare & componere concedetur.

Si radices, ex quibus extracta cōcinnare voles, fuerint succulentæ, plurimoq; liquore abundauerint, solummodo ex iis optime mundatis & contusis prælo succus exprimendus erit: qui succus citra additionem alterius liquoris immittatur in vas vitreum cū collo oblongo, & quantitatis conficiendę capax; omnia digerantur in baln. mar. calido per aliquot dies, donec succus ruus, quantumuis albus, in rubeum conuertatur colorem instar vini rubicundissimi aut sanguinis, quod citra dubium per solam digestionem accidit, non secus ac vinum album, & panis albus, aliaq; poculenta & esculenta coloris albi, nec non lac amygdalarum hordeatum mundum, & similia, é quibus alimenta haurimus, opera digestionis in B M. caloris animalis factæ, conuertuntur in succum rubicundum, nempe in sanguinem. Qui sicut optime temperatus, dulcisque gustu est, ita omnia extracta artificio nostro educta cum rubedine sua, quæ illorum perfectionis signum est, coniunctam simul habent insignem dulcedinem, cuius ope ipsa diutissime sine saccharo & melle cōseruātur, cū videlicet perfecte depurata fuerint; sicut fusius & dilucidius *capite de syrupis* declarauimus. Materia igitur in rubedinem cōuersa, omniq; hypostasi siue crassamento separato liquor separandus est, qui colore albo inde destillabitur: extractum aūt in fundo remanebit in forma sapæ rubicundæ. Vt longissimo conseruetur tempore, euaporatio fiat in baln. vaporoso ad omnem siccitatem, donec materia in pilulas reduci possit.

Sic extractum compones ex radice hyoscyami, cuius vsus erit ad anodyni cuiusdam & laudani compositionē. Sic etiam extractum purgans è radicibus esulæ, vt mox dicemus, & ex infinitis aliis radicibus succulentis, diuersis scopis curatiuis accommodatis elicies.

Alia quoq; ratio est extractum conficiendi ex radicib. multo succo abundantib. Hoc extracti genus feculæ nomine insignitum est, ac si exiguam siue minimam fæcem separandam & vsui adaptandam pronunciares. Vt

Vt igitur fiat fæcula bryoniæ, quæ, vt ante diximus, singulare est mundatiuum matricis, & verũ hystericum medicamentũ contra quascunq; vteri suffocationes, processus operationis in eũ, qui sequitur, modũ instituatur.

℞. Rasuram radicis bryoniæ, quã minutim concisam & contusam indas in saccũ vnicum, e quo sub prælo extrahas ac exprimas quam fortissime succum, qui succus in vitro consertuis adseruandis destinato detineatur in loco frigido, non calido, & pauco dierum spatio videbis in fundo colligi fæces albissimas instar amyli, quibus supernatat aqua turbida, & alba instar seri lactis, quam separabis per inclinationem: amylum autem in fundo residens, in pluribus vasis paruis vitreis aut terreis vitreatis pones, vt optime desiccetur in vmbra, non in loco calido & paucis horis materia exsiccabitur in forma amyli, quod fæculam bryoniæ appellant, ex qua fingitur pilula 10. vel 12 granorum pondere, admiscendo paucum castorçum, vel assam fœtidam, summum & præcipuum remedium est contra omnes matricis suffocationes.

Sic fæcula ex radice Iridis præparatur, quæ singulare remedium est aduersus hydropisim.

Ita etiam fit fæcula ex radice Aronis, quæ efficax est ad humores corporis nostri tartareos, gummosos ac tenacissimos dissoluendos, qui alias duritiēs & obstructiones viscerum progignunt, & seminaria, radices, & fontes existunt plurimorũ diuturnorum & deploratorum morborum, quales sunt febris quartanæ, cachexiæ, & similes: sed huic fæculæ iam exsiccatæ affunde aquæ filicis vel scolopendriæ q. suff. digerantur ad ignem [illegible] n. Mar. per vnum aut alterum diem, aqua deinde per inclinationem separetur, & materia tandem denuo in vmbra exsiccetur, vt fiat fæcula

Notandum est autem, præter enarrata radicum extracta quædam esse, in quibus præparandi ratio à priori longe differt, hæcque ipsa sunt, quæ vires naturales instaurant, & corroborant, aut insigniter consolidant, vbi vini panisq; additione opus est, quæ duo naturam maxime nutriunt ac sustentant, & reliquis simplicibus, cum quibus miscentur, vehiculi instar sunt, vt eorum virtutes promptius in venas & profundissima quæq; loca transferantur.

ferantur. Exempli causa, ad herniam quantumuis completam compendiosius citiusque curandam, extractum educes ex symphyto, sigillo Salomonis, quale mox describendum aggrediemur, & ad naturam debilem & eneruatam calefaciendam, suoque vigori restituendam, vterique fœcunditatem excitandam, parabis extractum Satyrionis.

## *Extractum siue sanguis Symphyti.*

RECipe Radicum Symphyti maioris & minoris simul optime mundatæ, hanc in mortario marmoreo probe contunde cum pistillo ligneo, donec formam pulpæ sortiatur. Ad 4. libras huius pulpæ adiice medullæ panis secalini, & panis siliginei siue tritici ana lib. 1. Omnia inuicem probe mixta, & tantillo vini albi irrigata iniiciantur in matracium vitreum cum collo longo, subere vel cera hispanica optime obturatum, vt nihil transpiret. Hoc matracium collocetur in fimo calido, quem chymici ventrem equinum vocant, siue in balneo vaporoso, donec materia in chyli sanguinei ac rubicundi colorem conuertatur. Tunc illam fortiter prælo exprime, & expressionem hanc chylosam & sanguineam pone in balneo vaporoso, illud in hac secunda digestione maiorem acquiret rubedinem, & fæces aliquot in fundo relinquet, quas separabis, continuando hanc digestionem & depurationem, donec materia clarissima & rubicundissima apparuerit. Separa ab illa tunc liquorem clariorem per alembicum ad ignem Balnei vaporosi, & remanebit in fundo extractum rubicundissimum. quod nominant sanguinem symphyti, ad hernias & omnia vlcera interna præstantissimum: Dosis est ℈.i. mane, dissoluendum est in sua propria aqua destillata, vel in vino albo, vel alio liquore congruo, continuando ad plusculos dies, & egregios mirosq; effectus inde produci comperies.

Eodem modo extractum siue sanguinem ex satyrione extrahes, quod singulare matricis corroborans, & specificum est remedium ad conceptionem, prolisq; generationem iuuandam, sterilissimisq; quantumlibet mulieribus fœcunditatis donum impertit, viriq; potentiam ad pristinum

pristinum vigorem reducit, cuius imitatione alia plura effingere licebit. Sed verus philosophus vlterius adhuc progredietur, & per eandem viam tum ex frumento, tum ex vino cauet substantiam quandam sanguineã, alendi ac viuificante facultate potentem: qua causam generationis carnis in corpore nostro indagabit.

Sequuntur nunc extracta baccarum, granorum & seminum.

De baccis siue granis iuniperi nigris & probe maturis fit extractum, quod vocant Theriacam Germanicam, de qua supra iam locuti sumus, eiusque præparationem tradidimus, ita vt de eadem plura verba facere sit superuacaneum.

Ex iisdem baccis alia quadam methodo præparatur extractum cum sua propria, scilicet aqua vitæ, de qua antea diximus, modumq; eam præparandi declarauimus vel in magna etiam quantitate, sicut nihil ea communius est in Germania. Accipiendæ igitur sunt 4. vel 5. libræ baccarum iuniperi selectissimarum, & modice conquassatarum: his imple ad medium vsque matracium vitreum capax, superaffundendo suam propriam aquam vitæ, vel aquam earundem destillatam, (cum scilicet oleum ex iisdem destillaueris per Alembicum magnum cupreum, in modum aliorum oleorum) vt vna ex alterutra harum aquarum 4. aut 5. digitos supernatet, licet aqua vitæ alteri præstet, vase rite clauso stent in digestione Baln. Mar. per 5. aut 6. dies, donec dicta aqua intense coloretur, & virtutibus baccarum illarum impraegnetur. Effunde aquam hanc tinctam per inclinationem, & fæces adhuc calentes fortiter exprime per torcular: hanc expressionem adde eidẽ aquæ coloratæ: omnibus in Alembicum vitreũ inditis, liquor inde ad siccitatem vsq; destilletur in Baln. vaporoso, in quo materia tua ab omni adustione immunis erit: aquam inde destillatam serua seorsim, & extractum etiam seorsim, quod instar sapæ erit, longoq; cõseruabitur tempore. De hoc extracto exhibe ℈ i. vel duas, vel aquæ propriæ destillatæ cochlearia tria, & habebis summum sudorificum bezoardicum contra omnes pestes & venena,

Eadem via procedes in extractione baccarum lauri cum sua propria aqua vitæ, aut aqua ab iisdem destillata, vbi semel illarũ oleum paraueris per magnum Alembicum: quod fit iniiciendo lib. 1. baccarum conquassatarum in quinq; aut sex libris aquæ communis, cuius ope oleum istud ascendit, facileq; ab aqua separatur: Nam ipsi aquæ innatat. Aqua vero interim attrahit & conseruat adeo exacte & perfecte odorem, saporem, aliasq; virtutes prædictarum baccarum, vt longe sit præstantior & melior ad compositionẽ sui proprii extracti, quam quiuis alius liquor extraneus & peregrinus.

Eodem artificio, conficies extracta ex omnibus aliis baccis, granis, & seminibus velut extractum purgans ex hedera, extractum antepilepticũ ex seminibus pœoniæ: extractum carminatiuum & flatibus dissipandis aptum, ex seminibus fœniculi, anisi, cumini, dauci, & similibus. In eundem modum fieri poterunt infinita alia extracta diuersis iisdemq; morbis appropriata, quibus simplicia, è quibus educuntur, conferunt.

Sunt ex granis quædam sacculentiora & magis vinosa, quorum extracta aliter componuntur: veluti est succus vuarum, qui expressus reducitur in sapam: quæ vna ratio est extracta concinnandi: estq; sapa hæc apta ad varia intinctuum genera componenda.

Sic quoq; ex granis maturis sambuci & ebuli fit extracti genus, siue sapa quædam hydropisi congrua & salutaris.

Ex iisdem granis sambuci probe maturis, & ad vmbram per aliquod temporis spacium exsiccatis, aliud extracti genus efformabis, quod est specificum hystericum, idq; chymici vocant extractum granorum actes, cuius præparatio sequentibus verbis continetur.

Collige magnam copiam granorum sambuci optime ad vmbram exsiccatorum, vt diximus: cæterisque omnibus abiectis, sola grana accipe, quibus ad mediam partem imple matracium magnum cum longo collo, superaffundendo fortissimum spiritum vini, acidulum redditum cum liquore acido, vel vitrioli, vel sulphuris, vt materiam tres quatuorue digitos supernatet. Vase clauso, vt nihil expiret fiat digestio in Baln. Mar. per 5. aut 6. dies: donec

donec spiritus vini in colorem rubini tinctus apparuerit, quem separabis per inclinationem, cauendo, ne quid ex fæcibus aut turbulenta materia simul transeat. De qua tinctura iam, non etiam separato prius menstruo, hoc est, aqua vitæ, quæ sine corruptione aut alteratione vlla diutissime adseruabitur (& cui, si voles, addes parum sacchari gratioris gustus causa) exhibebis semicochlear argenteum, aut cochlear plenum mulieribus, quæ ex vteri præfocatione miseris modis excruciantur, & subito effectus sequetur exoptatissimus. Ex improuiso enim, & quasi miraculose expergefient pristinæq; valetudinis integritati restituentur.

Rursus si velis, separa inde aquam vitæ per Alembicum in balneo vaporoso, donec in fundo remaneat extractum rubicundissimum, de quo exhibebis ℈. 1. pro dosi, idque dissolues in sua propria aqua destillata, aut in quibusdam aliis conuenientibus, aut vino albo, quod inde rubescere incipiet.

Ad eundem modum parabis electuarium ex granis ebuli maturis, & ad vmbram exsiccatis, hocq; extractum specificum est remedium contra hydropem & cachexiam.

Sic quoque extracta conficientur ex pluribus aliis fructibus, veluti ex cerasis nigris agrestibus, & exsiccatis contra epilepsiam, in cuius extracti compositione potest loco aquæ vitæ substitui quædam aqua antepileptica, de pœonia, &c.

Ex floribus pœoniæ rubeis & exsiccatis eodem modo elicies tincturam cum sua propria aqua, quæ aciditate vitrioli acidula reddetur.

Cum aqua alkekengi acidula quoq; facta, vt supra, extractum è fructibus eius rubicundis, & modice exsiccatis contra calculum comparabis.

Cum aqua fenelorum quoq; acidula, elicies ex fenelorum eorundem fructibus exsiccatis extractum accommodatissimum, ad præseruationem & curationem calculi.

Sic & ex floribus papaueris rubei exsiccatis, cum sua propria aqua, eodem modo acidula reddita, cum liquore acido sulphuris educes extractum præstantissimum &

ſpecificum ad omnes pleuriſes, quod vnius ſcrupuli pondere diſſolutum exhibebis in vncia vna ſuæ propriæ aquæ, deſtillatæ poſt tincturæ imprægnationem. Aut ſi voles omiſſa ſeparatione eaſdem aquas tinctas ſeruabis, & de iis præbebis vnc. ß. vel ℥. i. veſperi circa horam ſomni, & miros producet effectus.

Ad hanc normam extractorum, diuerſorum lignorum, corticum, radicum, baccarum, granorum, ſeminum, fructuum & florum, verus & peritus Medicus infinita alia ad diuerſos & plurimos affectus effinget remedia.

Reſtat, vt breuiter exponamus extracta herbarum, quæ fiunt tribus modis, vt ſequitur.

Primus modus eſt, vt contundatur herba, & prælo eius exprimatur ſuccus, dum adhuc viridis eſt & ſucculenta: poſtea ſuccus hic depuretur in Baln. Mar. calido, tamdiu ſeparando purum ab impuro, donec nullæ amplius fæces in fundo reſideant. Ab hoc ſucco perfecte ita depurato, abſtrahe aqueum liquorem per Balneum vaporoſum, donec in conſiſtentiam ſapæ, aut paulo ſicciorem, ſi diu conſeruari debeat, redigatur.

Secundus eſt, vt incidatur herba, cum floreſcit, qua impleatur Alembicum magnum terreum vel cupreum, ſtanno interius obductum, quale eſt illud, quo plerunq; olea deſtillari ſolent, depreſſa optime materia hydromelite vinoſo imbuatur: clauſo poſtea vaſe cum quodam operculo, omnia macerentur in calore Solis, ſi æſtas ſit, aut in quodam hypocauſto per 4. aut quinq; dies: poſt exprimantur omnia prælo, & fæcibus affunde nouum hydromel, vel aquam vitæ, digerendo & exprimendo omnia, ac denuo idem repetendo, donec fæces omni virtute ſpoliatæ videantur. Omnes hæ expreſſiones ſimul collectæ indantur in Alembicum, vt liquor inde deſtilletur, & in fundo remaneat extractum in forma mellis vel ſapæ.

Tertius & vltimus modus educendi extracta ex prædictis herbis eſt, vt earum magna copia ſimul colligatur, quæ minutim incidantur aut contundantur: his impleatur magnũ aliquod, aut plura minora Alembica terrea aut vitrea, per quæ aqua illarũ ad ſiccitatẽ deſtilletur, idq; in balneo

balneo vaporoso, fæcibus omnino ſiccis, nihil tamen adustionis redolentibus, & in puluerem craſſo modo redactis, affunde aquam ſuam propriam deſtillatam, & dum fit omnium in balneo digeſtio, aqua allicíet omnem herbarum tincturam, illarumque qualitatibus eſſentialibus ſubſtantificis imprægnabitur: continenter affundendo nouam aquam, & omnia digerendo, ſeparandoq; aquam tinctam per inclinationem, ac ſingula denuo repetendo, donec aqua amplius non tingatur, dein omnes hæ aquæ tinctæ, ſimul mixtæ ac in vnum aut plura Alembica apta inditæ, deſtillentur vſque ad conſiſtentiam ſapæ ſiue extracti. Aquas deſtillatas ſeorſim ſeruabis, vt in eius ℥. 1. vel 2. diſſoluatur ʒ. ß. vel ʒ 1. Et ſic hoc extractum præbebitur in iiſdem affectibus, quibus ipſa ſimplicia, vnde compoſitum eſt, conueniunt. Si ex fæcibus illarum calcinatis extraxeris ſalem, cum earundem proprio liquore, & hunc liquorem cum ſuo ſale ad liders tuis extractis, & adhuc omnia ſimul & ſemel deſtillaueris, vt ſal enumeratus cum extractionibus iſtis exquiſitius miſceatur, multo efficaciorem reddes facultatem extractorum multiplicem, quam habent, nempe purgatoriam, ſudorificam, diureticam, aperitiuam & deoppilatiuam.

Ex præſcriptis itaque his tribus modis elige quemcunque volueris, & fac ex herba, radice, & tota reliqua ſubſtantia chelidoniæ extractum, quod præſtantiſſimum & ſpecificum eſt medicamentum contra febres tertianas, icterum, cachexias, colores pallidos, & obſtructiones viſcerum, eſtque præterea remedium vniuerſale, pluribuſque expugnandis affectibus prodeſt: item diureticum & ſudorificum ſimul exiſtit, ſi eius ſcrupulum vnum in propriæ aquæ cochleari vno, aut duob. infuſum exhibueris.

Sic extractum è meliſſa paratum eſt ſummum cardiacum.

Extractum cardui benedicti, & extractum vlmariæ ſunt ſudorifica, & ſingularia remedia aduerſus peſtem.

Ex omnibus præterea herbis iuxta hanc methodum ſimplicia efformabis extracta, ita vt mihi ſatis ſit, in quinque aut ſex ſimplicibus ſelectioribus aut præſtantioribus dotibus, tantum præparationis normam & rationem oſtendiſſe.

Ad eandem normam compones etiam extracta composita, Cephalica, Thoracica, Cordialia, & alia, tam maiora quam minora, de quib. *supra capite de Antidotis* mentionem fecimus. Et quamuis iam vtrumq; cephalicũ exempli causa à nobis descriptum sit, non tamen absurdum videri debet, si illud huc, tanquam suo proprio loco rursus inseramus.

## *Extractum Cephalicum maius.*

♃. *Rad. Acori*
*Pœoniæ*
*Visci querni*
*Ligni aloes*
*Baccarum iuniperi*
*Sem. Pœoniæ*
*Cinnamomi*
*Caryophyllorum*
*Macis*
*Nucis moschatæ*
*Fructuum anacardorum.*
*Flor. Anthos*
*Saluiæ*
*Primulæ veris*
*Pœoniæ*
*Calendulæ*
*Betonicæ*
*Lauendulæ*
*Stœchados Arabicæ*
*Lil. conuall.*
*Euphragiæ*
*Tiliæ arboris.*

incidenda incidantur, & contundenda contundantur, & indantur in matracium vitreum, superaffundendo aquarum vitæ, saluiæ, & granorum iuniperi q. suff. vt aqua quatuor digitos supernatet materiam. Digerantur omnia ad ignem Baln. Mar. per 6. octo ve dies, fiat colatura & expressio per torcular, indeq; separetur liquor aqueus per euaporationem, donec materia in sapæ siue extracti forma restet in fundo. Dosis est ʒ.ß. in omnibus frigidis affecti bus cerebri.

CAP,

CAP. III.

## *Extractum cephalicum minus.*

*℞. Herb. & Flor. melissæ*
*Betonicæ*
*Pœoniæ*
*Saluiæ*
*Rosmarini.*

Omnibus recenter collectis, (quod facile suo tempore fieri potest) & rite contusis, inuicemque mixtis, liquor inde separetur, per balneum vaporosum, rursusque idem liquor fœcibus affundatur, vt tinctura inde eliciatur, fiatque omnium multoties reiteratio, procedaturque vlterius, vt in cæteris extractis.

## *Extractum thoracicum maius.*

*℞. Rad. Enulæ campanæ*
*Iridis*
*Tussilaginis*
*Polypodij*
*Liquiritiæ in talleolas sectarum ana ℥.ij.*
*Iuiubarum*
*Sebesten*
*Vuarum Corinthiac. an, ℥.iiij.*
*Herb. Scabiosæ*
*Prassii*
*Hyssopi*
*Capillor. veneris, siccarum & crasso modo contusarum*
*Sem. Cardui benedicti*
*Bombacis*
*Vrticæ*
*Anisi*
*Fœniculi*
*Papaueris albi ana ℥.ij.*
*Cinnamomi ℥.i.*
*Flor. sicc. Boraginis*
*Buglossæ*
*Tussilaginis*
*Papaueris rubei ana p.iiij.*

Omnia

Omnia contusa & probe inuicem mixta, in vas aptum indantur, affundendo aceti scyllitici lib.I.ß.

*Aquar. Scabiosæ*
*Cardui benedicti*
*Hyssopi*
*Tussilaginis ana lib.*I.

Digerantur omnia ad lentum ignem per dies aliquot, postea fiat expressio & euaporatio substantiæ aqueæ: donec materia in sapæ consistentiam reducatur, sicut de cæteris docuimus, & habebis extractum thoracicum maius, quod ad duas drachmas exhibitum, vel solum in forma pilulæ, vel dissolutum in aqua propria, conducit omni astmati, orthopnœæ, difficili respirationi, & similibus thoracis affectibus

## *Extractum thoracicum minus.*

♃. *Herb. Tussilaginis*
*Scabiosæ cum toto*
*Prassii*
*Calamenti*
*Hyssopi recenter collectarum*
*4. sem. frigidorum*
*Sem. Vrticæ*
*& Cardui benedicti*

Omnia subtilissime contusa destillentur in balneo vaporoso vsque ad siccitatem, cum propria aqua destillata & siccis fæcibus iterum affusa extrahe tincturam, in cæteris eandem obserua methodum, vt hactenus abunde declarauimus, & habebis extractum pectorale minus.

## *Extractum maius Cardiacum siue Cordiale.*

♃. *Rasuræ ligni aloes*
*Ligni rhodii ana* ℥.ij.ß.
*Rad. Angelicæ*
*Scorzoneræ*
*Zedoariæ an.* ℥.iij.
*Cort. Citrii siccæ* ℥.ij.
*Dictamni*
*Been vtriusque*
*Doronici*

*Sem.*

*Sem. Ocymi*
*Citrii*
*Melissæ*
*Acetosæ*
*Granorum alkermes ana* ℥.1.ß.
*Caryophillorum*
*Cinnamomi*
*Croci* ℥.ß.
*Ros. rubrarum p.iij.*

Omnibus conquassatis superaffundantur
*Succi limonum lib.1.ß.*
*Aquarum Scordij*
*Melissæ*
*F[illegible]tri ana lib.1.*

Vel quãtum sufficit ad materiam bene irrigandam. Omnia digerantur ad ignem lentum, exprimantur, fiantque reliquæ operationes, vt in supradictis extractis capitalibus & pectoralibus iam explicatum fuit.

## Cap. IV.

### *Extractum minus cordiale.*

*℞. Herb. Scordij*
*Tormentillæ*
*Melissæ cum toto*
*Scorzoneræ, recenter collectarum ana M.iiij.*
*Citriorum in orbiculos dissectorum cum cortice N.5. aut 6.*

Omnibus, tam herbis, quam citriis, rite contusis in mortario marmoreo, & probe simul mixtis adiice
*Cinnamomi* ℥.1.
*Croci* ℥.ß.
*Galliæ moschatæ*
*Elect. de gemmis ana* ʒ.ij.
*Camphoræ* ʒ.1.

Ex his omnibus liquor abstrahatur ad siccitatem per balneum vaporosum, eumque fæcibus residuis rursus affundas ad tincturam eliciendam, pergendo in cæteris, vt in extra

extracto minori pectorali methodus iam præscripta commonstrat. Et sic habebis extractum minus Cordiale.

## CAP. V.

### *Extractum maius stomachicum.*

*℞. Rad, Calami aromatici siue galangæ*
*Cyperi*
*Ligni aloes ana ℥.ij.*
*Cort. Arantiorum*
*Et Cytoniorum exsiccat. ana ℥.I.*
*Cinnamomi*
*Macis*
*Nucis moschatæ ana ℥.ij.*
*Menthæ siccæ*
*Ambrosianæ siccæ ana M.ij.*
*Sem. Anisi*
*Fœniculi*
*Ligustici*
*Granorum myrti ana ℥.I.*
*Omnium mirobalanorum ana ℥.ß.*
*Rosf. rubr. p ij.*

Contundenda contundantur, & incidenda incidantur misceantur, & indantur in magnum Matracium capax, superaffundendo
*Succi Granatorum acidorum lib.I.ß.*
*Aquæ cinamomi lib.ß.*
*Aquæ Menthæ &*
*Absynthij ana lib.I.*

Vel quantum sufficit ad materiam irrigandam: cum his enumeratis liquoribus fiat tandem digestio in B. Et in reliquis imitare progressum superiorum extractorum maiorum.

## CAP. VI.

### *Extractum stomachicum minus.*

*℞. Menthæ*
*Ambrosianæ ana M.4. vel 5.*
*Cytoniorum decorticatorum & in orbiculos tenues dissectorum N.iiij.*

Herbæ

Herbæ & Cytonia simul contundantur, & in pulpæ formam redigantur: huic pulpæ adde

*Macis*

*Nucis moschatæ ana unc. i. ß.*

*Spec. Aromatici rosati drac. i*

Mixtis inuicem omnibus, & in Alembicum iniectis, fiat destillatio per balneum vaporosum ad siccitatem : Aquã inde elicitam iterum affunde fæcibus, & in cæteris ad proliciendum extractum sequere rationem reliquorum extractorum minorum, iam supra à nobis traditorum.

## Cap. VII.

### *Extractum hepaticum maius.*

*℞. Ligni C[illegible]liæ*

*[illegible]um santalorum, ana unc. ij.*

*Rad. Rubiæ tinctorum*

*Filicis utriusque*

*Acetosæ*

*Oxylapathi*

*Rhabarbari ana unc. i.*

*Eupatorij Mes.*

*Comarum absynthij pontici.*

*Hepatici ana m. ij.*

*Sem. apij*

*Petroselini*

*Schœnantos ana unc. ß.*

*Spicæ nardi*

*Flor. Cichorij*

*Centaurij minoris*

*Chelidoniæ*

*Ros. rub. ana p. iij.*

Contundantur & indantur in vas vitreum : his adde

*Aceti passulati ℔. i. ß.*

*Aquar. agrimoniæ*

*Acetosæ*

*Cichorij ana ℔. i.*

Macerentur, destillentur, & aqua rursum effundatur materiæ, & sic educatur extractum iuxta methodum aliorum extractorum maiorum.

Cap

CAP. VIII.

## *Extractum hepaticum minus.*

*℞. Rad. oxylapathi*
*Vincetoxici*
*Acetosæ*
*Filicis*
*Cichoreæ sylvestris cum toto ana unc. iij.*
*Herbar. Agrimoniæ*
*Hepaticæ*
*Centaurij minoris*
*Chelidoniæ ana m. iiij.* vel amplius
*Fructuum berberorum maturorum* ℔. ß.

Omnia cont[u]ndentur optime seorsim, & probe simul misceantur, quibus dein adiiciantur
*Spec. Diarrhodon*
*Diatriasantali ana unc.* ß.

Omnibus rite inuicem mixtis, & in Alembicum inditis, liquor inde ad siccitatem destilletur, qui iterum affundatur fæcibus ad extractum eliciendum, veluti in aliis hactenus factitatum est.

## *Extractum spleneticum maius.*

*℞. Rad Serpentariæ maioris*
*Filicis*
*Valerianæ ana unc. ij.*
*Cort Fraxini*
*Capparorum*
*Tamaricis ana unc. iij.*
*Ceterach m. ij.*
*Sem. Carduibenedicti*
*Cumini*
*Costi ana unc. i.*
*Piperis*
*Cubebarum ana drac. vi.*
*Flor. Genistæ*
*Hyperici*
*Buglossæ ana p. ij.*
*Rasuræ eboris*
*Cinnamomi ana unc.* ß.
*Limaturæ chalybis cum*

*Sulphu-*

*Sulphure calcinatæ vnc.x.*

Indantur in Matracium vitreum, superaffundendo

*Aceti scyllitici ℔.i.*

*Aceti buglossati*

*& Sambucini ana ℔.ß.*

*Aquar. florum ebuli*

*Et scolopendriæ ana q. s.*

ad materiam rite macerandam: in reliquis sequere modum aliorum extractorum maiorum.

## *Extractum splenecticum minus.*

*℞. fol. Scolopendriæ*

*Fumariæ*

*Pimpinellæ*

*Summitatum fraxini ana m iij.*

*Flor. Genistæ recentium p. vi. vel amplius.*

Contundantur in mortario marmoreo: his adde

*Spec. Lætificantis Gal.*

*Mirobalanorum omnium*

*Zingiberis ana vnc.ß.*

*Succi pomorum redolentium ℔.i.*

Indantur in Alembicum, & destillentur: deinceps fiat processus vt in aliis extractis minoribus.

## *Extractum nephriticum maius.*

*℞. Rad. Restæ bouis*

*Eryngiorum*

*Bardanæ ana vnc.iij.*

*Herniariæ siccæ m.ij.*

*Sem. Cepæ*

*Vrticæ*

*Raphani*

*Saxifragiæ*

*Fœniculi*

*Anisi*

*Petroselini ana vnc.ij.*

*Bacc. Iuniperi*

*Milii Solis*

*Nucleorum mespilorum ana vnc. i.ß.*

*Lapillorum (quos oculos cancri vocant)*

*Calcis testarum ouorum ana vnc.i.*

g Contu-

Contusis & mixtis omnibus adde

*Succi limonum ℔.i ß.*

*Aquar. stillatitiarum raphani*

*Argentariæ*

*& Alkekengi ana q.s.*

Vt omnia rite macerari possint, ac tandem exprimi, & in extractum ad modum cæterorum concinnari.

## *Extractum nephriticum minus.*

*♃ fol. Argentariæ*

*Saxifragiæ ana m iij.*

*Fructuum alkekengi maturorum*

*& siccatorum ana ℔.i.ß.*

*Gran. Iuniperi maturorum unc.iij.*

*Limonorum in taleolis dissectorum n. iij.*

Contundantur omnia & indantur in matracium, his affunde

*Vini albi ℔. i.*

Destillentur omnia in baln. vaporoso ad siccitatem: dein eadem aqua extrahes tincturam ex dicta materia, quam tandem exprimes & reduces in extracta, vt reliqua.

## CAPVT IX.

## *Extractum hystericum maius.*

*♃. Rad. Brioniæ unc ij.*

*Rad Asari unc. i.ß.*

*Fol. Matricariæ*

*Arthemisiæ*

*Nepethæ, siccorum ana m. iij.*

*Bacc. Iuniperi*

*Sem. Seseleos*

*Ameos*

*Rutæ*

*Carui*

*Anethi ana unc. ij.*

*Nucis moschatæ*

*Cardamomi ana unc. ß.*

*Karabes unc. i*

*Castorei drac. vi.*

Contun-



Contundantur & misceantur, addendo
*Hydromelitis vinosi* ℔.i.
*Aquar. Rutæ*
*Matricariæ ana q.suff.*

Vt macerari possint: dein fiat expressio & extractum, vt artis est. Singulare est mundificatiuum matricis, eiusque omnibus affectionibus, à causa præsertim frigida subortis opitulatur.

CAP. X.

## *Extractum hystericum minus.*

℞, *Matricariæ*
*Arthemisiæ*
*Melissæ*
*Rutæ ana m.iij. vel amplius*
*Sabinæ m.i.*

His verbis adhuc recentibus rite contusis adde
*Castorei*
*Myrrhæ*
*Croci ana* ℥.i.
*Cardamomi* ℥.i.ß.

His porro pro omnibus affunde
*Aquæ cinnamomi* ℔.ß.

Et inde destilla omnem liquorem ad siccitatem per Alembicum in B. vaporoso: quæ destillandi ratio cæteris omnibus præstantia & securitate præcellit, quod sæpius inculcare non desistimus. Dein cum hoc eodem liquore fæcibus siccis iterum affuso, omnes tincturas elicies: quo effuso per inclinationem, fæces exprimes, hancque expressionem iunges cum liquore siue aqua tincta. Omnibus denuo iniectis in Alembicum, inde destillabis omnem liquorem, quem studiose seruabis seorsim, & extractũ residebit in fundo in forma sapæ, aut paulo siccíori: quod ad ℈.j. offeres, vel in forma pilulæ, vel dissolutum in sua propria aqua. Admirabile erit in prouocandis mensibus & roborando vtero: cuius descriptionem paulo fusius declarauimus, quam reliquorum, vt sit tanquã exemplar & norma, ad quam reliqua efformentur: quorum dosis non excedit scrupulum vnum; quæq; præbebis vel

in forma pilularum, vel dissoluta in suis propriis aquis, quas ad hos vsus semper adseruabis. Hac itaque methodo confici poterunt, infinita alia extracta, quæ pharmacopœus in tempore parabit ad varios effectus, semperque parata habebit huiusmodi remedia, eaque ex Medici præscripto in vsum transferet, cum necessitas exiget: sicque non opus habebit, vt toties recentia colligat simplicia, aut ad decoctiones, expressionesque toties cum tanto tædio reiterandas confugiat? Nam in promptu sibi erit extractum, quod statim in congruenti quodam liquore dissoluat, indeque effingat vel bolum, vel pilulas, vel potiunculam, vel clysterem. Nos hic adiicimus extractum carminatiuum, cuius imitatione facillimum erit præparare etiam dysentericum, diureticum vulnerarium, & huius generis alia.

## Cap. XI.

### *Extractum carminatiuum.*


PARIS

℞. *Baccar. lauri* ℔.i.
*Baccarum iuniperi* ℔.ß.
*Sem. Dauci*
*Cumini*
*Fœniculi*
*Anisi ana* ℥.iiij.
*Herb. sic. Calamenti*
*Origani*
*Pulegij*
*Summitatum Anethi ana m.ij.*
*Flor. Camomillæ veræ*
*Flor. Nucum*
*Et Sambuci ana p.iij.*
*Cinnamomi*
*Nucis Moschatæ*
*Piperis*
*Cardamomi ana* ℥.i.

Omnia crasso modo contusa, & simul mixta, indantur in Alembicum siue vitreum, siue terreũ aut cupreum capax superaffundendo hydromel vinosum, aut vinum album

album generosum, donec materia bene irrigetur. Vase obturato suo operculo fiat digestio in Baln. mediocriter calido per 4. aut 5. dies: quibus elapsis exprimes materiam, vel e torcular tandem, omnemque liquorem inde expressum reseruabis. Fecibus affunde nouum vinum album generosum, vel aquam vitæ, vel denuo fiat digestio & expressio, vt hoc modo omnis virtus substantifica prædictæ materiæ exquisitius extrahatur. Omnibus expressionibus inuicem mixtis, & in Alembicum inditis, inde totus teratur liquor, quem accurate seruabis seorsim: sicut & extractum Carminatiuum, quod in fundo remanebit in consistentia inter durum & molle media: quodque ad 20. vsque grana exhibebis iis, qui colicis torquentur cruciatibus, vel vitium habent in ventriculo, aut intestinis, vel in forma pilularum, vel dissolutum cum sua propria aqua, vt Clysterem componas, de eo accipere oportet ʒ.1.ß. vel duas, idque prompte dissoluere vel in quodam iusculo vel in lacte, vel in vino, & sic dicto citius paratum habebis enema carminatiuum, cum quo extracto si voles, addere poteris extracta laxatiua ad deturbandam & euacuandam sentinam.

Hactenus tractatum a nobis est de extractis simplicibus & compositis, quæ alterationi, corroborationi, alijsque pluribus medendi indicationibus inseruiunt: nunc nobis dicendum restat de extractionibus simplicibus & compositis purgantibus. Quamuis autem ante annos plusquam triginta in tractatu nostro de spagirica præparatione, de huius generis extractis egerimus, ita vt VVeckerus maximam illorum partem in Antidotarium suum generale transtulerit, mihique hic occasio esset in nostram hanc Pharmacopœam eadem introducere: nos tamen in iisdem describendis nunc alia plane vtemur methodo ac via, facili nimirum & perspicua: publicoque perfruendos alios elargiemur fructus, quos fauente Minerua ex Vulcani interim officina exhausimus, prætermissis iis quæ vel in nostris, vel aliorum voluminibus descripta iam reperiuntur.

Iam supra fuse & dilucide satis docuimus rationem eliciendi essentiam Aloes; essentiam dicimus, quia ab extracto, quale aloes iam est, præparata fuit. Quo pacto

elicere quoque licet essentiam elaterii aliorumque succorum expressorum, concretorum, & crasso modo in extracta reductorum.

Extractum siue essentia rhabarbari fit hoc modo:

Recip. *Rhabarbari electi* ℔.ß. vel quantum voles: huic crasso modo conquassato affunde aquam endiuiæ, succo limoniorum vel citriorum acidulam redditam, vt rhabarbaro supernatet ad ℔.ß. His correctiui loco adiice.

*Cinnamomi* ℥.ß.
*Sandali rubri* ʒ.1.

Omnia stent in digestione Baln. Mar. donec aqua cichoreæ in rubini tingatur colorem. Hanc aquam tinctam separa per inclinationem: sæpius affundendo nouam aquam, continuandoque hanc operationem, donec aqua amplius non coloretur: tandem expressis fortiter omnibus, & cum priori aqua tincta permixtis, inde separabis aqueum liquorem per baln. vaporosum: & extractum subsidebit in fundo in forma gummi vel sapæ perfecte coctæ & rubicundissimæ.

Eodem modo extractum parabis & omnibus radicibus modica purgandi facultate præditis, quales sunt gentiana, mechoaca, sanicula Dodonæi, &c.

Sic quoque extractum senæ fiet: sed loco aquæ cichoreæ accipienda erit aqua pomorum redolentium, quæ acidula sit facta, (loco succi limoniorum) liquoribus acidulis, vel salis petræ, vel sulphuris, vel vitrioli, qui tincturis foliorum & florum quantumuis iam emarcidorum, exsiccatorum, diuque in articulis reseruatorum extrahendis aptissime conueniunt: Correctiui vicem subibit anisum aut caryophylli in pauca quantitate addita.

Sic eadem methodo extracta conficies ex omnibus floribus purgantibus, ex rosis pallidis, violis, floribus Persicæ arboris, floribus prunorum, tam syluestrium, quam hortensium, floribus centaurii, fumiterræ, & hyperici.

Sic ex agarico, ex seminibus ebuli, sileris montani, & similibus, præclara quoque extracta educes purgantia.

Proponamus modum extracta parandi ex simplicibus violentioribus, initium sumentes ab illorum radicibus, ex quibus alio modo, quam in præcedentibus, extracta concin-

concinnantur. Exordiemur autem ab extracto esulæ omni hydropisi, aliisque morbis, in quibus serosorum humorum expurgatione opus est apto & congruo.

Recip. Radices & folia, hoc est totam substantiam esulæ majoris, ex his exquisitissime contusis exprimatur succus per torcular; hoc succo in matracium vitreum cum collo longo indito fiat digestio in Baln. Mariæ Fæcibus, in quibus adhuc plurimum virtutis purgantis inest, affunde serum lactis destillatum, ad fæces irrigandas, quæ in aliud vas iniectæ digerantur per idem Baln. M. tribus quatuorve diebus; deinde omnia prælo fortiter exprime: hæcque vltima expressio addatur alteri priori omnia digerendo in eodem B. M. tempore, quo separando fæces a claro, siue puium ab impuro, donec materia tua nihil amplius crassamenti deponat, sed limpidissima, colore rubicundissima, gustuque dulcissima in fundo subsideat, quæ veræ perfectæque digestionis signa sunt, sicut iam alibi diximus.

Hæc materia transfundatur in aliud Alembicum, vt liquor omnis inde destilletur ad siccitatem per B.M. vaporosum, & in fundo remanebit extractum esulæ in forma sapæ rubicundissimæ, & gustu dulcissimæ: de quo extracto exhibe drach. ß. idque vel in forma pilularum, vel dissolutum in sua propria aqua, quam reseruasti. Summum & excellens purgans est, & omnibus hydropisibus, cachexiis & vermibus aptissimum remedium.

Idem extractum parabis etiam alia methodo, contundendo vt supra esulam, & destillando aquam suam vsque ad siccitatem, rursumque affundendo aquam suam propriis suis fæcibus siccis, sed nequaquam tamen exustis. Nam balneum vaporosum impedit omnem vstionem. Hæc aqua alliciet & extrahet tincturam esulæ, & impense colorabitur: quam destillabis & extractum siue sapa remanebit in fundo Alembici: Et eandem aquam destillatam affundes denuo fæcibus prioribus, ex quibus parasti extractum, idque toties reiterando, donec aqua non amplius tingatur, & vltimo post macerationem exprimendo dictas fæces per torcular, & addendo

enarratam expressionem tincturis reliquis, vt ex omnibus fiat vnum extractum. Si ex fæcibus vtriusque præparationis combustis, salem cum sua propria aqua, eamque extracto proprio addideris, eius purgandi vim & efficaciam validiorem reddes. Sunt multi, qui in præparandis huiusmodi extractis, tum esulæ, tum aliorũ quorumuis purgantium sola aqua vitæ vtuntur, quod nobis non adeo displicet: est enim ignis naturæ ille qui digerit & concoquit horum simplicium cruditates, in quo plurimum situm est. Præterea eadem tam tenuium & aerearum existit partium, vt hoc nomine promptius, quam cætera quæuis dissoluentia alliciat rerum essentias, quibus extractis facile inde separatur. Sed plus mihi arridet ratio illa, quam modo declarauimus; de quibus tamen omnibus liberum cuiuis relinquo iudicium.

Ad huncigitur supra commemoratum modum extracta præparabis ex thymelea, mezereo, & reliquis omnibus tithymali speciebus, & ex ipso quoque helleboro nigro, si in loco eo habitaueris, vbi recens colligi potest.

Sed cum non omnes montibus simus vicini, quibus hæc verba copiose crescere solet, neque eius copia, nisi cum iam exsiccata sit, facile detur, eiusdem extractum in hunc sequentem modum præparandum docebimus.

♃. Radicum & fibrarum hellebori nigri veri (caue ne adulterinum accipias) lib.j omnem sorditiem prius aqua ablue: dein ea macera per integrum diem in aceto rosato: hoc enim tollit nimiam illorum acrimoniam & venenatam qualitatem; effunde acetum: radices autem mediocriter ad ignem lentum exsiccatæ & crasso modo contusæ, indantur in matracium capax, superaffundendo succi limoniorum partem vnam, & succi pomorum redolentium partes duas (succis his prius optime depuratis & clarificatis) vt materiam duos tresve digitos supernatent: omnia stent in digestione B.M. donec succi in colorem rubicundum tingantur, & exacte imprægnentur tota hellebori substantia. Cola postea omnia, & fæces prælo exprime; vltimam hanc expressionem commisce cum prima colatura: & iterum affunde fæcibus nouum succum rosarum pallidarum optime clarificatum, indeque denuo extrahe omnem substantificam virtutem

in

in B.M colando & exprimendo iterum omnia & miſce hanc colaturam & expreſſionem cum prioribus illis: omnibus in matracium capax iniectis, fiat digeſtio in Balneo, purumq; ab impuro ſeparetur. Tandem ſepara ad colorem lentum humiditatem, donec in fundo maneat extractum in ſpiſſiori paulo forma, quã ſapa eſt: de quo miſcebis ℈ i. cum ℈ ß. extracti confect. Hamech, cuius deſcriptio habetur in Diætetico noſtro; ex qua mixtione formabis duas pilulas, & habebis excellentiſſimum remedium purgans, contra omnes manias, epilepſias, melancholias, febres quartanas, & alios morbos, qui altiores radices agunt, & occulta habent ſeminaria: effectus præterea demonſtrabit eximios, citra vllam tamen moleſtiam aut perturbationem.

## NOTA.

Poſtquam enumerato helleboro addideris, extractum confect. Hamech purgans, iis inſuper adde extractum trochiſcorum alhandal vel diagridii rite præparatum, aut ſimile aliquod purgans, quod purgationem per inferna promoueat, & vomitiuam hellebori vim cohibeat: quod inprimis notãdum eſt in cæteris omnibus violentis purgantibus, & vomitoria facultate ſimul pollentibus: hæc enim vomitoria vis per additionem remedii purgantis, quod facultatem habet per inferiora trahendi, ac educendi, omnino retunditur & inhibetur.

Hactenus haud dubie animaduertiſti in variis eiuſmodi purgantibus extractis, varia quoq; menſtrua & diſſoluentia, apta tamen & congrua à nobis vſurpati: & quorum magni & egregii effectus abunde ſatis patebunt. Sed vetus & peritus chymicus, qui ingenioſa quadam arte & induſtria ſciuerit præparare aquam vitæ tartariſatam, huiuſq; perfectam cognitionem adeptus fuerit, is poterit inde eruere diſſoluens quoddam ſiue menſtruum generale, quo extrahet eſſentias omnium rerum purgantium, radicum, foliorum, herbarum, ſeminum, fructuum & florum: is inquam vere gloriari poterit de ſummo & elegantiſſimo Naturæ myſterio: de quo non licet plura addere, ne iuſtam Doctorum iram & reprehenſionem incurram: hi enim vitio mihi verterent, ſi tam pretioſas

margaritas nimis aperta & clara verborum oratione proſtituerem, eaſq; porcis proiicerem, hoc eſt, in commune & rude vulgus tam rara & præclara arcana ſpargerem ac diſſeminarem: quod tantis arcanis indignum, cæteris tamen, quæ in ſcriptis noſtris liberali impertiuimus manu merito acquieſcet.

Iuxta has deſcriptas ſimplicium extractorum formulas conficiet expertus & induſtrius Medicus totquot voluerit extracta: quibus ea addet correctiua, quæ ſcopo ſuo ſatisfacient.

Supereſt vt in pharmacopœæ noſtræ decorationem adiungamus extracta quędam compoſita, tam Catholica ſiue vniuerſalia, quam cholagoga, phlegmagoga & melanagoga: iuxta eam videlicet methodum quam in purgantium vulgarium tractatione ſupra ſecuti ſumus.

## *Extractum Catholicum.*

℞. *Fibrarum hellebori nigri cum aceto præparatarum (hæc enim eſt primi hellebori præparatio, vt iam ſupra diximus) ℥ i ß.*
*Turbith albi & gummoſi*
*Hermodactylorum ana ℥ ij.*
*Aſari*
*Gratiolæ ana ℥ i.*
*Trochiſcorum Alhandal ʒ vi.*

Omnia conquaſſata indantur in matracium, addendo
*Spec. Diarrhodon*
*Lætificantis Gal. ana ʒ ij.*

Superaffundendo
*Aquar Fumiterræ*
*Pomorum redolentium ana ℔ i.*
*Succi Limoniorum optime depurati*
*Succi Granatorum acidorum ſiue berberorum ana ℔. ß.*

Vt liquores materiam duos digitos ſupernatent: ſtent omnia in digeſtione Balnei calidi per 6. aut 7. dies: Poſtea colentur & exprimantur omnia per torcular fortiſſime, & ſeruetur hæc expreſſio,

*Seorſim*

*Seorsim autem fac hoc sequens extractum.*

♃. *Rhabarbari ℥ ij.*
*Agarici trochiscati ʒ x.*
*Folicul senæ ℥ iij*
His correctiui loco adde
*Cinnamomi ʒ ij.*
*Caryophyllorum*
*Anisi ana ʒ i.*
Superaffundendo
*Aquar. Agrimoniæ*
*Cichorij.*

Acidularum redditarum succo limoniorum quantum sufficit, vel potius liquoribus acidulis sulphuris aut vitrioli imbuantur, qui promptissime allicient tincturas & virtutes purgatiuas: fiat extractum digerendo cribando & exprimendo omnia, vt supra. Hæc expressio addatur priori, vt liquor omnis inde elicatur ad siccitatem per Baln. vaporosum, & in fundo residebit extractum Catholicum, de quo exhibebis ʒß. vel ad summũ ʒ i. illumq; in suo proprio liquore dissolues, quem ad hos vsus seruabis, vel in forma pilularum exhibitum purgans vniuersale habebis præstantissimum.

*Extractum cholagogum solutiuum.*

♃. *Rhabarbari ℥ vi.*
*Folicul Senæ ℥. iiij.*
*Scammoneæ præparatæ ℥ i.*
*Spicæ nardi*
*Santali citrini*
*Cinnamomi ana ℥ ß.*
*Trochiscorum berberis ℥ ij.*

His affunde succi rosf. pallidarum optime depurati q. suff. digere. cola, & exprime omnia calide per torcular, & fac extractum in consistentia sapæ: cui addes æquali pondere extractum siue essentiam aloes seorsim paratam, vt iam docuimus supra capite de pilulis; misce & decoque omnia ad ignem lentũ vsq; ad eam cõsistentiam, vt pilulam

vnam

vnam magnam vel duas minores inde formare poſſis. Purgat benigne & ſufficienter omnes humores ſeroſos, calidos & bilioſos. Doſis eſt ℈.i.ß. Vel ſi voles, addes huic extracto (loco aloes) extracti, caſſiæ tamarindorum & prunorum dulcium ana æquale pondus extracti ponderi reſpondens, coquantur omnia in formam opiatæ. Sufficiet de eo exhibere pro doſi ʒ2. vel ʒ.ad ſummum, in forma boli, quem præbebis cum ſyrupo violato violaceo. Et excellens & benignum parabis remedium ad febres tertianas ſimplices & duplicatas: ad febres item continuas ardentes & bilioſas, & ad quæuis mala, à cauſa calida in capite, ſiue in aliis partibus, ſuborta.

Extractum ex Caſſia docuimus in noſtro Diætetico.

## *Phlegmagogon.*

*℞. Agarici trochiſcati ʒ. iij.*
*Hermodactylorum*
*Turbith*
*Senæ*
*Medullæ carthami ana ʒ iij.*
*Rad. Eſulæ præparatæ ʒ i.*
*Trochiſcorum alhandal ʒ ß.*
*Salis gemmæ*
*Macis ana ʒ i. ß.*
*Spec. Aromatici roſati ʒ ij.*

Cum aqua cinnamomi fiat extractum. Sufficit de eo offerre ℈.i.ß. in forma pilulæ, Morbis omnibus pituitoſis, & ex cauſa frigida ſubortis mirifice confert, morbo præſertim articulari. Humores enim pituitoſos & ſeroſos in articulos decumbentes mirum in modum educit.

Radicis eſulæ præparatio vna eademq; eſt cum hellebori præparatione: macerando nempe eam per 24. horas in aceto roſato optimo, & dein exſiccando.

## *Melanagogon.*

*℞. Folicul. ſenæ ʒ vi.*
*Rad. ſeu Fibrarum hellebori præparatarum ʒ ij.*
*Turbith*
*Myrobalanorum omnium ana ʒ i. ß.*
*Trochiſcorum alhandal ʒ. vi.*

*Flor.*

*Flor. Violarum*
*Rosarum rubrarum*
*Epithymi ana p ij.*
*Spec. Lætificantis Gal ʒ ij.*
*Succ. Optime depuratorum fumiterræ*
*Pomorum redolentium*
*Et seri lactis ana q suff.*

Fiat enumeratorum simplicium omnium, crasso modo conquassatorum, maceratio & digestio in balneo per 8. dies. Postea colentur, exprimantur & depurentur & reducantur in extractum, sicut cætera.

Eodem modo extractum conficies ex speciebus hieræ Picræ Galeni, hieræ colocynthidos, diaturbith, diacarthami, diaphœnici ac fere ex omnibus, pilulis aliisq; purgantibus, cum menstruis congruis: nimirum cum aquis fumiterræ, filicis, agrimoniæ, pomorum redolentium, sero lactis, & similibus, acidulis redditis cum succo limoniorum, aut cum quodam aceto scillitico, vel alio in cæteris procedendo, vt supra.

Sed proprium dissoluens omnium purgantium in genere, radicum nempe, herbarum, seminum, & florum est aqua vitæ tartarisata, omnibus veris philosophis ad vnguem cognita & perspecta: Sed præstat tantum arcanum silentio inuoluere, quam promiscue omnibus patefacere, & temere effutire.

Præter omnia enarrata extracta simplicia & composita, alterantia, corroborantia, & purgantia, quæq; omnia è vegetabilium ordine desumpta sunt: quædam adhuc supersunt tractanda, quæ ex animalium partibus educuntur. Huiusmodi igitur, quorum etiam supra mentionem fecimus, nunc describenda aggrediemur.

Exordiemur autem ab iis, quæ ab homine sumuntur. Sed non est instituti nostri, cuncta illa magisteria & arcana, quæ ab eodem erui possunt, hic enumerare aut introducere, veluti sunt admirandæ illæ præparationes mumiæ, tam recentis corporeæ, quam liquidæ spiritualis: variæ item & elegantissimæ illæ præparationes cranii tam recentis, quam è sepulchro extracti: hæc omnia, inquam, si hic inserenda essent, finis nunquam daretur: peti igitur possunt aliunde ex aliis scriptis nostris. Suffi

ciet mihi nunc vnicam tantum descriptionem extracti cranii humani in medium proferre

℞. Igitur duo vel tria crania recen[illegible] mortario marmoreo crasso modo terantur, [illegible] tri-ta indatur in matracium capax [illegible], super-affundendo aquam vitæ [illegible] 4. vel 5. digitos supernatet, vase [illegible] ne quid transpiret, fiat digestio in Baln. [illegible] 12 dies ad minimum, post coletur & ex[illegible] per torcu-lar perquam fortissime, ex quo [illegible] rubicundus instar sanguinis, qui oleosus & [illegible] erit: iterum affundatur fæcibus no[illegible] menstru[illegible], digerendo per 4. vel 5 dies, colando & exprimendo [illegible] omnia per tor-cular, ita vt omnis essentia substan[illegible] exactissime ex-trahatur. Omnes hæ expressiones & liquores inuicẽ com-mixti & in Alembicum inditi destillentur per Bal. vapo-rosum, donec remaneat extractũ in forma sapæ, impræ-gnatum tum sulphure, tum sale, quo potissimũ cranium abundat, imo totum fere salinum existit, hoc extractum digestum & perfecte depuratum tanquam thesaurũ pre-tiosissimum aduersus epilepsiam diligenter adserua, dosis est ℈ ß. vel ℈ i. cum sua propria aqua destillata, quæ per se præstans epileptica est.

Descripsimus *supra sub finem capitis de Decoctis*, extra-ctum splenis bouis, efficax & vtile ad prouocandos men-ses: ad cuius imitationem quoque paratur extractum hepatis vituli: quod omnibus hepatis affectibus, ipsiusq; imbecillitatibus conducet, in fluxu præsertim hepatico, & hydropisi. Sed hepati isti vitulino addenda erunt,

*Santali rubri*
*Cinnamomi ana* ℥ ß.
*Spicæ nardi*
*Rosarum rubrarum ana p. i.*
*Conseru flor. cichorij* ℥ i.
*Trochiscorum Rhabarbari*
*Et Eupatorij ana* ʒ vi.

Tandemque omnia coquenda in magna phiala capa-ci, & bona occlusa, in Baln. feruenti per 7. vel 8. horas: donec hepar fere totum in liquorem redactum fuerit: quem

quem ad perfectionem decoques, addendo, si velis saccharum [illegible] ex hepatis imbecillitate laboranti exhibebis huius modi extractum vesperi & mane, & eximios percipies effectus.

Extractum pulmonum non solum vulpis, sed & vituli, [illegible] fit consimili plane methodo, addendo pectoralia [illegible] pulmonum congrua.

Eodem modo ex teneris ceruorum cornibus, vel ex eorundem etiam cornibus induratis, sed adhuc recentibus, admirabile conficies extractum, contra pestem, venena, vermes, corruptiones & diuersa alia mala & symptomata, quæ [illegible] solent: sed loco aquæ vitę iuniperinæ, [illegible] p[illegible]getur officio sua propria aqua [illegible], vel quæ [illegible] aqua bezoardica aut theriacalis, cuius varias descriptiones supra dedimus, quæ aquæ prius acidulæ reddantur cum liquore sulphuris acidulo.

Extractum castorei fit eadem ratione, in cuius præparatione dissoluentis vicem administrabunt aquæ melissæ, calendulæ, pæoniæ, aut similium antepilepticarũ aut cephalicarum. Et sufficit hæc omnia macerare in B. per 4 aut 5. dies, & postea colare, exprimere, & liquorem euaporatione inde separare, vt omnia reducantur in extractum, quod conferet omnibus epilepsiis, paralisibus, apoplexiis, & similibus cerebri affectibus.

Extracta siue magisteria oculorum cancrorum, vt appellant, testarum ouorum, limacum & similium, quæ omnia salis naturam participant, fiant cum menstruo acido, cum aceto nempe vini, vel hydromelitis vinosi, vel cum succo limonum, berberorum & similibus. Si igitur ab eiusmodi testis & membranulis siue pelliculis ouorum gallinaceorum, & similium rerum dissolutis, statim eorundem dissoluens inde separaueris, (quod elegans & magnum vtique mysterium haud contemnendum est) aliquot guttulæ liquoris siue salis tartari dissoluti superinfundendæ sunt, & sic magisterium parabis excellentissimum ad calculos dissoluendos, stranguirias, dysurias, ischurias, difficultates & suppressiones vrinæ, pro dosi offerantur paucula tantum grana:

tantum

tantum enim efficacia & energia pollent eiusmodi remedia in his affectibus medendis.

Vt extractum fiat è matrice leporina, & secundina mulieris fœcundæ, oportet has partes probe prius lauare & abluere vino albo, postea desiccare, & in puluerem reducere, & dissoluente vti aqua quadam vitæ alkalisata quæ ipsas subito dissoluet & in essentiam reducet, quæ essentia, separato suo dissoluente, efficacissima & præstantissima est ad matrices steriles fœcundandas, & conceptioni idoneas reddendas.

Reliquum est, vt nunc dicamus de extractis, essentiis, magisteriis, & tincturis rerum metallicarum, quibus cōplectimur gemmas, margaritas seu perlas, videlicet corallia, hyacinthos, & alios lapides pretiosos & non pretiosos: loquor tantum de his rebus metallicis, quibus pharmacopœam nostram exornare decreuimus, & quarum præparandarum formulas ante polliciti sumus: hæc enim & similia alias tempestiuius tractabuntur in pharmacopœa nostra spagyrica, tanquam in suo proprio loco.

Essentiæ & magisteria coralliorum & perlarum vno eodemq; artificio præparantur.

Corallia crasso modo conterantur, perlæ vero nigræ manentes & ignitæ extinguātur in aqua vitæ fortissima, idque sæpius, & hæc est ipsarum calcinatio. Postea rite dissoluantur in succo limoniorum vel berberorum, qui succus post illarum dissolutionem rursus separetur, & quod in fundo remanet (quodque postea pluries cum aquis cordialibus dissolui & coagulari potest, ad aciditatem dissoluentis acidi tollendam) dicitur sal siue essentia perlarum.

Vt magisterium ex iisdem fiat, dissoluendæ sunt in fortissimo dissoluente, quale est acetum alkalisatum, aut acetum mellitum, & vt perlæ post perfectam suam dissolutionem rursus separentur, citra dissoluentis tamen exhalationem, (quod alias salem armoniacum acidum & vitriolatum hoc modo coniunctum relinqueret cum re dissoluta, à qua difficulter separaretur) dissolutioni huic superincipiendæ sunt aliquot guttæ olei tartari, cuius opera perlæ dissolutæ in ictu oculi fundum petent, summe albi-

albicantes instar niuis, à quibus postea prędictum dissoluens facillime separabitur per inclinationem, & materia aliquoties abluetur aqua, & perfecte edulcabitur, quod sane opus citra magisterii opem non perficitur: vnde etiam res in hunc modum præparatæ nomen suum obtinuerũt. Hoc perlarum magisterium, in quolibet liquore tum dissolutum, admirandum est naturæ nostræ corroboratiuum, non secus ac magisterium corallhorum, cuius præparatio consimili penitus fit ratione

Magisteria hyacinthi, smaragdi, & rubini eadem quoque methodo & artificio præparantur, sed calcinatio illorum fit cum floribus sulphuris.

Magisterium hyacinthi est singulare & specificum remedium contra spasmum & contracturas.

Magisterium rubini venenis, pesti, & omnibus corporis corruptionibus aduersatur.

Magisterium smaragdi succurrit peculiariter epilepsiis.

Eodem modo parantur lapides, iudaicus nempe, & lyncis, qui reducuntur in magisterium, de quibus pro dosi tantum duo vel tria grana ad summum offerantur cum quodam liquore congruente. Summum præstant remedium aduersus ischuriam, siue suppressionem vrinę, & attritionem & expulsionem calculi.

Sic quoque conficies magisterium lapidis lazuli, singulare purgatiuum humoris atrabilarij, & præstãs medicamen contra omnes manias & melancholias.

Res sulphureæ requirunt aliam præparationis methodum. Nos ordiemur a sulphure vulgari, & quidem ab ipsius floribus.

Flores sulphuris parantur, miscendo æquales partes sulphuris & colchotaris siue vitrioli perfecte rubificati & desiccati, omniaq. sublimando, postea adhuc semel sublimentur cum solo saccharo candi, vt magis ad astma, & alias affectiones pulmonum conferant auxilium.

Ex his floribus opera liquoris terebinthinæ conficitur rubinus sulphuris, qui excellentissimus est contra phthisim, & vlcera pulmonum, exhibitus cum quodam liquore congruo, tunc, cum separatus est à suo dissoluente.

Ex iis floribus ritè præparatis & dissolutis in oleo tartari, parat. per salem suum resolutum, qui est oleaginosus, & per consequens proprium & idoneum dissoluẽs ipsius quoque sulphuris) educes magisterium aliquod, nempe lac vel cremorem seu butyrum, cui dissolutioni si affundas acetum album, materia ebullire & vehementer efferuescere incipiet, citra etiam ignis admotionẽ, & cremor lacteus sulphuris subito petet fundum, & a dissoluente suo separabitur.

Separabis itaque dissoluens per inclinationem, & variis reiteratis ablutionibus cum aquis cordialibus edulcabis exacte materiam, & sic habebis lac siue cremorem sulphuris albissimi. Hoc medicamento curantur omnes pulmonum & thoracis affectus.

Essentia camphoræ elicitur cum aqua vitæ tartarisata.

Extractum bituminis Iudaici conficitur cum aqua clara terebinthinæ.

Pergamus ad metallicas essentias.

Crocus metallorum præparatur cum æquis partibus Magnesiæ Saturninæ, & nitri simul mixtis & inflammatis in quodam crusibulo, vt vtar artis vocabulis, & remanebit materia quædam calcinata in forma hepatis, quæ puluerisata rubicunda apparet instar croci martis, quæque dulcoranda est. Cum autem dicta Magnesia sit prima radix omnium metallorum, idcirco generali nomine crocus metallorum nuncupatur, qui potens medicamen est tam vomitiuum, quam purgatiuum simul variisque affectibus accommodum, vti supra ostendimus, dosis grana 10. vel 12. cum vino aut alio liquore.

Sulphur auratum diaphoreticum paratum cum fæcibus reguli in aqua dissoluti, & in lixiuium redacti, in quod si cochlear argenteum immiseris, vero aureo colore id tingi animaduertes. Huic lixiuio adde parum aceti, & videbis crocum auratum statim fundum petere: separa deinde lixiuium per inclinationem, & prædictum crocum optime ablutum, dulcoratum, & desiccatum, collige seorsim, qui admirabile erit sudorificum, & sanguinis mundicatiuum, multis morbis depellendis aptissimum, dosis ℈.ß.

Crocus

Crocus martis educitur è ferri siue chalybis limatura, quæ in furno reuerberii ab ignis flamma, & vi in crocum eleuatur leuissimum & rubicundissimum. Eiusmodi crocus confert dysenteriis, lienteriis, gonorrheæ & similibus affectibus, in quibus adstrictione & fluxus inhibitione opus est.

Sed crocus paratus è laminis ferri candentibus, & in magdaleones sulphuris immissis, quarum vi sulphur liquescit & funditur, vt cera Hispanica, virtutem habet attenuandi, aperiendi, & deoppilãdi, sicut & is, qui per longiorem moram solius aquæ conuenientis inhibitione elicitur, qui non tantum attenuat, sed & a tartareis & melancholicis humoribus tum lienẽ totumq; mesenterium repurgat. Hæc duo croci genera valent aduersus quasuis hydropises & cachexias.

Crocus cum liquore acidulo siue oleo sulphuris fit, infundendo prædicti liquoris partem vnam, & tantundem spiritus vini, in cochlear ferreum: vbi omnia bulliãt ad ignem lentum vsq; ad consumptionem; postea resideant per aliquot dies, & omnia in puluerem croceum subtilissimum conuersa conspicies, quem adseruabis in paruis phialis optime clausis, ne aer intret; resoluitur enim ab aere. De eo aliquot grana exhibebis in iusculo siue liquore congruo, in quo dictus crocus resoluitur, qui ob martis naturam, quam participat, verum hepatis instauratiuum est, eiusq; conducit imbecillitatibus, & omnibus aliis morbis, qui inde oriuntur, quales sunt cachexiæ, fluxus hepatici, hydropises, & similes. Magnum vtiq; secretum, & admirandis virtutibus præditum.

Hæ sunt omnes illæ præparationes metallicæ, quibus pharmacopœam nostram decorandam statuimus: & quarum descriptiones huc afferre & explicare supra promisimus.

Perstringendæ adhuc restant præparationes aliquot salium & oleorum, quorum mentio hoc in opere quoq; facta fuit.

Sal igitur prunellæ, quem Chymici Anodynum minerale appellant, ob singularem illam vim mitigandi dolores, quantumuis à causa calida & inflãmatione quadam

excitatos, paratur cum nitro optimo, quod funditur in crusibulo, paulatim superinijciendo flores sulphuris qui eius pinguedinem tollunt, idq; adeo pellucidum purumque reddunt, vt si super lapidem marmoreum eum effundas, omnino clarum & diaphanum appareat instar vitri, quod deinde sal siue lapis prunellæ dicitur. Salutare est remedium ad ardentissimam illam febrem, Hungaris familiarem, extinguendam cuius ferocia tanta est, vt ægrotantium linguas profusas nigras, & prunis ardentibus similes efficiat, cum autem tanti symptomatis sæuitia ex salis huius vsu leniatur & opprimatur, inde Sal prunellæ appellatus est. Est præterea idem remedium magnum diureticum & diaphoreticum sicut supra videre licet quando nos in eo præscribendo eiusmodi curandi indicationes nunquam non perstrinximus.

Cremor siue sal tartari etiam sub salibus comprehenditur, qui conficitur ex tartaro albo, crasso modo puluerizato, & multiplici aquarum ablutione repurgato, donec clarissimus euadat: huiusmodi tartari in patriam terream vitreatam inditi lib.5. vel 6. digitos supernatet, bulliant omnia per horam vnam atq; alteram: posito dein vase in loco frigido, in superficie concrescet cremor crystallinus, quem separabis cum cochleari perforato, reiterata sæpius eadem ebullitione post materiæ refrigerationem, semper cremor adimatur, qui in frigido coagulabitur, & fac, vt exsiccetur in aere, de eo iusculis admisce ℥ß. & acidula ea reddes, gustuiq; gratissima, & vtilissima etiam ad dissecandos & incidendos humores crassos & tartareos in visceribus nutritioni dicatis: Eadem iuscula apozematum loco offerri possunt in pluribus affectibus, quæ ægrotantes cum voluptate assumēt, nec vllam ipsis nauseam, vt reliqua solent, excitabunt, iisdem iusculis addere potes radices & herbas congruentes, qualescunq; volueris. Hi crystalli ad ℥ i. exhibiti purgant clementer, licet per se & sine iusculo sumantur.

Sales cranii humani, radicis restæ bouis, corticum fabarum, & absynthii, fraxini, ceterach, & similes vno eodemq; artificio præparantur, per calcinationem enim omnia, siue singula seorsim in cineres rediguntur, ex quibus postea sal iuxta communem ritum cum liquoribus vel

vel aquis congruis extrahitur: sic sal cranii humani educitur cum aquis pœoniæ, florum tiliæ lilii conuall. & simili antepileptica, hic enim sal fere epilepticæ curæ peculiariter destinatur.

Sal corticum fabarum elicitur cum sua propria aqua, ab ipsis adhuc viridibus destillata. Exsiccati enim cortices calcinantur, & fit inde salis extractio cum sua aqua, vt diximus. Et sic idem præparationis iudicium esto de cæteris. Postquam sales præparati fuerint, hoc est, variis dissolutionibus, filtrationibus & coagulationibus ad perfectam vsq; puritatem adducti, adhuc vltima hæc ipsis accedit operatio, vt in crusibulum iniecti ad rubedinem vsq; calcinentur, ad ignem, ea tamen cautione, ne fundantur aut fluant, & sic perfecte dealbantur. Hæc solummodo de salibus nobis tractanda restabant in pharmacopœa nostra. Quomodo enim iidem sales in olea transmutentur, & e fixis volatiles per solā propriæ aquæ mercurialis additionem reddātur, quomodo idem ex iisdem ad varios vsus potentissima educantur remedia, hæc omnia, inquam, non sunt huius loci, sed sublimiorem requirunt considerationem, & propterea in pharmacopœam nostram spagyricam reseruanda, quo etiam reiicimus tractatum de admirandis viribus salium metallicorum, è quibus aquæ vitæ ardentes eliciuntur, nec nō tractatum de sulphuribus & oleis præstātissimis, quæ æque in mineralibus ac in vegetabilibus delitescunt, vbi simul demonstrabimus, spiritum vegetantem in mineralium corporum interiori potentissime vigere, eaque nusquam vegetatiua tanta virtute, prout quidam externo illarum aspectu decepti falso opinantur, orbari aut destitui.

Quod ad olea attinet, de quibus supra locuti sumus, illa omnia communia admodum sunt, eorumq; præparatio omnibus fere, imo ipsis tyronibus, nota & perspecta est, siue sint olea aromatū, veluti cinnamomi, caryophyllorum, macis, nucis moschatæ, piperis, & similium: siue seminum, baccarum ac granorum, vt lauri, iuniperi, fœniculi, anisi, pœoniæ, &c. siue corticum & fructuum, vt arantiorum & citriorum, siue omnium etiam herbarum calidarum, vt saluiæ, rosmarini, menthæ, betonicæ, maioranæ, thymi, hyssopi, & infinitarum aliarum, quæ

omnia vna eademq; via ac methodo conficiuntur, nempe ea conquassando & macerando in 5. aut 6 aquæ tepidæ partibus, per 24. horas; & postea destillando per magnum Alembicum cupreum cum suo refrigerio, iam supra modum edocuimus, cum de aquis cinnamomi aliorumq; aromatum ageremus: simulq; ostendimus, ex huiusmodi aquis destillatis post oleorum suorum ipsis innatantium separationem, multos ac varios syrupos præstantissimos concinnari posse.

Omnium horum oleorum vires ac proprietates patebunt satis ex supradictis, ita vt superuacaneum sit hic eadem repetere.

Huiusmodi olea licet summis & elegantissimis virtutibus prædita sint, non tamen carent incommodis, cum enim tenuium sint partium, facile in auras dissipantur, quantumuis in phialis obturatissimis conseruentur. Accedit quod nō vsurpari possint, nisi mixta cum aliis, conseruis nimirum, tabellis, aut liquoribus, si alias inconsiderate exhibeantur, plus obesse quam prodesse solent.

Eximia semper quædam singulis regionibus sua laus est & præstantia, vt Germanorum fortitudinem nullis vnquam seculis intermorituram prætermittam, illis hæc modo potissimum gloria asseruatur, vt tanto politiorum quorumuis secretorum indagandorum studio flagrent & cupiditate, vt non immerito id elogium quadantenus aptari possit Virgiliani instar:

*Excudent alij spirantia mollius æra*
*Credo equidem viuos ducent de marmore vultus,*
*Orabunt causas melius, cœliq; meatus*
*Describent radio, & surgentia sydera dicent:*
*Naturam penetrare magus Germane memento.*

In illa enim regione artificium nuper inuentum est olea illa reducendi in essentias gratissimas ac vtilissimas quæ propriis suis coloribus, odoribus saporibusq; nobilitantur: nulla accedente alia mixtione, quam manna cœlesti optime depurato, quod harum rerum vires atq; virtutes allicit, easq; sua admixtione exquisitissime corrigit. Secreti huius me participem reddidit Germanus quidam doctus Medicus, eiusq; præparandi modum mihi reipsa reuelauit, is forsitan ægre ferret, si clarius arcanum illud mani-

[illegible] ſtarem: Nihil tamen eorum, quæ dicere conue[illegible] cui: nec dubito, quin experti chymici paucis [illegible] comprehendent.

[illegible] quæ conſeruantur in paruis thecculis ro[illegible] diuerſa eſſen[illegible] poſtulet, cũ denticalpio, [illegible] exhibebuntur, & effectus [illegible] optatiſſimos.

[illegible] magiſteriis, ſalibus & [illegible] chymicis, quæ hinc inde in [illegible] exornanda occurrunt, ſatis abunde [illegible] præter hæc nulla alia addituri. Iampridem [illegible], & ſimilibus multa in ſcriptis noſtris com[illegible]mus: nec ceſſabimus in poſterum, ſi Deus vi[illegible] conceſſerit, in pharmacopœa noſtra ſpagyri[illegible] eadem pertractare.

[illegible] modi elegantia, rara & præclara remedia offici[illegible] pharmacopœorum hodie potius decerent, quã tanta deauratarum pyxidum multitudo, quæ tamen plerunq; plurimis in locis aliud nihil præter inanem vẽtum complectuntur. inter omnes ſſimas inſtructiſſimasq; officinas, tam publicas quam priuatas, quæ paſſim in Italia, Germania aliisq; regionibus habentur, nullam adhuc vidi, quæ æquaret, ne dicam, ſuperaret eam, quæ Caſſellis eſt in arce Principis. Ad hanc expoliendam & exornandam, non tantum Principis Medici, viri ſummi ac celeberrimi, aſſiduam ſuam conferunt operã & laborem, ſed ipſe etiam Princeps, Mauritius nẽpe, Haſſiæ Landgrauius, magnus ille & potentiſſimus Princeps, manum nõ veretur admouere; libenter me in hac totius Europæ politiſſima & exquiſitiſſima officina affirmare poſſum tot vidiſſe extractorum, magiſteriorum, eſſentiarũ, aliarumq; præparationum chymicarum genera, vt illorum numerus facile millenarium excedat, exceptis vulgaribus, quorũ nullus eſt defectus, nulla inopia. Euſmodi remedia à munificẽtiſſimo Principe largiſſime erogantur in commodum & ſalutem ſuorum ſubditorum, qua munificentia ac liberalitate etiã perfruuntur alii circũuicini. Officina hæc mihi typus primus fuit, ad cuius imitationem meam pharmacopœam conatus ſum, variis iiſq; raris & elegantib. remediis chymicis ditare & illuſtrare.

A cuius enim nomine lumen & splendorem magis his meis lucubrationibus mutuarer, quam potentissimi huiusce Principis, qui tot ingenitis & excultis virtutib. palam ab omnibus celebratur? Generis equidē illius, quod ab antiquis Germaniæ proceribus longe stemmatū deducit serie, nobilitati commemorandæ, aut luculentis, quibus mirum in modum abundat, fortunæ muneribus explicandis aliquandiu incumberem, nisi propriis, quam alienis dotibus mallet potius exornari. His igitur prætermissis cæteras serenitatis eiusdem partes amplissimas in medium producam: summam in rebus diuinis & humanis temperandis, sapiētiam, clementiam erga bonos singularem, iustitiam improbis formidabilem, robur animi inuictum, in omnibus humanis actionibus moderationem, & incredibilem erga omnes meque potissimum beneficentiam, quæ tantis me gratitudinis compedibus præsentem nuper, nunc vero etiam absentem quotidie obstringunt & obstrinxerunt, vt nullum non officii genus optimo iure, per me tam liberali mœcenati rependatur. Quapropter vt aliquam saltem grati animi ob tot continua beneficia notam præsentibus & futuris seculis significarem, hoc meum opus, tum alteri magnanimo Principi de re literaria æque benemerito, ipsi mutuo necessitudinis amicitiæque vinculo coniunctissimo consecraui: tum sacram vtriusq, memoriam meis scriptis inserendam, & in omnem hominum posteritatem, quantum per me licet, iampridem constitui decreuiq; propagandam.

# SECTIO OCTAVA.

## CAP. I.

### *De oleorum præparatione.*

PArs hæc, sulphur hermeticis, dicta cōmuniter oleum appellatur sulphur analogice, eo quod more sulphuris ignem suscipiat, flagransq; fit, pars rebus naturaliter indita miranda sane isthæc sulphurea substantia, cui rerum præcipue vires & facultates insident. quo quidem contrario argumento dicere possumus præcipua humani

mani corporis mala huic potissimum inhærere, sicq; naturam in pari gradu substantiæ morbum & remedium collocasse, vis roborans, anodina, tum cephalica, tum cardiaca in ea potissimum consistit. odoris etiam sedes est, & basis. plura insuper de ea circumferuntur, vtpote sit subiectum pulchritudinis, lucis, ignis, & vitæ pabulum, quæ, vt a scopo aliena omittimus. nunc ergo ad eorum extractionem.

Antiquitus dum adhuc rudis & inculta erat ars medica, dum inquam balbutiens & fere a cunabulis expergisceretur, ea fieri per solam rerum infusionem & expressionem agnoscebat nunc vero comptior, vitiligineque omni sepolita, viam longe sublimiorem adinuenit qua via ab aliis iamdudum tradita: nobis tantum superest, aliorum vestigiis insistere, exempla aliquot rerum, medicamentorumve, proprio labore comprobatorum in medium afferentes.

Methodus itaque qua hodie olea ex rebus educuntur, multiplex est, quædam enim fiunt per infusionem postmodum exillantur, quædam per distillationem tantum, quæ distillatio vel fit per descensum, vel per ascensum. quædam per calorem ignis fortissimum, scoriam ferri, arenam, cineres, & balneum Mariæ. Ex his nonnulla sunt composita, nonnulla ex simplicibus tantum modo fiunt. In nonnullis longa maceratio præmittitur, in aliis nulla. Rursus & differentias possunt suscipere pro ratione vasorum per quæ fiunt, item pro varietate menstruorum quorum medio educuntur. nam nonnullæ nisi menstrui beneficio educi possunt multæ vero citra quemcumque medii interuentum. Exordiemur autem ab his, quæ solam infusionem, & expressionem reposcunt, à scopo tamen minime recedentes, pauca & selectiora breuiter amplectar. Inter præstantissima & paratu facillima, ea inquam a vegetabilibus educta, sunt olea florum, & hypericonis, tapsi barbati, rorismarini, saluiæ, &c. in quorum præparatione, nihil à consuetudine recedimus, nisi quod bis & ter infusionem reiteramus, atque loco insolationis qua tantum pharmacopolæ contenti sunt, fimo equino vtimur, vel balneo Mariæ, sed illo potissimum in quo tu-

to infusiones possunt fieri, cum apto æquali & naturæ analogo calore.

## Cap. II.

## *De oleo hypericonis.*

In hoc oleo parando sumimus tam flores, quam semina, ea parum contusa infundimus in s. q. olei communis, per octo dies ad calorem fimi equini, & in vase vitreo, coletur calide & in colatura, noui flo[res] reponantur per idem temporis spacium, quo peracto it[erum] colentur eiusmodi flores. atque tertia vice noui flores denuo in fimo equino recondantur per totidem dies, peracta hac tertia colatura, oleum ad vsum seruetur. pro liquore, loco vini, quod cæteri addere solẽt, libram v[n]am circiter succi totius plantæ accipimus, sicque oleum redditur præstantissimum. ex siccis floribus atque tota summitate cum floribus & seminibus dictum oleum parari potest, at non adeo efficax quæ in officinis componitur, terebintinam excipit, quam hic lubens omisimus, experientia edocti, quod oleum cum terebentina factum minus sit exsiccans, atque vulneribus minus vniuersale nostro ita parato terebentinam vel aliud simile pro re nata addere possumus, hoc tantum te monere volumus omnium balsamorum & oleorum cruentis vulneribus dicatorum præstantissimum esse. ipsi non raro addimus parum olei picis naualis per retortam educti, vt & terebentinæ. Ex hoc denique nonnulla balsama, & olea conficere nobis moris est, vt.

## Cap. III

## *Balsamum Præstantissimum siue Oleum vulnerarium compositum.*

*℞. Radicum asclepiadis, alias vincetoxici lib. s.*
*Valerianæ pratensis vnc. iiij.*
*Symphiti maioris, vnc iij.*
*florum verbasci maris*
*maij,*
*hypericonis,* } *an. lib. s.*

*folio-*

*foliorum plantaginis,*
*prunellæ,* } *an.m.iij.*
*filip ndulæ,*

contundantur hæc omnia in mortariolo lapideo, & in sufficienti quantitate olei suprascripti hypericonis macerentur octiduo in fimo equino, colentur postea, & in colatura forti prælo facta fiat noua infusio, vt prius in aqua iterum infunde *myrrhæ electæ vnc.ij.*

*thuris,*
*mastices,* } *an.vnc.i.*
*mumi,*
*terebentinæ, lib s*

*ramentorum rhabarbari, rad. aristolchiæ rot. an.vnc.i.s.* coletur iterum valida expressione, quæ seorsum ad vsum reponatur. tenuioris substantiæ, magisque penetrans redditur, si per retortam impellatur, fæces tunc in fundo vasis remanentes, ceroti siue emplastri ad instar crassæ sunt, eodemque modo cum inhærescunt, qua de re vulneribus superficialibus sufficiens esse remedium experti sumus.

## *Aliud minus compositum.*

*℞. Summitatum hypericonis cum floribus. & semin. q.s. olei oliuarum q.s. succi hypericonis parum macerentur in loco calido per aliquot dies, factæ calaturæ recentes flores, & summitates reddantur, nouaque fiat infusio, in cuius colatura dissolue.*

*terebentinæ Venetæ, lib.s.*
*thuris, vnc.iij.*
*mastiches,* } *an.vnc ij.*
*Vernicis,*
*fiat oleum vt supra.*

## *Aliud oleum balsamicum omnium præstantissimum.*

*℞. Radicum asclepiadis, lib.s.*
*aristolochiæ rot.*
*valerianæ maij siccæ,* } *an.vnc.ij.*
*fol symphiti maij,*

pla-

*plantaginis,*
*filipendulæ saniculæ,* } *an.m.ij.*
*alchimillæ, bugulæ,*

*baccarum iuniperi p.1. summitatum hypericonis cum florib, & semin.m.6. florum chamomillæ, spicæ an.m.i vermium terrestrium lib.1. olei hypericonis cum duabus saltem infusionibus parati, olei lumbricorum an. q.s.* macerentur ... fimo equino, eximantur, deinde forti prælo ... quo ad omnem humiditatem profundant ... fæculæ ... ræ adde *myrrhæ unc. i.s. mastiches, thuris vernicis ... unc. iij. terebentinæ claræ, picis naualis, an. lib.s.* colentur ... remo, & vsui reponãtur. hoc oleum si per retortam pel... atur, magis penetrans redditur, atque tunc altis profundisque vulnerib. maxime efficax. sine vlla distillatione ... um est, eoque multoties vsi sumus maxima cum ... itate. hic Bononię cuidam amico artis medicæ penitus ignaro, huiusmodi olei conficiendi methodum ... imus. quo rusticos pleriosque dum ruri diuersaret ... sanitati restituit, inter hos, duos cognoui, quorum ... er tali ... unctum ad malleolos fortuito sibi præcideat, ... amic ... solis plagulis hoc oleo imbutis absq; chyrurgię peritia vulneri composito magno, & perdifficili in quo nerui cæsi manifesto apparebant perfecte mederer. alter vulnus profundum sic genu sinistro accepit, in quo pariter nerui præcisi erãt, eodem modo ab amico sanitatem reportauit mirum est quam cito vulnerum doloribus succurrat.

## CAP. IV.

## *De oleis distillatis.*

SVpra breuiter tetigimus olea quæ fieri solent per infusionem, ad quorũ exemplum omnia quæuis oleorum genera facillime fieri possunt. nunc quæ per distillationem parantur olea, eadem breuitate complectemur sunt vero eiusmodi olea præstantissima, & quibus potissimum rerum vires & proprietates insunt, earum videlicet quæ substantia sulphurea referta sunt, prout sunt aromata.

Extractio eiusmodi oleorum duplici modo fit. per descensum & per ascensum. omittemus breuitatis causa,

ea

ea quæ per descensum. Quæ autem per ascensum fiunt, sunt vel ex lignis, resinis, adipibus, liquoribus, gummis, &c. vel ex foliis, floribus, seminibus, & aromatis.

Primæ classis vt ligna, resina, &c. fiunt potissimum per retortam. Secundæ ex foliis, floribus, &c. per vas refrigeratorium.

Totum secretum consistit in vasis forma, ignis regimine, rei fermentatione, & herbarum collectione.

Quædam vas collo oblongum reposcunt, alia breuius. aqua refrigeratorii crebro mutetur, ignis mitis, & æquali persistat. lignis, & siccis, item his, quæ ægre suam sulphuream substantiam fundunt, longiori fermentatione opus est. sic multa pleraque olea, tum aromatum, tum aliarum herbarum distillamus. vt gariophyllorum, piperis, macis, cinnamomi, gingiberis, lauendulæ, thymi, maioranæ, menthæ, saluiæ, rorismarini, multorumque aliorum. Inodoratorum, herbarum frigidarum, aut saltem temperatarum & aliarum nihil aut parum odoris redolentium, illarum breui, etiam nulla præmissa fermentatione. harum vero longa & tædiosa maceratione, & putrefactione prius facta. Sine vlla infusione vel maceratione per retortam fiunt olea lignorum, lignis ipsis in scobem prius concisis & retortæ inditis, veluti lignum gaiacum accipimus vel in scobem discisum, vel limatum, hoc retortæ cappaci indimus, atque igne cinerum vel arenæ adacto, oleum elicitur subrubrum & crassum cum aqua subacida. eodem modo ex buxo limato oleum fit excellentissimum. postremo herbæ plenelunio collectæ & siccæ plus olei fundunt, quam virentes, & alio tempore excerptæ.

Olea lignorum per retortam facta, empireuma grauemque odorem sæpius redolent, igne quantumuis blando & æquali adhibito. tollitur eiusmodi empireuma variis & repetitis cohobationibus cum aqua communi distillata, aqua rosacea, spiritu vini, & aliis. temporis etiam diuturnitate citra vllam cohobationem eiusmodi grauèolentia non parum imminuitur. præterea oleum non est pellendum ad extremos spiritus, rursus si per multum temporis cum aliquo liquore vino vel alio

in

in loco frigido maceretur, oleum minus graueolens redditur, & copiosius extillatur.

Gaiaci olei vires & facultates omnibus notæ sunt, eo libentius extra quam intra vtimur, ob eius graueolentiam. Buxi oleum à Quercetano summopere commendatur in Epilepsia nos solum ad dentium dolores, ipsosque erosos & perforatos idipsum mirabile comperuimus.

Resinarum & gummi cuiuscumque generis olea & balsama eodem modo, eadem via per retortam paramus, vt terebentinæ, resinæ pini, picis, thuris, mastiches, vernicis, & similium, his nonnulli arenam vel puluerem terræ coctæ immiscent. nos terebentinam solam retortæ inditam per ignem arenam distillamus buccinæ etiam adhoc optimæ sunt, vas quoque quodvis terreum vitriatum aqua quæ prima exit acetum nuncupatur, soluit corralla, vniones & alia corpuscula dura. secunda [illegible] est fere vt aqua, secunda citrina & crassa, tertia rubra & subnigra. post secundi olei extractionem, quod in fundo remanet colophonia ab aromatariis dicitur, quæ nihil aliud est quã terebentina cocta. raro in intrinsecis affectibus hoc oleo vtimur. ob grauem eius odorem diu distillatum nonnihil de suo odore valido amittit.

Succinum etiam per se aut pauco spiritus vini addito, distillari curamus, attenuatur reiteratis distillationibus quo purior, & clarior etiam redditur. In affectibus vterinis maxime conducit, & in albo fluore matricis.

Pix nigra oleum balsamicum fundit per se præstantissimum, maxime ad vulnera capitis.

Mastiches, & thus, vt succinum per retortam pelluntur. vertuntur & per se in oleum citra vllam distillationem medio aquæ vitæ à vino ad acorem vigente distillato. quæ & aqua vitæ vindemiarum tempore ex racemis vuisque torculari post vini eductionem pressis distillatur. Camphora validiori dissoluente in oleum mutatur, at eiusmodi olei vsus fere nullus, eo quod exulceret; corrodat, & vim escaroticam possideat. cum aqua vitæ ægre admodum dissoluitur, per retortam impellitur vt cætera resinarum genera.

Secun-

Secundæ classis olea, per ascensum facta, diximus fieri per vas refrigeratorium. sicque ex floribus, olea, seminibus, fructibus, & aromatis exoticis, per id vasis genus extrahantur. eiusmodi autem vas satis notum est, & licet multiplicis figuræ sit, tamen semper idem est. id vero, quod formam alembici vitrei effigiem repræsentat, nobis probatur, dummodo cacabum æneum ipsi probe annexum sit per vasa etiam vitrea cuius canulæ, frigidæ aquæ continuo immerguntur commode fieri possunt. vesicæ æneę optime aptatur alembicum vitreum siue pileum rostratum cum refrigeratorio. glutine ad hoc vtimur ex gipso & oleo lini. Vitrum enim eo glutine fortiter hæret æneis vasis præterea gluten eiusmodi diu in aqua persistit integra.

## CAP. V.

## *De oleis florum.*

FLores debito tempore collecti, vasi æneo intus stanno obducto integri indantur cui tantum aquæ communis affunde, vt quatuor digitos aut semipalmā emineat, tum pileum rostratum cum suo refrigeratorio vasi imposito, iuncturis ad hoc glutine ex farina probe munitis, sic vas fornaci imponitur cum flagrantibus prunis, & in subiecto vase recipiente dicto aqua & oleum excipitur.

## CAP. VI.

## *De oleis herbarum.*

EX thymo, rorismarino, saluia mentha maiorana, spica abrotano, & similibus herbis odoratis olea facillime educuntur. eæ inciduntur, atque vasi æneo supradicto cum sufficienti quantitate aquæ communis induntur, imposito postmodum pileo rostrato, cum suo refrigeratorio, & flagrantibus prunis suppositis, oleum cum aqua odoratissimum funditur. si vinum loco aquæ imponas aquam vitæ in principio educes odoratissimam & suauissimam. legantur herbæ in plenilunio dum floridæ,

floridæ, virentes, proprioque odore magis perfunduntur. ab his si placet solam comam accipe, & eo tempore, quo maxime floribus & seminibus coma ditescit.

## CAP. VII.

### *Olea seminum.*

EOdem plane modo vt de supradictis, olea seminum distillantur, tundantur nonnulla grosso modo, alia integra in vase æneo vt in aqua communi per aliquot dies immerguntur; sic ex fœniculo, aniso, & alijs oleum exugimus, vt ex baccis iuniperi, lauri, & similibus, baccis prius in sufficienti quantitate aquæ maceratis. aqua quę cum oleo copiose educitur ad nouam distillationem seruetur, eo enim medio plus olei elicies. ex aniso vix pro vnaquaque libra drach.ij. elicies, & fœniculo minus, copiosius vero ex baccis iuniperi hac etiam via producuntur.

## CAP. VIII.

### *Olea aromatum Garyophyllorum, macis, cinnamomi, piperis, gingiberis, &c.*

SVnt qui in eiusmodi oleis eliciendis amigdalas, tartarum aut alia addunt, vt inde maiorem olei copiã proliciant. quæ fraus omnino reiicienda venit. Gariophylli Indici multum olei per se fundunt. piper parum admodum, parum etiam gingiber. nec maior quantitas elicitur é cinamomo. Inter eiusmodi olea distillanda præstantissimæ aquæ educuntur, quibus, olei penuria, haud inconcinne vt possumus.

## CAP. IX.

### *Cinamomi oleum.*

QVia nobis in frequentissimo vsu venit oleum cinamomi, ideo quid de eo nobis experientia constet dicendum, extillamus eiusmodi oleum per balneum mariæ, infundẽdo prius cinamomum parum tritum in sufficienti quantitate vini albi per 3. & 4. dies, pro pileo æneo

neo cum suo refrigeratorio, vitreum alembicum sumimus gipso incrustatum, cuius frigore vapores in apice densantur. pro recipiente sumimus vas vitreum amplum & rotundum collo satis longum. prima aqua lactea est, quæ nouo cinamomo reaffundenda venit, hæcque operatio iterum pro tertia vice reiteratur, & in hac vltima distillatione habebis oleum subalbidum aquæ primo innatans, tractu temporis in vno subsidebit, & substantia illa subalbida per totam aquam diffusa in oleum cogitur. In tertia distillatione, prima aqua est fragrantissima, cuius vix sem. cochlear exhiberi potest, ob ingentem eius subtilitatem, hinc miscetur cum alio liquore. per se enim maxime est actiuitatis, menses mulierum potenter prouocat, partum facilitat, cor exhilarat, memoriam auget, ventriculo confert, venerem stimulat &c.

Oleum cordis & cerebri robori maxime dicatum, exhilarat animum, mœstitiamque & omnem timorem pellit.

Nec solum intus sumptum, sed & extrinsecus admotum, sic epilepticis, apoplecticis, syncope correptis mirifice confert eo naribus tantum admoto.

A gingibere oleum, & aquam eo quo diximus modo exugimus, aquæ damus cochlear integrum cum iusculo carnis in coli doloribus, confert & mirifice ventriculi affectibus, sic apepsiam tollit, appetitum concitat, flatus mirifice discutit, & alia præstat. oleum vires suas in longe minori quantitate exerit, sic guttula integra pro dosi sufficit.

Oleum & aqua garyophyllorum mirum est quam facile intus & extra exhibita nostram naturam labentem subleuet, fessaque membra iuuet. olei guttulæ erosis dentibus cum gossipio immissa dolorem adimit, fœtorem reprimit, & ad senium integros seruat.

Macis, piperis, cubebarum, granorum paradisi olea, vires easdem, quas obtinent simplicia è quibus eliciuntur possident, tamen in minori quantitate effectus suos producunt.

CAP. X.

## *Alia præparatio olei cinamomi.*

OLeum cinamomi legitime præparatum, inter efficacissima confortantia Spagyrica referri potest.

Et licet eius præparandi modus cuiuis in Chymicis exercitato sit obuius: hic tamen obiter admoneo, aromata destillanda in puluerem non esse redigenda, vt quidam præpostere facere solent, sed tantum in frusta cōfringenda, modicumque contundenda, alioquin dimidio minus tibi olei suppeditabunt, vt periculo facto aliquoties sum expertus.

Hac via maior olei copia haberi potest, quam vulgaribus destillationibus:

Confractum selectissimum cinamomum in retortam vitream immittas, & in balneo vaporoso destilles, tunc exit aqua & oleum simul: Illam aquam recenti ligno affunde & perge in destillatione, quam si continuaueris aliquoties dicto modo, habebis magnam copiam aquæ & olei, fæces in fundo omnino aridas subnigras & insipidas.

## *Vires & vsus.*

1. Omnia principalia membra corporis corfortat inprimis ventriculum frigidum, cor, & cerebrum, anhelitusque fœtorem abigit, eiusmodi suauitatem inducit.

2. In vniuersum balsamo naturali (sicuti etiam oleum caryophyllorum) respondet, intus putrefactionem arcet: Extrinsecus omnia recentia vulnera seu vlcera consolidat.

3 Tollit tussim frigidam, & capitis dolorem.

4 Cor exhilarat & omnia membra confortat si illo inungantur.

5. Prouocat menses.

6. Partum promouet.

7. In deliquiis animi singulare est medicamentum, sicuti etiam croci essentia, per aquam vitis extracta, summa est medicina, vbi aliquis quasi ad desperationem è nimia tristitia venit.

*Dosis.*

*Dosis.*

2. vel 3. guttæ è vino, aqua melissæ, vel alia specifica.

Hac via fere ex omnibus aromatibus Olea elicere poteris longe efficaciora & subtiliori quam vulgari via præparata: è Caryophyllis scilicet, Nuce muscata, Marcere, &c.

Hæc Olea si in vsum medicum adhibere volueris, fiat hoc aluo aperta, & grauidis vltra guttam non offerenda: Vsus olei Cinamomi conuenientior hyeme quam æstate.

Fuerunt qui mediantibus hisce oleis aromaticis Calci auri peculiariter præparato extraxerunt essentiam coloratam magno ægrotantium iuuamine in vsum medicum adhibitam.

# ELIXIR PROPRIETATIS Paracelsi.

℞. *Myrrhæ Alexand.*
*Aloes Epat.*
*Croci Orientalis ana vnc. 4.*

Puluerisentur omnia diligenter, & in vitrum indantur humectando optimo Spiritu vini Alcoholisato, postea affunditur rectificatum oleum Sulphuris per campanam factum (præparetur illud oleum è Sulphure flauo vel subgriseo tempore pluuio, si maiorem copiam habebis) ad eminentiam 4 digitorum, ponatur in digestione & circulatione per duos menses, tandem quod tinctum & extractum fuit per inclinationem separa, materiæ in fundo restanti bonum S. vini affunde, & circulando per menses duos iterum coloratum extrahe, separa, ac priori liquori colorato misce. Fæces in fundo lente destillentur, quod primum egreditur, addatur superiori Tincturæ, & ita per mensem adhuc sine destillatione circulentur. Sapor est suauis, non amarus, multo minus Emphyreuma sapiens, vt fieri solet vulgariter destillando.

Diligenter obseruandum materiam primo irrorandam Spiritu vini, vt fiat quasi pasta, & demũ oleum Sulphuris affundẽdum, alioquin tota materia in nigredinem comburetur, id quod Paracelsus studiose occultauit.

## *Vires, & Vſus.*

Balſamum priſcorum eſt, vt Paracelſus ait, tenuium prorſus partium calefaciens, & ſiccans, ſicque à putrefactione conſeruans. Eſt perfectum Elixir, in eo ſunt omnes virtutes. Naturalis Balſami, & virtus conſeruatiua maxima, præcipue in ſenibus.

1. Miranda in affectionibus Thoracis & Pulmonis præſtat.

2. Aduerſus peſtiferæ Luis contagia populatim graſſantia, aeremque corruptum mire efficax.

3. Humores Ventriculi diuerſos educit, ſtomachum cum inteſtinis confortat, & à doloribus præſeruat.

4 Hecticis, Catharroſis & Tuſſientibus in genere ſubuenit, & pectus mundificat.

5 Capitis & Stomachi refrigerationi prodeſt.

6. Hæmicraniam & Vertiginem curat.

7. Oculorum caliginem depellit.

8. Cor & memoriam confortat.

9 Paulatim Pruritum, dolorem item Iliorum & Coſtarum leuat.

10. Calculos Renum rumpit.

11. Quartanam curat.

12. A Paralyſi & Podagra præſeruat.

13. Intellectum & omnes ſenſus acuit.

14. Melancholiam aufert, & lætitiam adfert.

15 Senectutem fortiſſima iuuentutis conſeruatione arcet, ac canitiem retardat.

16. Vitam ex nimia cibi & potus ſumptione abbreuiatam prolongat.

17. Vulnera & vlcera interiora breui conglutinat tempore.

18. Omnes demum tam calidas, quam frigidas infirmitates occulta quadam proprietate curat.

## *Doſis.*

à 6. ad 10. & 12. guttas in vino vel aqua conuenienti & ſpecifica.

BALSA

## *BALSAMA CONFORTANTIA beneficio Ceræ Inspissata.*

Quia Olea Aromatica forma liquida propter effusionis periculum, aut vitri rupturam satis apte & commode circumferri non possunt, cœperunt Chymiatri cogitare de modo inspissandi, ita vt illorum varia pixidibus stanneis aut argenteis, sed probe inauratis, eo commodius circumferri, & vrgente necessitate ad manus esse possint.

Ad illa autem conficienda satis sit hac vice solertibus saltem innuisse, requiri ad cuiusque præparationem tam Oleum destillatione prolectum, quam Tincturam per Spiritum Alcoholisatum extractam & inspissatam per separationem ab eodem Spiritu: Item Salem post incinerationem ministerio Aquę suo capite mortuo prolectam: Medium, quod his iustam consistentiam dat, rasuram esse Ceræ albæ sæpius in aqua Rosarum coctæ, vt acredo tollatur, nec vllum saporis alienam qualitatem referat: Hæc omnia simul debito & Chymico artificio misceantur, habentur odorifera Balsama aromatum & vegetabilium, tam pro externo illitu, & inunctione Narium & Temporum, quam pro interno vsu efficacissima, secundū simplicium virium & proprietatem.

### CAP. XI.

### *Oleum Succini.*

In hoc parando diligentia non vulgari opus est, requirit enim conuenientem & debitum ignem. Albo Succino è purissimo & mero Bitumine in mari generato, in medicina vtimur flauo.

♃. Ergo Fragmentorum Succini albi (exempli gratia duas vel tres libras) & crasso modo tundas, non in puluerem tenuem teras: Eluantur prius si opus sit aqua communi sordes, deinde ponatur in Cucurbita vel alembico non nimis alto, & effundatur bona quantitas aquæ Rosaceæ & Betonicæ (quod fit ne Oleum comburatur, & vt harum aquarum vehiculo facilius stillare incipiat) imponatur capitellum capax cum rostro satis amplo, & vas recipiens adaptetur, & in arena clausis vtrobique pro more

vitrorum iuncturis, seruato ignis gradu conuenienti & continuo ne refrigescat, (alioqnin instar picis nigrescit & vitrum frangit) destillatio absoluatur. Caue etiam ne ignis nimium inualescat, alioquin recipiens periclitatur.

Primo egreditur aqua & oleũ album cum spiritib. nubium instar, deinde non amplius spiritus egreditur visibilis, sed in capitello striæ apparent, vt in destillatione Spiritus vini videre est: tandem venit oleum flauum, hic cessandum a destillatione, vel mutato recipiente excipe seorsum oleum rubeonigrum subsecuturum: vltimo ascendit sal sublimatione: Caput mortuum in fundo maner, friabile, nigrum & leve.

Antequam Oleum succini albi rectificetur, bene abluatur prius in aqua communi, voluendo sæpius, postea rectificetur lente in B. M. per aquam Rosarum vel Maioranæ. Post rectificationem potest etiam vlterius cum noua Rosarum vel Maioranæ aqua aliquoties misceri, semper post residentiam & separationem olei ab aqua, renouando aquam. Sic fœtor perire solet.

A libra vna Succini post rectificationem vix tres vel quatuor lotones veri olei albi haberi possunt.

## Cap. XII.

## *Sal Succini.*

SAlem sublimatione vi ignis eleuatum collige & solue in aqua Maioranæ & filtra aquam in B. paulatim abstrahe: Iterum solue, filtra & coagula hoc aliquoties reiteretur: tunc habetur *Sal Diureticum* efficacissimum, cuius superius facta est mentio.

## *Vires olei succini.*

Efficacissimum Opobalsamum Europæum merito vocari potest, quia sua facultate omnia alia remedia superat in Apoplexia in Epilepsia curanda: olim sacrum appellabatur, propter vires eius nimirum admirandas & arcanas.

1. In PESTE vna gutta mane & vesperi naribus affricatur, sic nullum venenum conficere potest: Correpto datur à scrupulo 1. ad duos in aqua Cardui benedicti.

2. Vche-

2. Vehementer prodest illis, qui periculosos capitis morbos timent, qualis est Apoplexia, Paralysis, Epilepsia. Nam si quis in aquis appropriatis, puta Betonicæ, Tiliæ, La[illegible]dulæ, Cerasorum nigrorum, &c vnam atque alteram guttulam Olei illius ieiuno stomacho assumat, nil [illegible] ab illis morbis: Idem præstant placentulæ [illegible] ex saccharo confectæ, quibus aliquot guttæ Olei [illegible]. Et si Apoplexia, Epilepsia, Paralysi quis [illegible]tur, vix est præstantius Remedium, quam Olei e Succino all[illegible] destillati guttæ aliquot in spiritum E[illegible]cum infusæ & exhibitæ. Prodest etiam ceraicem & [illegible] vngere [illegible] Oleo, & certo pellitur morbus, & recipientes [illegible], [illegible] & motum recuperant correpti, [illegible] suffitus eiusdem Succini albi supra carbones [illegible] Epilepticis admotus paroxysmum ipsi sedat.

3 Nerui, [illegible] aut partes neruosæ Spasmo aut similibus Contractionis infestatæ, vngantur hoc Oleo: ita vtere vt pauxilium immisceatur vnguentis, quibus nerui [illegible]llari solent.

4 Vna atque altera guttula aquæ Petroselini immixta & assumpta calculos & alias superfluitates meatuum vrinariorum [illegible].

5 Scrupulus semis vel integer si aquæ Verbenæ vel Artemisiæ, vel Maluatico infundatur, & mulieri parturienti propinetur, partum promouet.

6 Prodest frigidis defluxionibus capitis, qui huius vsu consumuntur, & cerebrum reficitur.

7 Guttulæ aliquot naribus & Cordis fossulis seu pectoris [illegible]inantur, illis mulieribus, quæ suffocationes, præcipitationes & strangulationes vteri habent, sedat matricis motum. Similis efficaciæ sunt Rotulæ ex oleo Succini cum saccharo confectæ, si vna atque altera assumatur.

8 Confert quoque in deliquiis animi, languore & palpitatione Cordis.

9 Conforrat non solum facultatem virtutis Vitalis Cordis, verum etiam Animalis Cerebri ac Naturalis Hepatis: ideoque in concoctione & digestione magnas vtilitates ciere solet.

10. In febribus tres guttæ in aqua Cardui benedicti ante paroxyſmum expectato ſudore aſſumuntur, ſic febres pelluntur.

11. In Retentione vrinæ tres vel quatuor guttæ in aqua Fragariæ vel vino ſumantur, mirabiliter promouet illam.

12. In Exiccatione Catharri conducit.

13. Dolores dentium è defluxionibus exortos curat, ſi cum aqua Plantaginis miſceatur, & inde gargariſmus fiat.

14. In Icteritia datur cum aqua Endiuiæ, Cuſcutæ, Cichor. Chelidon.

15. In Colica ſcrupulus vnus vel drachma ſemis exhibetur in Cereuiſia.

16. In ſuffocatione matricis ſeptem vel octo guttæ in aqua Pulegii.

17. In Expulſione fœtus & ſecundinæ, ſemptem vel octo guttæ in aqua Sauinæ, Artemiſiæ.

18. In menſium retentione 7. vel 8. guttæ in aqua Meliſſæ.

19 In Contractura, quidem contractus in manibus & pedibus fuit reſtitutus illitu olei Succini.

20. In vomitu ſanguinis tres guttæ in aqua Tuſſilaginis, Tormentillæ, Prunorum ſyluestrium.

21. Vertiginem & Scotomiam curat.

22. Cerebri ſtuporem miraculosè remouet.

23. Viſum cum aqua Fœniculi confortat.

24 In punctura lateris efficaciter adhibetur.

## *Doſis.*

A guttis 4. 6. 7. 10. vſque ad ſcrupulum vnum, ratione morbi & complexionis.

## *Balſamum Apoplecticum.*

*℞. Olei Nuciſtæ expreſſi vncias duas.*
*Ambræ griſeæ drach. vnam.*
*nigræ drach. 1. & ß.*
*Moſchi drach. 1. & ß.*
*Zibettæ drach. duas & ß.*
*Oleorum ſtillatitiorum Lauendulæ, in quo Lilij conuallij flores maduerint* ℥. ß.

*Cinamo-*

*Cinamomi scrupulum semis.*
*Maioranæ drach semis.*
*Ca yophyllorum gutt 6.*
*Succini drach.1.*
*Rutæ drachmam semis.*

Ex his omnibus secundum a tem mixtis fiat in iusta consistentia Balsamum: qui volet aliquid de Balsamo Peruviano odorifero addere, ei erit integrum.

## *Vires & Vsus.*

1. Apoplecticis, Epilepticis, & Vertiginosis mirè confert, si extremitates narium, tempora, vertex in eius etiam palatum, exigente necessitate inungantur, noctu & die per intervalla.

Pro præseruatione singulis septimanis tantillo, alæ Narium mixta hac pulpa pollice modice inuncto, vna cum vertice semel atq; iterum inungantur.

2. Contra malignam & pestiferam auram.

3. Omnes Animales & Vitales spiritus recreat.

4. Arcanum in Colica, si vmbilicus eo inungantur.

5. Matricis ægritudinibus mirè confert, si inungatur ventriculus & vmbilicus, etiam Naturalia mulieris suffocationem patientis, nunc confestim recreatur: ad Nares autem illarum eo tempore fætida adhibeantur, qualia sunt Castoreum, Assa fætida.

Vsus ab extra saltem est: tantillum extremitatibus narium admouetur pro libitu: per vnum aut alterum diem suauis ille odor vix euanescit.

### CAPVT XIII.

## *Ophthalmicum.*

♃. *Vini Maluatici lib.1.*
*Aquæ stillatitiæ albuminum ouorum coctione induratorum lib. 1.*
*Aquæ sanguinis humani vnciam 1.*
*Aquæ Rosarum albarum*
*rubearum ana vnc. tres.*
*Aquæ Chelidoniæ, Rutæ*
*Euphrasiæ, Fœniculi*

*Valeriana, Fumiterræ*
*Pulegii ana vncias 2.*
*Mellis virginei cochl. 1. & sem.*
*Aluminis Roch.*
*Sacchari candidi*
*Vitrioli albi ana vnciam semis.*
*Camphoræ drach. tres.*
*Salis Euphrasiæ*
*Fœniculi*
*Saturni ana drach. 1.*
*Salis Margaritarum*
*Corallorum ana scrup. 2.*
*Caryophyllorum*
*Zinziberis*
*Mastichis ana drach 1.*
*Tutiæ præparatæ (id est ) in aqua Rosarum & vino Cretico ana sexies extinguatur ac tenuissime teratur) vnciam 1. & semis.*
*Aloes vnciam semis.*

Terenda terantur & misceantur, stent in vitro clauso aut in caloris digestione per mensem, vel quod melius sub dio Soli & Rori exponatur per 40. quotidie mouendo aliquoties, dies, sic demum insolata promenda vsui. Qui in vase Aurichalcino vult parare & exponere, faciat pro libitu.

Nota Aleon in mortario cum aquis dictis prius remiscendam mouendo quatenus in aquam abeat, & strigmenti modo coeat, idq; donec Aquæ remisceatur, postea reliquis addatur.

## *Vsus.*

1. Ad omnes oculorum affectiones.
   Inflammationes,
   Lippitudines,
   Nebulas,
   Fistulas, & eiusmodi.

## *Modus applicandi.*

Iaceat in lecto æger supinus, & iniecta intra apertos oculos aquæ lachryma, vel gutta cum pluma gallinæ ni-

græ

græ indatur, claudat resereťq; oculos infirmus, vt per oculorum cauitates intrusa aqua per oculum diffundatur, id bis terue in die, & curabitur.

Si nebulæ fuerint supra vel infra corneam, conficito puluerem è Saccharo candido, Alumine combusto, & sæpiæ osse, sed tenuissime contusum & succretum in cerniculo, vt tactum effugiat, vt cum cubitum pergit ex canaliculo pennæ, parum de hoc puluere insuffletur, moxque aquæ guttam instillabis, oculos claudat ac dormiat, nam citissime diluetur.

Vel si sint maculæ misceantur cum vncia semis illius liquoris Ophthalmici, Laterini olei quater rectificati, & olei Fœniculi semel rectificati, ana guttæ 4. item duæ guttæ olei Succini rectificati, ac in die de hoc liquore bene mixto bis, mane & vesperi, semper vna atque altera gutta oculo indantur.

Mirum & stupendum Ophthalmicum fit è Cancris & Chelidonia, quod si debito artificio & tempore præparetur oculos ad desperationem læsos virtuosissime restituit, & omnia vulnera spatio 24. horarum conglutinat.

## *Odontalgicum. Oleum Anodynum.*

Recipe Oleum Caryophyllorum rectificati vnciam semis, solue in illo drachmam semis Camphoræ, adde postea spiritus Terebinthinæ quater rectificati vnciam semis, & mixtum hunc liquorem ad necessarios vsus serua.

## *Vsus.*

Gutta 1. vel altera denti dolenti eroso cum gossypio indatur ad sopiendos dolores.

## CAPVT XIV.

## *Aqua eiusdem efficaciæ.*

℞. *Serpilli*
*Origani*
*Saluiæ*
*Mentastri*

*Hydro-*

*Hydropiperis seu persicariæ*
*Rasuræ Guaiaci*
*Rasuræ Tamarisci*
*Buxi ana m* I.

Affunde S.v. Opiaticum videlicet à Laudini confectione residuum, ad eminentiam trium vel quatuor digitorum, stent in calore, vitro clauso, donec tingatur spiritus: De hoc spiritu Tincto tantillum in ore contineatur, parte illa vbi sunt dolentes dentes, postea iterum exuatur: reiteretur si opus est. Si dens sit concauus, gossypium intinctum imponatur. Efficacissimè omnes dolores dentium sopit.

# STOMACHICVM.

## Oleum Vitrioli Veneris & Martis.

### CAP. XV.

### *Modus faciendi Vitriolum è Venere & Marte sine corrosiuo.*

TOtum Artificium est, vt Metallum bene per Sulphur calcinetur.

℞. Laminati ferri vel Veneris (vna enim est vtriusq; via) quantum vis, scinde in frusta magnitudinis semidaleri, fac stratum super stratum cum Sulphure puluerisato in tigillo lutato, pone in Igne Rotæ. Ignis ab initio tigillum non attingat, sed paulatim admouendo augendus est, quem vltimo fortificabis: Ita accenso Sulphure calcinantur prædictæ Laminæ, quod intra horam absoluitur: Vbi omnia refrixerunt, exime nigrocineritium materiam instar æris vsti, & tritam cribra, eamq; in olla nō vitreata aperta positam per transuersum (vt in præparatione Vitri Antimonii fit) moue diligenter, supra ignem Carbonum, ne liquescat, & Vitriolum in Cupro euanescat, sic Sulphur incenditur vel euaporat, moue cum ferreo vel cupreo instrumento prout Vitriolum facere intendis de latere ad latus, vbi ferro vult adhærere, tunc satis est, & ab igne auferatur: Puluerisatam hanc Veneris Calcem pondera, &

ad

ad quamq; libram accipe Sulphuris tres lotones, misce, & in olla pone ad latus, moue supra lentum ignem per quadrantem horæ, vltimo olla quasi candescat: Cuprum mollescit instar pastæ, & ferro adhæret: Frigescat ac tritum cribretur: adde denuò ad lib. vnam tres lotones Sulphuris, calcina vt antea per quadrantẽ horæ. Hoc quinquies sexies, vel septies repetitur, tunc calcinatio est absoluta. Nota diligenter, vt Calx semper bene siccetur, & ad libram 1. saltem vncia cum dimidia Sulphuris præcise sumatur. Calcem metalli tritam minutissime accipe, & affunde in patina lignea aquam calidissimam, soluetur Calx. & aqua è Venere erit cœrulea, cola, colatam euapora, supra ignem incoquendo mediocriter, donec quasi crustam acquirat, reliquum in frigido concrescat, sic habebis & Cupro pulcherrimum Vitriolũ Cœruleum, è Ferro viride. Fæces in aquæ fundo remanentes sicca, & non solutas iterum cum Sulphure calcina vt prius fecisti, seruato pondere priori, postea in lixivium fac quo filtratum euaporabis. Hoc repete, donec tota Calx in lixiuium abeat. Inde in terreo vase Gerlicensi aut Wallenburgensi, vel in Cucurbita magna vitrea (cave ne rumpatur) facevaporet, donec crustam nanciscatur pone in loco frigido tunc in fundo Veneris Vitriolum instar ias desidet, sapore subdulci, aufer aquam & sicca crystallos concretos: Aquam remanentem iterum incoque parum, & in frigidum locum si collocetur, denuo concrescent lapilli, reiterando, donec totum in Vitriolum abeat: Possunt etiam bacilli imponi, vt Vitriolum eo melius adhærere possit: Sulphur illorum fundum petens seorsim seruetur ad suos vsus.

Ex his duobus Vitriolis Ferri & Cupri Spiritus & Oleum præparari Chymice possunt, vulgari ac cognito modo, longe maioris efficaciæ, & Virtutis, quam è Vitriolo communi.

Hoc pacto habetur Fons acidus Artificialis: Acetum Esurinum est in hoc Sulphure Vitriolato sine Corrosiuo præparato, perfectum arcanum in corroborando languenre ventriculo. Vide Theophr. in lib. de Vita longa, & in lib. de Tartaro circa finem.

*Huius*

## *Huius Olei Vitrioli Vires & Vsus.*

PAracelſus vocat partem Pharmacopolii quartam, & cuilibet Pharmacopæo ita commendat, vt ſit inſtar lapidis angularis in ſua officina.

1. Vtimur 6.8.guttis in vino, aqua Mentæ criſpæ, vel quod melius in iure carnis calido: In debilibus ventriculis frigidis quia digeſtionem promouet.

2. In Calculo & Arena in Aqua Ononidis.

3. In Suffocatione matricis, in aqua Artemiſiæ.

4. In Febribus ſtomachi, caloribus & ſiti 12. vel 15. guttæ In aqua Centaureæ, Vino, Roſarum, Anthos.

5. In omnibus morbis capitis, in aqua Lilii convallii, Lauendulæ.

6. In Ictero efficax eſt in aqua Chelidoniæ 15. vel 20. guttæ cum ſudore.

7. In peſte miſcetur cum ſaccharo Candi & Electuario Iunipero, & ſic etiam loco prophylactici ſanitatis vtimur.

8. Inuncti hydrargyro, & male affecti Oleo Vitrioli cum Theriaca mixta ſudando reſtituuntur.

9. Externe Alopeciam, vnamquamq; Tineam tribus diebus illinendo per ſe vel cum aqua Chelidoniæ curat.

10. Tollit omnem ſerpiginem, ſcabiem, pruritum, & quicquid cuti ſolet adhærere, tentiginem prauam, ſyrones, &c. Sed ſine commiſeratione fiat inunctio, & pro defenſiuo opodeltoch adhibeatur.

11. Poſt euacuatum corpus cum Theriaca ſeu aquis appropriatis fere in omnibus morbis exhiberi poteſt, aciditate enim ſua putredinem omnem arcet, partium vero tenuitate obſtructiones pellit.

## *Doſis.*

MOdus exhibitionis eſt ſaporis in acidum mutatio: Dantur in aqua Acetoſæ vel ſpecifica alia potandæ tot guttæ, quot dentes ſtupidos non reddãt, manifeſtam tamen guſtui aciditatem concilient: per ſe nullus ſit eius vſus. ſed cum vehiculo, & parcus. Hoc ſi Chymicorum iniquus quidã conuitiator intellexiſſet, intempeſtiuo & immodico Olei huius vſu bonum aliquem aut innominatum Virũ, nõ è medio ſuſtuliſſet: Dum vtimur, probe

debet

debet agitari cum suo vehiculo, quia grauitate sua fundum petit.

## *Cautiones.*

1. Propter aciditatem prodest Ventriculo languido, in quo tamen nulla Cholera aut Aposthema, alioquin est ebullitio mutua & efferuescentia (abstineant ergo Cholerici & Pyrocholi, a noxio ipsius usu) vt videmus in oleo Tartari & Aqua forti, quæ se inuicem non compatiuntur: Similis est ratio in Iecore.

2. Vsurus hoc Oleo, in vehiculo conuenienti calido fiat, postea contineat se in lecto ac sudet: Videmus enim eius operationem in maiori mundo in frigido non perfici sed in calido: talis etiam est ipsius operatio in microcosmo.

Porro Oleum Vitrioli pulcherrimo colore & durabili tingit.

*Expressos succos Rosarum pallidarum.*
*Violarum.*
*Florum pæoniæ.*
*Papaueris syluestris.*

Item ex [illegible] Alkermes.

E[illegible] caryophyllorum, si singulis debite remiscentur.

[illegible] oleum vitrioli, ut & illud antimonii, de quo [illegible] loquuntur, apud neminem adhuc videre licuit, sicut [illegible] vitriolatum suphur fixum, cui Anodynas stupendas vires Paracelsus tribuit.

## *Oleum vitrioli subviride smaragdinum magnarum virium in medicina.*

Parari potest, si vitriolum purificatum, vehementissimo igne destilletur, ac post extractionem & purificationem salis è capite mortuo (quod sal tamen nullo modo vlterius in igne calcinandum aut igniendum est) denuo cum omni egresso liquore ad suum tempus in balneo circuletur.

Varie operatur hoc oleum per vomitum, sedes, vrinam, sudorem.

Dosis

Dosis guttæ 6.8.12. in liquore conuenienti.

## CAPVT XVI.

## *Vterinum.*

Artemisia omnes obstructiones mulierum de oppilat. Ante menstruum, & post partum decoctum eius ad purgandam matricem adhibetur, addita vna atq; altera gutta olei succini.

### 1. *Elixir vterinum.*

℞. *Castorei* ℔. ß.
*Croci vncias duas.*

Extrahe tincturam cuiusque seorsim spiritu vini, & separa Spiritum ad remanentiam extractorum, quibus mixtis adde

*Extracti artemisiæ vnc. iij.*
*Salis matris perlarum vnc. i.*
*Oleorum stillatitiorum Angelicæ.*
*Anisi*
*Succini ana drach. ij*

Digerantur mixta omnia per octo dies.

### *Vsus & Dosis.*

Dosis huius elixiris scrupulus I. vel duo, ingruente paroxysmo hysterico, tunc ilico sanantur. Quod si singulis mensibus apparentibus menstruis æquali dosi utantur, non reuertetur morbus.

### 2.

Puluis compositus à Paracelso descriptus è Lichenibus seu Callis equorum cruribus inhærentibus, etiam efficacissimus est, in suffocatione matricis. Fumus eius per tritorium bombyce circumuolutum, super sedem clausam mane & vesperi, vel instante paroxysmo ab hystericis exceptus, sufficit ad tollendas omnes matricis suffocationes desperatissimas: Internus interim datur Spiritus Vitrioli cum sale Corallorum in aqua Melissæ & Artemisiæ.

### 3. *Extractum splenis bouis.*

Paracelsus in Archidoxis facit in lib. mysteriorum huius

huius mentionem, quod Lienis obstructiones expediat, & menses prouocet.

*℞. Igitur splenem bouis castrati scinde in laminas tenues, maceretur per aliquot dies in spiritu vini cum myrrha essentificato, postea exicca aere.* Hoc modo procedendum est, alioquin si per se velis exiccare, fœtebit, postea cum S.v. essentiam extrahe, & sapidioris efficaciæ ergo adde pro libitu aliquot guttas olei Angelicæ.

### *Dosis.*

Scrupulus unus in aqua appropriata.

### *Obseruatio.*

In prouocandis menstruis tempus obseruandum, quo menses in ægra fluere consueuerunt, tunc enim Renum & Lumborum dolores adesse plerunque solent, & sic adiuuante natura remedium operabitur efficacius.

### 4. *Sal Iouis.*

*℞. Cinerem stanni aperto igne sine sophisticatione præparatum, ex illo salem non aqua, vt habent triti vulgarium descriptionem labores, sed aceto destillato extrahas, quem postea à suo sale aqua pluuiali, soluendo, filtrando & lenissime in balneo euaporando septies edulcora.*

### *Vires, vsus & dosis.*

Secretum & efficacissimum in suffocatione calide vmbilico inunctum: matrix vbi sentit calorem, eo festim in locum suum redit, nec amplius inde mouetur.

Dosis, tria grana, tribus aut quatuor auroris continuis in aqua artemisiæ vel aquis cordialibus.

## CAP. XVII.

## *De oleis animalium.*

EX animalibus varia quoque oleorum genera conficiuntur varijs item modis, vt de superioribus diximus hinc varia adhæc requiruntur instrumenta. fiunt quædam vulgato more per infusionem, qui mos, vt valde popularis a nobis omittitur. nec propterea proprijs carere laudibus minime arbitramur, maxime si triplici

infusione parentur, & in fimo equino, vt de oleis vegetabilium per infusionem paratis annotauimus. sic lumbricorum olea, vulpis & similium in officinis parata vires haud ignobiles obtinent. ea vero distillatione subtilizata præstantiori & efficaciori virtute pollent non raro etiam ejusmodi subtilationem vim propriam amittunt, & loco olei optati, commune oleum distillatum reportas, in fundo retortæ remanens etractio in qua animalis vis consistit. hoc à nobis dictum sit, ne quis putet maiorem vim in magno labore consistere semper.

## Cap. XVIII.

## *De oleo sanguinis humani.*

Accipe sanguinis humani adhuc calidi partem vnā, aquæ vitæ optimæ, siue spiritus vini partes quinque, reponantur ambo in vase circulatorio satis amplo, & in modum vt tres partes vacuæ permaneant. dictum vas reconde sub fimo equino ad 20. dies, quo tempore materia in magnam molem assurget, duploque aucta conspicietur (hic Genuino philosopho medico multa præclara de aliquot morborum origine liceat contemplari) hoc vero fit crassiori parte sanguinis rarefactione, vti in hæmorrhagijs sponte per nares & alias partes factis. tum per vrinalem vitreum cum suo pileo rostrato, ad balneum mariæ aquam vitæ primo prolice, serum postea sanguinis, quod gustu facile deprehendes. fœcibus siue sanguinis magisterio vasis fundo relictis, nouum vini spiritum reaffunde, iterumque per 12. dies in fimo equino vt prius reconde, tunc calore balnei vaporosi aut mariæ vini spiritum prius euoca substantiam tandem oleagineam calore vegetiore adacto habebis ad multos vsus mirabilem, apprime ad arthriticos dolores epilepsiam, ptisim, & alios nobis apertos, datur à scrup.s. ad scrup.1.

Alio modo paratur dictum oleum, accipiendo sanguinem siccum à sero purgatum, & in sole exsiccatum, is crasso modo teritur, & retortæ inditur, cui prunis ardentibus adjectis, vel calore arenæ, vel scoriæ ferri educitur oleum, quo in arthritide illinātur artus. à sanguine hirci, cerui

cerui & aliorum olea educi poſſunt,oleum cerui in arthritide maxime commendatur,hirci in calculo.

## Cap. XIX.

### *Oleum Mumiæ.*

EXtat apud Paracelſum triplex mumiæ ſpecies, recẽs, ſicca,& liquida, recens cum oleo oliuarum triginta dies in fimo equino putrefacta per retortam pellitur. ad articulorum dolores ab eodem maxime commendatur, ſiccam cum aqua vitæ diu prius maceratam more dicto diſtillamus. liquidam ſupra tetigimus cum de ſanguinis oleo verba fecerimus.

## Cap. XX.

### *De Oleo ſtercoris humani.*

IN animalium excrementis arcana latere plurima experientia multiplici conſtat;è ſtercore humano mirabile exſugitur oleum ad quod exequendum magna eius copia requiritur,quod ſit immixtum,& ex homine ſano, prius autem per ſe corrumpitur atque in exigua quædam animalcula vertitur, hinc fere in puluerem abit, qui retortæ inditus calore blando primum adacto , mox validiori,oleum reddit ſimul cum aqua, ambo non ſine aliqua graueolentia, quæ rectificationibus, & cohobationibus plane tollitur. valet eiuſmodi oleum ad compluri-mos affectus,& præſertim aduerſus icterum arquatumue morbum. creditur à nonnullis eiuſmodi oleum eſſe perpetuo duraturum. Sed hoc neq; ratione, neque experientia probatur. placet eiuſmodi figmentum ad vitri maleabilis confectores relegare, ad motus perpetui cultores, & ad illos famatiſſimi lapidis chymerici perſcrutatores.

## Cap. XXI.

### *Oleum adipis,medullæ,axungiæ,&c.*

AXungiæ, adipis,medullæ olea per retortã bis , &ter pelluntur modo ſupra dicto, ipſis prius immiſcetur duplũ arenæ,quidã ſalẽ, arenæ loco addunt, diſtillantur

autem ea ratione, vt citius corpora permeant, & quo pluries distillantur, & subtiliora euadunt eiusmodi oleorum vsus notissimus est, nos semel pleuritide correpti humani adipis oleo cum duplo olei adipis taxi illitu miraculi instar conualuimus, in paralysi, contractisq; membris maximæ sunt vtilitatis.

## CAPVT XXII.

### *Oleum Ceræ.*

POpulare est nimis eiusmodi oleũ maxime inter chymicos, quidam ceram multoties aqua communi: alida lauant, quidam eam fundunt, ipsiq; arenam duplo immiscent, salem nonnulli loco arenæ, qui alumen vstum, laterum puluerem, plumbum vstum, tandem qui aquam vitæ. Qui modi omnes à nobis probantur. nihil enim in cera perit, redditur subtilior, & iterum bis & ter hac de re extillatur sola, in quibus si quam qualitatem à commixtis repoitarit penitus amittit. hoc apprime seruãdum vt vas sit amplum vixq; tertiam partem occupet materia, ea enim ex calefacta nimis dilatatur, & sæpe integra in subiectum recipiens effunditur.

## CAPVT XXIII.

### *De Oleis Ossium.*

EIusmodi olea multiplici modo parantur. primo recentia adhuc & succulenta fracta parum & comminuta per retortam vitream vel terrenam etiam per duas ollas luto sapientiæ probe munitas ad ignem apertum oleum fundunt virtutis haud spernandæ.

Secundo eadem limita diuq; in aqua vitæ, & in fimo equino macerata tum per retortam distillatur, qua in distillatione exsugitur aqua cum oleo, aqua in quam virtute dictorum ossium imbuta, & ad multa pernecessaria.

Tertio ignita & oleo communi imbuta more olei laterum, qui tertius modus licet non omnino spernendus, attamen cæteris duobus longe inferior est.

## Cap. XXIV.

## *De Oleo Castorei, vermium, serpentum, &c.*

CAstoreum prius in spiritu vini per aliquot dies infusum per retortam, vt supra pellitur.

Vermes terrestres per se in fimo equino putrefacti in oleum vertuntur.

Serpentum adipes igne purificatæ, & excoctæ cum pauco spiritu vini per retortam subtiliores euadunt: ipsis per se & citra omnem distillationem vtimur, colatis tantum, & a membranulis suis liberatis, earum vires, & facultates ad extrinsecos vsus mirifice conducunt.

## Cap. XXV.

## *De Oleis Mineralium.*

VVlgus hoc olei nomine in mineralibus maxime abutitur, etenim spiritus aliquot salium oleum nuncupat, vt de vitriolo, & sulphure liquido constat. vocat & oleum mineralium, & metallorum salem in liquorem per humiditatem resolutum vti apparet de oleo saturni, & aliorum metallorum. Ita tartari oleo item notum est, quam facile eo abutentur nomine, qui cum sal resolutus sit, olei tamen sibi vendicat appellationem.

Spagirici veri, qui sulphureæ substantiæ naturam probe norunt, oleum id tantum appellitant, quod est naturæ inflammabilis, ignemque, suscipit, atq; nō miscetur aquæ. Sicq, ex mineralibus, & metallis olea vera elicienda docent. verum cum eiusmodi præparationem ad tractatulum de mineralibus seruauerimus, ab his hoc in loco abstinebimus. nec tamen hoc caput vacuum penitus remaneat, per pauca vulgo nota in tyronum gratiam paucis amplectar.

## Cap. XXVI.

## *De Tartari Oleo.*

TArtarum etsi è vegetabilium familia erutum, tamen tantam habet cum mineralibus affinitatem, & simpathiam, vt merito in eorum ordine reponendum videatur

deatur. Duplex autem ab eo ducitur oleum, vnum verum inflammabile, & aquæ immixtum. alterum abusiue sic dictum ob eius crassam consistentiam, quod quidem nihil aliud est, quam sal resolutus. primum educitur per retortam, ipsum prius in puluerem redactum; extrahitur autem valido igne, retorta ad hoc luto probe munita in qua operatione oleum cum aqua elicitur: oleum est subrubrum cum quadam graueolentia, quæ cohobationibus variis, vt de aliis diximus facile tollitur. vel si capite mortuo iterum distillatur calcuium in renibus densatum soluere traditur, iecoris obstructiones reserat, &c. resolutio salis tartari, quod abusiue oleum cõmuniter dicitur, fit ex tartaro simpliciter calcinato, vel vsto, demum in cella vinaria resoluto, si ad albedinem comburatur facilius in liquorem resoluitur. rursus si dictum oleum exsiccetur & resoluatur bis, & ter, redditur potentissimum & efficacissimum. Comburitur autem in igne aperto, in fornace quauis, siue in his in quibus terrea coquuntur, siue in his in quibus vitrum, & metalla funduntur à calcinato tartaro sal potest extrahi, qui in fornace vehementer calcinatus in oleum dictum resoluitur totus.

## CAPVT XXVII.

### *Oleum Sulphuris.*

MVltiplici modo paratur sulphuris oleum. Quod vulgo dicitur oleum, liquor est aquosus ex resolutione spiritus sulphuris: hic enim spiritus à sale in sulphure cõtento progreditur, cuius natura ad spiritum vittioli proximè accedit, ideo vires haud paucas communes cum oleo vitrioli obtinet. eius præparatio maxime nota est. Sulphuris comburentis vapor cum campana vitrea, vel cyatho magno ad latus parum inclinato excipitur, qui frigore resolutus in vase aliquot vitreo extillatur. vix singula libra sulphuris, dragmas duas exhibet olei.

Sæpe cum tribus vel quatuor cyathis vitreis amplis filo ferreo in aerem suspensis vaporem excipimus, & cyathis paulum inclinatis oleum in vitro supposito delabitur. per se flagrat sulphur. si purum sit & prius tritum, subiectum vas sulphur continens sit terreum, & paruum ad propor-

proportionem vitri, vel campanulæ. vt pro singulo cyatho libram sulphuris contineat, aut paulo minus. vasis inferioris pars superior, sit duplo minor orificio vasis superioris. aliquando cum igne eiusmodi oleum elicuimus optimum, & in maiori quantitate. per retortam etiam elicitur parabis, & hoc modo oleum, siue liquorem multiplicabilem, & cuius vncia vna intra mensem alteram vnciam dabit, pro ratione tempestatis, nam si australis sit tempestas, & humida plus, si septentrionalis, & sicca minus, ad eiusmodi oleum, siue liquorem conficiendum, addantur pro singulo vase sulphur continente drac. duæ crystalli calcinatæ, calcinatur autem christallus ea prius ignita, & in aqua frigida extincta, quod bis, & ter reiteratur, donec sponte in puluerem abeat chrystallus, qua ratione gemmæ multæ calcinantur, ex quibus postea varia possunt confici remedia. Pro liquore nostro multiplicabili, chrystalli puluis in vasis fundo prius immittitur, secus deflagrationem sulphuris cohibet. vis huius olei mirabilis est, nam continuo augetur, & quod ab eo prodiit, est veluti aqua distillata subacida, hæc cum aliquo liquore data sitim extinguit, obstructiones, & infractus renum, & iecoris soluit, menses mouet, & alia egregia præstat.

## Cap. XXVIII.

## *De Oleo Talci, & aliorum mineralium.*

OLeum Talci pro mulierum mangonio vehementer exoptatum, adhuc nos latet legitimum, & quicquid iactitant circonforanei distillatores, purum est mendacium: vel enim est liquor salis eius resolutus, vel oleum rei mixtæ Siquidem vel ipsum per se, vel cum alio calcinant, & à calcinato salem extrahunt quem postea in loco humido resoluunt, vel aliis rebus idipsum commiscent, tumque retortæ indunt, vel denique varia alia figmenta nobis obtrudunt, quibus sæpe credulos decipiunt. Verum cum eiusmodi oleum in arte Medica nullum habeat vsum, quid vsu, & experientia in eo tractando cognouerim alium in locum reiicimus.

Oleum de lateribus quod, & Philosophorum dicitur, notũ est, ideo ab eo, atq; à multis aliis hic abstinebimus, sub qua etiam consideratione oleum gagates, succini, & aliorum multorum, quæ hic consulto omittimus, & eo magis quod similia in tractatum mineraliũ distulerim.

Olea quoq; metallorum Saturni, Iouis, & aliorum eademmet causa in eum locum reseruaui. nunc ad salium extractionem, & præparationem deueniendum.

CAP. I.

## *De Salium extractione, & præparatione in genere. Sect. VIII.*

SAl tertium hermeticorum principium ab omni antiquitate miris laudibus extollitur, ab Homero Diuinus appellatur, Plato in Thimeo, amicum Dei corpus nuncupat. antiquitus nullum dabatur sacrificium sine sale. Quicquid obtuleris sacrificii sale condies nec auferes sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo. In omni oblatione offeres sal à supremo numine his verbis exaltatur, dicens Apostolus; Vos estis sal terræ, quod si sal euanuerit, &c. ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. tribus literis eius nomen designatur apud Hebræos מלח quasi *rex*, Melach, Græcos ἅλ, Latinos *sal*, forte à significatione, שלח *pacificare*, & *quiescere*, item *perficere*, etenim sine sale nihil perfectum est. mitto alias linguas ab his deriuatas eandem seruare harmoniã. tanta est eiusmodi salis necessitas, vt & etiam referente Plinio lib. 31. cap. 17. sine sale vita persistere nequit, à putredine tutus est, & alia ab ea seruat, & tutatur: propterea in sacris æternitatis signum habetur. sal ventriculum excalefacit, venerem stimulat, prolificumque semen reddit, ob id Ægyptii canes ad coitum inertes salsamentis, carnibusque sale maceratis ad venerem alacriores reddebant, hinc veneri dediti salaces dicuntur. propterea venerem è salo natam finxerunt. aues prolificæ, vt columbæ sale haud parum oblectantur. Pastores apud Plutarchum *de caus. nat.* pabula pecorum sale consper-

conspergebant sed his missis ad institutum reuertamur. sal, qui ex vegetabilibus educitur à Theophr P per metonymiam *alchali* dicitur. ex eo quod sal quilibet plantæ fiat per incinerationem, qui vero sine incineratione fit proprie est tartarum, sale, sulphure, & tinctura plantæ constans, eiusmodi sal, essentialis à recentioribus nuncupatur. fit autem sal ex vegetabilibus vno eodemque modo, eorum videlicet cineribus in sufficienti quantitate aquæ communis infusis, & percolatis, vt commune fit lixiuium, quod exsiccatur in vase terreo deuitreato, aut in alembico cum suo capitello, nimio vaporis subsidebit sal impurus, qui reiteratis solutionibus, filtrationibus, & coagulationibus purificatur, bis, terque repetitur dicta operatio, si admodum pellucidus desideretur. cauentes ne in fine omnimoda humiditas euanescat, sed lentum, & per se in stufa, vel in aere calido exsiccetur. In eiusmodi extractione triplex salis species potest considerari, volatilis fixus, & vtriusque naturæ particeps, quas vocant, vegetabilem, animalem, & mineralem vegetabilis facile in auras abit atque cum aqua vitæ illius plantæ ex qua salem eductutus es, elicitur, ipsique perpetuo commiscetur. in tinctura etiam volatilis seruatur, si recte operatus fueris. in tinctura tamen vtriusque naturæ particeps, qui, & animalis dicitur, proprie residet, fixus, qui mineralis, cineribus arcte hæret, in hisque firmiter considet. succorum anatome cuncta hæc rimari liceat, in vino nihil apertius & certius.

## CAP. II.

## *De speciali salium vegetabil. præparatione.*

IN vniuscuiusque plantæ sale conficiendo si herba virens sit, & succulenta, prius aquam ab ea abstrahe, eamque seorsum serua, siccatam herbam in olla terrea vitreata combure ad iustam incinerationem, cineribus in vase vitreo vrinali, aut simili affunde aquæ sup adictæ quantum quatuor digitos supereemineat, bulliant parum & colentur, relictis cineribus nouam aquam reaffunde, quæ

iterum bulliat, & coletur, tum istæ aquæ siue lixiuium vtrumque filtra, & per alembicum omnem humiditatem abstrahe, in fine parum humiditatis relinque, ne volatiles spiritus euanescant, quod facile per incuriam contingere solet, propterea melius erit in fine vas in stuffa collocare, vel calido aeri exponere, quam subtiliorem partem perdere ob nimiam, & festinatam exsiccationem, sal vt purior euadat cum extracta aqua dissoluatur, filtro percoletur, & vt supra exsiccetur.

## Cap. III.

## *De Sale sine incineratione parando, quem essentialem vocant.*

QVædam herbæ sale, & tartaro magis refertæ sine incineratione, succo earum expresso, colato, filtrato, & coagulato, atque per aliquot dies asseruato speciem salis colorem, & saporem plantæ quoquo pacto referentes de se promunt quædam etiam integræ, contusæ, & in amplo vase cum sufficienti quantitate aquæ excoctæ salem siue tartarum, aut cremorem exhibēt, iusta est danda coctio, alias totum perit negocium. ex siceis plantis, ex lignis tum nostratibus, tum exoticis salem hac via parauimus res prius per aliquot dies macerantes, deinde excoquentes atq; colatura ad iustam crassitiem perducta sensim tartarum deponit in aliquibus reiteratæ infusiones sufficiunt, quæ omnia manualis, operatio expresse docet.

## Cap. IV.

## *De viribus, & facultatibus salium, atque de eorum vsu, &c.*

FAcultas salium non semper plantæ ex qua sal educitur, respondet, nec propterea eiusmodi dissimilitudo ab igne prouenit, quis enim tam hebes, & philosophiæ rudis, vt credat accidens de subiecto in subiectum migrare, caliditatem ignis in cineres, & salem. Empedoclei, seu potius materiales eiusmodi medicastri de empireumate aduer-

aduersus iatrochymicos multa quotidie deblaterant, & quid dicant plane ignorãt. in sale vis laxatiua potissimum residet, & maxime in volatili. vis etiam aperitiua, attenuans, & incidens, vis quoq; diaphoretica, ea de causa vbi purgatione opus est nulla cõmodior fit quàm per salem, cum sua tinctura sic extracta, qui quoquo pacto salis species sunt commodissime purgant si cum suo sale exhibeantur. aperitiua item, ob id in ciendis mensibus, salibus frequentissime vtimur, sicut, & atterendis, & eiiciendis calculis. pollent denique vi diaphoretica, prout est principium ex quibus eliciuntur. particulares salium facultates sæpe plantis ex quibus eliciuntur respondent, vt capiti sal betonicæ, qui & mulierum menses mouet sal ligni visci quercini, radicum peoniæ, sem. feniculi, & similium. conferunt oculis sal fœniculi, verbenę, euphrasiæ &c. pectori sal scabiosæ, hypericonis, polipodii, &c. cordi, sal melissæ, boraginis, & aliorum cardiacum. Ventriculo sal absynthii, menthæ, &c. renibus, sal onenidos, argentinę, pimpinellæ, chamomillæ, genistę &c. vtero medentur sal thanaceti, matricariæ, arthemisiæ, melissæ, chelidonii, &c Iuncturis tum purgando, tum alterando. vt sal iuæ artheticæ, chamædrios primulæ veris, purgando vt sal hellebori hermodactillorum. Thurbit, agarici, & similium, Et eorum vsus plerumq; est in cibariis alterantium præsertim purgantium mane, & sero cum iusculo carnis, vel alio liquore. vel cum conseruis 4. vel 5. horis ante cibum. Dosis est pro natura salis, ægri conditione, & morbi magnitudine.

## Cap. V.

## *De Salis animalium præparatione.*

SI antiqui tanti fecerunt crassam illam salium theriacalium præparationem, quæ tantummodo incineratio erat, quanti, & nos præsentem elegantiorem, & sua longe præstantiorem, quæ non solum incineratio, verum substãtiæ viuificæ salis è cinerib. segregatio est, qualis hodie ab artificib. excolitur, & sola in vsu habetur. In animantibus parum salis fixi reperitur, qui vero mediam naturam obtinet, copiosus, vti, & volatilis. raro eiusmodi salium,

lium, species in vsum aduocatur, & eius loco magisteria, aut ipsa integra in puluerem tantum adducta ex vipera neque salem neque magisterium vsurpamus, sed eam integram, & solum in puluerem adductam, etenim thedio sas, & prolixas præparationes plane reiicimus, inutiles præsertim. Si vermes terrestres quos lumbricos vocant, asellos, & alia pleraque, secus ad eorum salia paranda viperæ plurium regionum non sufficerent. rursus in his vis est quædam alimentalis, quæ incineratione perit. ex ossibus, & sanguine in quibus salis haud parum continetur, salem elicimus. qui è sanguine excrementitius, & volatilis. ex ossibus alimentarius & magis fixus. Extrahendi modus non multum discrepat à modo supra allato de salium vegetabilium præparatione.

## Cap. VI.

### *Sal sanguinis humani.*

SAl sanguinis humani præparatur ex fœcibus post olei extractionem relictis. Extracto siquidem oleo, ignis augetur, tunc sal volatilis ad retortæ, vel capitelli latera sublimatur. fœcibus concrematis & in cinerem versis, vel in eodem vase, vel alio terreo aqua prius è sanguine educta, vel alia stillatitia, affunditur, atq; per filtrum traiicitur, tandem per alembicum distillatur, & in fundo vasis sal remanet, repurgatur sal & pellucidus redditur vti de varijs salium vegetab. præparationibus dictum est. hac in re parum interest an cum aqua vitæ, vel per se distillatus fuerit. illas vero præparationes, quæ cum sale, aut eius spiritu fiunt omnino ab hac operatione reiicimus. secus non simplex, sed compositum haberetur.

## Cap. VII.

### *Sal carnium, ossium, & aliarum partium.*

CArnes, ossa, & aliæ partes animalium, eo, quo diximus modo in salis formam adducimus, verum his parce vtimur, ea de causa breui hac explicatione contentus, eius loco, torrefactionem longo vsu, & experientia nobis comprobatam subiicimus. assumimus itaque vi-

peras

peras capite, & cauda abscissis, eo loco vbi exangues & sine carne sunt, non autem q[illegible]uor digitos à capite, vt falso putat vulgaris opinio. etenim earum virus in sola dentium extrem[illegible] pelle, & interaneis liberamus, atque [illegible] lotas in partes septem, vel octo sci[illegible] vrinali vitreo capaci eiusmodi partes indu[illegible] vitæ affunde, tandem [illegible] stilla[illegible] institue, proiecta [illegible] tundo sicca remanet, qua[illegible] hoc puluere crebre vtimur in cutaneis [illegible] qui d gratissimi saporis sit [illegible] ad drach. s. & drach. 1 cum [illegible] sunt qui putant eiusmodi pulue[illegible] nu[illegible] at errant toto Cœlo, vt millies exp[illegible].

## Cap. VIII.

### *Puluis Ranarum.*

ACcipe Ranas integras, & viuentes ad numerum quinquaginta, eæ vrinali vitreo induntur atque per balneum Mariæ, vel vaprosum extillantur. quæ primo exit aqua seorsum seruetur, ea intus exhibita hęmorragias sistit, febres hecticas mitigat, omnem inflammationem admota sedat, hæmorroidibus, & aliis ex inflammatione ortis doloribus confert. exhibetur *ad vnc. ij. & iij.* de puluere datur *drach. s. & drach.* 1. fluores mulierum summopere iuuat, hæmorragias quoque sistit, & gonorrhoeam sanat densat tandem, & coagulat humores quos dissoluit.

## Cap. IX.

### *Puluis vermium terrestrium.*

EXiccantur vermes siue lumbrici vel eo quo supra diximus modo, vel in furno post panis extractionem. hic puluis mane per se, vel cum pauco cinnamomi exhibitus obstructiones iecoris, & lienis reserat, mulierum menses mouet, vrinam pellit, hydropicis non parum confert, vermes enecat, & alia præstat adhuc incomperta.

*Puluis*

## CAP. X.

### Puluis Cancrorum fluuiatilium.

INnotuit antiquis vis & facultas eiusmodi pulueris vt ex Gal. & aliis habetur, aduersus rabidorum canum morsus. nos in concepto fœtu retinendo eius vsum pluries comperti sumus mulier cuiusdam phrigii septies abortum passa, hoc puluere ad duos menses accepto, partum ad finem fœliciter tulit. eos viuos, vt ranas. in olla vitriata post panis extractionem exsiccamus. de puluere datur ad libitum in cibis sero, & mane si rite non exsiccantur grauem odorem nanciscuntur, ideo caute agendum, calor sit mitis admodum, & æqualis. dosis non excedat vnc.s. in diem.

## CAP. XI.

### Halecis Puluis.

HOc puluere vtimur in calculis renum, & vesicæ, atterendis. exsiccantur modo supra dicto.

*Accipitur huiusce pulueris drach. i*
*Sanguinis hirci vulgariter parati drach. ij.*
*Lapidum oculorũ cancrorum fluuiatilium, ʒ. iij.*

huius pulueris datur cum cõserua aliqua singulis diebus mane pro calculo comminuendo, *drach. i.* pro dosi. Qui ex his tincturas, essentias, magisteria, & consimilia parare cupiunt hoc ipsis per nos liceat, nostra proferimus, difficilia asserimus, & impossibilia reiicimus.

## CAP. XII.

### De excrementorum animalium præparatione.

IN animalium excrementis mirum dictu, quam rara, & perfecta remedia repetiantur, & vt ab homine omnium principe exordiar, in humano stercore mira vis latet, in viscerum obstructionib. aperiendis, tritum est ipsum tumoribus admotum eos emollire, & ad suppuratioñe perducere vnde in tumoribus pestis summopere celebratur. intus adhibendum Galen. non perhorrescit, *lib. de his quæ facile parantur.* etenim ipse inquit, humanum stercus in panniculo deligatum, & crematũ potui dato, hoc iam suffocatis opem feit. apud eundem Gal. videre est, quid præstet

ftet idem ftercus aduerfus anginam, lib. de fimpl. med. facult. dicit fuiffe arcanum ab alio pretio coemptum; cuius ope omnes angina detenti conualuerunt. extat recentiffimum experimentum aduerfus epilepfiam de primo ftercore infantium, quod vulgo apud Italos dicitur *paganina*, id dicunt ficcum, & in tenuem puluerem redactum atque ad complures dies exhibitum, caducum morbum radicitus euellere. Salem ex eo confici poffe modo à nobis fupra allato de aliis in cinerem verfis, facile eft cogitatu, ad quod magna quantitas requiritur. Verum eiufmodi remedii genus nobis hucufque non fuit in vfu, ideo ipfi libere fuperfedeo. Quidam nobis notus poft olei eductionem, vt fupra notauimus, falem ex eo parauit, vt proprio oleo mixtus, materiam præberet igni inextinguibilem. at propria opinione delufus, vt alij pfeudochymici, oleum, & operam perdidit. quod propter incautos annotare placuit.

Infuper in ftercore magnas magnas latere virtutes minime diffido, at nobis haud fatis cognitas, ideo ne crambem recoquere videamur ab eis abftinemus, qui plura defiderat videat Galenum de fimpl. med. facult. lib. 10. fub fine ab eo prætermiffa ipfique incognita referam. ftercus Lacertæ viridis oculorum fuffufionibus mederi experimento conftat. multum reperitur in prouincia Galliæ, vbi ejufmodi animalcula copiofa, & magna reperiuntur.

Ex fterquilinijs magna falis copia habetur hinc agrorum fœcunditas, olei etiam non minima quantitas, fubftantiæ vero mercurialis, feu veræ fpiritualifq; materiæ aqueæ quam minima.

Reliqua excrementorum genera, vt vrina, fudor, fordes fragmenta, pili, & vngues raro nobis in vfum veniunt, idcirco ea confulto præterimus. equorum verrucæ, cornua cerui, & vngues alcis vulgato more ob eorum penuriam, fecus enim in nobiliorem formam effent adducenda, vfui noftro fubijciuntur integra, & per fe.

SECTIO.

# SECTIO IX.

## CAP. I.

### *De magisteriis.*

MAgisteria tam plantarum, quam animalium, & mineralium: præparatio est quædam citra substantiæ separationem, cum additione alicuius rei, propter quod rei parandæ vis, & facultas augetur exaltatur, & conseruatur huiusce rei hydromel no...s sit rude exemplum, quod quidem virtutem longe diuersam à melle, & aqua nanciscitur. contemplare, & acetum, quod ex optimo vino fere in momento fit additione vnius rei. de virtute, & præstantia magisteriorum, ita scribit Theophr. Paracel herbarum ...idem magisteria *adeo efficacia sunt, vt earum vnciæ semis plus operetur, quam ipsorum corporis vnciæ centum, ideo quod vix centesima pars essentiæ qui... ta sit. Quare cum istius tam pauca sit quantitas, illius maior foret adhibenda moles quod in magisteriis non requiritur, nam in istis integra quantitas herbarum in magisterium reducitur huius vna pars adhibita plus prodest, quam partes centum similis corporis ea ratione quia præparata sunt magisteria, tum ad summum acuta facta. in eis est penetrabilitas, & vis integri corporis ex permixtione orta, &c.* horum conficiendi methodus apud eundem reperit. lib. 6. Archidoxorum cuius verba sunt hæc.

## CAP. II.

### *Magisterium lignorum.*

ACcipe lignum minutim incisum, quod in ollam vitreatam, & in igne constante, & optime coopertam posi am igne carbonum horis quatuor aduratur, exemptumque purificetur in vitro per mensem, post per cineres vrgeatur, vsque ad vltimos spiritus, quibus perceptis mox cessa, ne magisterium fœtorem ab igne concipiat. fateor equidem eiusmodi methodum esse admodum obscuram, nec omnes authoris mentem assequi posse, hoc vero consulto ab eo factum est ne sacra profanis, & marga-

margaritas porcis obijceret, quod & in alijs præstantissimis medicinæ arcanis exacte seruauit.

## CAP. III.

## *Magisterium herbarum.*

ACcipe herbas easque tusas vino ardenti, permisce, atq; per mensem putrefieri finito, postmodum per balneum maris distilla, distillatum iterum reaffunde, sicque tamdiu procedendum quousque tota quantitas ardentis vini quater succis herbarum minor sit. hoc ipsũ distilla per pellicanum nouis cum additamentis vno mẽse, tandem separato, quo peracto magisterium habebis materiæ, vel herbæ quam accepisti. de quibus idem author inquit maius in extractionibus istis latet artificiũ, quam dicitur aut intelligitur, quamuis integer processus hic demonstretur.

## CAP. IV.

## *De magisterio animalium.*

MAgisterium sanguinis humani sic paratur; ℞ Sanguinem humanum, quem pellicano conclusum transcendere super ventrem equinum tamdiu sinas, donec tertia pars pellicani impleatur, nam sanguis omnis in sua restificatione dilatatur juxta quantitatem, & non secundum pondus. hoc tempore peracto rectifica bis ipsum per balneum Hac via phlegmata recedunt in fundo magisterio manente, quod quidem retorta sigillo hermetis conclusa nouies distillato prout libro de præparationibus apud ipsum docetur.

Ex cranio humano paratur magisterium duplici modo, primo per Quercetani modum, vt habetur in sua tetrade fol 326. secundo, eo quo diximus de extractis paucis mutatis, & adjectis. dissoluens ad hoc vtimur aqua vitæ spiritu vitrioli exasperata, extractæ tincturæ sal ipsius cranij sub fine adjicitur. Vermium terrestrium magisterium nobis aliquando vsurpatum, fit cum spiritu illo balsamico ex vegetabilium familia educto. astaci siue cancri fluuiatiles eũ in modũ in magisteria adducuntur

Item Ranæ, viperæ, & similia animalcula de quibus alibi fusius.

## CAP. V.

## De magisteriis mineralium.

Fossilium, atque mineralium magisteria ab eodem Parac. lib. de archidoxis descripta in medium adducemus, quid vero de his sentiamus, quidue in his experientia agnouerimus, hucusque distulimus, his maxime temporibus, dum omnia non veritatis criterio, sed sola proteruorum malignantium opinione conspurcantur, & fœda auaritia supremas obtineat.

## CAP. VI.

## Magisterium auri.

℞. Circulatum optime nec non ad summam essentiam repurgatũ cui tenuissimas laminas metallinas impones, aut limaturas cujuscumque metalli libuerit, optime subtilissimeque malleati, nec non mundati. hæc duo simul pondere sufficienti congesta septimanis quatuor circulentur, & per temperatum hoc laminæ reducentur in oleum, & formã pinguedinis supernatantis, juxta cõditionem sui metalli coloratæ, quam per attractorium argenteum separabis à circulato. hoc ipsum est aurum vel argẽtum potabile. Simile cum cæteris metallis etiam extrahetur, quod absque detrimento sumi potest in potum vel vna cum cibo Circulatum, illud est valde obscurum, an sit Lulij dissoluens plane nos latet. spiritum vini ad supremum adduximus eumque proprio sale exacuimus, nec propterea dissoluens tam insigne comperuimus. nobis nota est quædam magisterij species, at quia obscura est nimis, difficilis, & paratu difficillima, neque est vt omnibus tuto concredatur, satius ab ea desistendum existimauimus.

CAP.

## Cap. VII.

### *Magisterium gemmarum, & perlarum.*

Gemmæ inquit Paracel. sunt prius terendæ, & calcinandæ per reuerberatorium cum æquali pondere salis nitri, & tandiu donec nulla materia superflua sit reperta post ablutionem iterum calcinentur, & per omnia fac vt prius, & sic totum in vinum ardens transit. hoc per ebullitionem euaporare finito, & sic habebis alcali quod resolutum in aquam seruato. Gemmas cum florib. sulphuris calcinant nonnulli, nos per feignitas in frigidam inijcimus, terque hoc repetimus, & ex in tenuem puluerem facillime abeunt, quæ postea proprio dissoluente in perfectum magisteriũ reducuntur. Vniones citra calcinationem, vt & coralla cum aceto vel succo limonum vel alio liquore acido distillato facillime soluuntur. repercussio, quæ fit cum oleo tartari nobis minime arridet, eo quod tartari spiritus vnionum sali adeo arcte cohæret vt seorsum separari, haud facile sit ablutionibus, quamuis pluries repetitis. propterea hic notandum venit Paracel. verba ad vnguem non esse seruanda, non quod probe non norit quæ dixerit, sed quod id studio ab eo factum est, vt supra notauimus. si quidem in Chymicis præparationibus peritissimus fuit & solertissimus, & adeo vt ipsi similem reperiri neminem, omnes etiam inuiti vnico ore fateantur.

## Cap. VIII.

### *De Clisso.*

Clissus compositum quid ex supradictis præparationib. longa nõ eget explicatione. est enim clissus vnio quædam omnium virtutum cuiuslibet plantæ in tribus primis substantiis existentium sulphure, sale, & mercurio ex singulis plantarum partibus eductis. vt si ex radicibus seorsum isthæc tria educantur, ex foliis itidem floribus fructibus, & seminibus postea inuicẽ misceantur, & probe vniantur. oleum sali primo miscebitur, ad lentum ignem, læui agitatione facta, aqua vltimo superadditur. aquam hic intelligimus spiritualem illum liquorem aquę vitæ similem, qui proprie mercurius dicitur, elixir,

& quinta essentia, de cuius præparandi methodo, supra de aquis parandis nonnihil diximus si adsit multum humiditatis per reiteratas cohobationes, vasorum orificiis ad amussim obturatis facillime inuicem miscentur, possunt in pulnerem verti, vel in aliam formam ad libitum tamen sub extracti forma rite seruantur. Eorum vsus atque de magisteriis est admodum facilis, dantur dissoluta in aliquo liquore, vel in boli, vel pilulæ formam dosi sola experientia cognoscitur, tempus quoque seligitur à medico pro natura morbi, ægri conditione, & tempestatis ratione.

# SECTIO X.

## CAP. I.

## *De Quinta Essentia.*

QVinta essentia adhuc multos latet, an sit, & quid sit, concessa, an à rebus segregari possit nec ne. eam non esse, contendunt Philosophi, & Medici haud pauci, deridentspeciosa vocabula, quibus illa exornatur, nunc vt Cœlum philosophorum, ignem cœlestem, spiritum, & calorem insitum, humidum primigenium, balsamum, mumiam, lapidem, azost, mercurium, elixir, aurum potabile rorem cœlestem, vniuersale dissoluens materiam primam, &c. quæ quidem vocabula perobscura sunt, his maxime, qui artem non callent, at hi in varias opiniones abeunt, nec ipsam formam nisi temperamentum, magno sibilo eam à scholis penitus explodunt. qui vero præter elementa aliquid diuinius in mixtis reperiri fatentur. formam videlicet à temperamento diuersam, vt quæ substantia illud vero accidens, cuius medio nihil potest subsistere. hanc tamen à materia inseparabilem dixerunt, sunt præterea huiusce sententiæ variæ opiniones, nam quidam volunt in mixtis elementa actu remanere, alii virtute: nonnulli pluralitatem formarum, alii vnicam tantum formam ponunt: cæterum qui pluralitatem, aliqui corporeitatis formam tantum, alii tot formæ quot prædicata essentialia, tandem quot capita, tot sententiæ, hisce ambagibus irretiti Academici, rerum caducarum opinionem

nionem ſolum haberi, ſcientiam vero non conſtanter aſſerebant nec immerito Socrates hiſce rerum difficultatibus ad amuſſim excuſſis, eo tantum deuenit, vt ſe nihil certius ſcire, quam nihil ſcire fateretur, & ni fallor, adeo eſt hebes, & obtuſus humanus intellectus, vt quotieſcunque extra ſe excurrit, & ab ignobilibus, corruptibilibus, & incertis, nobiliſſimam, incorruptibilem, & certiſſimam ſcientiam colligere ſtudet, toto cœlo oberrans à veri cognitione penitus excidit. Medicus qui eſt artifex ſenſatus, ſolo experientiæ cryterio res ponderat, examinat, probat, & reprobat, quoin agendo non rationem ſpernit, vt temere empirici, ſed eam tamquam iudicem in omnibus aduocat, qua perbelle ſuffultus, audet tot facultatum, & virtutum rei vniuſcuiuſque peculiaris ſedes, & loca quibus potiſſimum inſunt, ſcrutari, easque in medium protrahere. cumque autem rerum facultates, & vires, quas ſpecificas, & occultas nuncupant, plus vni, quam alteri parti inhærere videant, ea pars a toto mixto ſegregata, eſſentia quinta dicitur. qua appellatione, tam ſal, quam ſulphur, & mercurius, eſſentia quinta vocatur. an hæc vis, & energia à temperamento, vel à forma, vel à materia emergat, Medico non eſt, vltro contemplari: nam in medendo rerũ actiones, & effectus obſeruat, non eiuſmodi effectuum, & actionũ cauſas quod ſi quis à nobis id enixe flagitet, dicimus tales vires, neq; à materia, neque a temperamento progredi, ea quandoquidem ad agendum ſint inefficacia, temperamentum accidens eſt, & penitus immobile. materia cum pura ſit potentia, & actio, & motus ab eo quod actu eſt, emanet tantum, ridiculum eſt, ipſi velle actionẽ tribuere. formam in plantis auulſis, & emortuis periſſe, partim ſibi, partim vero non, nobis enim non, imo viuere tunc incipere: nam finis cui deſtinatæ ſunt, dum viuunt nullus eſt, cœpit vero eſſe, cum nobis in vſum veniunt. forma vero rei ab actione cognoſcitur, & actionis eiuſcemodi rerum perfectio finis eſt. Itaque cum viuenti corpori præbere auxilium, mederi, & afferri commodum in Diuina mente ſtatutum eſſet, peropportunum erat materiam ad id ſenſibilem, & viuentem decernere. facta eſt igitur vita plantarum rerumque omnium, quæ in hominum vſum ce-

dent, tam in alimoniam, quam in medicinam, corporea, & sensibilis. quæ cum huic, magis quam illi materiæ hæreat, eaque delectetur atq; sub tali veste nobis appareat mirum non est, si à reliquo, inutili, crasso, & emortuo segregare possimus, & hanc materiam, quartam, vel quintam essentiam appellemus, de quo nomine parum interest, non enim de nominibus medicus multum debet esse solicitus; verum magis de rebus ipsis. Præmissis, patet Quintam essentiam esse rerum vitam corpoream, & sensibilem, non vitam quidem qua viuunt sibi, sed eam cuius causa nobis viuunt, quæ ôpinio nedum Iermeticorum propria est, verum, & platonicorum. Item si peripateticorum principem rite examinemus, eiusque mentem exacte perpendere volumus, non eum ab hac opinione longe diuersum comperiemus. At hæc contemplatio huius non est loci, ideo manus à tabula.

Præparatio siue extractio Quintæ essentiæ, multiplex est. pro varietate rerum ex quibus educitur. nam alio modo ex plantis, alio ex animalibus, & alio ex mineralibus mineralia sub quibus complectimur metalla, vitam seu Quintam essentiam in colore potissimum continent, animalia in sapore, & odore, Plantæ in odore, sapore, colore, & tinctura. Ex quibus manifeste liquet in præmissis præparationibus quodammodo edocuisse methodum extrahēdi quintas essentias plantarum quamquam adhuc secretior, & nobilior desideretur. ex animalibus non ita aperte, at qui in supranotatis se aliquandiu exercuerit, sibi per facile erit veram methodum inuenire. ex metallis res admodum ardua, & vnumquodque metallum peculiarem methodum requirit vti in progressu latius patebit, non me latet interea erroneam aliquot nouorum dogmatizantium opinionem, qua putant rerum omnium vitam esse sensibilem, eamque perpetuam, & cum plantæ, & alia vita donata exsiccantur, & visibili vita priuentur, non propterea eandem vitam perire imo in aërdo, & exuto corpore seruari, sensibilem quidem, licet non visibilem: artis tamen beneficio visibilem rursum fieri, sed ne vltro cum his in amplissimos gurgites, & profundissimas voragines excurrat sermo noster ad earum præparationes tutissimum portum appellamus.

CAP.

## CAP. II.

## *Quintæ essentiæ herbarum extractio.*

A pluribus varie traditur isthæc Quintæ essentiæ extractio. quidam intra menses, alii intra dies, & septimanas, alii intra diem, & nonnulli intra horulam; imo, & intra quadrantem. nos non ex omnibus eodem modo, nec eodem tempore fieri posse asserimus. quædam in superficie, quædam in centro consident. alia postmodum sunt tenuia, alia densa, & compacta, quod sit vero dissoluens aliquod vniuersale plane ignoro, & vereor ne cum famoso lapide philosophico æquali pede incedat. ampullosi illi iactatores eadem fronte vtrumque pollicentur. diuersa igitur pro re nata sunt habenda dissoluentium genera. sulphurea, & aquea, & hæc contraria materiæ ex qua ipsa sit extrahenda, & hoc vt dissoluens in totum à quinta essentia recedat. Herbas hunc in modum paramus. accipimus sufficientem quantitatem siccæ, vel virentes herbæ, virentem contundimus, cui si non satis succulentæ, aquam ab ipsamet planta distillatam adde, atque tum per mensem in fimo equino reconde; succo prælo fortiter expresso iterum nouas herbas infundimus, totidemque diebus sub fimo detento, secunda vice exprimitur succus quem per balneum mariæ extillamus, succo ipso prius à crassioribus fœcibus defœcato. spiritualis, & mercurialis aqua seorsum seruetur, & succus vel extractum, colore proprio imbutus iridem seorsum. Ex siccis cum aliquo liquore vel propria aqua, vel spiritu vini, vel quouis alio liquore, quintam essentiam extrahimus, fermentatione, & putrefactione breuiori vel longiori seruata, prout postulat necessitas, & rei natura. Si in spirituali, & æthærea illa aquam siccam plantam iterum affundas, elicies veram quintam essentiam odore, sapore, & colore plantæ præditam. Ex omnibus plantis, fructibus: seminibus, floribus hac via quinta essentia elicitur. Mineralium, & metallorum præparationes alio in loco tractandas suscepimus. qui de quinta essentia plura desiderat *Theoph. Paracel. Archidoxa* consulat. nec deterreat eius dicendi obscuritas, neque cum quodam temerario archichymico garrulo tanti viri peritiam obscurare

tenta, quin magis ſolertiam, & induſtriam in ſecretioribus medicaminibus parandis mirare, aperit ianuam bonis, & eamdem prauis occludit. non omnibus datum eſt adire Corinthum, his ſolum, quos æquus amauit Iupiter, & euexit ad ſidera virtus.

Lapidum, & gemmarum quoque parandi formulas eundem in locum diſtulimus. Vſus, & vires probum artificem non latent, & qui nouerit earum extractionem, earum vim, & efficaciam haud ignorabit. Interea non eſt magnopere laborandum de artificio illo quo putant eſſentiam quintam intra quadrantem elicere poſſe: multa huiuſce farinæ circumferuntur, quæ nullius ſunt frugi.

Oleum camphoræ cum aqua forti factum, à Thurneiſſero traditum, nihil commune habet cum quintæ eſſentiæ extractione, ſed hæc cum ſuis aſtrologicis experimentis ſeu potius nugis reponenda cenſeo. hic pro coronide placet verba ſummi, & maximi illius Chymici Germani recenſere, vt quid vere ſit rerum eſſentia cuilibet innoteſcat.

## *Lib. Tertio de Vita longa.*

*Supra vbi eſſentiæ herbarum memini, nihil aliud eſſe niſi vinum oſtendi, id quod ſic accipias oportet. Spiritus vini à ſubſtantia eiuſdem prodit. nam huius ſubiectum exiſtit vinum, ſicut marrubium proprij ac natiui vini & ſicut perſicarij lib. i. drach. ij. emittit ſic vini lib. i. plus drach. i. non capit. &c.*

Primi Libri Pharmacopœæ Spagiricæ,

FINIS.

PHAR-



# PHARMACOPOEÆ SPAGIRICÆ.

## Liber Secundus.

### Caput I.

*Vbi de secretiorib. mineralium præparationibus & vsu, complectens terras, varias salium species, bitumina, mineralia, metalla & lapides.*

IN præcedenti medicamentorum, tam vegetabilium, quam animalium, præparationes, eas præsertim, quas frequenter in vsum adducimus, breuiter & laconice absoluimus; interea non omisi aliquot præparationes mineralium, etsi easdem fusiori sermone in sequentem distulerim. Etenim mineralium præparationes arduæ sunt nimis, & à præmissis toto genere diuersæ. In hoc peragẽdo multorum opinionem non sequor, qui aliorum scriptis perpetuo hærentes, conuasatores, vt aiunt, & nuti transcriptores mihi videntur. Quæ manus nostræ tractauerunt, & quæ oculi nostri viderunt, in medium proponimus. Quod si quædam ab aliis tradita nonnumquam affero, scias velim, me isthæc haud semel proprio labore experta fuisse. Multa impossibilia, incomperta, à multis tamen vera habita examinanda minime suscepi, vt qui rixas, & lites ex aliorum commentis componere minime statuerim: hæc vero scabra, stiloue haud satis terso scripta, obscura & auribus tuis nimis aspera esse, minime diffido: at natura rei partim tribuas, nobis etiam, cui, vt cunctis, insitum est errare. postmodum non decet castam virginem (veritatem scilicet) fuco & mangonio deturbare. nonnunquam si maiores nostros in dicendi genere

æmulati videar, id nobis esse condonandum arbitror; ij enim naturæ arcana haud omnibus nota esse voluerunt, sed eadem sæpe ex industria occultarunt, solis filiis artis, iatrochymicis videlicet, tot bonorum demeritis per enigmata ipsa concredentes. nunc vero arte propagata, & filiorum multitudine aucta, nec non misochymicorum grege dilapso & vehementer diruto; non eam veterum seueritatem, sed mediam quandam viam seruare excogitauimus. statim in huius operis limine vniuersales illas sex famarissimas præparationes præmittendas duxi, ne sæpe eadem repetere cogar. etiam vt tirones eodem in loco artis principia reperiant. Methodum & ordinem ad medicinas particulares disposui: nec moror, quid Chrysopoei aduersus nos clamitent; nostris contenti, sui famantissimi lapidis acquisitioni minime inuidemus.

## Caput II.

## *De calcinatione. Præparatio Prima.*

*Calcinatio* est fossilium in calcem reductio. quæ duplex est, actualis & potentialis. actualis ea est, quæ fit actuali, validoq; igne, & hæc vera calcinatio dicitur. Potentialis, ea, quæ potentiali igne fit, vt sunt aquæ fortes, chrysulcæ, stygiosæ, regiæ, spiritus salium, & quotquot extant dissoluentium genera, & hæc potius solutio est, quam calcinatio, atq; inde ea vocatur præcipitatio, cum post solutionem exsiccantur, vel cum aqua salsa in aqua præcipitantur. Calcinatio proprie dicta, fit vel per se, vel cum additione. vti stãnum, vel aliquod metallum per se (excepto auro) vel cum sale. ad calcinationem reducuntur reuerberatio, & cœmentatio. *Reuerberatio* ignis est repercussio in rem iam calcinatam. *Cœmentatio* est quoq; ignis repercussio, at diuerso modo. hæc enim in aperto & cum aliis rebus, cuius & compositio cœmentum dicitur. illa vero in furno clauso & per se sæpius fit. Per se reuerberationem fixæ tincturæ sub calcis forma latentes manifestantur. item calces in vitrum vertuntur. salibus aliquot additis, vel tartari, vel Kali, vel alterius herbæ. Per cœmentationem mundantur metalla, eaque

nouam

nouam perfectionem nanciscuntur, item aspera lena fiunt, colores eorum exaltantur, & alia.

Vasa nota sunt, ignis item notus, nec non eius materia, furnus quoq; cuilibet in chymicis parum versato maxime innotescit.

## CAP. III.

## *De sublimatione. Præparatio Secunda.*

S*Vblimatio*, est proprie rei mineralis per validum ignem eleuatio, in qua corpora crassa subtilia redduntur; corrosiua, & acria euadunt dulcia, & benigna: & è contra dulcia, & benigna, acria & corrosiua. Item eius medio volatilia fixantur, & corpora purificantur. fit sublimatio, & per se, & cum additione. per se, vt anthimonium, sandaraca, & multa alia. per additionem, vt in mercurio sublimando liquet. addũtur, vel vt facilius in sublime attollantur, vel vt in fundo vasis crassior pars remaneat. vasa quibus ad eam vtimur, sunt vitrea, vel terrea; oblonga, vel si curua, ea annectuntur inuicem in modum, vt ab ignis calore vltimum haud incalescat. ad hæc vrinalia, matratia, bocciæ, & similia peroportuna sunt, his aptantur pilea rostrata, & non rostrata, vasa luto sapientiæ prius probe muniuntur. fit autem eiusmodi lutum, ex

*Terræ argillaceæ partibus duabus,*
*Fimi equini--parte vna,*
*Pulueris testarum parte altera.*

Vel fit ex

*Terræ argillaceæ partibus tribus,*
*Tomenti vel pilorum barbit.*
*Fimi equini--an parte vna.*

Fit etiam ex

*Terræ valentiæ partibus duabus*
*Tomenti vel bombicis parte vna, cum aqua, misce*

Quibus addunt nonnulli scoriam ferri, minium, & alia pro re nata.

CAP.

## CAP. IV.

### *De solutione. Præparatio Tertia.*

SOlutio, est propria corporum in liquorem resolutio. quæ duplici modo fit per se, & cum aliquo liquore. sub prima differentia fusio reduci potest, licet impropie. sub secunda multiplices operationes, quæ, vt à breuitate nostra aliena, merito omittuntur. Solutio rursus, quædam ignis medio fit, quædam citra eius opem. ignis hac in re duplex subintelligimus, naturalis, & intrinsecus. artificialis & extrinsecus. hic naturalem, & intrinsecum iuuat, atq; ad agendum proritat. solutionis modus vnicuique satis innotescit. Per hanc operationem corporum vincula soluuntur. & ad medicinæ vsum adducuntur. solida liquida fiunt, effœta, & semi mortua, rediuiua, occulta, manifesta. Vasa ad eam necessaria, vt cucurbitæ, vrinalia, bocciæ, pellicani, & alia terrea vel ex vitro, cum capitello rostrato, & non rostrato.

## CAP. V.

### *De putrefactione. Præparatio Quarta.*

PVtrefactio, nomine & effectu nota est, ea præcedentes operationes immediate sequitur, corpora siquidem soluta putrefactionē facilius subeunt, vel eadem soluuntur ipsis prius calcinatis, & sublimatis. Digestio & circulatio huius sunt veluti appendices. fit autem putrefactio per se, & cum aliis, in fimo vel balneo maris, vel alio loco calido. Eius præstantia, & dignitas non cuiuis innotescit. eius medio purum ab impuro segregatur. multa renouantur, & in nouā formam adducuntur: sic per eam multa vitæ exuta reuirescunt. corrosiua quæque acrimoniam deponunt, leuia ac dulcia efficiuntur, venenata & efferata cicurantur: colores transmutantur, & alia mira præstat.]

## CAP. VI.

### *De distillatione. Præparatio Quinta.*

DIstillatio æque omnibus nota, varias excipit differentias, quæ pariter satis communes sunt. Ascensio, lauatio

lauatio & fixatio ad eam reducuntur. eius vtilitas & necessitas cuiuis patet. eius medio fixantur corpora variis cohobationibus ad id repetitis, multa item amara dulcescunt, & dulcia amarescunt. Vasa distillationi inseruientia, multiplicia sunt, pro materiæ distillandæ natura, & distillationis specie. hæc penes artifices facillime addiscuntur.

## CAP. VII.

### *De coagulatione. Præparatio Sexta.*

COagulatio, maiorum postrema, nomine etiam notissima, frigore fit & calore. calore coagulata, fixa permanent, nō ita, quæ frigore. ad hanc, fermentatio, & fixatio reducuntur; ad quas operationes duplex calor præmeditandus venit. artificialis & naturalis. artificialis ex variis lignorum reliquorumq; combustibilium fit, naturalis etiam multiplex est. quæ in sequentibus in particulari mineralium præparatione manifesta reddentur. ad has sex præparationum species vniuersales, multæ plures reducuntur, quæ vt notæ & faciles, explicatione nō egent, insuper manualis operatio longe plura docebit.

## CAP. VIII.

### *De communis terræ proprietatibus.*

IN fossilium arcanis primum deducendis, ab his, quæ è variis terrarum speciebus educuntur, exordiemur, vt, quæ nobis magis sunt obuia, leuiorique præparatione egent. Sicque de vniuersali terra, cui Plinius ob eius eximia merita, maternæ venerationis cognomē indidit, quasi hominum illa, vt Cœlum Dei: quæ nos nascentes excipit, natos alit, semelq; editos sustinet semper: nouissime complexa gremio, iam à reliqua natura abdicatos, tum maxime, vt mater operiens; nullo magis sacramento, quam quo nos quoq; sacros facit, etiam monumenta ac titulos gerens, nomenq; prorogans nostrum, & memoriam extendens contra breuitatem æui. cuius numē vltimum iam nullis imprecamur, rati graue: tamquam nesciamus hanc esse solam, quæ numquam irascatur homini. Aquæ subeunt in imbres, rigescunt in grandines,

dines,tumescunt in fluctus, præcipitantur in torrentes, densatur nubibus, furit procellis. At hæc benigna,mitis, indulgensq;, vsusque mortalium semper ancilla, quæ coacta generat?quæ sponte fundit?quos odores, saporesq;? quos succos?quos tactus? quos colores? quam bona fide creditum reddit fœnus quæ nostri causa alit? illa medicas fundit herbas,& semper homini parturit. vis vniuersalis seminum à primæuo sibi indita fuit,hinc excepta semina fouens,ea in se conuertit,sibiq; assimilata vitali suo motu producit.& vltro in eius viscera, penetrantes auri, & argenti venas, & æris plumbi ac aliorum metalla fodimus. gemmas etiam cum aliis quærimus scrobibus in profundum actis. ab hac tamquam ab vberrimo fonte, naturæ arcana affatim prosiliunt, nec mirum si ab ea exorsi,eius facultates, & vires apprime meditemur. relicta vero cõmuni terra agricolis medica, prosequamur, eam esse frigidam,& siccam communis est sententia. Verum dum hoc efferunt, terram illam simplicem opinione potius,quam re intelligunt, quæ in cẽtro aut saltem in imis eius visceribus reperitur,hęcq; verum elementum reputatur. Nos terram nullibi simplicem reperiri,sed vndique spiritu perfusam, variisq; rerum seminibus mineralium, metallorum,gemmarum,plantarum, & animalium plenam esse arbitramur. ex quacumq; terra sal balsamicum educitur, quod varias obtinet virtutes pro natura soli ex quo educitur hoc terra orbata, inutilis, infœcunda, & plane euanida, & iners censetur. de hoc sale balsamico alibi plura dicendum relinquo, nunc de terris ad nostri vsum spectantibus.

## CAPVT IX.

## *De variis terrarum speciebus earumq; præparationibus.*

QVamquam extant plures terrarum species, præstantissimis virtutibus dotatæ.vt Eretria,samia, chia. selinusia,cimolia,melia, ampelites, ochra, rubrica, sinopica,rubrica, fabrilis, & similes. hodie tamen duæ species tantum reperiuntur in vsu, *Bolus, & terra sigillata*, sub boli nomine, omnem astringentem terram rubram, & citrinam vulgus intelligit. sub eo vero terræ sigillatæ, omnem

omnem terram albam, & cineritiam. Bolus armenus, qui, & orientalis dicitur, omnium optimus censetur. In Europa varijs in locis ipsi non valde dissimilis colore, & virtute reperitur at quæ è longis terrarum tractibus aduehuntur, majoris apud nos habentur semper.

Terra quoque sigillata, quæ nunc ex Constantinopoli ad nos defertur, omnium judicio optima habetur, lemnia idem nomen retinẽs, quamuis hodie ex Insula Lemno minime asportetur, sed e Constantinopoli sigillo turcico insignita. Prope Turones terram leucophæam valde astringentem Turcicæ persimilem, & viribus forte nõ imparem comperimus. In Allobrogum montibus, in Prouincia, & in Gallia Narbonensi non inferiores vidimus, quæ ex Melitensi Insula transportatur. his est valde affinis, insignes virtutes obtinẽs. In multis prætereà Italiæ locis optimam inueniri posse minime negamus, vti prope Bononiam obseruare nobis licuit. qui tandem cũctas regiones lustrauerit, in vnaquaque terram aliquam medicinam reperiri minime diffido, est insuper alia quędam astringentis terrę species, è meditullio eboris fossilis educta cujus viresmaximæ, & præstantissimæ sũnt, præfert in venenis edomandis, valet ad ventriculi laxitatem, intestinorum, item & alui.

Hæc hæmorragias sistit, & iecori robur conciliat, refrigerat, & astringit, vt terra Turcica. Illustrissimus eques, cui hæc dicata sunt, maximam ejusce eboris quantitatem in ædibus suis nobis commonstrauit, ex quo (inter alia miracula) lapidem vulgo *turquina*, Gallis *turquoise* separatum nobis libenter dedit.

## Cap. X.

## *Præparatio & vsus.*

OMnium præparatio simplex est admodum, nam vel abluuntur, colantur, & siccantur, purioresq; reddũtur: vel varijs cohobationibus, mẽstruis ad id appropriatis, in aliam formam adducuntur, & efficaciores fiũt per se non raro eas in vsum vsurpamus, præparatione adhoc præmissa nulla. ad pestem, venenatosque morbos terram turcicam sic paramus, accipimus dictam terram aqua melissę, & boraginis, scorzonerę vel alterius generis

prius

prius mundatam, & probe exsiccatam, cui superfundimus, sequentis aquæ quantum quatuor digitos supereмineat.

℞ *succorum radicum scorzoneræ* } *an lib. ij.*
*fol vlmariæ, alias reginæ pratensis,*
*ruthæ caprariæ,* } *an. m. iiij.*
*fol melissæ boraginis*
*cardui benedicti,* *lib. i.*
*corticum citri,* *drac vi.*
*semceb ij,*

macerentur in suo omnia simul, & distillantur per balneum mariis. maceratio fiat in vrinali vitreo, calore fimi equini, alchali è fœcibus paretur vt supra diximus, quo dicta aqua virtuosior, & efficacior reddatur. tunc dictam terram cum hac aqua in fimo equino per aliquot dies recon de postmodum aquam per alembicum abstrahe, terræ in vrinalis fundo relictæ iterum distillatam aquam reaffunde, parique tempore in fimo relinque, ac demum aquam abstrahe, hæcque operatio toties reiteretur, quoad terra veluti in liquorem vertetur. qui liquor ab vrinali eductus, & soli expositus exsiccatur, & ad vsum asseruatur. vsus eius est cum aliquo liquore conuenienti, vel cū aliqua conserua, electuario, & opiata. omni tempore à *drach s. ad scrup. i.* desuper bibitur parum aquæ, supradicta valet ad venenatos morsus animalium, contra pestem, & febres acutas.

Bolus armenus eadem via, eodemque processu cum simili liquore paratur. & cum phlegmate vitrioli, & aluminis maxime ad extrinsecos vsus. Poterimus & alijs facultatibus hac methodo terras, & etiam lapides insignire. eius vsus plane idem est cum terra turchica. extrinsecus vulneribus cruentis admouetur cum aliquo vnguēto vel per se, vti cum aliis pulueribus. cruentis vulneribus commode siccus, & in puluerem versus admouetur, pauxillo rhabarbari, thuris, & mastiches adjecto.

Ex vitriolo, alijsq. salibus peculiaris quædam terra educitur, cujus vires plane sunt insignes. Item ex alijs mineralibus particularis terra habetur.

Sun

. Sunt insuper quædam terræ bituminosæ, quarum vsus in medicina non est spernendus. cæterum his, quarum vsus nos laret, breuitatis studio omissis, ad salium præparationem deueniendum.

## Cap. XI.

## *De variis salium præparationibus, atque de sale communi.*

Tot tamq; diuersæ sunt salium præparationes, quot eorum species, nam alio modo sal communis, alio vitriolum, & sic de cæteris.

Sal communis, quem & marinum vocant, varias obtinet proprietates, propterea multiplices præparationes subit, vis refrigerans, & acida spiritui ipsius inhærens valido igne per retortam pellitur. subdulcis, & excalefaciēs ejus substantiæ crassiori connata, blando igne per coctionem emergit. fit vero.

## Cap. XII.

## *Spiritus salis.*

Sale communi prius aqua communi soluto, filtrato, coagulato & decrepitato. soluitur atque per filtrum pluries trancolatur, vt purior reddatur. coagulatur vt superflua humiditas euanescat quam & perfecte absumit decrepitatio. is sic paratus teritur, & duplo arenæ lotæ & siccę, vel pulueris laterum, vel boli armeni commiscetur, postmodum retortæ inditus valido igne adacto liquorem fundit acidum quem spiritum vocāt, alij oleum hujus sapor est dulcoacidus. dosis ejus est *gutta* I. 2. *& tres* ad summum, cum jusculo carnis, vini, aqua distillata, vel alio liquore. mouet vrinam; extinguit sitim, Hydropicos juuat, & putredini resistit, tophos podagricos cum oleo terebentinæ discutit, cum vnguentis mixtus vlceribus putridis medetur. lapides, coralla, vniones, durioraque corpora soluit, rite præparatus aurum ipsum aperit.

m Cap.

## Cap. XII.

### Cryſtalli balſamici ſalis.

POſt ſpiritus ſupradicti extractionem cryſtallos dulces extrahimus, maſſam in fundo retortæ relictam diſſoluendo cum apto proprioque liquore diſſolutum in fimo equino per aliquot dies recondi tur, & frigido poſtmodum aſſeruatum in dulces cryſtallos concreſcit, quib. ſi dulciores deſideras, iterum ſolue & coagula. vas ad hoc boccia vel vrinale dictum peroportunum erit. diſſoluens noſtrum hac in re eſt aqua vitæ ex vuæ racemis vindemiarum tempore educta. omnis etiam aqua vitæ poteſt extrahere ejuſmodi cryſtallos, ſed vna altera melius.

Dicti cryſtalli multiplices habent vſus, ventriculum apprime excalefaciunt, apepſiæ ſuccurrunt, inappetentiam corrigunt, nauſeam cohibent, & alia pleraque præſtant miranda.

Eſt & alia ejuſcemodi cryſtallorum parandi via, quam require apud Quercetanum in ſua *Tetrade, c.29.* vbi plura de ſale marino docet.

Rurſus eſt alia ſalis communis præparatio, quæ vere haloſanthos dici poſſet, licet hac appellatione, ſpuma maris apud antiquos intelligatur. hæc cum in noſtram praxim minime cadat breuitatis ſtudio à nobis omittitur.

## Cap. XIV.

### De ſale nitro.

SAl nitrum, vulgo *ſalpetra*, dictus, non ſemper æquales obtinet virtutes, ob varietatem locorum, in quibus naſcitur. qui ſponte, è terra erumpit, atque citra artificis opem habetur, de natura ſalis armoniaci participat. is copioſe colligi poteſt in pluribus locis agri Bononienſis, vbi nunc commoramur, & maxime in montibus ad meridiem expoſitis. multum in communi vulgo *monte paderna*, dum per otia illic diuerſaremur, haud exiguam quantitatem comperimus, quo loco marchaſita alba, & citrina cum lapidibus quibuſdam adhuc incognitis, virtutibus tamen præſtantiſſimis, de quibus paulo inferius dicen-

dicendum distulimus, copiose reperitur. Quia artificiose è terra educitur atque ex muris, & antiquis ruderibus colligitur nihil quicquam de salis armoniaci natura participat. Ex vtroq; spiritus educitur valde acer, & mordax basis aquarum fortium, quibus aurifabri vtuntur, in auri & argenti separatione. fit vero eiusmodi spiritus eodem modo, quo de spiritu salis communis. is vehementissimus est, continuo in auras spirans, cuius vapor per ambientem aerem frigidum, & humidum densatur, & in aquam vertitur. sicque aqua pondere, & mole augetur. est etiam eiusmodi vapor totus igneus, metalla, & corpora quæq; dura penetrans, vim habens eadem calcinandi, quæ calcinatio communiter, præcipitatio dicitur. figitur sal nitrum per validum ignem, fixum soluitur, solutum iterum figitur, quod ter, & quater reiteratur. Ex dicto fixo crystalli dulces eliciuntur, prout de sale communi dictum est.

*Salprunella*, qui ex eo conficitur, nunc admodum vulgaris est, fitq; ipsum in crucibulo fundendo atq; ipsis flores sulphuris iniiciendo, hocque toties reiteratur, quoad probe recurgetur, salque crystallinus euadat. Vsus huius salis prunellæ est in febribus ardentissimis, quas hungaricas nuncupant, & causonides. grauis est tamen ventriculo, & nauseantibus propterea minime dandum est: mirum est, quomodo aquæ iniectus eam tantopere refrigeret. ex eo fit lapis adhunc effectum, qui aqua minime soluitur.

Summa huius salis præparatio in concoctione consistit, cuius beneficio vires admirandas suscipit. iungitur & aliis corporibus ex quibus vires elicit, easque exaltat, & præstantiores reddit.

Quidam chrysopœi famosissimi lapidis physici materiam in eo consistere comminiscuntur. hinc triplicem habere naturam vegetabilem, animalem, & mineralem. nos in eo vires, & effectus admirabiles latere agnouimus, quos persequi præsens excedit institutum. qui de eo plura desiderat legat Quercitanum, Penotum ob alios.

CAP. XV.

## Sal Succini.

HVius præparandi modum paulo post olei Succini descriptionem indicaui.

## Dosis, & Vsus.

A Granis tribus ad 4. 6. 8. & 10. in aqua Petroselini seu Ononidis.

Mirabiliter pellit remoratam vrinam.

## Spiritus Salis.

REcipe Salis Cracouiensis natiui, vel Salis marini exiccati vel calcinati lib. 4. affundendo aquam pluuialem, impasta vel malaxa cum albæ argillæ figulinæ recentis & per setaceum cribratæ libris duabus (vel quod melius, argillæ loco sumatur matrix si haberi possit, seu cortex Terram sigillatam inuoluens & proxime ambiens, & è qua terra sigillata tanquam nucleus eruitur, sic enim efficaciorem liquorem ad vsus medicos habebis) inde facias orbiculos rotundos seu oblongos, quos retro fornacem ad duritiem exiccatos impone: retortæ terreæ luto obductæ, vix ad dimidietatem impletæ iungatur Recipiens satis capax, & seruatis ignis gradibus, donec phlegma egressum est, vltimo pelle forti & indesinenti igne aperto continuando, donec spiritus albi omnes egressi sunt. Destillatio eadem quæ in paranda aqua Forti adhiberi solet.

## Vsus, & Dosis.

DVæ vel tres guttæ in aqua Cardui benedicti & Parietariæ subito remoratam pellunt vrinam sicuti etiam aqua Vitæ per se optime à Phlegmate rectificata facit.

## Obseruationes de Spiritu seu Oleo Salis.

MIrum quod hic Spiritus cum Sale communi singularem antipathiam & naturam contrariam habet.

Primo, ratione Sitis: Sal commune excitat sitim: Spiritus hic pellit eandem, quod manifeste apparet in hydropicis.

Secundo,

Secundo, ratione Putrefactionis: Sal commune omnia à putrefactione præseruat, & mordax est Spiritus hic absumit, corrodendo spatio vnius diei, at sine dolore, quicquid in vulneribus aut affectionibus aliis putredini obnoxium.

Tertio ratione Gustus: Sal commune est acre & mordax: Spiritus habet saporem γλυκύπικρον, & odorem succi expressi è pomis agrestibus.

## *Sequuntur vires & virtutes Olei, secundum Paracelsum.*

SAl simplex, omnium condimentorum condimentum, omne stomacho insuaue insuetumq; suaue & nutritioni aptum facit, & cum putredinem nesciat, maxime omnia à putredine vindicat, & naturali corpori salutaris, humanæ naturæ adeo conducibilis, vt sine eo viuere nesciamus, corporibus inditus quicquid adest humidi absumit, & quod reliquum est solidæ substantiæ adstrictione contrahit, vnde corpora condita siccat, & à putredine vindicat Hæ igitur virtutes, cum crudo insint Sali quanto potiores Spiritui eius conuenienter præparato?

1. Paracelsus illo vsus est in omnibus morbis bis in mense semper tres guttas exhibendo: Renouat hominem præsertim si aliquot folia auri in illo soluantur, Sal enim omnia præseruat. Alioquin etiam spiritum Salis feliciter cum oleo Vitrioli miscuit, & postea ad varios morbos intra corpus cũ maximo successu exhibuit, præsertim in hydropicis cum aqua Absynthii.

2. Leprosos, & alios tam virorum quam mulierum morbos in vino sumptum sanat, & sanguinem purificat.

3. In Hydrope miscetur Sali Absynthii, vel aliquot guttæ offeruntur in aqua Absynthii, quotidie, donec Hydrops in paucis diebus euanescat.

4. Ad confortationem capitis in aqua Lauendulæ, Maioranæ, Saluiæ.

5. Ad Cor in aquis Cordialibus frigidis, Violarum, Rosarum, item Borraginis, Melissæ.

m 3 6. Ad

6. Ad Stomachum, cum aqua Menthæ , ita appetentiam cibi auget.

7. Ad Hepar cum Cichorio, Lactuca, Carduo benedicto.

8. Ad Splenem, cum Endiuia, Portulaca.

9. In peste, cum aqua appropriata Cordiali : Infecta etiam regio illo vngatur, apostema retrocedit, & venenum sine noxa expellitur per aliud emunctorium.

Si guttæ quatuor cum vncia semis Electuarii Iuniperini offerantur, expectato sudore, vt singulare commendat Theophrastus in Peste & Venenis, quia cor confortat & sanguinem purificat.

10. In aceto si offeratur, pellit sudorem Anglicum.

11. Renes & Vesicam expurgat, & calculum rumpit. Vsus eius cum Balneo certo iuuat.

12 Lumbricos pellunt aliquot guttæ in Aqua Artemisiæ.

13. Herniosos Paracelsus in loco affecto hoc liquore vnxit, adhibito Balneo Hernioso : aliquot etiam guttæ intra corpus dentur, ita intra paucos dies patiens sanabitur.

14. In Colica duæ vel quinq; guttæ in forti vino præsentaneum remedium.

15. Pellunt febres etiam diuturnas guttæ quatuor in aqua Vitæ.

16. In Ictero tres vel quatuor guttæ prosunt, continuetur, donec patiens sit restitutus, quod fit in tribus septimanis.

17. In Iliaca, Dysenteria, Paralysi, Apoplexia, Podagra in aquis appropriatis.

18. Vlcera interna etiam sanat.

## *Dosis.*

4. 6. & 7. guttæ in cochl. vini Maluatici, vel aqua Cinamomi, vel alia appropriata.

## *Vsus eius ab extra.*

1. Cum aquis appropriatis mixta, vtiliter parti dolenti Podagricæ inungitur.

2. Pe-

2. Penetrat omnes venas, carnem, ossa, & promouet omnium vlcerum curam.

3. Vbi membra contracta, & de sede mota sunt, siue sit contractura, siue Apostemata, inunctio instituatur, cum appropriatis vnguentis.

4. Omnia vlcera cacoethea, insanabilia, fœtida, vt Fistulam, Cancrum Lupum & similia Phagedænica cum inunctione continuata in paruo tempore sanabis.

CAP. XVI.

## *Spiritus Salis nitri.*

Eodem plane modo & simili ignis regimine Spiritus Salis nitri destillatur, qui per fumum rubicundum egreditur.

Hoc saltem notandum quod ad 1. partem Salis petræ purificati, tres partes argillæ figulinæ admisceri solent, pro efformandis globis oblongis, post exiccationem demum ad opus adhibendis.

## *Vsus, & Dosis.*

IN Colica: Et hoc nemini videatur mirum, si quidem in simili affectu crudum Nitrum nonnulli offerunt: nam Spiritus Salis microcosmici effervescentia & malignitas ex huius debito vsu mire inhibetur & reprimitur.

In Pleuresi.

Prunella.

Miscetur cum ana Spiritus vini, & de illa mixtura dantur scrupuli duo vel drach. integra in haustu aquæ Fontanæ tepidæ. Si in Colica vtimur, tunc ab extra vmbilicus oleo Nucistæ expresso cum tantillo Zibeti admixto inungitur: Intolerabiles cruciatus & dolores cõfestim non solum sedat, sed & discutit & resoluit malignos, crudos, nitrosos, atq; vitiosos humores, qui nisi impediantur, ne ad partes neruosas & articulos repant, quod non raro fit propter certam sympathiam, qua cum talibus membris habent illi humores aliquid mixti, condolenda sequitur articulorum impotentia, laxatio & resolutio: Circa finem curæ Enulæ Campanæ vsus Salem resolutum efficaciter expellit. Porro Nitri seu Salis Fusilis vires reconditæ à Filius Hermetis semper in magno pretio fuerunt habitæ.

CAP. XVII.

## *Sal Margaritarum Orientalium.*

VAriæ excogitatæ ſunt viæ ſoluendi Margaritas, per ſpiritum Vitrioli, per ſpiritum Guaiaci rectificatum: item per aquam Locuſtarum Quercus nouellæ: ſimpliciſſima & optima videtur per acetum deſtillatum.

Poſt ſolutionem abſtrahitur acetum ad ſiccitatem, & Sal aqua pluuiali deſtillata, vel quod melius Rore Maiali ſupra Triticum collecto, ſolutum & filtratum denuo euaporatione ſiccefcat, reiterando quinquies vel ſexies hunc laborem, donec Sal candidiſſimum habeas ab omni acetoſitate acri liberum.

## *Vſus & Vires Salis Perlarum.*

COrdiale eſt nobiliſſimum, Auro potabili in temperatura & operatione, quam proxime accedit.

1. In Contracturis, reſolutione Neruorum, Conuulſione, & Phrenitide.

2. Corpus ſanum conſeruat, læſum priſtinæ ſanitati reſtituit, ac muliebre emendat vtriuſq; ſemen ſexus auget & corrigit.

3. In confortatione cerebri, memoriæ, & Cordis conducit, in aqua Cinamomi, Borraginis, Bugloſſæ, Saluiæ.

4. Prophylacticum Apoplexiæ, & Vertiginis.

5. Exiccat & conſumit omnes prauos humores in corpore exiſtentes, è quibus Podagra, Arthritici dolores, & Febres ſolent exiſtere.

6. Contra Tabem, ariduram, & marcorem ſenilem.

7. Vtimur etiam in Hydrope confortationem præmiſſis generalioribus.

8. Contra Calculum ſingulare.

9. Renouat, auget & confirmat humidum Radicale, ita etiam à ſenectute debilitatis ſummopere conducit.

10. Certiſſimum præſeruatiuum contra Paralyſin bis in ſept. 10. grana in vino Maluatico.

11. Mitigatiuum in morbo Venereo quotidie 10. grana ſumendo idq; per 10. dies.

12. In Epilepſia ſingulare eſt medicamentum: vſus eius per 6. ſeptimanas mane & veſperi.

13. Præ-

13. Præſeruatiuum in Podagra, quotidie 10. granis Salis vtendo, & per 12 continuando.

14. Fortificat humorem Vitæ & Naturam internam in omnibus membris.

15. Contra Tremorem & pulſationem cordis, item animi deliquia in aqua Cinamomi.

16. Fœtum in vtero etiam fortificat.

## *Doſis.*

Doſis Salis à gr. 10. 12. 15. ad ſcrupulum 1. ex aquis conuenientibus, Cinamomi, Bugloſſæ.

Offertur etiam in aqua Roris Maialis ſupra triticum, vel frumentum collecti.

Vel ex Aqua Rorellæ vel Roris Solis, quæ deſtillando flaua egreditur, quod mirum eſt, ſicuti etiam Crocus facit, & Verbaſci florum ſuccus expreſſus inſolatus & deſtillatus.

Notandum ſi perlæ per acetum Botrin reſoluantur, & edulcoratum Sal in cella ſuis menſibus in liquorem fluat, tunc huius liquoris aliquot guttæ, miro & iucundo ſpectaculo coagulant optimum vini Alcohol in Butyrum ſciſſile.

## CAP. XVIII.

## *Sal Corallorum.*

EOdem modo Sal Corallorum paratur, Concharum margaritiferarum, oculorum Cancri, & aliorum Cruſtaceorum lapidum.

Reſoluuntur autem omnia hæc Salia menſibus Iunio, Iulio & Auguſto demum, in cellariis, ſupra porphyrium vel vitream tabulam, in liquorem, tunc enim propter Antiperiſtaſin cellæ ſunt frigidiores: Aliis autem menſibus fruſtra reſolutionem attentabis, aut ſolitis menſibus indicatis difficiliorem.

Tincturam Corallorum veram & genuinam apud neminem adhuc videre contigit: Optima enim quæ affuſione Aquæ mellis extrahi creditur, potius tinctura mellis eſt quam Corallorum. Multa enim ſunt Menſtrua, ſi ſtant aliquandiu in digeſtione, per ſe ſponte rubeſcunt, (vt in ſpiritu Terebinthinæ multoties licet rectificato

videre eſt) & ita incircumſpectos decipiunt arbitrantes ſe Tincturam Rei ſoluendæ habere, cum tamen ipſius ſit Menſtrui ſoluentis. Nec Spiritus vini Sali Corallorum affuſus licet coloretur in digeſtione Balnei rubedinem veram extrahere videtur. Sunt qui Corallos in Spiritu Salis ſoluunt, affundendo poſtea ſolutioni rectificatiſſimum vini Spiritum, quem ſupernatando dicunt tincturam ad ſe attrahere, & per tritorii ſeparationem & abſtractionem in B. per ſe poſtea recuperari poſſe.

## *Vſus & Vires Salis Corallorum.*

Sicuti Coralli mirabiliter creſcunt, ita etiam mirabilia ſunt illorum arcana, myſteria, ſecreta & magnalia: quemadmodum enim rutilantes integri ex commentatione Paracelſi excellentes ſunt contra Phantaſiam, Phantaſmata, Spectra, Eueſtra, Melancholiam; ſic Sal vſu medico ſingulares virtutes etiam de ſe exhibet.

1. Salis Corallorum ea vis eſt & Natura, ſanguinem in vniuerſo corpore ſic mundificare & renouare, vt omnibus morbis & affectionibus ex ſanguine corrupto ortum ducentibus breue intra tempus ſublatis ac ſanatis, corpori veluti reintegrato, alacris priſtinæ ſanitatis vigor reſtituatur.

2. Siſtit omnes fluxus muliebres immodicos in aqua Plantaginis.

3. Omnes fluxus ventris.

6. Omnem ſanguinis profluentiam & reiectionem, hæmorrhoidas.

5. Ad mundificationem vel renouationem ſanguinis in aqua Fumariæ vel Cichorii.

6. Siſtit putredines, roborat cor & ſpiritus vitales, ipſumque tuetur à labe Veneni.

7. Confortat & corroborat Stomachum & Calidum innatum.

8. Omnes obſtructiones tollit, in præcipuis membris Pulmone, Iecore, Renibus.

9. Concretum ſanguinem dirimit.

10. In vehementiſſima ſuffocatione matricis, vbi omnia ir-

nia irrita item in menstruis superfluis cum aqua Artemisiæ, Melissæ, Pulegii.

11. In Hydrope, Spasmo, Paralysi, Epilepsia, in aqua Cinamomi continuando.

12. Contra calculum in aqua Ononidis.

### *Dosis.*

A granis 6.10. ad scrupulum 1. vel duos ratione ætatis, & secundum morbi vehementiam.

In ouo sorbili loco Salis communis, iusculo, vino generoso, aqua Cinamomi: possunt etiam tabellæ parari.

### *Extra.*

Sanat vlcera.

## CAP. XIX.

## *Tartarus vitriolatus.*

℞. Salis Tartari albissimi, aliquot vicibus secundum artem Chymicam dissoluti, filtrati & coagulati cum aqua Agrimoniæ, exempli gratia vncias quatuor, resolue in cella supra marmor, aut beneficio manicæ in oleum. Habito hoc oleo puro accipe Vitrioli optime rectificati vncias duas, illudque guttatim supra Tartari oleum in vitro capaci instilla: tunc fiet coagulum albissimum, humiditas supernatans euocetur lento calore ad siccitatem Salis, ita habetur Tartarum album vitriolatum.

### *Obseruationes.*

I. Seruetur modus in affundendo Vitrioli oleo ne sapor Salis repercussi sit nimium acidus, sed quasi nauseabundus: si enim nimium de oleo Vitrioli affundatur, tunc non purgat, alioquin per quatuor emunctoria, vomitum, secessum (si purgantibus immisceatur) item per vrinam & sudorem operatur.

II. Si possit fieri per infundibulum angustissimi orificii, ita vt certo artificio olei Vitrioli guttæ paulatim saltem & successiue stillent in oleum Tartari, consultius erit, nam sic boni spiritus, qui ex mutua subitæ mixtionis effervescentia se vaporando eleuant & euanescunt, retinebuntur.

III. Vitrum supra modum incalescit ex coniunctione duo-

ne duorum illorum Ignium. In hac mutua efferuefcentia obferuetur Epilepfiæ generatio, quando videlicet Spiritus Vitæ in Microcofmo à Heterogeneis concitatus, fimili modo ebullit.

IV. Qui ad duas partes olei Tartari vnam partem Salis vel liquoris Corallorum velit addere, antequam oleum Vitrioli guttatim affundat, ei integrum efto.

Digeftiuum ex illo Tartaro Vitriolato parari poteft, quod neceffitate exigente purgantibus medicamentis præmittendum eft, in hunc modum:

*♃. Tartari Vitriolati vnciam* I. *folue in duab. vini menfuris, addatur ad libitum aqua decoctionis Paffularum & Cinamomi.*

De hac mixtura exhibeto duos vel tres dies vbi opus eft, mane poft fumptum forbile ouum hauftũ vnum, ad prandium alterum, tertium citra vefperam. Poftea exhibeatur Catharticum è Panchymagogo. In omnib. febribus & quartana miranda præftat, refoluit enim Tartarum in corpore humano efficaciffime.

## CAP. XX.

## *Vires Tartari Vitriolati.*

1. In Hæmicrania, morbo regio, & omnium vifcerum obftructionibus, in liquore idoneo, fed vino albo exhibetur ægrotantibus per aliquot dies in aurora, & fi opus fuerit, dofis augeatur.

2. In Calculo exhibetur in aqua Petrofilini vel Parietariæ, vel vino albo.

3. Efficaciffimum Renum deopilatiuum & deterfiuum, fi fcrup. femis cum Iulepi Rofacei vnciis duabus, & aquæ Cinamomi vncia femis mifceatur & exhibeatur.

4. In Contracturis & venarum obftructionibus è Tartaro ortum habentibus vtere per vicem fex vel octo granis in aqua decoctionis vuarum Paffularum & Cinamomi.

5. Sudorem prouocat in aqua Cardui benedicti vel vino albo.

6. In Hydrope vt craffi & ferofi humores expurgentur.

R. Sciu-

R. Scrupulum vnum & misce cum vncia semis mellis Rosati solutiui, vini Enulati vnciis duabus, & exhibe.

7. In mensium suppressionibus.

R. Scrupulum 1. & exhibe in syrupo Artemisiæ vel Betonicæ, vel misce cum melle Rosato in aqua Pulegii soluto.

8. Vtiliter etiam in febribus exhibetur.

9. Purgat per inferiora, & omnes obstructiones tollit, si misceatur Cathartico, vel offeratur in syrupo Rosarum vel Violarum solutiuo, vel melle Rosato solutiuo.

10. In Melancholia & Splenis duritie, in aquis appropriatis offertur.

Dosis à scrupulo semis ad integrum.

In Hydromelite propter saporis emendationem commodissime offertur.

## Cap. XXI.

## *Vomitiuum.*

IN vomitu ciendo, Antimoniales, Vitriolatæ & Helleborinæ facultates vigent, quæ nil praui in ventriculo relinquunt, sed omnem impuritatem radicitus vellunt.

Hellebori vomitiuum reperitur Conradinum expertissimum medicum in libello de febri Vngarica: Hoc loco de Vitriolo agemus: Antimonii præparationes sequentur paulo post.

## Cap. XXII.

## *Vitriolum album vomitiuum.*

VEl solue Vitriolum album in aqua pluuiali & euapora, donec quasi crusta appareat, postea per quatuor dies in loco frigido ponas, & concrescent Crystalli, quos eximes, & aquam iterum euaporabis vt antea: Hic labor penitus tertio reiteretur coagulando & dissoluendo: vltimo ter eodem modo procedatur cum aqua Rosarum. Crystalli tandem supra calorem leuem siccentur, & sponte redigentur in puluerem album. Hoc lene est vomitiuum & cerebrum benigne expurgat.

*Vsus*

## *Vsus & Dosis Gilæ & Salis Vitrioli.*

Gilæ si scrupulus vnus è vino bibatur, è vestigio vomitum mouet, quo ventriculus tum onere leuatur, tum robur acquirit, nec quicquam infertur nocumenti.

In Febribus.

Lumbricis.

Omnis generis infirmitatibus ventriculi.

Defluxionibus falsis.

Synouia: Hic drachma vna in cereuisiæ haustu exhibetur.

Peste.

Doloribus dorsi, drachma semis, in vino calido.

Vulnerum recentium curam promouet, si quaternis auroris continuis drachmam semis in cereuisia assumatur.

Dosis vtriusque à scrupulo ad duos, habita ratione complexionis & sexus.

Sal potest misceri cum saccharo Candi, demum in aqua Fœniculi dissolutum calide exhiberi.

Offertur etiam in iure carnium, haustu cereuisiæ vel vini, in aqua cum melle mixta, vel in conserua rosarum.

Puerulis contra Lumbricos, quatuor, quinque, octo grana in cochleari vini Maluatici exhibentur.

Operatur hoc medicamentum variè, per vomitum, sedes, interdum etiam sudores & somnum facit.

### CAP. XXIII.

## *De Sale armoniaco.*

SAl *armoniacus*, *ammoniacus*, & *armeniacus*, sic dictus vel ab Armenia ex qua ipsum asportari creditur, vel à Græco ἄμμος, id est, arena, qui in officinis habetur omnino factitius, & artificialis apparet, nec mirum, eiusmodi enim salem fere vbiq; reperiri arbitror. hic Bononiæ puteales aquæ eiusmodi salis haud exigua quantitate abundant, quod nuperrime norunt noui quidam chrysopœi, qui dictas aquas pluries alembico cõprobarunt. Verum quidem eiusmodi sal purus, & simplex minime est, sed cum magna portione salis marini mixtus. eiusmodi sal

radix

radix est saporis acidi, quo fit vt densissima, & tenacissima corpora dissoluat. volatilis est admodum, & fugax, mercuriali natura præditus, abundat etiam sulphure, propterea in propria aqua ipse solutus in varias formas salium mineralium exsurgit, cum etiam non pauca varietate vegetabilium hinc conijcere licet dictum salem duplici illa natura esse præditum, qui hanc admirabilem, & stuporis plenam ejus naturam intueri vult, ipsum dissoluat in conuenienti liquore, & coctione humiditas ad justam quātitatem absumatur, tum vas calidum in loco frigido collocetur, inibi plures vegetabilium species inspecturus eris. hac præparatione sal armoniacus ad perfectam puritatem adducitur. Sic depuratus efficacior, & naturæ magis penetrabilis per sublimationem redditur, in quam peragendo, portio quædam spirituum elicitur. sublimatur per se, & cum alijs. nec ejus sublimationis ratio ab alijs diuersa est. cito sublimatur ob ejus naturam volatilem per vasa terrea, & vitrea Dulcoacidus redditur [illegible] ret[illegible]tione, & coctione, præmissis solutionibus, filtrationibus, & coagulationibus.

P[illegible] ejus natu[illegible]m nimis fucem ejus fixatio summ[illegible]pere desideratur, propterea eum ter calcinant cum æqu[illegible]tione calcis viuæ quod fit in crucibulo per fortissi[illegible]em. singulis vicibus eum dissoluendo, filtrando[illegible] coagulando ad vnamquamque calcinationem recentem calcem addere oportet, & hoc toties quoad sal armoniacus figatur, & liquabilis reddatur ad instar metalli figitur, & cum alijs corporibus, prout vniuscujusq; sententia est.

## Cap. XXIV.

### *De alumine.*

ALumen commune multiplices nobis exhibet vsus, crudum sæpe vsurpamus absque vlla præparatione, maxime ad eris vlcera, gingiuarum laxitatem, & similia. Ex eo paratur aqua per alembicum vel per retortam, quę fere insipida est, dicitur phlegma à nonnullis, pellitur lento igne absque fere vllo artificio. refrigerat, & leuiter exsiccat ejusmodi aqua. propterea oculorum inflammatio-

mationes reprimit, fluxiones sistit, valet etiam ad omnem oris calidam intemperiem, vuluæ amigdalarum, & gingiuarum laxitatem reprimit, & linguæ, & palati vlcuscula sanat.

Ad febres ardentes ex alumine remedium præstantissimum paratur, in qua præperatione ejus austeritas in dulcedinem vertitur. hujus præparationis secretum in putrefactione, & concoctione consistit. in quibus peragendis notandum venit.

Alumen duplicem possidere substantiam, vnam, quæ frigori exposita coagulatur, alteram, quæ solo calore densatur. ea, quæ calore densatur, astringens est admodum, & parum acida. quæ vero frigore coagulatur acida est, & jam dulcedinis particeps. Itaque ad hanc præparationem perficiendam omnes ejus substantiæ sunt primũ in vnum simul coercendæ, eæque firmandæ, ita vt terra suam aquam vltro non reddat. fixum aqua communi distillata solutum per quindecim dies in fimo equino circulatur, tunc refrigerato vase, portio coagulata à dissoluta segregatur, eaque coquitur quoad alumen totum coagulatur. in qua operatione purum ab impuro semper secernendum venit coagulatum alumen iterum in pulverem reducitur, idque noua aqua dissoluitur, & in circulatorio vase in fimo equino per mensem detinetur. in eo dissoluenda aqua veluti lac efficitur, quæ postea subsidet, eaque lactis sero similis euadit, quo temporis spatio dissolutio exagitanda venit singulis 8. diebus. vase refrigerato, portio quædam calore densata, in vasis fundo reperitur, quæ nimis astringens, & austera euadit: Altera pars soluta frigore coagulatur, eaque dulcis, & acida efficitur cum exigua astrictione. Non densatur autem nisi longo temporis interuallo. nam singulis fere octo diebus portiuncula densatur. eæ partes quæ sic frigore coalescunt, aqua stillatitia iterum soluuntur atque per sesquimensem iterum in eodem vase circulatorio digerantur, & sic aciditas omnis in dulcorem insignem vertitur. cujus vsus est in ardentibus febribus cum jusculo carnis ad drach. s. & drachm. i. valet etiam in omni intrinseca inflammatione.

Alumen preterea vulgariter per se excoquitur, in igne

aperto & vase terreo. cujus vsus popularis est nimis. eo vtimur frequẽter in sublimationibus, alijsque medicorum præsidijs. item in aquis fortibus eliciendis. etenim ejus siccitate cohibet ne salia fusa suos spiritus retineat. suos etiam spiritus acres, & mordaces vna simul fundit, quo fit, vt dictæ aquæ fortiores reddantur.

## CAP. XXV.
## *De vitriolo.*

V*Itriolum* salis species est. cujus multa habentur genera, pro diuersitate locorum ex quibus aducitur, omnium præstantissimum est Cyprium, cerulei coloris. Romanum postea ipsi proxime succedit, quamuis Hungaricum præstantia, & excellentia nulli cedat. Germanicum, & Anglicum his inferiora jure censentur. In agro Lugdunensi in Gallia, ceruleum, & forte omnibus præferendum habetur.

Parta ex vitriolo medicamenta pene innumera sunt ex eo siquidem aqua insipida, spiritus, oleum duplex, sal, sulphur, magisterium, colcotar, creta, & alia educuntur.

Aqua insipida *phlegma* communiter dictum, vt phlegma aluminis per retortam elicitur. cujus vires & facultates à phlegmate aluminis paulo differũt, etenim ophtalmiæ succurrit, oris vlcusculis medetur, & fluxiones in fauces irruentes sistit, cujus extrinsece inflammationi tuto admouetur, pollet enim vi astringente, & refrigerante. spiritus post phlegmatis eductionem, vali iiori igne adacto pellitur. ob id per retortam commodissime distillatione instituitur. Oleum rubrum acidum educto spiritu elicitur, recipiente mutato, & igni vehementissimo per gradus aucto, ad quod vasa luto probe munita requiruntur. vtriusque vsus omnibus maxime innotuit, guttulæ tres, vel quatuor cum aliquo liquore exhibentur. in ardentibus aliquot febribus summum est solatium, in nonnullis nõ est dandum. in tartareis viscidisq; humoribus tuto exhibetur. aliud olei genus vitrioli, proprie est oleum aquæ innatans quod vere sulphur vitrioli dicendum est, at vis ejus non est narcotica, verum

potius anodina. Balsamum in nostris curationibus appellatur eo, quod balsamum nostrum siue radicale humidum instauret. dicitur & arcanum, quod paucissimis innotescat, eius parandi methodus fit medio aquæ cœlestis, postquam vitriolum omnem vim narcoticam, omnemq; austeritatem, & aciditatem deposuerit. id vero sic paratum in dicto dissoluendo fructus maturos, & subdulces producit, qui lento igne in pulsi liquorem suauissimum fundunt. Vitriolum ad hoc maxima cum diligentia seligendum venit, cauendum etiam ne ignis vi perdat sulphur.

Sal Vitrioli ex eius colchotare educitur cum quouis dissoluente. aliam, & salis speciem vsurpant multi pro vomitorio fitque vitriolo albo pluries repurgato. In Gallia narbonensi rustici eo frequēter vtuntur sine medici consilio, maxime in pleuritide, accipiunt vero vitriolum album vti habetur in officinis citra vllam præparationem. à quo edocti plane ignoro, scio eius reiterata experimenta tanti remedii apud eos confirmare vsum. datur *à dra. s. ad dra. i.* vomitum mouet, caput purgat, sudores, & somnū non raro concitat, vermes enecat & multis aliis succurrit morbis, iecoris potissimum, & ventriculi.

Sulphur, quod per salem ammoniacum attollitur, fit per vas sublimatorium, & hoc nonnullis dicitur sulphur Narcoticum fit eo cocto in vase æneo; item, & in ferreo. magisterium vitrioli, quod, & tartarum vitriolatum appellant, fit instillādo sensim oleum acidum vitrioli super salem resoluti tartari, ea in operatione contemplare duellum vtriusq; spiritus, quam citissime ferueant, quem rumorem concitent, hic videre est, quo pacto mixti humores incandescant, ratio haud exigua vt ad febrium cognitionem deueniamus, quantitas olei vitrioli sit duplo minor oleo tartari. humiditas, quæ à coagulato albo segregatur, ipsique supernatat, blando calore euocatur. hoc remedii genus vomitum sæpius concitat, aluum subducit, vrinam mouet, & sudores non raro concitat.

Colcotar vitrioli, ipsum est vitriolum ad rubedinem calcinatum. in chymicis multiplices habet vsus. in medicina pollet vi astringente, propterea hæmorragias sistit. fluxiones vulnerum cohibet. eius præparatio omnibus nota est.

Creta

Creta Vitrioli, ochra, & terra nihil aliud est, quam fæx ipsius vitrioli a præfatis præparationibus relicta; est tamen alia fæx vitrioli, quæ exsurgit post repurgationem dicti Vitrioli, quidam putant hoc esse sulphur narcoticum, sed errant toto cœlo. quidam hoc maxime reputant, quod æneo vel ferreo vasi hæret.

Tinctura Vitrioli hic à nobis consulto omittitur, nostro balsamico oleo contentis, cuius præparatió longe est facilior, & nobilior. Tinctura chrysopœis expetita ad nos minime spectat. Tractant fabrilia fabri.

Ex vitriolo cum ferro, & ære calcinatis *acetosum esurinum* paramus. Paracelsus id ex solo vitriolo Martis, & Veneris parari abnuit: at nos tantum laboris ægre abiolui posse meditantes, sequentem methodum excogitauimus quis enim è calcinatis metallis tantum vitrioli extrahere norit, vt ex eodem iterum calcinato tanta dicti liquoris quantitas educatur vt pluribus ægris sufficiat. Accipimus igitur colchotaris, vt supra præparati lib. 3. ferri cum sulphure calcinati lib. i. pulverizatis, & simul mixtis, vasiq; vitreo ampli orificii inditis, tantum aquæ vitæ superfunditur, vt quatuor digitos supereemineat. vas in fimo equino ad octo dies reponitur, tunc tincta aqua sensim in aliud vas effunditur per inclinationem, nouaq; aqua fœcibus iterum reaffunditur atq; extrahitur, toties eiusmodi operatio reiteratur, quod omnis color, & sapor educatur. omnes eiusmodi aquæ tinctæ, lento igne per alembicum vel retortam amplam cum suo recipiēte extrahuntur igne sensim aucto, & omni aqua vitæ prolecta, ac tandem is ille liquor esurinus in mutato recipiente pellitur sicq; præstantissimum medicamentum aduersus plures morbos tartareos, vnde, & lienis, & iecoris pertinacissimas obstructiones referat, famelicum reddit ventriculum, eumq; roborat, vertigini, & Epilepsiæ non parum confert. multis, & aliis grauissimis affectibus medetur, mensium suppressioni, hydropi, ictero, & aliis, guttulæ 2. 3. & 4 pro dosi exhibentur, cum iusculo carnis, vino, vel alio liquore.

Præterea vitriolum cum aliis mixtum varia medicamentorum genera nobis exhibet, quæ breuitate præterimus, addam tantum pro coronide quo modo ex eo condensari possit mercurius.

Accipio mercurii crudi, quem viuum appellant, partem vnam: Vitrioli cerulei, & ad hoc electi (non enim quodcumque ad hoc aptum est) partes quatuor, bulliant simul in s.q. aquæ communis in vase terreo, marte terso, & polito benigno a'spectu operationem inspiciente, quo peracto mercurium elice cum aqua frigida atque viuum, & nondum coagulatum per alutam a coagulato separa. miraberis mercurium austero, & immaturo spiritu veneris coagulari, fusibilemque reddi. mercurii, & ferri amalgamma, vitrioli medio alibi reseruamus, vt & alias præparationes.

## Cap. XXVI.

## *Specificum purgans Paracelsi.*

PRimo purificatio vitrioli à suo Sulphure fiat sequenti modo:

♃. Vitriolum Vngaricum, & solue in aqua communi in aheno cupreo, soluto insperge oleum Tartari commune, ad tres libras Vitrioli vnciæ quatuor olei Tartari circiter requiruntur, refrigescant vna, postea quod clarum est aufer, Sulphur enim fœtidum huic operationi inidoneum, instar argillæ fundum petiit: claram solutionem fac paulatim euaporare donec fere crustam incipiat obducere, postea in frigi o in lapillos concrescet Vitriolum, quod seruetur.

Secundo destillatio spiritus Tartari instituitur in hunc modum:

♃ Lib. duas Tartari albi crudi, affunde mensuram spiritus vini, clauso vasis orificio in calido hypocausto per quatuordecim dies vna digerantur: postea destilla in lento cinerum igne donec incipiant guttæ flauæ oleosæ egredi, vbi cessandum. Egressum spiritum seorsim serua, caput mortuum permitte, vt igne forti tam diu euaporet, donec Tartarus mediocriter calcinatus sit, non tamen ad albedinem, sed in colore nigro desinendum: supra hunc Tartarum affunde priorem spiritum egressum, stet per tres dies in Balnei putrefactione, postea destilletur primo in arena, deinde in aperto igne fortissimo, per alembicum lutatum non nimis altum, sic requisitus Tartari spiritus elicitur.

Tertio

Tertio accipe remanentis prioris Tartari calcinati (è quo spiritus extractus est) lib. 1. Vitrioli præparati, vt supra dictum est, libram quoque vnam, trita misce in vitro magno, affunde iam ante destillatum Tartari spiritum, addita mensura vini albi generosi & antiqui. Vitrum claudatur alembico cæco, stet quatuordecim dies in lecto calore: postea destillare incipe, primo lentissimo igne in arena, vt saltem subtilis spiritus vini, Tartari & Vitrioli ascendat, quem seorsim diligenter collectum asseruato: vbi iam phlegma dulce egreditur, illud seorsim colligito: postea materiam iterum tere, concrescit enim, & destilla vehementi igni aperto in retorta luto obducta, primo tamen paulatim incipiendo ne materia liquescat: vltimo fortissimo igne pelle (vt in præparatione olei Vitrioli fieri solet) donec spiritus omnes egressi sunt. Hos vltimos spiritus fortes misce cum primis subtilibus spiritibus, medium enim phlegma dulce nullius vsus abiiciendum.

Quarto, iam extrahe è capite mortuo Salem secundum artem notam, beneficio aquæ communis. si opus sit, reuerberetur materia, & iterum extrahatur. Hanc reuerberationem & extractionem toties reitera, donec omnis salsedo extracta sit. Extractiones salium misce, & aquam euaporando abstrahe. Salem super marmor tritum pone in alembico oblongo, affunde ad eminentiam trium vel quatuor digitorum proprios spiritus, primos videlicet subtiles & vltimos fortes (etsi aliquid phlegmatis adhuc immixtum sit, nihil inde incommodi) collocetur in B. M. per aliquot dies, tunc extrahit spiritus è salibus suam propriam essentiam, quicquid solutum & extractum est leniter per inclinationem effunde, ac affunde plus de remanente spiritu, denuo extrahat reiterando tandiu, donec spiritus extrahendo non amplius coloretur.

Quinto, has spiritus extractiones misce & cohoba in B. M. ad quatuordecim dies, semper quod egressum est reaffundendo: vltimo in arena fortiter destilla quicquid vult egredi: quod residuum est pelle igne aperto, tunc salia vna cum spiritu egrediuntur.

Sexto, egressos sales cum spiritibus cohoba in B. M. ad placitum, sic alia sponte incipient se repercutere, crasso

modo & visibili in fundum ( fit inde liquor albus instar calcis Lunæ in aqua valenti solutæ ) ac tum in B. M. subtili calore spiritus proprius potest abstrahi, vt materia in fundo ad pulticulæ consistentiam remaneat.

Et sic purgans specificum non sine magno labore & tempore paratum est.

## *Modus parandi facilior in secunda operationis reiteratione.*

Residuus spiritus, post primam absolutam operationem vltimo abstractus, pro secũda præparatione potest asseruari, ita labor erit facilior, videlicet vt saltem vulgaris vitrioli salem & salem Tartari accipias in ęquali pondere, & hoc spiritu ex illis essentiam seu sales extrahas, & modo prædicto in omnibus procedas.

Quia autem purgatiuum in magna copia cito fieri nõ potest, neq; solum Realgaria mineralia, sed etiam terrestres impuritates à corpore microcosmi expurgari debeant, abbreuiationis ergo quædam herbarum salia extracta fieri possunt per alembicum volatilia, & in æquali pondere cum specifico purgante misceri & exhiberi simul in dosi priori, tunc efficacius solet operari.

## CAP. XXVII.

## *Salia herbarum ita præparantur.*

*℞. Hellebori nigri*
*Carduibenedicti* } *herbas & radices.*
*Imperatoriæ*
*Rad. Petroselini*
*Angelicæ*
*Centaureæ*
*Pimpinellæ*
*Tormentillæ*
*Chelidoniæ*
*Herbarum & florum Cichorij*
*Herbarum Hyperici,*
*Aronis*
*Vincetoxici,*
*Verbasci*
*Pentaphylli ana omnium pro libitu.*

Siccen-

Siccentur in vmbra, non in Sole: incidantur & ponantur in cucurbita affusa aqua incoctionis tantilli lupuli & fermenti, fermententur in hypocausto, sæpius mouendo per tres septimanas, postea destilla in vesica cuprea, vt moris est cum refrigerio spirituum, sicuti in destillatione spiritus vini fieri solet: Hunc spiritum mediocriter rectifica non tamen ad summum. Fæces remanentes (poteris [illegible] as [illegible] herbas addere vt habeas majorem copiam) in cineres redige & salem extrahe: Sali exiccato affunde spiritum proprium, vt in B. M. spatio aliquot dierum essentiam eliciat, effunde hunc & affunde novum [illegible] donec non amplius extrahat. Extractiones [illegible] aliquot dies in B M. (si forte fæces [illegible], has per tritorium chartæ emporeticæ separa [illegible]) postea in [illegible] bulliente balneo destilla, tunc [illegible] quid remaneret, plus spiritus aff[illegible] cohoba, & tum in arena destilla: quicqu[illegible] [illegible]ssum est accipiatur, & affundatur bona quantitas [illegible] phlegmatis, stent in loco frigido, tunc subtile destillatum sal fundum petit, spiritum per inclinationem aufer & serua pro secundo extractionis vsu, quod fundum petijt parum edulcorari potest, & exiccari in hypocausto, tunc restabit sal herbarum efficacissimum in vsu medico, cujus.

Vsus secundum Thephrastum talis est:

♃. Partem vnam specifici purgantis, partem alteram essentiæ croci Orientalis cum S. v. extractæ, à qua spiritus vini non separatus est, circula duas vel tres septimanas & ad vsum serua, Datur etiam sine essentia croci, sed præstat cum illa propter cordis confortationem.

## Cap. XXVIII.

### *Vires, modus exhibendi, dosis.*

IN omnibus morbis euacuatione egentibus sine discrimine.

In omnibus putrefactionibus & superfluis humiditatibus corporis vndecunque proueniant.

Datur in vino vel absinthite, maluatico, jusculo succo rosarum, ventriculo jejuno.

Prouectioris ętatis hominibus, vtpote 20. 30. 40. & 50.

annorum grana quatuor dantur: adolescētibus quindecim annorum grana tria, pueris & infantibus duo grana. Incalescant per horam post sumptionem in lecto deinde surgat patiens, ambulet, vel sedeat, si in duabus horis non operatur, eandem dosin denuo exhibe, ieiunet tres horas cum custodia integri diei ab aere. Quacunq; via operetur, ne sis sollicitus, siue per vomitum, sedes, sudorem, vrinam. Sequenti die quiescat patiens. Tertia die auge dosin dimidia parte (vt si ante grana quatuor exhibueris, iam sex offeras) seruet diætam primi diei: sequēti iterum quiescat. Si necessitas flagitat offer tertia, quarta, quinta, sexta vice prout morbus est longus. Sufficientiæ hoc signum est: Dum superest in corpore impuritas, purgat & discurrit in membris hinc inde, & præcipue in centro morbi dolorem excitat. In defectu, impuritatis non facit dolorem, & vix amplius purgat quia humorem radicalem non aggreditur more vulgarium Catharticorum.

## Cap. XXIX.

### *Spiritus Tartari.*

℞. Tartari vini albi optimi (quod frangendo videlicet nitescit) libras sex, laua ex aqua pluuiali tepida, donec nulla puluerulenta conspiciatur spurcities, tandem è vitro tepido optime eluatur, exsiccetur ad Solem, vel in [illegible] cautè, & redigatur in puluerem: Vel puluerizatus tartarus in aqua pluuiali calida abluatur & soluatur, quod non solutum remansit in fundo, in aqua pluuiali coquatur, vt soluatur, postea filtretur, aqua paulatim euaporet, & vltima medietas in loco frigido ponatur, vt Tartarus iterum lapillescat, & hic est Tartarus purificatus (per se etiam Catharticus, si drachma vna e iusculo carnis sumatur) & ad destillandum aptissimus: Indatur cucurbitæ luto oblitæ, & aperto igne destilletur instar aquæ fortis, ita tamen adhibenda est multa cautio, vt commissuræ receptaculi capacissimi probe adaptati sint diligenter propter spirituū penetrantiā luto munitæ, ne huius aquæ spiritualis euanida virtus in auras euolet. Ignis primo sit lentus; postea fortificetur, donec oēs spiritus exierint, & recipiens nubibus repletus iterū factus sit transparēs & pellucidꝰ. Da operā, ne ignis nimium

primū inualescat, propter summā spirituū penetrationē. Aqua primū emanat, deinde fœtidum oleum: separentur per tritorium: Aqua seu spiritus primum corrigitur & rectificatur in cellario, collocando octiduum in gelidam aut madidam arenam: Oleum corrigitur ex acero destillato per retortam in igne aperto. tunc eliciatur cum aceto, atque emanat nunc rubrum, nunc citrinum, atque ita acetum recipit Empyreuma in oleum, & oleum aureo colore sine fœtore succedit. Spiritus seu Aqua postea in cineribus per alembicum destillatur, & rectificatur bis vel ter, vt sit purus, nec ita odore grauis, qui tamen plane tolli sine virium amissione non potest. Si salem è capite suo mortuo arte extrahas, & spiritum hunc desuper in Balneo rectifices, tunc fœtor magna ex parte perit: Eodem enim modo omnia olea à fœtore per abstractionem à suo Sale proprio rectificari possunt.

Vel circula illum spiritum cum Spiritu vini ana in digestione, ita odor gratior erit: Vel supra Caryophyllos poteris illum rectificare.

Vel aliquot guttæ olei Vitrioli cum duobus vel tribus cochlearibus Spiritus vini digerantur, & postea misceantur cum Tartari spiritu, sic etiam fœtor perit.

Sunt qui aquæ Rosarum aliquid propter odoris emendationem miscent.

## Obseruatio.

FOEtor ille spiritus Tartari in totum non est auferendus, nec formidandus, cum habeat signaturam Fœtorum, quando videlicet in Peste, vel in aliis morbis venenatis exhibitus, magno iuuamine profluentes fœtidos sudores è corpore copiose expellit.

## Vires & Vsus.

1. Præ omnibus fere aliis medicamentis & Arcanis hoc solum excellit in tollendis omnibus obstructionibus & putrefactionibus.

2. Si ter quotidie exhibeatur, multum facit in Paralysi, totum enim corpus penetrat & roborat, quod in hoc morbo maxime requiritur.

3. In Hydrope etiam feliciter vtimur cum Aqua Soldanellæ & Ebuli: Assumitur etiam cum oleo Vitrioli,

tunc aquas per vrinam pellit, quicquid hac via non perficitur, difficulter tentabitur alia.

4. Vitia menstruorum retentorum corrigit.

5. Initia Lepræ profligat.

6. In Erysipelate cum æquali pondere Theriacæ circa finem morbi drachma 1. exhibetur, ita tamen, vt venæ sectio in robustioribus præcedat.

7. Ictéritiam & omnes inde exortos morbos expellit.

8. In Lue Venerea singulare est medicamentum, si Turbit minerale simul exhibeatur: Expellit enim è Centro Luem internam, postea crustæ oleo Guaiacino inunctæ decidunt.

9. A Centro ad circumferentiam & superficiem expellit omnem scabiem latentem, serpiginem, lentiginem.

10. Prouocat sudorem.

11. Prodest Pleuritidi & Anginæ.

12. In morbis capitis etiam vtimur.

13. In Febribus.

14. In contracturis. Huius enim vsu Dauidem Syderocratem Spirensem quondam medicum, olim generosam Dominam Catharinam Bappenheimiam, nunc in Christo quiescentem, neq; manus, neq; pedes è dolorib. Colicis mouentem, ad perfectam sanitatem, adhibitis etiam Balsamis externis restituisse vidi.

15. In puncturis Laterum.

## Cap. XXX.

## *De sulphure.*

Sulphur metallorũ pinguedo & alter pulmo terræ varia nobis exhibet remedia. vt flores, butyrum, lac, balsamum, tincturam, acidum liquorem vulgo oleum dictum & alia. Flores sulphuris duplici modo parari iubemus, cum colchotare, & cum aliquo alio corpore sicco. postmodum cum colchotare bis, & ter sublimatio reiteratur. cum alio corpore arena vel bolo, pumice vel alio semel tantum. vasa sublimatoria vel vitrea, vel terrea accipimus, non raro ollas terrenas vitro obductas. dictos flores ad varios vsus vsurpamus, & præsertim ad pulmonum affectus cutaneis morbis item maxime conferunt.

ad

ad tussim tabellulas hoc modo conficiendas præscribemus. *Rec. florum sulphuris drach. i. pul. ireos drach. ij. sacchari albi in aquar. rosarum soluti vnc. iij. fiant tabellulæ vel rotulæ, vt artis est*, harum vsus est in die eas frequenter in ore tenere. lac, & buthyrum sulphuris fit, cum dictis floribus in oleo tartari solutis, atq; ipsis guttatim affundendo parum aceti. at vbi oleum tartari cum primum acetum apprehendit mirifice incandescit, atq; ebullire cœpit, vti supra diximus de oleo vitrioli cum hoc oleo tartari. aqua vitæ oleo vitrioli mixta idem præstat quod, & simile videre est in repercussione auri in qua regia soluti quod à nobis dictum sit vt animaduertant quomodo incandescat corpus nostrum ob variam humorum mixtionem, nec putent ob solam obstructionem, & putredinem', minus id solius caloris exuberantiæ tribuant, quod eiusmodi antipathiæ debetur sed ad nos. segregatur liquor omnis, ab illa materia alba in vasis fundo repercussa, per inclinationem, eaq; postmodum variis ablutionib. cum aqua communi dulcoretur, & ad vsum serua. asthmati, thussi, & aliis pulmonum affectibus confert. ante repercussionem obserua dictorum florum auream tincturam, cum cochleari argenteo in his tincto. quod per transennam annotare placet, vt videant quomodo sulphur naturæ aureæ sit particeps.

Oleum seu liquor acidus sulphuris proprie est spiritus salis sulphuris resolutus, cuius facultates & vires toto genere reliquo sulphure diuersæ sunt, imo plane contrariæ. spiritus iste siue oleum acidum, vt omnia acida refrigerat, reliquum sulphur suscipit flammã, hoc vero nunquam, & tantum abest vt potius res eo perunctæ flammam concipere non possint. sitim sedat, febrium ardores mitigat, & alios producit effectus similes. at mordax est, & acer, & maxime penetrans, hæc vero ad caliditatem spectant. Galen *lib.* I *de facultatibus simpl.* acetum statuit frigidum cum participatione caliditatis. acrimoniam, & mordacitatem non propterea caliditati acceptas refert, potius frigori. dicens aerem frigidissimum esse vlceribus mordacem, quod ante ipsum abnuit Hippoc. qua in re multa essent dicenda, & ex qualitatum doctrina Galenum errare sibique contradicere. at garrulos

los psitacos Doctrinarum Monarchas imitari nobis non est animus, veritatem profitemur, & loquacitatem spernimus. sed probabiliorem afferamus rationem cur eiusmodi liquor tantopere aduersetur igni, & nihil quicquam de natura suæ originis retineat. ferunt hermetici res triplici substantia cõstare, sale sulphure, & mercurio. salem igni resistere, experientia constat. sulphur contra igni amicissimum. per sulphur intelligunt substantiam illam oleosam ignis susceptricem. per salem, substantiam post sulphuris deflagrationem cineribus relictam, atque per aquam dissolubilem. cumque ergo liquor eiusmodi, salis sit essentia, plane constat, cur igni aduersetur. acrimonia vero, & mordacitas subtili eius substantiæ tenuitatiuæ partium tribuenda sunt. scio nec his prorsus acquiescere, & salem quia acrem, & mordacem esse calidum, & ignis resistentia non à frigore, sed ab eius terrestri substantia. sed cum hæc effutiunt, non vident se in grauiora impingere cõcedentes motum, immobili. quid, quali. actionem, patienti. deueniendum tandem ad id, quod primum mouet, & si illud habeat annexa instrumenta, videndum, an recta instrumẽti ratio ipsis competat, & quib. modis his vtatur agens, & id nũ vnitatis agentis sit, vel plane alterum, quam veritatem per agentium fines contemplari vnusquisque poterit. In vniuersum agentia quæque ad vitale principium diriguntur, & inde ad id quod magis affectant. hinc ipsa nituntur assimilare sua passa. properant omnes ad esse perfectum, non ad imperfectum, his longe plura addere possem. acrimonia ergo, & mordacitas caliditati non est tribuenda, sed ipsius salis naturæ quam vocemus formam, vel substantiam, spiritum vel quodcunq; aliud, nec de nominibus cum Galeno multum laboramus. verum quid opus est, verbis vbi res ipsa loquitur, accipiant salem eumque in flagrantissimis prunis immittant, percipient ipsum vt metalla liquari, repurgari, & veluti salamandram in igne fixum manere, hinc aqua permanens, & fixa, ibi non crassities terrestritas impedit quominus ab igne absumatur. spiritus eius tenuissimus est, nec propterea minus resistit igni. quid demũ salẽ esse frigidissimũ statuemus ne? minime gen-

me gentium nec calidum quoque. Et ad q̄stionem quid; salem dicemus esse id quod est affectum supradictis passionibus. & eodem modo quæstioni quale. nec obstat quid elementarij, & nimis materiales philosophi nobis occinant, de suis primis, & secundis qualitatibus, quibus alibi responsum dedimus, sed infrugifera ejusmodi dicacitate relicta ad praxim veniendum. Itaque fit ejusmodi liquor per campanam, vel vas aliud simile, crucibulum accipientes sulphure trito plenum, cui admoto igne per se flagrat, fumus per campanam excipitur, isque densatus, & inferius subjectum vas labitur. si humida sit tempestas, & frigida, plus olei habetur. si in fundo crucibuli pro lib. s. drach. ij. crystalli calcinati immittas efficies liquorem multiplicabilem, qui non parū adstantiū animos in admiratione trahit, decipit & materiales illos medicastros, qui ex sensibus omnem philosophiam aut potius dicacitatem suam hauserunt, putant nihil quicquam benedictum esse in physicis. nisi ex quatuor qualitatibus deriuetur. sed afferant quæso rationem cur vncia dicti liquoris intra mensem alteram vnciam producat. vsus hujusce liquoris multiplex est, intrinsecus nunquam per se, sed cum alio liquore. dantur tres vel quatuor guttæ cum jusculo, aqua stillatia, decocto vel alio liquore. conseruis etiam immiscetur. Ventriculum roborat, crassos, & viscidos humores in eo contentos incidit, & attenuat, vermes enecat, menses mulierum mouet, sitim compescit, ardores febriles extinguit, hydropi succurrit, vulneribus intrinsecis cū decoctis vulnerarijs medetur, asthmati à crassorum humorum infarctu orto multum confert, juuat, & eos qui hydrargiro peruncti fuere, vel eundem introsumpserunt, dentium dolores sedat, eosque nitidos reddit.

Balsamum sulphuris per spiritum terebentinę factum, omnibus parum in chymicis instructis notum est. fitque ex ipsius sulphuris floribus in eo terebentinæ spiritu ad calorem fimi equini maceratis, quousque dictus terebentinæ spiritus rubeam sulphuris tincturam elicuerit reaffunditur nouus spiritus supra dictos flores toties quoties spiritus ab his tinctus prodierit. ab hac tinctura spiritus per alembicum prolicitur, & in vrinalis fundo remanet

manet tinctura in formam extracti, quæ demum per vini spiritum purior redditur, ipsi extracto vini spiritum ab eo extrahendo.

Est & aliud sulphuris balsamum non ita notum: qua via, & ejus tinctura extrahitur. ad quod aliud dissoluens requiritur, de quo alibi (Deo fauente.)

Est, & tertium balsami genus ad extrinsecos vsus tantum paratum, fit vero cum floribus sulphuris ad lib. s. olei lini; vel communis vel alterius generis pro ratione medicamenti lib. i. s. coquantur parum simul in vase amplo terreo deuitreato, spatula ferrea semper mouendo. ignis interea sit lenis ac lente ipsum coquito ad mellis spissitudinem, tunc super marmor effundatur, & refrigeretur. hoc tenue in tenues partes scinde, easque per retortam distilla, & exit oleum subnigrum fœtidum, & grauεolens, quod quidem ad plarimos vsus conducit, frigidos tumores dissoluit, vulneribus medetur, conuulsionibus succurrit, & omnibus neruorum affectibus: surditatem juuat, & juncturarum frigidos dolores sanat, per se, & cum oleis, & vnguentis vsurpamus. odoris est acutissimi, propterea qui ejus vehementiam extimet, cohobationibus (vt alibi diximus) remoueatur aut saltem imminuatur ejusmodi odoris acrimonia: aut saltem ei commisceat olea odorifera vel vnguenta vulneribus linteamine duplici apponitur, plagulis, & fascijs more vulnerum admotis.

## Cap. XXXI.

## *Flores sulphuris.*

Crudis sulphuris in medicina nullius debet esse vsus, nisi ad manus sit illud, quod in fodinis reperitur, & scissile vocatur, à natura purificatum, quod cum floribus sulphuris arte paratis, nulla prorsus repugnat: Nam vt hic artificioso igne, ita illinc naturali, pars tenuior sulphuris attollitur ac editiora loca, eaq; & ratione plus coquitur: Ergo cum scissile ad manus est, licet loco florum vti: Sed quia raro natura nobis copiam scissilis suppeditat, medici chymici cœperunt de artificio cogitare, quo in illius penuria subleuarentur.

In agro Cracouiensi in Polonia, miro artificio naturę depu-

depuratum conspicitur, & olim in Regno Neapolitano prope Puteolos vbi mons sulphureus perpetuo ardet, cũ desiderio vidi. Solet in illo loco sulphur è saxis tanquam ros exsudare: dulcissimus est ille flos, qui si in copia haberetur, posset verus Spagyrus singulare sibi ex illo medicamentum Chymistico magisterio elicere.

Sulphur autem ibi conficitur, postquam vi ignis à lapidibus & terra defæcatur.

Prope Salisburgum in Mineris cupreis, vbi vitriolum coquunt è Minera, assatione, vt vocant, sulphur solet auolare à Minera, quod deinde pollinis instar adhærere consueuit camino, ad hunc excipiendum & retinendum fumum stua ose extructo: Hic flos sulphuris bene depuratus est, & dum a vitrioli Minera sublimatur, aliquam secum aciditatem retinuit.

Hujus ergo in defectu florem Chymice præparatorũ, cum commodo, sicuti sæpius expertus sum, vti possumꝰ.

*℞. Sulphuris flauissimi (illud enim rubri coloris habet multum Arsenici & Realgaris & in medicinam non debet adhiberi) lib . Salis fusi libram semis, fluat prius sal in crucibulo, quamprimum vbi fluxit, effundatur & effrigescat, in mortario vel supra lapidem: vitrioli Vngarici purificati & calcinati* ℔.ß. *Puluerisentur & misceantur inuicem, imponantur cucurbitæ vitreæ (cum collo mediocri non nimium capaci,) argilla bene munitæ, imponitur alembicus altus & capax recipiente, collocetur in cineres vel arenam, notandum tamen, ne nimia quantitate arenæ cooperiatur, ne superior pars inualescens faciat flores liquescere, & si tunc refrigescere sinis alembicus difficulter aufertur, nisi admotis prunis iterum liquescat: Non opus est luto si bene quadret capitellum, nisi velis chartam farina madidam circumducere. His peractis da initio ignem lentum, post tres horas phlegma stillare incipiet, & durabit per 4. vel 5. horas: Ignis augendus est sensim magnis carbonibus, vt tandem patina in qua est arena, rubeat: si ignis est continuꝰ, ita vt sulphur in alembico quasi fluat, tunc citius sublimatur, non tamen sit excessiuus, alioquin non flauo colore, sed nigro ascenderet.*

Flores eleuati in alembicum cito eximantur, chartam videlicet rotundam & quadrantem semper subtus tenendo, ne subleuando capitellum flores in arenam cadant,

&|in-

& interea, si cucurbita tunc summe calet, sine mora orificium ejus tegatur, ne sulphur ab aere ingrediente, vt sæpe fieri solet, accendatur, & reponatur alembices ignisque continuetur ad decem horas.

Refrigerentur post absolutam sublimationem omnia, & remoto alembico flores accipiantur, ac cum prioribus misceantur: Caput mortuum in quaque sublimatione fit porosum & friabile, prunis asperſum non amplius ardeat: Id enim signum est priuationis omnis bonitatis.

Rursus hos flores misce cum sale nouo & vitriolo seruata priori proportione, perge omnino sicuti prima vice, quod quo sæpius fit, eo plus tenuitatis acquirunt flores, fiuntque magis ac magis puriores. Tertio pariter facito, sed pauciores flores habebis: A tribus libris ter sublimatis habebis vncias viginti: In hac tertia repetitione consistere debes, eo tum quod plurimum decedit, tum quia tandem vtiles partes sulphuris figuntur.

Horum florum dimidiam partem cum gummatibus sequentibus selectissimis in tenuissimum puluerem tritis, mixtam seruabis ad vsum, vt monet Paracelsus in libr. Paragraph. & lib. de Natura, libro & capite de Sulphure.

℞. *Florum simplicium sulphuris ter eleuatorum vnc. i & semis.*
*Myrrhæ select. drac. i.*
*Aloe epatici ℈. i*
*Croci grana quindecim.*
*Terræ sigillatæ ℈. i.*
*Sacchari quantum satis, dissoluatur in aqua ros vel pectorali, & fiat massa, ex qua formentur Rotulæ*

Alteram partem modo sequenti sublimabis, quamvis sint qui putent gummata inter sublimandum comburi: Eleuatio ideo lente fiat sine adustione.

℞ *Ergo dictorum florum lib. i. & semis.*
*Colchotaris vnc. vi.*
*Salis fusi drach. v.*
*Myrrhæ Alexandrinæ.*
*Thuris ana vnc. iij.*
*Aloes succo citrini purificati prius vnc. iiij.*

Masti-

*Masticis vnc. iij.*
*Croci vnc. ß.*

Omnia trita simul & bene mixta imponantur priori vasi, si sit adhuc integrum, vel recenti, additoque alembico in furnum reposito, ignem subdito, sicuti prima vice fecisti: post duodecim horas extrahe flores quia ascẽderunt, rursus alembicum repone, & ignem continua per duodecim alias horas Nota si nimium materiæ vna vice imponis, tunc comburitur, eminentia trium vel 4. digitorum sufficit: Tunc ex libra vna vncias vndecim florum habere poteris, quod si pauciores habueris, reposito alembico perge adhuc ignem subministrare per duodecim alias horas.

Aquæ stillantes ex vnaquaque sublimatione tam florum sulphuris simplicium, quam compositorum in recipiente adaptato colligãtur, ac seorsim seruentur, illæ postea rectificaræ in balneo bullienti misceantur cum aqua illa, quæ ab vltimis floribus compositis abstracta est, nec rectificatione eget, coloris lactei propter gummata, & saporis acidi. Hæc seorsim colligenda, ne misceatur cum oleo subnigro, quod subsequi solet.

Vocant hanc aquam ens seu lac balsami, cujus idem vsus qui florum.

*In peste.*
*Febribus.*
*Pleuresi.*
*Colica*
*Affectibus pulmonum.*
*Obstructionibus hepatis.*

Dosis pro natura infirmi & judicio præsentis medici.

## *Vires, vsus, & dosis florum sulphuris.*

1. In peste summum est curatiuum & præseruatiuum: resistunt enim impressioni, & præseruant à putredine: Cum extracto enulæ Campanæ ad miraculum operantur tempore infectionis.

Dosis drachma vna in aqua carduibenedicti, vel in theriaca. Vel in vncia vna syrupi de citro, & vncijs duabus aquæ melissæ. Hic haustus præseruat & curat absque

o omni

omni alia medicina πολύχρηστον, pestem, pleuritidem, omnes putrefactiones apostemata.

2. Quotidianus vsus est προφυλακτικὸν omnium morborum, cum accidentibus, & naturæ & sanitatis conseruatiuum.

3. Offertur in omnibus morbis, qui efficaci exiccatione opus habent.

4 Sudorem in lue venerea promouent.

5. In omnibus pulmonum affectibus, asthmate, tussi antiqua & recente: In Catharris pectoralibus, phlegmaticis

6. In Pleuresi.

7. In Colica.

8. In apostematibus & putrefactionibus corporis.

9. In omnibus febribus præseruatiuum: tollunt enim omnes impuritates febriles & peripneumonicas leuiores tuto & subito.

10. Præseruatiuum etiam in epilepsia.

11. Conseruatiuum vini, si illi misceantur, impedit generationem calculi.

Dosis drac. i. robusto, juueni drac. ß. in cura.

Pro præseruatione grana 8. 10.

Miscentur etiam saccharo & cum dragac. in aqua pectorali soluto formentur tabellæ.

## *Cautio.*

Oleum & flores sulphuris sublimati grauidis non temere offerantur, quia menses promouent.

## Cap. XXXII.

## *De Antimonio.*

INjuste virus suum euomunt in hoc præstantissimum minerale pseudo quidam medici, quos plebei nonnulli, rudes, & stolidi loquaces palam insequuntur. sed hos Phormiones de re incomperta sinamus delirare, est autem *Antimonium* minerale præstantissimum omnium metallorum radix, propterea saturnum philosophicum à chymicis dictum. ejus vires, & proprietates plane sunt inper-

inperſcrutabiles, de quibus poſt F. Baſilium Valentinum, & Iohannem de Rupeſciſſa, Theophraſtus Paracelſus multa, præclara dixit; recentiores, poſt ipſum, vt Penotus, Gerardus Dorneus, Matthiolus, Quercetanus, Suctenius, Rulandus, Crollius, Phædro, & alij idem ad ſydera extollunt qua de re non vltro venenum, ſed præſtātiſſimum alexipharmacum doctis habetur. doctos non appello deſides & otioſos, quos non decet manus ad fortia mittere, minus eos, qui ſacræ artis gloriam in verborum lenocinio reponunt: ſed hos, quos ſedulus labor Mnemoſinæ filijs arcte conjunxit. medicamenta, quæ potiſſimum ex eo conficimus ſunt, tinctura, non ea, quæ chryſopœis exoptatur, ſed ea, quæ ad medicos vſus tantummodo conducit. oleum, ſal, mercurius, liquores varij, vomitoria, aluum ſubducentia, diaphoretica, & alia. Tinctura varijs modis à nobis paratur primo, eo quo habetur apud Theophraſtum Paracelſ. ipſum primum calcinando atque in reuerberio per aliquot dies exercendo, demum per ſpiritum vini tinctura nobiliſſima educitur. cujus proprietas eſt aperire meatus, vires corporis augendo, radicale humidum ab omni ſorditie repurgando ſanguinem, & alios humores renouat, quare, & lepiā ſanare creditur. eo vtimur omni tempore cum quauis re, ſiue potu, ſiue cibo. doſis ad libitum, granorum tamen aliquor, vel 5. vel 10. vel 20. ad 30. vſque. Alio modo per varia diſſoluentia. omnium nobiliſſima, & præſtantiſſima, ea eſt quæ alia tinctura fit citra omnem calcinationem, cum proprio diſſoluente, quod quidem non aliunde quā ab eodem Antimonio educitur. ejuſmodi diſſoluens ab Antimonio duplici modo fit, primo & puro, & crudo ſtibio, abſque adjectione, ſecundo ex regulo cum adjectione, & ſic ea, cū regulo remanente, vel ab eodē poſt ſolutionem recedente. hac methodo medicamenta ſeu potius arcana filijs artis tantum innotuerunt, & qui tanti theſauri fuerunt participes, ea ſibi ipſis tantummodo ſeruarunt, ne ſuos labores æmulis impune traderent, & magis equidem cum non liceat ſanctum dare canibus, & vniones ante porcos proijcere. his ſi aurum accedat debito modo paratum, vera, & perfecta Antimonij præparatio habebitur. hinc exurget optatiſſimus, & laudatiſſimus

O 2

tissimus morborum alexicacos medicamentum fere vniuersale aduersus singula quæque mala ab inordinato victus regimine profecta, vltro possem ejus vires, & facultates dilatare, easque encomijs, & magnis laudibus exornare: at filijs artis, quibus solis hæc dicata sunt, satis me viam aperuisse confido, interim ne rudes, artisque tirones ab ejus vsu arceantur penitus, sequentes præparationes primũ meditentur, easq; in vsum frequenter adducent. Vitrũ antimonij non omnino spernendũ venit. id v. multiplici modo fit. modus noster est, vt prius p salẽ nitrum ipsum semel coquatur, postmodũ vulgato modo in vitrum adducatur, & hoc præstantissimum est, si à docto & experto medico exhibeatur.

Aliud sed compositum, fit, cum auro per duplicẽ viã, elegantiorem & nobiliorem cum oleo antimonij, in quo dissoluitur aurum, eaque fermentata per coctionem in vitrum vertitur splendidissimum, hujus vires mirandæ sunt, & summis laudibus extollendæ. alio modo cum crudo antimonio de quibus alibi plura.

Flores item antimonij proprijs non carent laudibus. fiunt & per se vulgato modo & cum adjectione, cum sale armoniaco rubicundissimi fiunt. Vtrique vomitum & aluum proritant, quas qualitates coctione amittunt, & euadunt sudorifici, modus conficiendi flores albi, omnibus innotescit, & vere artificio caret. crucibulum ad hoc requiritur, vel aliquod vas terreum fortissimum, ignis etiam vehementissimus desideratur. flores in suprema parte sublimatorij collecti, vomitum valde concitant, qui in medio, mediocriter, qui in ima parte, parum aut nihil vomitum. idem flores in reuerberatorio per plures dies detenti varios nanciscuntur colores, qui per se absque alia præparatione multis pollent viribus.

Fixatur antimonium, ipsum bis vel ter cum sale petræ calcinando, sal aquæ communis, medio ab eo remouetur. putant nonnulli nec sine causa portionem aliquam salis petræ cum antimonio remanere, quod pondere post calcinationem facile deprehenditur.

Mercurius antimonij multiplici modo fit, cum adjectione & citra adjectionem: sine adjectione regulum, more florum antimonij sublimando, ignis ad hoc fit æ-

qualis,

qualis, & fortissimus atque viginti quatuor horarum & excipies per alembici rostrum Mercurium viuum.

Nonnulli censent Mercurium ejusmodi fieri posse per cynabarim, & per Mercurium sublimatum, at hi non norunt vtriusque anthipathiam. hæc est potius Mercurij resuscitatio, quam ejusdem generatio. gummi qui ex regulo antimonij extillatur, ab antimonio procul dubio educitur. Mirum est quam sese auersentur isthæc duo mineralia. Alio modo salis tartari in loco humido dissoluti lib. ij. anthimonij subtiliter triti lib. i. tartari crudi lib iij. per retortam Mercurius in aquam frigidam pellitur.

Sal antimonij pluribus modis fit. at in omnibus calcinatio præcedere necesse est, siue ea fit per se, siue cum alio, siue in sicco, siue in humido. per se vti de floribus ipsius antimonij dictum est, cum alijs, vt cum aliqua specie salis, quæ calcinatio sicca est, respectu ejus, quæ fit cum lixiuijs, & aquis fortibus. modus optimus est, stibium in sudorem resoluere, resolutum in puluerem dulcem adducere, ab exsiccato per spiritum vini, sal educitur præstantissimus, aluum tantummodo subducens.

Regulus antimonij fit ẽt multis modis: cõmunis methodus, est accipere partem vnam anthimonij, salis nitri partes duas tartari crudi subtiliter puluerisati totidem, ex his simul commixtis fit puluis, qui sensim in crucibulum ignitum projectus regulum producit regulus in fundo crucibuli post reiteratas fumigationes reperitur.

Alter modus fit cum ferro eo ignito & infusum anthimonium projecto. funditur vero antimonium in amplo crucibulo ad libras 6. vel 7. & candens ferrum ad digiti majoris crassitiem circiter semilibram ei commiscetur, anthimonium ferro inimicum, ferrum ipsum dissipando in fumum vna cum ferro ab omni sorditie simul se repurgat.

Oleum & liquores anthimonij varijs iisdem modis à nobis præparantur. qui ad Chrysopœiam spectant nostri non sunt instituti, medica proponimus & vana rejcimus. fit vero oleum anthimonij vel ex solo anth monio absque vllius rei interuentu, qui modus non omnibus

innotescit. Vel alterius, multorumve adjectione ad primum modum magna quantitas Antimonij requiritur, à crudo post putrefactionem aqua per varia instrumenta vitrea educitur. hæc nouo reaffunditur stibio a quo post reiteratam putrefactionem aqua iterum extillatur. his pluries repetitis operationibus oleum siue liquor oleagineus exsurgit præstantissimus, dissoluens egregium & nobilissimum.

Alio modo per adjectionem fit, vel ex eo primum calcinato, vel absque calcinatione à calcinato sal per proprium dissoluens educitur, à quo extillatur oleum subrubrum, præmissis aliquot cohobationibus. ejusmodi liquorum vsus est ad intrinsecos vsus, ad quantitatem triũ & quatuor guttarum, cum liquore conuenienti.

Cum varijs rebus oleum stibij fit compositum, cum sale communi decrepitato, cum sale gemmæ cum pane biscocto, cum radicibus, & alijs multis cum quouis etiam metallo calcinato, cum sublimato & tandem cum saccharo, is modus valde est popularis, ejus distillatio à præmissis per retortam, non discrepat. Qui recẽsent olea stibij aquarum fortium medio facta, nos decipiunt. non enim aquis fortibus & corrosiuis dissoluitur. item neque per acetum distillatum potest atteri. stibium sale armoniaco apertum quoquo pacto dissoluitur, cum aceto, at ejusmodi dissolutio nobis minime arridet. Dissolutio etiam cum spiritur vini sale armoniaco exasperato nobis suspecta est, hinc ab ejusmodi liquoribus abstinendum satius esse judico. Quantum vero ad medicamenta diaphoretica, purgantia, supra, & infra, qui præmissis instructus erit, ea facile habebit. omitto & volens calcinationes cum sale nitro, vt quæ sint populares & cognitæ composita postmodum medicamenta tam alterantia, quam purgantia ex eo parata, longiorem tractatum à nobis exigerent, ea de causa hoc alibi explicandum distulimus. Quercetanus jam multa habet in sua tetrade, alij etiam alia. inter ea te monitum velim ipsum maxima cum vtilitate omnibus metallis misceri, auro, argento, æri, ferro, & stamno, ex quibus non vulgata arcana prodeunt.

CAP.

CAP. XXXIII.

## *Flores butyri Antimonij.*

℞. Antimonij Vngarici, & mercurij sublimati ana ℔. i terantur ac misceantur diligenter, & in retorta vitrea luto obducta in arena medio ri igne destillentur, tunc liquor instar butyri seu glaciei egreditur, si concrescit in collo retortæ, vt sæpe fieri solet, tunc admota pruna forcipe comprehensa liquescat, ne obstructione impediatur destillatio.

Hunc liquorem vulgo vocant mercurium vitæ, cum tamen sit summe corrosiuus: Et fuerunt quidam ita temerarij, qui cum illo impune luserant de corio humano.

Si aqua calida illi affundatur, tunc salia corrosiua resoluuntur, & flores alibi petunt fundum, qui diligentissime ab omni sa sedine multoties aqua calida edulcorandi: Ille pu uis siccus seruatur ad vsum medicum, & in cōplexionibus fortibus exhibetur majori cum successu intra corpus, quam vulgares Antimonij flores albi per sublimationem præparati

Qui butyrum illud Antimoniale prius volet rectificare, antequam aquam affundat, ei liberum esto: Ita enim habebit flores candidiores. Num in Chymia aliquid prędstare possit hoc oleum, judicent ij qui illud cum auro radicaliter soluto fermentare, & per rotam Philosophicam, secundum artem requisitam deducere norunt.

## *Vsus, & vires.*

*In Peste*
*Capitis morbis*
*Febribus, si forte moueant vomitum, non formidari debet.*
*Lue Venerea*
*Lepra*
*Hydrope, vbi plerunque sine vomitu per inferiora suas operationes perficit.*
*Vlceribus malignis.*

## *Dosis.*

Duo, tria vel quatuor grana cum Panchymagogo, vel

conserua rosarum, violarum, vitello oui, syrupo cidoniorum.

Obserua diligenter, vt semper post omnem purgantis Antimonij exhibitionem te in lecto contineas, & paulo post sumptionem jus sorbile sumas, ita minori molestia euomes, quam si ventriculum habeas vacuum. Reiteretur haustus jusculi aut cereuisiæ calidæ, bis, ter, quater, si opus.

## CAP. XXXIV.

### *Flores Antimonii correcti.*

PRimo habeantur flores Antimonij albi vulgari Chymicorum more præparati, sublimatione scilicet, mediantibus ollis artificiose sibi mutuo incumbentibus: vel sumantur illi qui beneficio retortæ parantur, dum puluerisatum Antimonium arenæ puræ admixtum sine omni capite mortuo ignis violentia in flores redigitur.

Postea R. salis tartari frequentiori solutione & coagulatione summe depurati quantum vis, & affunde tantum de aceto destillato quantum pro solutione salis sufficit, abstrahe acetum lento igne in balneo, vel fac vt euaporet, affunde vicissim acetum destillatum, vt dictum, & abstrahe eodem modo reiterando laborem, donec acetum ejusdem saporis destillãdo egrediatur, quod octaua vel nona imbibitione & destillatione fiet. Hujus igitur salis aceti spiritu imprægnati & exiccati accipe exempli gratia vnc. i. & semis, florum Antimonij alborum vnciam vnam, misce & in crucibulo ad ignem liquescant, massam liquefactam fere instar sanguinis rubeam effunde supra marmor vbi refrixit erit coloris cineritij: Postea tere materiam, & affunde illi in vitro sequentem aquam vitæ aromatisatam.

℞. *Galangæ*
*Galliæ moschatæ*
*Caryophyllorum*
*Cinamomi*
*Maceris ana vnc. s.*
*Croci drach. ij.*

Terantur mediocriter, & affundatur Alcohol vini sine phlegma-

phlegmate, in lento cinerum calore tincturam extrahe, postea per declinationem aufer tinctum spiritum vini, & affunde recentem, donec amplius non tingatur: demum omnem spiritum vini tinctum & aromatisatum affunde Tartaro & Antimonio simul, vt dictum est, liquefacto, addendo salis perlarum & corallorum ana drachm. duas: Omnia vitro clauso digerantur in calore cinerum per duos dies: Postea adaptato capitello destilletur lento igne spiritus vini, remanebit in fundo tinctura aromatũ cum puluere Antimonij & Tartari, abstrahantur omnia ad siccitatem: color erit instar caryophyllorum: Ita habebis Antimonium optime præparatum. Seruetur in vitro clauso puluis, quia in aere resoluitur: sine vlla formidine tuto intra corpus exhiberi potest.

## *Vsus, vires, & dosis.*

Mirabilia operantur hi flores.

*In peste.*

*Febribus acutis.*

*Mania.*

*Philtro.*

*Dementiis.*

*Fascinationibus.*

Morbis omnibus in vniuersum opitulantur, quos atra bilis excitat.

Epilepsiis & alijs plurimis morbis succurrunt.

Per aluum, per superiora, per poros, per insensibilem transpirationem noxia copiose expurgant.

Dosis à gr. 7. ad 8. & 10. præsertim in robustioribus.

## CAP. XXXV.

## *Electuarium Antimonij.*

♃. Vitrum Antimonij fusum Sole & Luna in aquario seu piscibus existentibus: teratur subtiliter aliquoties affundendo acetum destillatum, & iterum exiccando in cineribus: sic habebis massam albam, quam in puluerem teres.

*Huius pulueris sume vnc. ij.*

*Theriacæ Andromachi tantundem.*

*Nucis muſcatæ drachmas duas.*
*Maſticis tantundem.*
*Corticum Arantiorum*
*Corallorum rub. præparatorum ana drachmas duas.*
*Caryophillorum,*
*Sem Fœniculi.*
*Coriandri præparati ana vncias duas.*

*Pulueriſentur optime & commiſceantur, fiatq; cum myua Cidoniorum q. ſ. eſt maſſa, de qua formentur pilulæ in forma piſorum.*

## *Vires.*

*Mirabiliter operantur,*
*In peſte.*
*Quartana.*
*Hydrope.*
*Longis & obfirmatis morbis.*
*Diuturnis putridis febribus.*
*Cachexia.*
*Melancholia.*
*Inſania.*
*Delirio.*
*Venenorum hauſtorum ſymptomatibus.*

## *Doſis.*

*Debiliori datur pilula vna:*
*Fortiori duæ, habita ratione ægrotantis virium.*

## *Cautiones in exhibitione Antimonii & Turpeti.*

1. In exhibitione horum duorum Catharticorum cauendum, ne ſint conſtipationes, dolores Colici, aut vnum membrorum principalium læſum, pulmonem puta, iecur, alioquin à graui vomitu & commotione periculum.

2. Quibus Antimonium offertur, iis nec ante eius aſſumptionem, nec poſt vena eſt incidenda.

3. Vbi ſeſe vomitus mouet, ſolet exhiberi offa aut ius Piſorum leuiter coctorum, vel gallinarum non pingue, aut

aut calidæ Cereuisiæ haustus, reiterando si opus aliquoties, vt quis facilius vomat, & medicamenti acceleretur actio.

4. Offerantur semper duabus vel tribus horis ante & post pastum.

5. Picrocholis & iis qui difficulter vomunt ac qui viribus imbecillibus sunt præditi, non temere offerri debet, ne stomachus ex eius vsu grauius vellicetur, distendaturque, & vires ægri in totum deficiantur.

6 Iis recte datur, qui ad vomitum sunt procliues, stomachum fortem habent, thoracem amplum & latum, quique vomere alias sunt assueti humorum materia sursum fertur.

7 Si morbus occurrit contumax, hic maturandus cum Turpeti per duos dies, postea Antimonium exhibeatur.

8. In peste si offeratur Antimonium, obseruandum, vt vna opera supra bubonem maturatiuum Attractiuum, supra Anthracem Attractiuum ponatur, alioquin instar sci rhi indurescit, & ad aliquot menses durities illa non remittit.

## *Ad compescendum Vomitum nimium in hypercatharsi.*

OFfertur Theriaca recens vel Rob de Cidoniis: Emplastrum de crusta panis ventriculo imponitur: Et plantis pedum panis tostus aceto madefactus.

## *Si summus adsit dolor capitis.*

APponitur capiti & fronti linteum madefactum aqua Lactucæ & Rosarum cum aceto & oleo Rosarum.

## CAP. XXXVI.

## *De Mercurio.*

MErcurius, argentum viuũ, hydrargyrus idem sonãt is, qui hodie in vsum venit naturalis est rotus & ex Germania & Hispania ad nos delatus. Hispanicus magis probatur, maxime si argenteũ cochlear aureo colore

infi-

inficiat, postquā ex eo effumigauerit. Eius vsum in medicinam inuenisse primum Arabes fertur, at crasso modo, crudum videlicet, citra vllam præparationem. Chymici postmodum rerum metallicarum peritissimi, eius præparationes primi inuenerunt: Rudiores artifices præcipitatum cinabarim, & sublimatum, tantum agnoscebant. Cultiores è cunabulis chymiatriæ, emergentes, præparationes his longe nobiliores inuenerunt: vt olea, balsama, liquores, fixationes, calcinationes, tincturas, & alia pleraq; tam simplicia quam composita.

Nos corpus mercurii intra nunquam assumimus, sed eius loco, dicti mercurii spiritum, *chaos* à Th. P. appellatum, fit autem dictus spiritus hunc in modum. mercurium primo præcipita in puluerem albissimum, vel cum oleo sulphuris, vel cum aqua forti, aqua salsa ad eius repercussionem vsurpata, pulus pluries edulcoretur aqua communi: ab hoc puluere sicco, cum proprio dissoluente acido, salem educimus duplicē, vnum leuissimum aquæ innatantem, lanugineum, gossipii instar, alterum ponderosum, & pellucidum, veluti chrystallum. ab vtroq; per vini spiritum substantiā magis tenuem, & sulphuream, variis cohobationib. in fimo equino repetitis. eiicimus: à qua, vt omne corpus recedat, spiritusq; solus remaneat, ignis admouetur, quo vini spiritus euanescat, & corpus fundum petat; liquor interim flagrantissimus remanet, ad admirabiles effectus comparatus. aduersus luem veneream vires suas potentissime exerit, Epilepsiæ medetur, cerebri, & iecoris obstructiones reserat, lienis duritiem dissoluit & alia plura præstat.

Dictus mercurij spiritus fit etiam ex solo mercurio crudo citra omnem calcinationem. at modus hic valde est obscurus, & manualem operationem requirit, nec nisi sola inspectione addisci potest. vti multæ aliæ operationes. Spiritum præterea in liquores versum alijs modis præparamus, quos tamen liquores præparare non possumus, in alijs operationibus præmissis, coctionibus videlicet, putrefactionibus præmissis, calcinationibus, dissolutionibus, & aliis de quibus nunc.

Excoquitur mercurius multis modis, vel per se, & crudis

dis citra aliam præparationem, vel cum alijs, & iam sublimatus, vel præcipitatus, vel in salem versus.

Per se in vase oblongo, vti matratio vel alio collo alto sesquicubitali, in furno aperto, cum calore valido, vase prius in arena demerso, catino siue alio vase terreo ad hoc adaptato. ignis sit continuus quadraginta dierum ad minus, vel quo ad mercurius in rub. cũdissimum puluerem calcinetur. hæc operatio valde est onerosa, sed tantæ est efficaciæ & virtutis, vt facile vtilitas damnum, & laborem recompensare possit. hoc medicamentum est summum alexipharmacum aduersus pestem, Epilepsiam, apoplexiam, Vertigines, & alios grauissimos affectus capitis. datur ad 4. 5. 6. 7. & 10. grana. vomitum concitat, vix aluum subducit; nam est tantummodo roborans, & dissoluens. Dissoluit siquidem prauos humores, partes continentes adiuuando, etiam ab hoc spiritus, vt supra diximus, elicitur præstantissimus.

Cum aliis; & iam sublimatus, nonnullis etiam modis à nobis excoquitur. & potissimum cum auro, præmittitur fere semper sublimatio, maxime vt is prius probe repurgetur. purgatio enim illa, quæ fit cum sale, & aceto nullius fere est momenti quantum ad sublimationem, eam sic paramus. *accipio mercurii selecti lib. i. vitrioli rubificati, salis nitri an. lib i. terantur simul paulatim, & ex arte probe misceantur. mixta boccia satis amplæ & capacis cum collo oblongo. sapientiæ luto prius loricatæ indantur, sicq; boccia venti supposita ignem primo lenem, paulo post fortiorem, & tandem fortissimum excipit ad* 10. *vel* 12. *horas refrigerato furno sublimatum à vitro segregatur quod denuo cum solo colcotare sublimatur, & tandem tertio, quarto & quinto per se iterum sublimatur*, & in his vltimis sublimationibus euadit pellucidum veluti vitrum Venetianum, quod crystallum vocant.

Item cum sale communi & alumine rochæ sublimatio institui potest, nec etiam dubito quin & cum aliis sublimari possit. Vt vero purissimũ & perfectissimum argentum viuum ad prædictas operationes habeamus dictum sublimatum accipimus eumq; per retortam cum duplo vel æquali portione calcis viuæ, tartaro vsto, & vna parte farinæ volatilis distillamus & in recipiente aqua frigida semi-

lemipleno prodit Mercurius, qui regeneratus dicitur, à nonnullis Philosophis, quem Quercetanus Mercurio metallorum æquiparat. hunc regeneratum Mercurium sanare lepram iam dudum prodidit Th. P *in Lib de causis & origine luis gallicæ.*

Supra iam diximus solo Mercurii spiritu nos vti ad intrinsecos vsus, quod quidem verum est, ni is prius crudam & immaturam suam naturam deposuerit.

Etenim is est adeo crudus, vt sic exhibitus mille mala ipsis morbis deteriora concitare possit quod recte annotauit Th P. *in Lib. de curatione luis gallicæ.*

Itaq; coctio in Mercurio parando apprime procuranda venit. in qua coctione Mercurius debet suam mobilitatem deponere, suum etiam saporem austerum mutare, quod omnes assequi haud posse maxime diffido qui hanc methodum semel nacti sunt eam nemini impertiri volũt. Interim communia & paratu facilia afferamus, & ea, quæ in communem vsum quotidie cedunt. ab his enim ad abditora facilior est transitus. Mercurius diaphoreticus concoctione talis redditur, cuius parandi formula habetur apud Th. P. *lib. 2. de impost. in curat. luis venereæ correct.*

Recipe Mercurij cum stanno coagulati q. s. redigatur in tenuissimum puluerem, qui in aurea scutella in aceto vini optimi constituta, ac vino sublimato repleta aliquandiu asseruetur, tandem vinum alcholisatum accendatur, idque aliquoties iteretur, & videbis vinum, Mercurium, ac stannum in quandam oleitatem resolui. Vsus, inquit, est huius olei granum vnum in vino optimo, atque æger stragulis optime tectus, ad sudorem se componat, sudoris autem normam, ac modum experientia abunde docebit. Ex Mercurio corallato, qui ab eodem, Mercurius laxus dicitur, similis liquor paratur. fit vero corallatus cum aqua ouorum ab eo pluries distillata. alia præparatio à nobis non semel vsurpata apud Penotum lib. de Medicam. chymicis sic habetur.

Purgetur Mercurius sale siccato, & sublimetur cum vitriolo, sale cõmuni, & sale petræ: vt artis est: postea aceto distillato soluetur, distilletur acetum, materia siccetur, post spiritu vini correcto digeratur, donec in mu-

cosam

eosam pinguedinem transeat. hinc liquor extrahitur & in arena fortissimo igne vrgetur, quo ad humor lactis instar extillet: hoc iterum affunditur & oleum albissimum ac suauissimum omnis erodentis facultatis expers prouenit. per os assumptum vesicæ, faucium aliarumq; partium abditarum exulcerationem persanat, & renũ morbos per sudores vrinamq; discutit.

Præcipitatio, quæ fit cum smiride, coctionis speciem representat, verum ea, quæ fit cum auro prius in salem adducto longe præstantior est. at salem auri conficere arduum & perdifficile est, ideo his satius supersedendum duco, quam legentis mentem tricis inuoluere. rursus alias Mercurij coctiones agnouimus, quibus etiam pro re nata nonnunquam vtimur. ad has prius coagulatur Mercurius, qui si regeneratus, melior cum spiritu cuiusuis metalli, accipiens partem vnam Mercurij, salis communis partes tres, vel quatuor, metalli ex quo vis educere spiritum partes quod parum refert dosim seruare ad vnguem, coquantur simul, cum aqua puteali, in nonnullis metallis ex quibus spiritus facile educitur. in aliis cum alio liquore aceto, vino, &c. simili methodo omnium metallorum vim & facultatem ad se allicit, est enim naturæ versatilis, & aliorum planetarum impressiones facile suscipit, cum mare vero ob innatam inimicitiam, medium requirit, puta vitriolum. Ideo loco salis, pone vitriolum, & maxime cyprinum: vix enim cum alio vitriolo succedit operatio.

Sub qua consideratione sicco pede non est transigendum, quo pacto ferrum cum mercurio amalgametur. fit itaq; eiusmodi amalgama cum ferro recentissime limato, & mercurio optime purgato, sufficienti quantitate vitrioli cærulei adiecta, cum debita portione acerrimi, excoquuntur simul per tres vel quatuor horas atq; spatula lignea assidue moueantur, nouum acetum semper addendo, proiiciantur omnia in aqua frigida, & mercurius à ferro, & aliis segregetur, atque demum per corium impellatur, sic in corio habebis ammalgama. cum ære pariter ammalgama parari potest, imo citius nec tanto cum labore.

Præci-

Præcipitata omnia primo intuitu quoddam coctionis rudimentum demonstrant, attamen mercurius adhuc crudus in his plane existit.

Hæc vero præcipitatio in hoc minerali proprie calcinatio est, quæ varia à cum plurimis excogitata fuit. commune præcipitatum fit cum vna parte mercurii, & cum duabus aquæ fortis communis. in matratio vel alio vase vitreo, euaporando aquam fortem, ad ignem apertum manet in fundo vasis præcitatum in colorem flauum, & subrubrum per retortam commodissime poterit perfici isthæc operatio, cum qua elicies aquam fortem ad plurimos vsus necessariam. est, & aqua fortis adeo potens, vt æquali portione præcipitare possit mercurium. talis est ea, quæ fit cum solo bolo armeno, vel cum alumine vsto, & sale nitro, huic tanta vis inest, vt fere in momento mercurium præcipitet, etiam citra vllum calorem. fugaces spiritus nitri, à præcipitato per sublimationem absumuntur. siquidem eiusmodi præcipitatũ facillime per se cum boccia ordinaria sublimatur. quod si adhuc dictos spiritus magis hebetiores reddere cupis, sublimationem ter, & quater repete. hac via duplicem operationem perfecisti, præcipitationem, & sublimationem ex rubro album, & pellucidum reddisti mercurium. insuper si sublimatum dulce desideras, huic sublimato commisce terẽdo æqualem portionem mercurij, & iterum sublima quod si adhuc vltro pergere velis eodem calle salem lanuginosum, & crystallos parare poteris, vt supra commemorauimus, à quibus liquores pręstantissimos conficimus hinc vides quam arcta præparationum mercurii connexio, vt inde mirum non est, si vnam exponendo plures amplecti cogar. Interim cum de varijs præcipitationum formulis sermonem instituerim non abs re esset, si præcipuas, & selectiores nedum à nobis iam dudum probatas, verum, & aliorum publico testimonio communis iuris factas, hic interfererem.

Præcipitatum album, nescio à quo edoctæ nonnullæ mulieres nobilissimę gallæ, quæ id pro nitore faciei comparãdo, in vsum traducũt. fit vero mercurio in aqua forti dissoluto, atq; in aqua salsa effuso. aqua fortis, & salsedo omnis, variis ablutionibus ab eo remouetur, sub fine aqua

qua rosacea vel alia odorifera abluitur, & postmodum exsiccatur. puluere hoc præcipitato vtuntur per os nonnulli, male arbitrati spiritus aquæ fortis ablutione tolli omnes; at errant toto cœlo, repercutiuntur quidem adiectione salsæ aquæ, firmiusque tunc pulueri hærent, non vero in totum recedunt. extrinsecus eius vsus in vlceribus cancrosis summopere nobis arridet, intus exhibitum per inferiora tantum purgat, & maxime si aqua fortis sine vitriolo facta sit, secus vomitum plerumque concitat.

Cum duplici pondere olei sulphuris rectificati præcipitatur etiam in puluerem album. Et quia oleum non est tantæ actiuitatis, vt est aqua fortis, ideo per retortam oleum à mercurio distilletur, variis cohobiis repetitis, puluerem siue massam albam tere, & laua calida aqua, & hoc tamdiu quoad in puluerem flauum vertetur, huius vsus non est adeo formidabilis, vt prioris. dosis singulorum est 3. 4. 5. 6. & 10. granorum pro viribus assumentis.

Cum oleo vitrioli in præcipitatum quoque vertitur, quod si sublimatio præcedat nobilius, & præstantius erit præcipitatum. per retortam mercurium præcipitatum ab oleo vitrioli segregatur. atque tum aquam vitæ optimam ab eo pluries abstractam ferunt chrysopœi materiam esse, auro (cui plus iusto anhelant,) augendo idoneam. hoc præcipitatum si cum vna parte calcis lunæ, & altera salis armoniaci ad duas partes ipsius præcipitati per ignem subleuetur in fundo vasis relinquit materiam pulcherrimam auro persimilem, hæc denuò in crucibulo fusa, vitrum fixum, & transparens relinquit.

Præcipitatum cum smiride, ni fallor, vana lucri specie excogitatum, etiam nunc in vsum Medicum adducitur. fitque ipsum cum aqua regia, quæ à smiride calcinato educta fuerit, sic plures aquæ regiæ smiridis colore prægnantes, per euaporationem in viscidam aquam versæ, breui tempore mercurium præcipitant.

Præcipitatum alio modo fit rubicundissimum sanguinis instar, hoc modo. accipe sublimatum essensificatum q. s. hoc dissolue aqua communi per simplicem ebullitionem, dissoluto guttatim affunde olei seu liquoris re-

soluti salis tartari g. aliquot, & cum primum mercurius in fundo vasis cadit in pulverem rubicundissimum, qui vere potest appellari magisterium mercurii : dulce pariter efficitur variis ablutionibus cum aqua communi stillatitia factis. Ex hoc quoque liquores, olea, & balsama confici possunt, de quibus vt de multis aliis, dum nobis liceat per ocium cōmodius vacare, fusius dicturi sumus. nunc superest eius vsum, vires, & facultates nobis compertas saltem connotare. quo ad eius vsum certe cuilibet asserere possum, eum esse adeo obscurum, & difficilem, vt nullo pacto literis possit commode tradi. garriant quicquid velint agyrtæ, & circulatores fumivenduli, se plures hoc medio sanasse, seque verum, & legitimum eius vsum possidere: perrari sunt tamen illi, qui eius naturam perspectam habent, etenim sola experientia ipse addiscitur, varius quidem est mercurius, & mineralium, & metallorum facultates facile induit, miram sympathiam, & antipathiã in nostris corporibus inclus quam in aliis. nonnullos lue venerea infectos mirifice sanat. alios plerumq; ob eius antipathiam, non modo non sanat; verum, & morbum contumaciorem, imo, & incurabilem sæpe reddit. vltra grauiora mala, & symptomata, quæ malo primo longe deteriora efficit. humidi in vniuersum eius vsum non tantum abhorrent. vt sicci, & melancholici quidam biliosi eius vsum omnino reformidant. commodius hyeme quam æstate; mediis vero temporibus vere, & autumno commodissime. In austrina temporis constitutione tutius, quam in boreali, & his proxime mediis constitutionibus. quantum ad eius facultates, existimo sane eas nondum esse compertas, propter varietatem suarum operationum. refrigeretne, an excalefaciat, certant adhuc chymiæ ignari. vtraque vi pollere manifestum est. quod refrigeret, iam patet sensibus: excalefacit, dum incidit, attenuat, dissoluit, purgat, & similia præstat, quod nemo inficiabitur, at non his qualitatibus tantummodo inhærendum suadeo; verum magis specificis, & indiuidualibus. sub eius consideratione ipsum agnoscimus dura pleraque dissoluere, & multa alia coagulare. Crudus, & incoctus semper corpori nocet : contra coctus & ad perfectam maturationem adductus omnibus prodest. Duri ties

rities quascumque in quocunque loco factas dissoluit, & attenuat, iecori, lieni, cordi, & carnosis partibus succurrit. cerebro non semper tuto adhibetur. pulmonibus obest & renibus; siccis etiam partibus. neruis membranis, & ossibus frigore suo, saporeq; pontico non parum aduersatur. salsos humores densat, & laxam cutim [illegible] sudore consperfam astringit. mirum dictu quam facile omnem putrilaginem vermes, & omnia animalcula fugat & enecet. blande aluum subducit, & bilem clementer purgat, luem veneream potenter deiicere, à multis creditur, & quidem in eam summum habere imperium pluries expertus sum. at non semper, & in multis sæpe morbum contumaciorem reddit. Epilepsiæ, apoplexiæ, vertigini hydropi, & aliis similibus multum confert: aliis denique affectibus grauissimis morbis medetur, tam intrinsecis quam extrinsecis, sed practicum & exercitatissimum medicum requirit, nec hoc quidem inculcare valeo, propter agyrtas & circunfo. aneos, item propter quosdam ignaros medicos, qui vix à limine chymiam salutarunt, se tamen archichymico vnicuique diuendere non erubescunt. De vsu & facultatibus vltro non progredior, garrulis psitacis id dissuadentibus. desides enim illi nihil boni probare solent. qui plura desiderat legat Th. P. Penotum, Dorneum, Quercenatum, Crollium, Phedronem, Beguinum, & alios.

## Cap. XXXVII.

*Via præcipitandi Mercurium commodior & securior vix dabitur quam sequens* Mercurius Præcipitatus.

RECipe Mercurii bene purificati libram semis, qui affundatur lib. 1. Olei Sulphuris per campanam facti, & rectificati (Hoc enim præ omnibus aliis corrosiuis eum optime, & oleo Vitrioli longe potentius præcipitat, & coagulat, ita vt maiorem etiam patiatur ignitionem) compositum per duos dies in arena digeratur, postea

postea per retortam vitream luto munitam paulatim destilla, liquorem egressum iterum affunde, & hoc tertio reitera. Quarta vice potest adhuc semel aliquid de recenti Sulphuris oleo affundi, & circa finem aucto Igne inter destillandum ita abstrahi vt retorta candescat, sic in ipsa destillatione præcipitatur Mercurius in massam albam: Postea fracta retorta exime illam ac supra marmor tere, & aqua calida pluuiali destillata salsedinem diligenter ablue in vitro oris ampli: agitetur probe, & per horas quatuor semper aqua prius subsideat, antequam effundatur: edulcorationem toties reiterabis, quousque nullam salsedinem in affusa aqua amplius deprehendes, & Mercurium remanentem videas versum in puluerem flauissimum, quem postea prius exiccatum phialæ oblongo collo bombyce claudendæ impones, & in ignem arenæ vehementissimum per octo dies digerendum collocabis, si forte adhuc aliquid de Mercurio non satis præcipitato immixtum esset, illud sponte sublimabit se in Vitri collum, quod postea ferreo circulo candente franges, & superiorem partem in qua crudus Mercurius affixus hæret, caute & leniter auferes, massam vero in fundo restantem eximas, & ter Spiritum vini desuper incendas, & postea ad suos vsus reponas: Ita secure datur intra corpus.

Præcipita vi aliquando amalgamata Auri & Argenti seorsim, per duos annos, & quamuis puluerem rubicundum nanciscerer, tamen nondum erat debite fixus, nec in vsum medicum commode adhiberi poterat, sine vlteriori præparatione.

Qui volet eiusmodi præcipitatum per amalgationes intra tres vel quatuor menses bono igne adhibito conficere, videbit pulchras, cupressi instar, in ipso vitro crescentias, & sæpius massam eximendo ac terendo habebit ignis violentia materiam terream, postea per oleum Sulphuris, vt iam dictum, in puluerem flauum præcipitandam & fingendam.

## *Obseruationes.*

I. Signum veri præcipitati est, si cum auro fortiter teratur, nec aurum inde dealbetur, sicuti ex contractu Mercurii fieri consueuit. 2. Non

2. Non est necesse vt sit omnino fixus, ea enim ratione amitteret vim suam purgandi.

3. Nullus est præcipitatus qui non possit reduci, si fixus plane esset, non posset in corpus humanum operari, ratione cruditatis suas operationes perficit.

## *Vires.*

MErcurius est Balsamum Naturæ, in quo est virtus Incarnatiua, quæ mirabiliter renouat, & clarificat ab omnibus Impuritatibus corpus microcosmicum Lue Venerea infectum: vbi enim tota massa sanguinea in vniuerso venarum ambitu corrupta est, & referta multorum morborum seminariis, tunc hæc metallica vi ignis attenuata eam penetrandi vim acquirunt, vt habitum totius corporis permeent.

1. Remedium est contra infirmitates causatas ex humorum putredine, & in morbis deploratis vix experimur aliquid præsentius.

2. Educit omnes vitiosos humores, & cerebri defluxiones.

3. Purificat sanguinem in venis, & medullam in ossibus.

4. In Hydrope est Remedium appropriatum, habet enim vim expellendi.

5. In Podagra exhibetur cum Pilulis Ruffi & oleo mellis.

6. In Pleurisi cum specifico vehiculo.

7. Contra venena & scabiem.

8. In omnibus febribus continuis & intermittentibus addendo semper quatuor vel quinq; guttas olei Vitrioli cum Pilulis Ruffi.

9. Catholicon est in expurganda Lue Venerea, huius enim horrendæ Luis solus ῥιζότομ@ dici meretur: radicitus enim tollit omnia vlcera Venerea, similes fluxiones reiterata Dosi.

10. In Ictero nil præstantius.

11. Datur etiam in Peste, cum Pilulis pestilentialibus Ruffi.

12. In vlceribus malignis & fœtidis expurgandis commiscetur vnguentis.

Paracelsus in Luis curatione exhibuit cum Electuario de succo Rosarum, & Phædro cum spiritu Tartari successu felicissimo pustulas Venereas expulit.

Huserus p.m. affirmauit mihi se ex eius frequentissima exhibitione, nullam vnquam deprehendisse noxiam, nisi quod interdum propter biliosas vomitiones, ægrotantes de dolore aliquando etiam de ardore quodam gutturis ac oris conquesti sint, qui statim adhibito leui gargarismo vel vsu Terræ sigillatæ, si ardor in gutture fuit, sopiebatur.

## *Dosis, & Vsus.*

A Gr.3.4.5. ad 6. in corporibus præsertim robustis. Offertur cum Pilulis appropriatis.

In doloribus capitis cum Pilulis Cochiis.

In doloribus brachiorum cum Pilul. de Hermodactyl. Vel miscetur Extractis purgantibus.

In succo Liquiritiæ melius operatur quam in Theriaca: offertur etiam in Conserua Rosarum aut in saccharo Rosaceo, vel deglutiatur in pane hostiario, superbibendo tantillum vini.

## CAPVT XXXVIII.

## *De secretioribus Metallorum præparationibus, & vsu.*

EXacta in superioribus mineralium pharmacia, nunc ad metalla deueniendum. Et primum ad aurum tanquam omnium optatissimum, & perfectissimum. qua in re ob rei difficultatem nobisq; haud satis notam, quid de eo censerint alii breuiter recensebimus quid postea ferat nostra opinio more nostro paucis aperiemus.

## CAPVT XXXIX.

## *De Auro.*

CIrca auri appellationem aliquam latere æquiuocationem reperio. quidam enim pro auro, nō id, quod communiter prostat, & cui hodie rerum meta & precium aptatur, auaritiæ fonti, à quo mille incommoda vitæ conti-

continenter profluunt, accipiũt. sed quandam materiam sanitatis radicem, & vberrimum fontem, nullius inuidiæ subditam, solis probis & veris medicis notam: de qua longe plura, quam de vulgari auro sublimia decantant. Sol etiam aurum cœleste dicitur. vulgare vero aurum cui proprie hæc competit appellatio, & cui vere præsens noster dirigitur sermo, nullo vocis significatu laborat huius nominis etymon quidam nimis curiosi deducunt à voce hebræa, *aor*, quæ *lucem* significat. Hebræi tamen id alia voce efferunt *betzar* quasi in tribulatione vel siccitate. *tzar* enim *tribulatio*, & *siccitas* & præpositio *Ben*. Item *zahau*, à colore, & puritate. alii à græco ὡρέω, quod est *custodio* alii χρυσὸν dicunt ab inuentore potest & à voce ὧρος, qui *sol* apud Ægyptios dicitur deduci. insignitur & aliis nominibus penes chymicos. nunc enim *solem* ipsum nominant, nunc *sulphur fixum*. *fermentum sperma, tincturam*, & alia. olim Græcis eius in medicina vsus fuit incognitus. Arabes primi tanti metalli vires experti sunt, atq; suis compositionibus immiscuerunt, limatum primum aut in foliola redactum, quam crassam præparationem adhuc pharmacopolæ nostri retinent. quo cum fructu, adhuc inexploratum habeo. id à nostro ventriculi calore atteri, subigi, & concoqui nequit: at tunicis ventriculi & intestinorum hærere posse sæpe compertum est. Vnde symptomata grauissima non raro emergunt. Chymicos hac in re solertes, & ingeniosos comperimus, vt qui variis & præstantissimis inuentis pharmaceuticam nõ modo auxerunt, & ditarunt, verum & ad summam perduxerunt: inter quos primas tenẽt Raimund: Lull. Arnaldus Villanouanus, Theoph. Germanus, quibus viã strauisse Isaccum Hollandum, Iohannem derupescissa, & F. Basilium Valentinum quoddammodo creditur. ab his multi alii profluxerunt, vt Gerardus Dorneus, Penotus, Vlstadius, Phædronus, Quercetanus, Crollius & alii pene innumeri, vt interim vetustissimos breuitatis studio omittam.

Summa huius metalli præparatio in dissolutione consistit; Dissolutio vero procuranda est sine corrosiuis; secus non medicamentum, sed venenum conficitur. at sunt corrosiua, ea omnia, quæ è salis spiritibus educuntur

in quo loco reponendus est tædiosus ille labor, qui ex aqua puteali fit, cum reuera per id laboris, nihil aliud, quã spiritus salis armoniaci proliciatur, quod, sapore, & colore, quo digitos inficit, facile cognoscitur. aquam vitæ alchalisatam, vt & acetum alchalisatum id ipsum dissoluere posse minime diffido, sed ejusmodi modus perobscurus est, & ejus calcinatio vera præmittenda venit. ꝙ de eo ænigmatice loquutus est Parac. ambiguum est admodum, nec quid velit à quopiam percipitur. legitimum dissoluens à multis aqua vitæ dicitur, à nonnullis *azor*, & quibusdam *mercurius spiritus ignis*, & alia pro vnoquoq; captu conficta. quid sit tandem, videant, ne nobis impossibilia lapide suo imaginario cuncta in aurum vertente, obscuriora obtrudant. si tanti arcani fuerint participes, cur non sibi ipsis saltem profuerint? si aurum condendi ars tantum familiaris, vbi tot diuitiæ, & opes contractę? si mortis & sanitatis tutelare præsidium, cur non morborum immunes longissime vixerint? cur non morborum seminarijs eodem funditus euulsis senectutem haud deposuerint? at hi, vt plurimum morbosi, crudaque senectute confecti, ocissime occubuerunt. siccine deluditur vestrarum præceptionum labor? commentitiane sunt, tot tamque varia de eo à vobis decantata encomia? sed quorsum isthæc, licet vnicuique proprio sensu abundare. Quercet. *lib de præparat. medic spagir. cap.* 1. auri dissoluens duplex facit, spiritum acerrimum & sanguinem hydræ, quo in loco medium quo educitur color à dissoluto, alchoole glaciati corneoli proponit. quid sit spiritus ille acerrimus, aqua regis an fortis alia ex sale marino. vt & sanguis hydræ parum laboramus, sola voce isthęc corrosiua nobis innotescunt, suum item achool glaciati corneoli siue aqua vitæ sit alchalisata, siue aliud quippiam simile, nobis admodum suspecta est hujusmodi præparatio nec minus reliqua in eodem capite eodem filo contexta. quæ ni fallor, ex Parac. desumpta sunt, & maxime ex *Chirurg. mag. lib.* 2. quo argumento multos vanitatis & gloriolæ cupidos deprehendere licet. si Paracelsum nemo intelligit, quis Quercetanum idem per obscuriora dicentem? Idem author in sua *Tetrade cap.* 32. de Sole, & Luna vnam sibi compertam multis verbis ænigmatice depin-

depingit. At quis non videt descriptionem fundamento à se & alijs posito minime quadrare quod inibi Philosophice calcinatum appellat, id fit cum sale armoniaco, cū resoluto sale tartari, vt de fulminante auro habetur, stygiam postea aquam è fontibus draconis omnivori glaciatam, esse corrosiua satis liquet: & insuper colorem ibi mutatum in nigrum, ex mercurio corrosiuis spiritibus imbuto fieri manifeste patet, hucusque dictam præparationem *mortificationem* nuncupat, à qua varijs ablutionibus repetitis splendidum, & magis nitidum redditur, à quo postmodum per spiritum fructuum juniperi tincturam elici docet. quam tandem saturni balsamo æthereo exerceri vult per alembicum, crebris cohobationibus adhoc repetitis. hujusce præparationis veritatem penes suum authorem relinquimus, nec propterea tanti viri fidem labefactare, aut suspectam reddere nobis est animus. scimus pro certissimo ejusmodi calcinationem, & dissolutionem haud esse legitimam, & Saturni spiritum, quamuis ardentem, & subtilissimum, aurum minime tangere, minus quemcunque spiritum fruct. juniperi. his forte alia præstantiora dissoluentium genera nobis occuluit. Tincturam, quam ferunt per lapidem pumicis educi posse, mauibus propriis tractauimus, eam tamen nec probamus, nec aliis parandam suademus.

Per oleum juniperi creditur quoque aurum propria tinctura spoliari posse, cujus credulitati neminem versatum parum in Chymicis hærere existimo. Cæterum passim in Chymicorum libris varia tincturarum, & auri potabilis præparationum genera offendes, quæ, ni fallor, incerta, impossibilia, & omnino à veritate aliena censemus. Quid tādem de vera & legitima ejus præparatione sentiam, paucis sic habetote. Aurum prius à sua natura metallica spoliandum venit, quod omnes fere nobis innuere videntur. at in modo docendo nos fallunt, vel ipsis sic volentibus, vel plane rudibus, & ignaris. hoc vero fit per calcinationem. Calcinatio ejusmodi non fit cum aquis fortibus sale armoniaco exasperatis, minus per spiritum salis vrinæ, nec itidem per quemuis spiritum salium. spiritus salis aquæ communis optime aurum soluit, & tamen vera non est solutio, nec calcinatio vlla ejus

medio fieri poteſt. aurum etenim his calcinatum iterum in corpus reuertitur. At vera calcinatio fit cum quadruplo corporis ſicci diſſolubilis trituratione diligenti præmiſſa, prunis ardentiſſimis tunc probe calcinatur. calcinatum liquore acido potabili diſſoluitur, à quo poſtmodum cum ſpiritu ſulphureo pariter potabili, tinctura à corpore ſegregatur. Sic verum, & legitimum aurum potabile habes cum ſua tinctura: ſi vltro pergere velis, aurum eſt, apertum tibi opus erit vitriolum, eſſentiam quintam, magiſterium & alia arcana parare. quod ſi prima vice corpus auri non ſit ſatis apertum, calcinationem reitera, imo ter, & quater, quo plus eo melius jam ſic calcinatum maximas virtutes obtinet, eoque tunc frequenter vtimur citra tincturæ extractionem aut aliam ſolutionem.

Calcinationes vulgatas ſuis carere dotibus minime exiſtimamus, ea de re nonnullas nobis notas hic delineare haud inutile duco.

Calcinationes vero communes duplici via potiſſimum fiunt. per mercurium, & per aquas fortes, quas regias vocant. per mercurium; accipiunt ſolis puriſſimi in bracteolas vel tenuiſſima foliola redacti partem vnam, mercurii viui partes 6 vel 8. Mercurio parum concalefacto additur aurum, id ipſum probe miſcendo piſtillo ligneo. atque hoc fit extra ignem tum amalgama aqua dulci multoties abluatur donec omnis nigredo recedat. ſuperfluum Mercurium per corium exprimimus, & in corio manet amalgama, quod iterum accipimus cum duplo ponderis ſalis albi decrepitati vtrumque fortiter ſimul terendo in mortariolo vel lapide marmoreo cauo cum piſtillo etiam marmoreo, poſtmodum materia crucibulo indita prunis ardentiſſimis committitur, à qua Mercurius recedit, ſal per ablutionem aquæ dulcis ab auri calce ſegregatur. Calx adhuc tenuior redditur, ſi ea bis vel ter duplo florum ſulphuris comburatur, fit, & calcinatio cum ſolo Mercurio ſed non adeo perfecta, & cum aliquo detrimento.

Item cum Mercurio ſublimato, modo haud valde diſſimili.

Item


Item cum sale armoniaco, sale communi, & sale aquæ communis.

Per aquas fortes sale armoniaco exasperatas, aurum in calcem vertitur, accipiendo aquæ fortis vnc. iv. salis armoniaci vnc. i. auri purissimi vnc. s. dissoluuntur omnia léto calore in vrinali vitreo postmodum humiditatẽ omnem euapora, & remànet aurum cum sale armoniaco calcinato; per validum ignem salem sublimando, dictum salem ab auro separabis. item per adjectionem salis tartari, & postea per ablutionem cum aqua communi. extillatur, & aqua regis sine fœcibus, & sic simplex euaporatio sufficit. aurum postmodum in aqua regis ordinaria solutum, & cum sale tartari resoluto repercussum in tenuissimam calcem vertitur, quæ postmodum aqua communi pluries lota euadit tenuissima, fitque illud aurum sclopetarium, volatile, ceraunochryson: qua occasione ab aere calido exsiccanda venit, ne ignem concipiat: secus ejusmodi aurum concipiens ignem ingenti cum strepitu vasa etiam fortissima disrumpit & in mille partes distrahit, fulminis ad instar qua ratione, & aurum fulminans à multis dicitur, hujus operationis causam Crollius ascribit, antipathiæ salis armoniaci, & salis tartari nos potius spiritibus salis nitri, spiritibus salis armoniaci commixtis, & medio ol. tartari compactis, & densatis: aurum ob ejus pondus vim fulminantem salis nitri ad se trahit, vnde vires suas inferius exerit. aurum præterea in calcem reducitur per spiritum salis aquæ communis soluitur primo aurum, cum sufficienti quantitate dicti spiritus solutum euapora lento igne, & in fundo calx relinquitur. aurum soluitur etiam cum spiritu vrinæ hominis, & solutum, modo supradicto exsiccatur, & in calcem reducitur.

Rursus soluitur aurum cum oleo seu liquore Anthimomonij, & postmodum in pulcherrimum vitrum euadit, cujus vires jam maximæ sunt, hoc denuo vitrum in calcem facillime vertitur, atque ab ea tincturam proprio dissoluente extrahere poteris.

In calcem tandem vertitur aurum cum spiritu salis

ſalis aquæ puetalis, qui ſpiritus valde eſt affinis ſpiritui ſalis armoniaci, vires nempe eaſdem obtinens, hinc ſalem armoniacum primum è terra enaſci credendum eſt. atque his in locis plurimum reperiri. Hinc tribus miliaribus ab hac ciuitate meridiem verſus è terra quandam ſalis ſpeciem ſponte enaſci comperuimus toto genere ſalis armoniaco ſimilem. is certis temporib⁹ pr. prio impetu dum terra rore quodam madido perfunditur, foras erumpit. ſolum illud hujuſce ſalis copiæ ferax omnino inutile perpetuo manet, ſiccum, & ſterile, incultum, & horridum. ſunt præterea multæ aliȩ calcionationes, quas paſſim Chymicorum in libris offendes, nos præſentibus contenti ſumus. addere varias ſolutiones, item infinitas alias auri præparationes, tam præcipitationes, quā ſublimationes. varia denique ex eo compoſita medicamenta. pariter ſolutiones complures. Mercurij extractiones, & alia innumera, verum nobis iſthæc non parum ſuſpecta ſunt, demum rhapſodos æmulari nobis non eſt conſiliū, proprio labore parta tradimus. aliena & incomperta omittimus, vti, & inutilia, veluti *arborem hermetis*, ab alijs arborem auream dictam. quo in loco poſſem connotare nouam cujuſdam Chymici antichymici præparationem à ſe germinationem dictam, ſed futiles ejuſmodi præparationes malo remittere ad ejuſdem fabuloſam ex auro, & argento Mercurij extractionem quoad palam edoceat ſuum aurum potabile. cōſimiles cognoſcimus, qui multum de arte pollicentur, & eam vix à limine ſalutarunt vnquam. quid me hercle, aurum potabile in votis habere? & minimis morbis ne tantillum opis afferre? artis magiſtros conuellere, & inſcitiæ atque ſupinæ ignorantiæ incuſare? nonne eſt audax & temerarium facinus; & horum ni pollicitationibus veritas prompte innoteſcat, non modo calumniatores verum, & inſignes mendaces, & garruli impoſtores, apud probos merito cenſebuntur.



CAP.

## CAP. XL.

## *De Argento.*

ARgentum chymicis *Luna*, Græcis, *ἀργύρεον*, Hebręis *chesepb*, quasi amabile, à *chasaph*, *amare*. proxime ad auri naturam accedit, vires etiam auro valde affines obtinet. errant tamen illi, qui putant eiusdem esse speciei, & solo colore differre. qui vtriusque viuam Antimoniam perspexerit, norit, & vtrius maximam differētiam, quod dictum sit propter quosdam chrysopœos vanis opinionibus plus iusto inhærentes. Arabes pariter argentum vt aurum cardiacis medicamentis primi immiscuerunt; hinc foliorum argenti vsus, adhuc in officinis retinetur. qua in re crassam adhuc vigere medicamentorum præparationem satis mirari non possum, sumpserunt omnes artes summam perfectionem, sola hæc pars medicinę inculta manet. quod grauissimum piaculum non aliunde oriri mihi persuadeo, quam ex nimia garrulitate, qua qui plus pollet, is cæteris longe doctior præfertur. nonne hac tempestate videmus medicos ad disputandum longe paratiores, quam ad bene medendum, non fit ex opere, sed ex loquacitate Medici electio. sed hi similes habeant labra lactucas, nos meliori opinione imbuti, operantem Medicum requirimus, non auditu solum, sed & proprio labore instructum. reiecto quippe crasso illo foliorum auri, & argenti vsu, eorum dissolutionem apprime docemus.

Et quia vt de auro diximus calcinatio semper præcedere debet. Calcinatio argenti à calcinatione auri non differt, licet longe facilius id in calce vertatur, quam aurum.

Et sicuti aurum duplici modo calcinatur, ita & argentum, vtpote cum Mercurio, & cum aqua forti. cum Mercurio eo quo diximus modo de auro, cum aquis fortibus modo etiam non dissimili. excepto quod sola aqua forti absque sale armoniaco probe calcinetur calcinatione inquam communi non philosophica. Et quemadmodum aurum in aqua regia solutum per salem tartari repercutitur, ita & argentum in simplici aqua forti solutum, cum aqua

aqua salsa præcipitatur. puluere albissimo cũ aqua fontana pluries edulcorato vtuntur nonnulli pro vera calcinatione, licet iterum ejusmodi puluis in argentum reuertatur. dictus puluis intra exhibitus ventrem soluit, ventriculo pergrauis est, vermes enecat, & hydropicorum aquas educit. Ex hoc puluere norunt pseudochymici quidam plumbum in argentum fallere, qua in spectores credunt Saturnum in Lunam fuisse mutatum. ad hoc derasum, & limatum plumbum accipiunt, cui prædictum argenti puluerem addunt, & igni admota, puluis in argentum vertitur, & plumbum in puluerem cineritium argenti pulueri similem. qui non norunt argenti puluerem, atque existimant aliud esse ab argento, facillime illaqueantur. idem cum Luna cornea efficiunt, vt optime animaduertit Crollius. ab hoc præcipitato argento, cum aceto stillatitio fiunt crystalli argenti, qui denuo in liquorem oleaginum euadunt. pelluntur, & per retortam à quibus insignis spiritus argenti educitur. hæc calx denuo cum duplici pondere salis communis minutissime trita, & mixta, atque quatuor horas tantum in fumo vẽti detinetur, subtilissima, & perfectissima efficitur ad tincturam eliciendam.

Alia tamen calcinatio nobis nota est, longe melior, & facilior fitque cum quadruplici pondere aquæ siccæ, vt de auro diximus, perficitur dicta calcinatio intra tres vel quatuor horas filijs artis, veris, non putatitijs satis nota est, ideo propter pseudochymicos apertius non est dicẽda, calcinatio in auro non sæpe vnica vice absoluitur, in argento contra, quod non sit adeo tenax, & compactũ. hac via metallorum corpora adaperiuntur, & in his inuenies quodcunq; volueris: nam sic adaperta quocunq; liquore potabili dissoluere poteris, nec adhoc opus est aqua vitę alchalisata, aut alio fortiori dissoluente, simplici aqua communi dissoluuntur, & postea vltro progredi poteris. Scio virum Illustrissimum in cujus gratiam hæc scripta sunt, grauiter ferre si tantum arcanum omnibus patefacerem. qui hãc ergo dissoluendi methodum nact⁹ fuerit, intelliget quo pacto argentum in quintam essentiam adduci possit, item oleum, & balsamum.

Calcinatio, quæ fit cum sulphure non omnino reprobanda

banda venit, hac enim calcinatione, ſi rite inſtituta, Lunæ corpus apertum, licet non adeo perfecte : fit vero dicta calcinatio cum duplo ſulphuris triti, argentum prius [illegible] tum, & in bracteolas reductum, in crucibulo ſtratificando lamellas argenti cum ſulphure, atque tum igni [illegible] crucibulo flagrat ſulphur totum, & in auras [illegible], repetitur iſthæc operatio bis, & ter, donec Luna perfecte ſit calcinata.

Calx ejuſmodi aceto ſtillatitio in vitriolum vertitur, à quo poſtmodum eſſentiam, ſ. oleum, liquorem, & ſimilia elicere poteris de quibus, vſus, vires, & facultates omnibus innoteſcunt.

Præterea ex argento liquor argenteus ad multa vtilis hunc in modum paratur citra ponderis ipſius Lunæ jacturam. ad hoc Lunam in foliola redactam accipimus, eamq; aqua forti diſſoluimus, diſſolutã lento igne tertiã partem euaporamus, ſicque in ſcutella vitrea lata eam in ſecreto loco reponimus, ibi intra 24 horas cuticula argẽtea ſuperficiei inducitur, quam in alio vaſe ſeorſum ſernabis. hæc operatio totiês repetenda venit, quoties ejuſmodi cuticula apparebit. demum iſtæ cuticulæ in cella vinaria repoſitæ in liquorem facillime abeunt, vaſe ad id parum reclinato. ferunt quidam vniones fictitias eo liquore illitas colorem natiuum adipiſci, duritiem vero certo liquore mercuriali contrahere.

Argentum tandem varijs liquoribus diſſolui poteſt, pro vſus varietate. promptiſſime ſoluitur cum ſimplici ſpiritu ſalis nitri. hujuſce vero ſpiritus ſalis præparationem ſupra docuimus.

Quod ad præparationem illam falſo *germinationem* dictam, ſpectat, puto omnino eam nullius eſſe frugi, & quanquam ejus artifex incuſet magnum illum Germanum hermeticorum non infimum ignorantię, & inſcitię; mirum non eſt, quia ſic ſolet omnes bonos authores protrahere.

Iuuenum mos eſt, multa ſibi credere. Laudari poſtmodum ab illaudato non magna laus eſt. Mercurius ob fugam caloris ſecum trahit amica metalla ꝙ potius ſublimatio q̃ germinatio dicenda eſt. potiori ratione arbor hermetica in humido nata nũcupanda eſſet germinatio,

ſed

sed tricis his missis ad seria deueniendum,

Vsus argenti liquoris, salis, 5. essentiæ, calcis veræ, multiplex est, pro varietate affectuum, eorum magnitudine, temporis conditione, & infirmorum natura quæ omnia probo, & erudito Medico facile nota sunt.

Vires maxime sunt aduersus capitis morbos, epilepsiam, apoplexiam, vertiginem, imbecillitatem cerebri, valent, & ad oculorum morbos.

Quantitas perexigua esse debet, ni morbi magnitudo maiorem reposcat.

Tempus exhibendi erit, vt de aliis alterantibus, quæ omnibus horis præbere possumus, etiam intra cibos.

Rursus, lubens prætereo methodum conficiendi Mercurium ex metallis, ex argēto præsertim & auro eo quod in his plus opinionis quam veritatis comperuimus, si tempus contrarium indicauerit, sententiam mutare non recuso.

## CAP. XLI.

## *De Aere.*

VT Luna in superioribus maximam cum Venere affinitatem habet: Ita argentum in inferioribus cum ære. sic etiam, & venus cœlestis symbolum obtinet cum bene compositis, ita nostra terrestris cum perfectis metallis. ex lapidibus cum berillo; qui gestantem reddit alacrem, diuitem, magnificum: ad vnionem coniugalemq; amorem aptissimum. fauet mulieribus prægnantibus, ne earū cōtaminetur partus. Et aqua in qua iacet suspiria tollit, & cunctas infirmitates hæpatis. smaragdus insuper eidem respondet. Ex plantis rosa, mirthus, thimus, laudanum, ambra, & cætera bene olentia. Ex animalibus columba, turtur, passer, vt quæ in purgatione lepræ, iubente lege, consuetum esset offerri. vt quæ etiam proficua sint Venereis.

Eius vsus antiquitus fuit ante argentum, hac pene etiam ante aurum, referente Plinio *lib. 24. hinc ære signato primo vsum fuisse Pop. Rom vnde à rege nunc à collegio tertio fabrum ærariorum instituto.*

Virtutes etiam, & eius facultates ab omni æuo nobis inno-

innotuerunt. Vetustissimus Hippocrat. multa ab eo profecta remedia multis morbis præscribit, tam intrinsecis, quam extrinsecis *lib. de victus rat. in acutis*, ad hydropem ejus squamam. eandem in Pleuritide *lib. de morbis*, & albis, stomachum, inquit, subuertere, aluũ laxare, hydropicorum aquas educere. quid demum, referente Langio, de nullo metallorum salubrior spirat aura, quam de ære ex chalcitide cõfecto, qui viridi ærugine quoque scatet. de quo clauus, suillæ, aut ceruorum carnibus infixus, eas à putredine illibatas, & sua stiptica exsiccandi potentia diu conseruat: quod hi quoque fossores, qui in Capten-sulis Græcis χαλκορυχίοις dictis, *chalcitidem* cum ærugine scrutantur, fatentur.

Galenus multis in locis, ejus vsum in extrinsecis morbis multum commendat. in intrinsecis libere fatetur de eo atque de alijs mineralibus periculum nullum fecisse, vt qui in his non esset valde eruditus: de hydrargyro, quẽ non esse de sponte nascentibus dicit, manifeste denotat. posteriores Græci nec ejus intrinsecum vsum commemorant. ad vlcera vero suis vnguentis, & emplastris, sæpius immiscebat. æris squamam, ejus æruginem, florem, & vstum. Medici vero chymica arte edocti alias præparationes his longe præstantiores agnoscunt. ex quib. hęc paucula frequenter experimur.

Vitriolum æris pluribus modis fit. prętantissimum omnium hunc in modum. laminatum ærem cum duplici pondere sulphuris igne aperto in vase terreo bis calcinamus. hoc est vbi jam semel calcinatum fuerit, iterum secunda vice calcinatur cum eadem sulphuris quantitate: quod fit stratificando lamellas, & ab his parum tusis cum aqua communi facillime vitriolum abstrahitur, infusionibus nonnullis ad hoc præmissis, & dictas infusiones sensim euaporando, quoad coagulationis signa apparuerint. hanc methodum pulcherrime docet in sua Basilica chymica Crollius, & post eum Beguinus. in suo Tyrocinio. à fœcibus iterum calcinatis nouum educitur vitriolum æs tandem totum in vitriolum vertitur.

## *Alio modo.*

VItriolum Veneris fit ex ære in viride verso vel cum racemis vuarum tempore vindemiarum, quod in monspeliensi agro passim fit, vel cum aceto solo quod vero fit cum sale, & tartaro adhoc ineptum est. ab isto viride æris cum aqua communi eo quo supra diximus modo vitriolum extrahitur.

## *Alio modo.*

CAlcionatur æs cum quadruplo salis sulphurei, postmodum cum aceto distillato tinctura extrahitur, sale prius cum aqua communi semoto. concrescit in lapillos modo quo supra dixi, humiditate sufficienti per euaporationem antea sublata. ad ejusmodi præparationē requiritur primum vt æs probe teratur, & sali per minima rite commisceatur, ac demum violentissimo igne calcinetur in crucibulo vel alio vase adhoc accommodato.

## *Alio modo.*

CVm aqua forti ex sale nitro, & alumine vsto facta soluitur æs; per euaporationem humiditatis aliqua portione sublata, vas in loco frigido reponitur, & in eo concrescunt lapilli pulcherrimi.

## *Alio modo.*

CVm ære tandem per se igne vehementissimo calcinato, quod fit per tres vel quatuor dies modo jam dicto vitriolum fit pulcherrimum.

### CAP. XLII.

## *Oleum Veneris.*

EX vitriolo Veneris oleum rubicundissimum elicitur per retortam, modo, quo educitur oleum vitrioli cōmunis hic liquor à Th Parac. dicitur acetosus esurinus. cujus vsus est mirabilis in affectibus renum. & vesicæ, item in vterinis affectibus ventriculum etiam haud parū roborat, caput etiam, & alias partes ventriculo condolentes pro quo accipiendum venit vitriolum Veneris sine corro-

corrosiuis factum. vsus ejus est duorum vel trium guttarum cum jusculo carnis, cum aliqua conserua mane, & sero pollet, & aiijs viribus de quibus apud Th. Parac. *lib. de tartaro de vita longa*, & apud Crollium *in sua basilica Chymica*. Cautiones circa ejus vsum à dicto Crollio positæ, non sunt adeo certæ, vt forte ipse existimat. bilem siquidem haud parum coercet, & inflammationes ab ea concitatas facile compescit: dandum est semper cũ quãtitate sufficienti humiditatis. in actu ejus aciditas vellicet propinquiores partes quas actu tanget. In intrinseco apostemate equidem ejus vsum non admitterem, vbi emollientia, incidentia non sunt adhibenda.

Vitrioli vsus absque alia præparatione jam valde vtilis est, in chachexia id pluries experti sumus. Ventriculo prodest, inappetentiam corrigit, fluores genitalium tam hominum quam mulierum sistit, viscerum obstructiones reserat. sed apprime videndum quibus conueniat, & quibus obsit, quod nõ solo temperamentum criterio assequemur, verum alijs signis, de quibus forte in peculiari methodo medendi nostra.

## CAP. XLIII.

## *Veneris tinctura.*

ISTVD vitriolum, Veneris tincturam continet, ideo, ab eo tinctura elicienda venit. Itaque cæruleum tuum vitriolum cum aceto distillato pluries solue, & coagula, paratum sic vitriolum retortæ luto firmiter munitæ indatur, atque igne per gradus exhibito, phlegma, & spiritum abstrahito. fœces cum aceto distillato iterum solue, aqua solutione per coagulationem nouum elicies vitriolum, hoc autem spiritui misce diligenter & cum vini lento calore, vt fimo equino spiritu, infusione trium vel quatuor dierum præmissa, tincturam pulcherrimam elicies. In Epilepticis morbis; vertigine, apoplexia, & alijs grauissimis morbis capitis mirifice confert. hæc præcipua sunt medicamenta ex cupro educta, quibus intrinsece vtimur ea vero, quę extrinsecus vsurpamus cum cęteris nota sunt calcinatum bis cum sulphure, si aqua cõmuni pluries lauetur magnam partem suæ acrimoniæ

amittit, fitque præstantissimum medicamentum pro laxis, & putridis vlceribus sanandis. ærugo æris pariter lota suam quoque amittit acrimoniam. sed hæc trita sunt, vti, & squamma, flos, crocus, & similia. Pompholix, tuthia adhoc etiam pertinet, cujus pręparatio satis nota est in officinis.

## Cap. XLIV.

## *De Ferro.*

FErrum metallorum omnium vtilissimum, optimum vitæ pessimumque necis instrumentum. & vt inquit Plin. hoc tellurem scindimus, serimus arbusta, ponimus pomaria, vites squalore deciso annis omnibus cogimus juuenescere. hoc extruimus tecta, cædimus saxa, omnesque ad alios vsus ferro vtimur. Sed eodem ad bella, cædes, latrocinia, non cominus solum, sed etiam missili, volucrique; nunc tormentis excusso, nunc lacertis, nunc vero pennato, & alijs recenter in perniciem hominum inuentis. Græce σίδηρ☉, à, σίζω *strideo*. Hebraice *barzel* *ferrum*, & *chalybs* ejusdem sunt generis, vnum altero magis defœcatum. chalybs sic naturaliter è terræ visceribus elicitur, arte etiam ferrum in chalybem excoquitur. cujus methodum hic animi causa annectere placet. Itaque ferrum accipe in virgulas, vel lamellas digiti majoris crassitudinis adductum, virgulæ vel sint rotundæ vel quadratæ parum refert, has stratifica in vase terreo oblongo, & capaci cum duabus partibus pulu. carbonis salicis, aut fagi, & vna parte rasuræ cornu bouis, vas vndique luto probe muniatur, idque per 4. vel 6. horas pro quantitate ipsius chalybis in furno venti cum ardentissimo igne excoquatur. exacto tempore, & refrigerato vase chalybem inuenies perfectissimum. quod si artifex emolumentum majus ab hoc opere percupiat, pro lamellis, & virgulis, instrumenta cujuscumque generis, gladios, enses, & alia ex ferro simpliciter conficere poterit, eaque hoc artificio in chalybem adducere. medicamenta, quæ ex eo paramus sunt potissimum Crocus Martis. vitriolum, oleum, &c.

Crocu

Crocus Martis nobis maxime arridet si solo igne absque vlla mixtione conficiatur. fit vero per simplicē ignis vehementiam in reuerberatorio per 8. vel 10. dies, crucibulo probe cooperto, & luto bene munito, quod opus artificio caret. in hac operatione volatilis pars metalli recedit, & fixa manet, quæ maxime optabilis est.

Ferrum facillime in rubiginem vertitur, quæ si in reuerberatorio per aliquot horas detineatur, in optimum crocum euadit.

Limatura chalybis vel ferri subtilissima intra paucos dies in crocum vertitur, si diebus canicularibus, solis radijs, ea, communi aqua prius irrorata, exponatur. hæc, in massam compingitur, ac denuo simplici aqua madefacta radijs solaribus per duos vel tres relinquitur. dicta operatio si ter, & quater reiteretur, crocus fit pulchior, & nobilior vas adhuc requiritur ex terra vitriata. mirabile dictu quantum dictum vas incaleat.

Calcinatur ferrum, & cum sulphure, & cum sale, at melius cum sulphure, ad quod duplicem sulphuris portionem assumimus, & vnam ferri limati, dato igne flagrat sulphur totum, & in vase terreo remanet calcinatū ferrum, quod secunda vice iterum calcinatur eadem portione sulphuris seruata, baculo ferreo moue, ne quicquam de sulphure remaneat.

Ejusmodi calcinatum ferrum super lapidem porphyritem in tenuissimum polinem factum, euadit in crocum pulcherrimum. sola aqua communi irroratur, & in fine in pastillos compingitur.

Crocus Martis fit etiam cum aqua forti, ejus limaturam in ea dissoluendo, dissolutum à fœcibus abstrahendo. atque tum extractum per euaporationem exsiccando. quantitas sit vtriusque proratione efficaciæ aquæ fortis.

Item cum oleo vitrioli, sulphuris, & similibus liquoribus acidis parare vnusquisque poterit Crocum Martis. qui cum his corrosiuis parantur raro in vsum medicinæ veniunt, ni prius valida lotione præmissa.

Crocum tandem nobilissimum omnium paramus cum Mercurio, cujus operationem satis aperte diximus

cum de Mercurij præparationibus ageremus.

Ex Croco ferri varia componimus remedia quib. passim vtimur. communia sunt rotulæ, pilulæ, & electuaria. minus vsitata sunt vitriolum, oleum, & balsamum. rotulæ fiant cum drach. i. croci, & vnc. i. sacchari in electuarium solidum cocti. his sæpe immiscemus macerem, cinamomum, galang. garyophyl. aut similia scopo nostro accommodata Pilulas etiam compingimus cum aloe lota, & purgata, mirrha, croco, nuce moscat. mastiche, ammoniaco, scammonea, rhabarbaro & alijs pro tempore, & infirmorum opportunitate.

Electuaria item componi curamus pro ægrorum natura morbi conditione, & temporis occasione. nunc cum conseruis aliquot cum opiatis, mithridato, theriaco, & similibus pro singula vncia sesquidrachmam, & drachmas duas croci commiscemus. Et de Electuario drach. ij. & drachm. iij damus singula die mane 4. & 5. horis ante cibum.

De rotulis eadem fere est dosis. de pilulis pro ratione compositionis exhibentur. Vires croci sunt multiplices; obstructiones viscerum reserat, ictericiæ medetur, lienem præter naturam auctum imminuit, mulierum menses mouet, ventriculum laxum roborat, fluores alui, & vteri sistit.

Hæc omnia felicius præstat vitriolum ex eo paratum, ejus liquor, & ballsamum.

Vitriolum Martis ex omni ferro quoquo pacto calcinato educitur. id vero, quod cum sulphure calcinatur, peropportunum est, & maxime in medicinæ vsu, id ipsum paramus, vt docet Crollius *in sua basilica Chymica*, cum aqua communi nimirum, eam calcinato ferro affundendo ad justam quantitatem, ebullitione leui facta, & refrigerata, colatam euapora donec quasi crustam acquirat aqua, vase in loco frigido repositо concrescent lapilli viridis coloris. à fœcibus iterum calcinatis simile eadem via educes vitriolum. calcinationem procuramus semper cum duplici quantitate sulphuris.

Oleum liquor, & balsamum martis ex hoc pro vitriolo elicimus, nec interea me latet aliã ab alijs traditam esse viam; hanc tamen esse veram, & legitimam minime infi-

inficior. ejusmodi liquor, verum eſt. Theophraſtus Par. acetoſum eſur[i]num, de quo miranda extollit *in lib. de vita longa & in lib de tartaro.* hoc labentem, feſſumque ventriculum ſubleuat, multis morbis à vulgo medicorum incurabilibus habitis medetur, alia denique in arte miranda præſtat guttulæ tres vel quatuor cum quouis liquore exhibentur. ejuſcemodi liquor, vera eſt chalybis potabilis præparatio, Medicis ordinarijs communibus, & plebeis ignorantiſtius loco, acetum à ferri infuſione extractum accipiunt, qua in re ſuam inſcitiam, & ignorantiam produnt. ſubrubram tincturam quæ in hoc fuſo chalybe putatitio conſpiciunt, non à chalybe, ſed ab alio extraneo contractam exiſtiment.

## Cap. XLV.

## *De Stanno.*

STANNVM, quod & plumbum album nuncupant chymici Iouem. Græcis dicitur κασσίτερος, Hebræis etiam *Bedil*, alterum alteri alludens, quaſi *menſura diuidens*. Eſt hoc metallum naturæ amicum, vt quotidiano vſu com probamus, Saturno ſeu plumbo longe præſtantius, atque materia ejus plumbi materia valde nobilior. hinc, & ab eodem plumbo toto cœlo diſcrepat. Et vt à ſuperioribus exordiar, benefico joui potiſſimum quadrat ipſum ſtannum, aeri etiam conuenit. Et, vt cuncta calida, & humida, dulcia, & odorata: ſanguis quoque, & omnia ad nutrimentum, & augmentum comparata; ſic ſapores, & colores quique optimi Ioui ſuccenturiant. rurſus cum ſtanno Ioue noſtro terreſtri ſympathiam nacti ſunt, Ex lapidibus cryſtallus, ſaphyrus, aliqui albi & virentes. habet, & concentum cum nonnullis arboribus, cum oliua, quercu, lauro, & alijs. mitto breuitate multa alia cumplura cum quibus naturalem quandam trahit propenſionem.

Noſter vero terreſtris muliebri ſexui valde conuenit, quod multis conſtat experientijs & maxime partibus generationi dicatis. mirum eſt, qua virtute polleat in roborandis pulmonibus, jecore, & alijs partib. naturalibus.

quæ vero cum Saturno harmonizant, atque cum eo delitiantur, ab his diuersa sunt; vt in sequentibus dicemus. vires etiam ipsius stanni inter vtrumque discrimen affert. excalefacit, aperit roborat. & alia præstat plumbo haud propria. In tribus potissimum celebratur à Theophrasto Paracelso lib. de præparat. in icteritia, in Ascite, & in vermibus.

## Cap. XLVI.

## *Præparatio in icteritia sic habetur, &c.*

*♃. Stanni calcinati ℔ i.*

*Salis communis vnc. v. cineris fabarum ℔. s. reduc. in lythargirium per ignem reuerberationis. Huius lythargirij.*

*♃. vnc x alchool vini ℔. s. post resolutionem reduc in alchali dosis à g vi. ad g. x. & xij*

## *Præparatio in Ascite.*

*♃ Stanni purgati vnc. i. Antimonij vnc. ij. limaturæ cineti ad pondus omnium. reduc in calcem per reuerberationem horas 24. deinde ♃. huius calcinatæ materiæ ℔. i.*

*Alchool vini ℔. i s. reduc in alchali dosis à dr. i. ad drac. i. s.*

## *Præparatio in vermibus.*

*♃. Stanni vnc. ij salis communis vnc. iij. Asphalti vnc. i. fiat puluis cum adustione dosis à drac. s vsque ad drach. iij.*

Ejusdem præparationes Theophrast. Paracelf. intentionem in edocendis præparationibus manifesto detegunt. ex vna parte res patefacit ex altera easdem abscondit: sic, ne suis æmulis Apollinis orgia citra puluerem tradat, filijs vero artis isthæc satis nota duxit.

Crollius in *S. Basil. Chymicæ*, salem jouis in strangulatu vteri præparat. cujus dosis inquit, est trium, & 4. granorum in aurora cum aqua arthemisiæ vel aquis cordialibus.

Quercetanus existimat stanni vsum in medicina esse nullum, nos contra, vt experientijs nobis notum est, ejus necessitatem, & vsum satis celebrare non possumus. ex eo componimus medicamentum celeberrimum quod nulli

nulli alteri satis æquiparare possum. fit vero ejusmodi medicamentum ex tribus, ex Venere, Ioue, & Saturno Philosophico. hæc tria primum ex arte calcinamus; Venerem bis cum duplo sulphuris, Iouem cum duplo salis hermaphroditici. Saturnum Philosoph. pro quo accipe marcasitam saturninam cum eodem sale ad quadruplū, hæc tria probe calcinata ad æqualem proportionem cōmiscemus, mixturam denuo cum duplo salis excoquimus, sale, aqua communi pluries reaffusa remoto, & puluere resiccato, in vrinali vitreo sub fimo equino ad octo dies recondimus puluerem cum sufficienti q. spiritus vini, hoc pluries reiteratur, & tandem debita euaporatione facta colligitur sal quidam balsamicus subdulcis cum quadam austeritate, cum vires inperscrutabiles censeo. ad hydropem mirifice conducit cachexiam perfecte tollit, viscerum duritiem emollit, mulierum menses mouet, ventriculum roborat, & inappetentiam corrigit.

Calcem Iouis non raro vsurpamus cum conserua aliqua, sed ejusmodi calcem paramus cum duplici pondere salis hermaphroditici, adeo vt coctio quædam species sit.

Flores ejusdem, cum eodem sale facile paramus, ahdoc accipimus vnam partem stanni in nigrum puluerem adducti, & duas partes salis; commixta hæc sensim projicimus in vas candens ferreum alembici ad instar cum vrinali & capitello. capitellum habeat in summitate foramen rotundum, per quod injiciatur mixtura, & confestim obturari possit cum pila ferrea.

Salem, oleum, spiritum, ab his floribus elicere possumus, cum aceto destillato, modo supradicto. Ex stanno liquorem diaphoreticum subdulcem ex Mercurio paramus, cujus parandi methodum in cap. de Mercurio explicauimus.

CAP. XLVII.

## *De Saturno seu Plumbo.*

PLumbum, quod *Saturni* nomine indigitatur apud Chymicos, à ſtanno toto genere differre exiſtimo, quamuis alterum album, alterum nigrum cum Plinio,à pleriſque vocetur, Græce Μόλιβδον, Hebraice *gopheret*, quaſi *puluis*, eſt enim à nomine *gaphar*, quod eſt *puluis*, & *terra*: ſic dictum quod multum terræ contineat, aut quod metalla in cinerem, & pulucrem redigat. Sicut cum Ioue ſtannum ita cum Saturno plumbum mirabilem ſympathiam trahit, atq; cum multis aliis quæ Saturno conuenire traduntur, vt nigra quæque terrea, ſapores, & odores tetri, & fœtidi, amari, & inſuaues. Ex plantis, ipſi reſpondet rutha, cynium, helleborus, papauer, mandragora, hyoſcyamus, aſſa fœtida, &c. ex animalibus, ſus, Camelus, ſimia, vrſa, catus, mulus, aſinus, pauo, ſtruthio, grues, ex ſerpentibus, ſcorpiones & reptantia in terris in aquis & ruinis murorum, aut tectorum, vt mures, formicæ, & vermes multiplices. præſidet inſuper Saturnus autumno & hyemi, ventis fortioribus & grauioribus. ſic & locis ſubterraneis, & ſolitariis, piſcinis quoque, ſtagnis paludibus, & locis horrendis. ſed his omiſſis ad eius medicamenta properandum. Sunt vero medicamenta ex plumbo multiplicia tam communia quã chymica. communia ſunt iterum compoſita, & ſimplicia, ſimplicia ſunt, ceruſa, minium, lythargirium, plumbum vſtum, limatura, &c.

Compoſita ſunt pene innumera, nam tot cerata, ſeu proprius emplaſtra ex eo componuntur. vt emplaſtrum diacalciteos quod falſo diapalma nuncupant, empl. de ceruſa, empl de minio, empl. diachill. & paruum, & ireatum & magnum. empl. triapharmacum. quid? vix vllum extat emplaſtrum, quod non habeat lythargirium, vel ceruſam, vel minium pro baſi. Ex vnguentis etiam multa ſunt vt de ceruſa, de lithargyrio, de tuthia, & pleraque alia. Chymica medica ſunt balſamus, ſpiritus, & ſulphur, quæ calcinatio præcedit, ad hæc alia complura quotidie accedunt, tam ſimplicia, quam compoſita, vt ſuccus ſaturni in aceto excoctus, &c.

Puluis

Puluis ex Mercurio & Saturno, variæ insuper calcinationes, dissolutiones, & mixtiones. Quod ad balsamum spectat, extrahitur ipse vel ex calcinato plumbo, vel ex cerusa, vel ex minio, vel ex quouis alio calcinato, cum aceto distillato, vel quouis alio liquore acido, modo quo de sale stanni eliciendo diximus. nos sic ipsum parare solemus accipimus calcinatum plumbum ad quatuor vel quinq; libras, ipsi tum addimus aceti quantum quatuor digitos superemineat, hoc fit in boccia vitrea, quam mox in loco calido siue fimo siue alio per octo dies recōdimus. acetum postmodum per inclinationem abstrahitur, & seorsum seruatur; super dicto calcinato plumbo nouum reaffunditur acetum, totidemq; diebus sepeliatur in fimo boccia, atque si voles, quod melius singulis diebus moueatur leuiter, abstrahe acetum vt prius, & nouum iterum reaffunde, sic quinquies, & sexies dicta infusio repetatur. has omnes infusiones per alembicum vitreum abstrahe, & in fundo remanebit sal seu balsamus plumbi. Th. Parac. eundem balsamum describit in *Sua Chyurg. Mai. Tom.2. de vlcerib. & pustul. morbi Gallici. lib x.* cuius verba placet hic annectere, vt ipsemet suam præparationē patefaciat. *Plumbi balsamus,* inquit, *qui cum aceto ex ipsius cinerib per distillationem extrahitur, corpus autē illud vbi exaltatum fuerit per reuerberationē in minium redigi debet, vel per aquā serpentinæ dictæ in cerussam reduci. Et tribus istis experimentis originē ducunt curationes vlcerū depascentiū, phagædenarū ac ignis persici verū ex deprauata horū triū remediorū plumbaginis minii cerusæ ( quæ secreta remedia in his affectibus putantur) præparatione plurimi errores à pseudomedicis committuntur, vnde magnum plumbo cōuitium conciliatum fuit.* hucusq; ille in quo liceat iterum eius loquēdi formulam connotare corticem si spectes balsamum minime conficies, equidem post dicti balsami extractionem, corpus quod in retortæ fundo manet, iterum adducitur in minium, & cerusam præstat, & lithargyrium aureum, & tandem cum exiguo sale tartari in vitrum vertitur. Oleum verum aquæ innatans rubicundissimum, & fragrantissimum ex eius sale per retortam educimus, ex singula libra paulo plus dra.2. olei habetur.

Spiritus

Spiritus Saturni vna cum oleo pellitur, is flammam citissime concipit, nihilominus ventriculum, & artus vehementer refrigerat, pectori nimiopere aduersatur, & quendam animo mœrorem incutit.

## Cap. XLVIII.

## *De Lapidum, & Gemmarum præparatione.*

LApides tam communes, quam preciosi gemmæ dicti ob insignes eorum virtutes ab omni æuo exoptati fuerunt semper, nec adhuc est tam barbara, & inculta gens, quæ non eorum præstantiæ, & pulchritudinis detineatur admiratione. Et sane gemmæ nulla ex parte naturæ maiestas mirabilior. quid non tantæ varietati, coloribus, materiæ duritiei, decori, gratiæ, & venustati debetur? vt interim eorum dotes, & occultas facultates prætercam. Gemmarum ortus est plane cognitu perdifficilis, vti materia ex quibus à natura primum producta. Sintne ex aqua purissima, frigore nimio in visceribus terræ densatæ? an vero vitrum quoddam genus ex genere metallino per nimium calorem productum? an purissima alia materia, spiritu lapidifico compacta, & eam in formam lapideam adducta? demum è sulphure, & Mercurio purissimo? an ex purissima elementorum materia parum refert, dummodo earum vires firmiter teneamus; Cum metallis & vicissim cũ planetis item cum præcipuis corporis nostri membris, ac cum plantis gemmas sympathiam habere nonnulli demonstrant. Vt enim fului & rubri igneo colore micantes soli & auro, ita, & cordi, conueniunt, plantis item aureis floribus decoratis. Virides Veneri cupro, & renibus sic & plurimis plantis. de cæteris eandem ferunt sententiam his vero missis ad institutum redeo. lapidum, & gemmarum præparatio, & vsus plane recens est, & ante Arabes nullum reperio qui de his quicquam scripserit apud Hypocratem perpaucorum fit mentio apud Galenum Hypocrate longe inferiorem ætate, lapides haud pauci recensentur at quam breuissimis

mis ex quibus manifeste liquet de his per exiguam habuisse cognitionem. Arabes Græcis multo inferiores gemmas primum in polinem tritas suis compositionibus immisceuerunt. quam consuetudinem seruat hodie vulgus medicorum. at durissima illa corpuscula, etsi tenuissima à nostro calore atteri atque in actum deduci haud posse satis liquet nec nostros corporis meatus subire valent. potabiles quippe, & in liquorem versas, gemmas vsurpamus. incipiam à corallis, & vnionibus tamquam ab vsitatissimis.

## CAP. XLIX.

## *De Corallis.*

CORallum vel vt aliis placet *corallium* vt in imo maris incredibili naturæ artificio productum, ita mirabiles ab ea dotes sortitum est. In pelago veluti mollis arbuscula crescit, & vegetabili vita viuit. extra vero naturam lapideam induit, vt non vltro ad vegetabilia, verum potius ad mineralia reducatur. Tres sunt huius fruticis lapidei species. rubrum omniū censetur optimum, album peculiares habere facultates existimant omnes, nigrum rarissimum, & minus in vsu receptum. Sunt, & ex his stellatum, articulatum & porosum sub iisdem speciebus reponenda. Rubrum potissimum nobis in vsum venit, quod quidem non nobis solum Europeis innotescit: verum & Asianis, & Afris. hinc Turcæ Indi, & pleræque aliæ nationes barbaræ ipsum integrum collo gestatum insignes habere vires constanter credunt. In plurimis etiam Europæ locis ad nocturnum timorem, cui pueri, & iuuenes ob cruditates valde obnoxii sunt, valere creditur. Bononiæ, vbi hæc meditamur, puellæ id collo gestant tanquam ornamentum, & virginitatis signum. Auicenna corallum inter cardiaca reposuit. Veteres Græci neque Hippocr. neque Gal. id meminerunt. colligitur hodie in maxima quantitate in mari mediterraneo Barbariam versus, quod Massilienses id quotannis adeunt piscatum, sic id artificij genus appellant, eo quod retibus ipsum ex imis oceani visceribus extrahāt, traditur etiam

id

id in Liguſtico mari enaſci; Verum potius Ligures cum Maſſilienſibus in Barbarico ipſum reperiũt, & inde poſtmodum Genuam aduehunt. Communis eius in medicina vſus eſt, id in pollinẽ reducere ipſum prius calcinando vel integrum ſuper porphyritem lapidẽ terendo Nos vel eius tincturam, vel eius ſalem vſurpamus ex quibus ſyrupos, & alios liquores componere poſſumus.

## CAPVT L.

### *Sal Corallorum.*

METhodus qua corallorum ſalem præparamus non eſt à vulgari diuerſa, ea ſolum modo prius ab omni ſalſedine maris per varias ablutiones repurgamus ipſa coralla probe terendo in mortariolo marmoreo eaq; fortiter exagitando cum piſtillo & aqua communi, toties, aqua à corallis remouetur, quo ad omnis ſordities receſſerit, quod rubore, nitore, & pulchritudine coloris deprehendes. Exſiccata, & minutim trita in aceto acerrimo deſtillato diſſolue, in fimo equino diſſoluuntur variis infuſionibus, hiſq; pluries repetitis Infuſiones eiuſmodi vrinali vitreo induntur, ac demum lento calore extillantur, & ſic omnis humiditas fere abſumitur, tunc reponendum eſt vas in loco frigido in cuius fundo ſal concreſcet. eo ſale ſi vti volueris id correctione eget, & tunc ipſi ſuperinfundes aquam vitæ optimam, quam ab eo ſale diſtillabis hac que via vis acida aceti retunditur. putant nonnulli longa hac maceratione in fimo equino dictum ſalem in oleum verti, ſed his, vt multa alia ſua cogitata relinquimus.

## CAP. LI.

### *De tinctura Corallorum.*

INter plurima à pſeudochymicis conficta, hæc corallorum tinctura non ex infimis. omnes corallorum tincturam extrahere norunt, & nemo ipſam vidit vnquam circumferunt aliquot ſolutiones ſubrubras eaſque falſò pro dicta tinctura nobis offerunt; ſed quod magis miror viros præſtantiſſimos, eruditiſſimos, & de arte ſpagirica bene

bene meritos de ea præparanda tam falso scripsisse. horum nominibus vtcumque parcam: nec nobis est cum laruis luctari. Paracel eo in genere haud est reponendus, quia quod de ea scribit totum ænigmaticum est, atque eam sub verborum inuolucris plane occuluit, eas vero quas Beguinus in suo *Tyrocinio chymico* proponit irritas esse, & penitus reiiciendas existimo. Quidam coralla prius calcinanda docent. Quidam sola trituratione cum aqua communi pluries affusa. Quidam cum aqua quercus, iuniperi & similium. Sunt & qui putant cum spiritu vini longa maceratione præmissa, tandem vana sunt hæc omnia. Quercetanus ad veritatem propius accedit, dicens ex sale spiritum, & tincturam elici posse. quam quidem methodum manib. propriis pluries experti sumus. Et quia ipsa ex dictorum corallorum sale per acetum distillatum facto elicitur, dubitare quidem possumus, num dictus liquor ex aceto potius, quam ex corallis procedat liquor ab aceto manifeste liquet; color vero non ita, etenim stillatitium acetum eiuscemodi rubeo colore caret. odor ille fragrans itidem suspectus esse potest, neque immerito. nam saturni spiritus eodem fere odore præditus est In vtriusq; spiritu idem & color conspicitur, eadem rubedo. an ex aceti fæcibus, an à corporibus solutis, nec res certa est. in aceto stillatitio quamuis limpidissimo per aliquod temporis spacium subsidet fæx quædã tenuissima & albissima, & nonnunquam per vniuersam aceti materiam, veluti vrinæ nubecula volitat, aceti vis omnis quæ in suo sale volatili residet cum solutis corporibus manens mixta denuo nouum spiritum fundit, distillatione per retortam rite instituta, at is spiritus sapore, colore, & odore corporum solutorum præditus est, & postea is non vltro acidus, sed æthereus, & plane, sulphureus, flagrans & cœlesti virtute balsamica donatus quibus manifeste patet insignem & præstantissimum esse spiritum grauissimorum morborum humido nostro balsamico inhærentium domitorem. hæc vero tinctura sic fit.

Accipe salem supradictum variis solutionib. filtrationibus, & coagulationibus depuratum ad libram vnam. is retortæ luto munitæ indatur, atque blando igne primum

phlegma

phlegma seu aqua insipida proliciatur, aucto igne, & mutato recipiente spiritum supradictum excipies cum exigua portiuncula olei veri ambo fragrantissima, & rubicundissima.

Huius tincturæ seu spiritus vis est admirabilis in corde exhilarando cerebro reficiendo & in aliis vti in fluxionibus capitis, quas sistere credunt. sanguinem pariter repurgare traditur, immoderatos mulierum menses reprimere, fluores albos exsiccare, & alia miranda præstare.

Vtendi modum praxis potius quam litera docebit, nec est vt quis putet sola librorum lectura in chymicis doctorem euasurum.

## Cap. LII.

## *De Vnionibus.*

VNiones nobilium mulierum delitiæ & ornamentum concharum in imo pelagi existentium partum, & genituram credimus, vnde & semini augendo, nec non & humido primigenio plurimum conferre. Hodie ex India orientali, & Occidentali asportantur, quibus in locis arte perforantur omnes, paruæ *margaritæ*, maiores *vniones* appellantur. eas olim Romæ in frequentem & promiscuum vsum venisse tradit Plinius, Alexandria in ditionem redacta. Et Clodium Æsopi tragœdi filium singulos vniones conuiuis ad sorbendum dedisse. Tradunt eos primum Arabes medicamentis cardiacis immiscuisse quos Græci sequuti, & post hos hermetici. illi, tritas & porphyrite vel alio lapide duro læuigatas, hi vero dissolutas, & in liquores versas. durum enim erat per corporis meatus solidissima corpuscula quamuis tenuissima permeare, eaq; à calore nostro subigi, & atteri, inde defessis membris opem ferre.

Parantur modo à corallis haud dissimili, itaq; vt de corallis supra diximus, eæ sunt primo in mortariolo marmoreo vel porphyrite terendæ, demum in proprio aptoque dissoluente per aliquot dies macerandæ. erit autem eiusmodi dissoluens vel succus limonum vel acetum stillatitium. In succo limonum citius dissoluūtur & forte maiori

maiori cum vtilitate, dissoluens ab his segregatur ipsis affundendo guttatim parum olei tartari, remanent hæ margaritæ in fundo vasis in succum album solutæ, ab hac solutione succum limonum affunde per inclinationem, solutum aqua communi distillata abluatur, & toties quo ad omnis acrimonia dissoluentis recesserit. *Solutio* eiusmodi *magisterium perlarum* vocatur. quod vero in liquorem oleaginosum vertitur, per spiritum vini diu in fimo equino putrefactum, *perlarum oleum* appellant. Si cum aceto stillatitio soluantur, & ab his soluens per alembicum abstrahatur citius in oleaginosum liquorem abeunt correctio salis acidi variis cohobationibus cum spiritu vini factis optime fit, quibus non modo spirituum acrimonia retunditur verum, & perlarum vis exaltatur Spiritum vnionum, quem quintam essentiam nuncupant, eo quo supra diximus modo de corallis præparamus. extant apud varios authores aliæ præparationes longe diuersæ de quibus similem censuram proferre audemus, ac de tinctura coralliorum.

Vires margaritarum esse admirabiles nobis primum retulerunt Mauri, & post hos Chymici, præcipuas referunt in corpore sano & vegeto conseruando, idq; ab omni morbifica causa coercenda, item vniones ad resolutionem neruorum eorumq; conuulsionem plurimum valere, nec non ad marcorem senilem, sicuti & ad phrenetidem, faciunt & lac muliebre augere, vlceribus, cancro, hæmorrhoidibus, & melancolicis affectibus valde conferre, tandem capitales esse, & memoriam augere, dentes dealbare earum puluerem experientia constat, mira tandem de his circumferuntur, quæ quia nobis inexperta silentio præterimus.

## CAPVT LIII.

## *De Chrystallo.*

CRistallus gemmæ quidem species est, & notissima, & communissima, vt eius ortus est mirabilis, sic eius vires non sunt spernendæ. quod patet per angulos eius non fortuito, sed summa naturæ prouidentia è terræ gremio producta minutissimæ etiam cristalli sex angulares

exoriuntur semper, quasi tornatiles, & miro artificio affabre factæ. ob id crystallus iris præ cæteris candida & limpida iridem nobis repræsentat. primo aspectu glaciem frigore densatam diceres, & sane speciem aquæ in visceribus terræ densatam vix ac ne vix aliud quidem credere omnino est impossibile. frigore vero addensatam non esse, dissolutionis ratio contrarium indicat. ignis postmodum, qui ex eo, vt ex pyrite, excutitur, veritatem cõfirmat. nam durities causa est, cur excutiatur ignis. sunt & lapides hac duriores ex quibus ferrum ignem minime excutere valet. quin nullo liquatur igne: ignita & candens in frigidam projecta in partes dissilit, atq; hac via in calcis speciem vertitur, nec calx tamen proprie dicenda venit, adhuc enim lucet, & splendet; ab hac ignis vehementia in vitrum efficiunt. purissima tandem ipsam constare materia certum est. aquea nitidissima & perfectissima. communis quædam natura lapidifica in gemmis cernitur perfecta & colorum specie distincta.

Purissimo sulphure & sale gemmas constare multis conuincitur argumentis; sulphure, citra dissolutionem ex eo quod supra diximus de ignis extractione manifeste liquet; apertius per paleæ attractionem omnes siquidem gemmæ paleam vt succinum attrahunt. quod non fit nisi substantia illa sulphurea, quæ valde attrita concalesit, concalefacta, attrahit.

Crystallo medici perraro vtuntur, vt quibus vix natura eius innotescat. Spagirici in rerum virtutibus disquirendis analogia & experientia crystallum, calculum in renibus & vesica genitum dissoluere & foras detrudere agnouerunt. item lac mulierum augere. tradunt & dysentericis conferre, alba vteri profluuia sistere, & alia illis, ni fallor incomperta.

Theoph. P. multiplices crystalli præparationes docet *lib. 1. de præparationibus* at hæ pro more suo tradita sunt.

Prima est eleuatio seu sublimatio, cum triplici pondere salis armoniaci.

Secunda, Alchali ex supra sublimata crystallo in aqua communi distillata soluta, & per euaporationem in alchali conuersa.

Tertia

Tertia distillatio, in aqua accipit sublimatæ crystalli vnc. i. aquæ nitri & Aluminis sine distillatione an. vnc. 2. reduc in digestionem ad dies tres vel quatuor, deinde distilla, & distillatum coagula, coagulatum resolue. eiuscemodi præparationum vsus nobis nullus est, & eas prorsus mutilas & imperfectas existimamus, sic propter pseudo medicos sibi æmulos eiusq; nominis conuiciatores multa occultare voluit.

Et sane tanto viro haud exigua laus debetur, quod solis filiis artis isthæc arcana nota esse voluerit. Interim præparationes nobis vsuales patefacere atq; omnibus ob oculos proponere non recusabimus.

Cristallũ calcinamus, ipsam prius in cubiculo igniendo, atq; in aquam frigidam confertim proiiciendo, ter quater [illegible]q; reiteratur isthæc operatio, qua desilit cristallus & [illegible] contracta in aqua facile in puluerẽ abit, teritur postmodum super porphyrite & in alchool euadit.

Secundo modo crystallum calcinamus cũ duplo sulphuris super ardentissimis prunis in furno venti.

Tertio cum duplo salis nitri.

Quarto cum aqua forti peculiari, qua via mollescit ad instar pultis, quæ postmodum naturalem fere duritiem recuperat in aceto demersa. Sicque varias formas nanciscitur per se in calcẽ vix vertitur, sed in vitrum liquatur.

Ex calcinata crystallo salem elicere haud est difficile, qui postea in liquorem mutatur per resolutionem.

Eius supra memorato alchool vtimur sæpius & potissimum in renum & vesicæ calculis atterendis, dictum etiam aliis mixtum in lacte muliebri augendo vsurpamus.

Istius alchool medio, oleum fit mirabile quod quidem vi pollet vegetabili, augetur enim sensim vegetabilium in morem, adeo vt vncia vna intra mensem vel sesquimensem alteram vnciam dederit, contra omnium liquorum naturam, qui ambiente continuo absumuntur, hoc contra augetur, mole & pondere: huiusce multiplicationis ratio, non soli siccitati tribuendum, vt materiales philosophastri quidam putant, verum potius substantiæ cuidam famelicæ eiusce salium ordini

peculiari, qua & proprietate mineralium & metallorum sales plurimum donati sunt hunc liquorem esse actu humidum inficiabitur nemo potestate siccum esse non constat, extinguit sitim, ardorem in febribus coercet. Siccitas est lima caloris, at hic liquor igni resistit, & idem præstat quod liquor sulphuris, quod vero refrigeret, nec hoc quidem asserere volumus. aperit obstructiones, menses mouet, calculos soluit extrinsecus escaram concitat, vrit, & carnem superfluam absumit. quin tandem contraria præstat, excalefacit, & refrigerat. Elementales medici rationes ad hoc satis pueriles & inanes afferunt: rationales vero chymicis instructi his longe probabiliores afferunt. sed de his alibi.

## CAPVT LIIII.

## *De Saphyro, hyacintho, smaragdo &c.*

NOn negarem Gemmas vndique præstantes virtutibus plane admirabiles esse, at non tales, quales ab authoribus olim celebratæ fuerunt. Græci hanc pestem latinis inuexerunt, vt cuncta mendaciis refercirent. Superstitiosi Arabes hos sequuti plurima astrologicæ vanitati dederunt, quæ mendacia magicis artibus haud parum auxerunt. praui Iudæi huiusce factionis fortasse authores, vt qui iam Ægyptiorum artibus imbuti, Summi Pontificis ornatum ad falsas magiæ ceremonias detorserint. Sicq; quod præceperat Deus in gemmis Humeralis, & Rationalis Summi Pontificis sculpi nomina filiorum Israelis idem de stellarum configurationibus proterue confinxerunt. sed his missis, in Medicinæ vsum gemmas vulgato more vix vsurpamus, & quicquid clamitet vulgus medicorum, pulcherrimas illas compositiones gemmis auro & argento refertas in roborandis viribus, in morborum maligna pernicie naturæ inimica propulsanda, parui facere decreuimus, imo ni falsa extaret vulgi opinio ab eorum vsu penitus abstinerem, at hodie tanta est mortalium vana persuasio, simul & medicorum multorum socordia, vt nihil supra quod scriptum est, ab aliis innouari possit, quasi omnes medicinæ thesauros deprompserint, omnem perfectionem arti dederint, atque sacræ Apollinis arti extremam manum adhibuerint an-

tiqui

ti qui, ô dementes & stolidi asini, non vobis per naturam licet philosophari, alieno egetis pabulo, vos materiæ semper inhærentes, cortice pro nucleo oblectamini. non propterea diffido gemmis innatas inesse proprietates, verum nos latere, nec de his quicquam nimium agnosci; nec obstat, quid de his scripserint maiores nostri, vt Bocus, Aron, Therel, Zenotemis, Zoroastes, Hermes, Euantes, Dioscorides, & alii complurimi, vt Plinius, Arnoldus, Cardanus, & nuperrime Anselmus Boetius, qui omnes sola opinione ducti citra vllam experientiam de his haud pauca commentati sunt.

Existimarem einscemodi lapidum præparationem in sola solutione consistere, quod si quis vel vniuersale vel particulare dissoluens nactus esset, earum præparationem veram & legitimam inuenisse haud diffiderem. at videant, ne quis fumiuendulus nos decipere velit, & cum suo imaginario lapide, vniuersale dissoluens nobis obtrudere satagat. agnoui & viros apud vulgus famatissimos, qui his mendaciis inescati, aut saltem falsa opinione correpti, aliis isthæc pro veris diuendere non erubescerent. nos gemmarum vsum probamus, si solutas & in formam potabilem adductas habeamus. hinc liquores gemmarum optatissimi solis principibus dicati. de his vero liquoribus quos gemmatos appellant, seu iulepos seu syrupos, qui hodie Florentiæ sunt in vsu, & nuperrime magna suasione Bononiam delati, aliud censemus. arbitramur enim eiusmodi medicamenta neq; rationibus, neque experientia comprobata esse. ecquid quæso gemmarum infusio, & trituratio? etiamsi calcinatio præcedat. non nisi stulta opinio; & quam vocant calcinationem, videant num in ea indiuidua proprietas remaneat, si hac eo adductæ sunt gemmæ vt soluantur. non sic ars, opinione: sed experientia, rationi copulata firmatur, stabilitur, & vera probatur.

Saphyrus lapis durissimus proxime ad adamantem accedit, est & omnium preciosorum lapidum durissimus, adamante excepto. pulcherrima est gemma, cærulei coloris, albus etiam, sed fit arte modo gemmariis trito. eius præparatio communis est cum crystallo & aliis gemmis. de eius facultatibus nihil cert. hucusq; habemus.

De hyacintho, qui & optatissimus, & pulcherrimus lapis est, item & durissimus, miro splendore nitidus & colore fulgidus, de eo nihil etiam certi comprobauimus. interim magnalia prædicant medici de vsu compositionis hyacinthinæ, & hic maxime vbi est in frequentissimo vsu, & præsertim citra vllum discrimen in omni febre, quo consilio, viderint ipsi.

Scio isthæc gemmarum fragmenta à nostro calore subigi nec atteri haud posse, minus in actum deduci, imo ventriculo vniuersæq; naturæ potius molesta esse. quod si quid sit in his virtutis & perfectionis, ab ambare, moscho & aliis potius proficisci, paratur itidem more aliarum gemmarum prius per calcinationem, postmodum per dissolutionem. calcinatio quæ vi ignis perficitur, suas habet dotes, quæ cum sulphure vel cum sale gemmæ, vel alio sale suas etiam peculiares.

Smaragdus gemma & notissima & pulcherrima multiplex est pro diuersitate locorum vbi nascitur, orientalis occidentali longe præstantior, virore & nitore visui gratissimus conspicitur. multa de eo atque de aliis gemmis falso circumferuntur, vt quod deferenti opes augeat, castũ reddat, &c. de eiusmodi gemma atq; de cæteris idem plane coniicimus, nec est vt quis à nobis aliud expectet, donec tempus certiora attulerit, interim succisiuis horis cum à grauioribus negotiis respiramus, gemmarum præparationibus, earumq; facultatibus indagandis solerter accumbemus.

Interim qui eiusmodi lapidem in prophyrite vel marmoreo leuigant, eumq; ægris sic paratum propinant, errant toto cœlo. mallem ipsum calcinare prius, vt de crystallo diximus. calcinatum in liquorem deducere.

Sic non esset difficile eo vti, vt supra præcipimus, sæpe adulteratos pro veris smaragdis in officinis vsurpant, est enim eius adulteratio perfacilis. accipiũt sodam seu Kali vstum, albos fluuiorum silices, & viride æris, nonnulli minium quantitate conuenienti crucibulo indunt, mixturam, atq; forti igne adacto, fit vitrum smaragdo persimile. sed gemmis omissis ad cætera lapidum genera diuertere placet.

De

## CAP. LV.

### *De lapidibus minus preciosis.*

DE cæteris lapidum generibus hic nonnihil interserere puto, & maxime de his quæ nobis in vsum veniunt.

Et primum lapides astacorum, qui in capite cancrorum fluuiatilium reperiuntur, frequenter ad nephriticos dolores vsurpamus. ii reperiuntur tantum bis in Anno Mense Maij,& Septembris, his nimirum temporibus, quibus ipsi veterem corticem deponere consueuerunt, sic molliori cortice subrubro tecti geruntin capite prope oculos lapides vtrimq; subalbidos, quos nonnulli falso *cancrorum* oculos appellant. eiusmodi lapides plerumq; integros vsurpamus,& tantummodo tritos, & in pollinem adductos, ad pondus drach. ſ. & drac.1.in doloribus nephriticis quos breui sedare annotauimus dictos etiam lapides in aceto destillato soluimus, item in succo limonum,& sic potentius vires suas exercere aduersus calculos,tum renum, tum vesicæ deprehendimus cæterum qui de his salem,liquorem aut aliud simile præparare voluerit, sibi liberum esto. modus ab aliis non erit dissimilis. nostra tradimus,& aliena relinquimus.

Lapis iudaicus, spongites, nobis etiam frequenter in vsum veniunt, eos pariter integros citra vllam præparationem, sola trituratione excepta, vsurpamus sunt salinæ naturæ,& facillime in actum deducuntur. Iudaicus, & Lincis, ob duritiem soluti cum aliquo liquore acidulo aptius deuorantur, atq; potentius vires suas depromunt.

Lapis Bezoar modo haud dissimili à nobis vsurpatur, tritus videlicet & in pollinem adductus. legitimus hodie vix habetur, & magna copia quæ hinc inde circumfertur, adulterinus vel factitius est, vel in diuerso animali ab eo in quo generari solet repertus. anno superiori vtriusq; nobis copiam fecit Serenissimus Dux Mantuæ, qui vltra mira,& portētosa naturæ arcana, lapides bezoardicos omnis generis magnos, paruos, orientales, occidentales, ad incredilem quantitatem prope se detinet. Est enim Serenissimus Princeps rerū naturalium cognitione

tione peritissimus rerum Chymicarum indagator strenuus, & expertissimus; mirum dictu quam docte, & quã apte de his sentiat, nec modo in theoria, verũ & in praxi, in qua manibus propriis artem exercuisse cognoscitur; auderem, & affirmare si ipse hoc mihi concederet, neminem sibi similem inuenisse, qui tam dextre, tam docte de singulis encyclopædiæ partib. edisserat. Sed ne laus tanti Principis oratiuncula hac nostra labefactetur, relinquo cæteras ejus animi dotes quas in eo multiplici familiari colloquio deprehendi, & ad lapidem nostrũ bezoard cũ reuertor. Itaque de eo multa asserere possum, & maxime in affectibus melancholicis, malignis febrib' nonnullis, in hystericis passionibus. legitimi notæ apud scriptores habentur, at melius vsu & experientia ipse cognoscitur qui dictum lapidem frequenter tractant, eum sola inspectione facilius agnoscunt, quam qui sola librorum lectura. vsurpamus ejusmodi lapidem more cõmuni tritum subtilissime, & cum jusculo carnis, vel aliquo liquore patienti accommodato est equidem friabilis, ac mollis, & facillime in pollinem comminuitur, facile etiam subigitur, & à calore nostro atteritur nobis non licet alia ex eo medicamenta parare, rarus enim est, nec copia tanta reperitur, vt de eo liquores vel alia medicamentorum genera componere valeamus.

Nominis affinitas mihi in memoriam reuocat Bezoar minerale, tam naturale, quam artificiale, naturale puto à figura, & extrinseca facie potius sic appellatur, quam à virtute artificiale à virtutis similitudine tantũ; nam sicut verum Bezoar, humores veneno infectos reprimit, subigit, & conficit, ita & minerale.

Commonstrant al qui cornu quoddam lapidificatum in antiquis ruderibus repertum, quod *monocerotis cornu* nuncupant, ferunt ejusmodi cornu multum valere aduersus venena, idque viribus vnicornu æquiualere. verum puto in his rebus plura opinione dicta esse, quam quod experientia constet.

*Vnicornu* multis laudibus decantatum aduersus venena; ejusce generis esse videtur. lapides item *ophioglossi*, vulgo in Gallia *langue de serpent* In Italia *saettes*. quod ejusmodi lapides ignarum vulgus putet è cœlo decidisse.

Sed

Sed errant omnes, sunt sane dentes piscis marini à nonnullis canis à quibusdam *lupi* dicti. hi olim cum multis aliis in altissimis montium iugis, & in quibusdam etiam locis a mare relicti fuerunt à diluuio & inibi in lapidem conuersi. mirum sane, & portentosum omne crustaceum genus his in locis lapidificatum reperiri. hæsitant pleriq; num vere vniuersali diluuio eo deportata fuerint isthæc; quod nobis dubium facillime excutitur, & ratione loci, & explorato genere rerum lapidificatarum. quibus & sacræ literæ suffragantur. In Gallia Narbonensi prope Vticam vbi lapides molares excauantur, multos inuenimus cum quibusdam aliis lapidibus, & his præsertim quos *bufonninos* appellat vulgus. Galli *pierres de crapault*. Itali *pietre di rospi* In Italia multis in locis à mare remotissimis in egros montes eiuscemodi rerum maritimarum lapidificatarum vidimus.

Ebur fossile ad eiusmodi rerum lapidificatarum genus optime reducitur, huius ingentem copiam vidimus penes Illustrissimum Dominum Equitem Cassianum del Pozzo Patronum meum plurimum colendum, Romæ, in ædibus suis, cum illic per otium mirandæ naturæ arcana permulta nobis commonstraret. de eiusmodi Ebore duo præclara, & insignia ab eo accepimus, terram dicto Ebore confectam Lemniæ persimilem venenatis morbis valde efficacem, & turchesios lapides ex dicto Ebore factos, veris, & naturalibus turchinis gemmis simillimos atque in omnibus conuenientes, colore, duritie, & virtute præstantes. ab alio amico accepimus dictos lapides fieri posse ex quibusdam piscibus lapidificatis, quod certa experientia sibi constare asserebat. totum secretum in calcinatione consistit, sed nos medica tractamus, cætera aliis relinquimus.

## CAP. LVI.

## *De lapide armeno & Cyaneo.*

HOdie rerum fossilium perrarus est vsus, quod nunc nostri medici ab antiquis valde recesserint, & sane paucis exceptis hos adeo rudes & inexpertes agnoscimus, vt vix vltra titulum nihil quicquam artis redoleãt.

Ecquid quæso toties dogmaticos Galenicos se nominare juuat, & præcipua, & selectissima medicinæ præsidia & remedia ignorare? vbi peregrinationes vestræ cum Galeno in Cyprum, Lemnum, & alia loca? vbi manus vestræ medicamentorum præparationem didicerunt? Non sic majores nostri, relictis laboribus, solis verbis operam dederint. post Græcos obseruate, Arabes quam sedulos in medicamentorum inuentione, & præparatione. Et in his potissimum lapidibus, quorum vsus penes eos olim frequens erat. nunc vero medicos nostræ ætatis plane latet, & ni extaret celeberrima illa compositio *kermes* dicta, nulla sane in officinis de isto lapide haberetur memoria. armenus lapis pilularum quarundam compositionem ab Arabibus inuentam ingreditur, at ejusmodi pilularum vsus nullus est. vtriusque virtus ab antimonio non est valde dissimilis, antimonium ni fallor minus periculosum, susque deque purgans omnes humores, aquas præsertim, & vtramque bilem, magnis morbis, magna conueniunt remedia. vterque lapis duplici sulphure cõstat, vt omnes quoque mineralium species; sale item duplici, volatili, & fixo in sale volatili vis vomitoria residet, in sulphure, confortans, roborans, & cardiaca, in fixo præsertim. quotiescumq; ergo de præparatione dicti lapidis sermo habetur, manifeste patet, quæ præparatio vsurpanda veniat, & maxime in compositione confectionis *alchermes*. Cum enim dicta cõpositio sit tota cardiaca roborans, & fortificãs; atque ea tantum desideretur; certum est genuinam præparationem dicti lapidis, eam esse per quam contraria vis purgatiua, & vomitiua remouetur. at per calcinationem omne volatile recedit, ablutione superaddita ad majorem cautelam, quare dicta præparatio vsurpari debet in hac compositione, lotio ad hãc accedit, vt certius dicta vis purgatiua remoueatur. qui putant solam lotionem sufficere errant toto cœlo, nam citra calcinationem sal minime educitur. compacta inuicem tenet sulphur vtraque, quod sola calcinatio soluit. interim nõ ignoro loquaces quosdam medicos chymicarum rerum rudes, & ignaros contrarium sentire, & authoritates veterum mihi objicere, parum memores artem tunc adhuc incultam in cunis adhuc balbutientem

penes

penes eos manere, nos vero recentiorum labores cōtemplati, artem non vltra euagientem, & balbutientem, sed magis cultam, grandiorem, & prouectiorem recolimus, hinc mirum non est si multa antiquis incognita à veris Medicis hodie in vsum aduocentur, & si nouæ præparationes nobis nunc innotescant, quas jampridem veteres ignorauerunt. Itaque lapis noster lazuli per calcinationē & ablutionem, facultatem omnem purgatricem amittit, & fortificans, roborans, & cordis affectibus apta redditur. Si ex calcinato lapide salem, & sulphura corpore terreo segregare volueris, cum aqua vitæ, seu spiritu vini, aut cum aceto aut alio liquore modo quo supra diximus de alijs, non erit difficile. hæc pauca de cyaneo lapide dicta sint.

## Cap. LVII.

## *De lapide quodam incognito admirabilis virtutis à paucis annis in agro Bononiensi reperto.*

EN quotidie noua emergunt in rerum natura. vbique prostant magnæ naturæ miracula ô desides veritatis osores! discere vos pudet. falso arbitramini cuncta antiquis fuisse cognita. at quot plantæ. quot fossilia majoribus inuisa assiduo in lucem erumpunt. In agro Bononiēsi inter cætera veteribus incognita, nobis sese offert peculiare quid de genere lapidum plane nouum & inauditum. Est autem quædam lapidis species, quam nonnulli *luciferum*, alij *solarem*, quidam *lunarem* appellant, à proprietate luminis quod à Sole vel Luna mutuatum repræsentat. Etenim mirum videre est quo pacto corpus opacum lumen à Sole vel Luna recipiat, & idem in tenebris referat. in quo philosophari haud infæliciter possumus, num vere lumen corpus sit, & quodnam corpus, an substantia, an accidens, & alias plures de lumine quæstiones, quas hoc medio enodare forsan non esset difficile.

At nos quibus non est in præsens dirimere lites, isthęc breuitate omittimus, & dicemus hujusce lapidis naturā, differentias, locum, vsum, proprietatem, & præparationem.

tionem. quod ad ejus naturam, lapis eſt pellucidus gypſo valde ſimilis, ſale & ſulphure cauſtico, mordaci, & adurente. triplex eſt in ſuo genere.

Primus & pulcherrimus, pellucidus eſt ſpeculo aſinino perſimilis gypſoſque nobiliori, qualis in his montanis reperitur, quod vulgus talcum nominat, quo multi vtuntur, ad varia opera, vitri inſtar, id ipſum diuidentes in foliola tenuiſſima at hic lapis vt ſiccior, & durior tam latam diuiſionem non patitur, diaphanus eſt quidem vt talcum, & in tenuiſſimas bracteas funditur, ſed perbreues. figura ejus varia eſt, nunc oblonga, nunc rotunda, nunc tabulata. Secundi generis is eſt, qui non adeo pellucet, multũ terreſtritatis in ſe continẽs, hic in bracteas, ſeu in ſtrias diſpeſcitur. Et tertium genus eſt multiplicis magnitudinis, craſſiſſimus omnium, opacus, ſtrijs, & lineis contextus ac breuiſſimis, ad ſecundæ ſpeciei diſtinctionem, vnde in puluerem potius quam in ſtrias abit. Inuenitur ejuſcemodi lapis, in quibuſdam collibus prope Bononiam in agro vulgo *monte paterna* dicto, quatuor milliaribus ab vrbe diſſito, atque in agro vulgo Paradalbino nuncupato, octo vel decem milliaribus diſtante. reperitur etiam prope dictum montem paternum in riuulo quodam innominato prope roncharıam. In mõte paterno atque eo riuulo ſæpius per otium dictos lapides vna cum multis alijs rebus non vbique obuijs, tum plantis tum mineralibus mira jucunditate collegimus, etiam multoties patronis, & amicis nobiſcum eo animi cauſa diuertentibus, qua occaſione non poſſum quin commemorem eruditiſſimum & prudentiſſimum Dominum D. Claudium Gobelinum Pariſienſem, adhuc juuenem Bononiæ ſtudiorum cauſa tunc commorantem, qui pluries, vt erat rerum naturalium cognitioni valde deditus ad eum locum nobiſcum venit; vbi ad ſatietatem lapidis naturam, vires, & locum contemplati ſumus, grauiſſimis quæſtionibus philoſophicis inibi habitis, & maxime de ortu mineralium ibi repertarum, de marchaſitis, de vitriolo ibi latente, de ſale ammoniaco, de varijs lapidum ſpeciebus eo loco paſſim obuijs. Duplici via itur ad dictum montem, vtraque via diuiditur prope portam ciuitatis quæ dicitur *San Mammole*, vna ſuperior, altera

inferior

inferior dicitur, per inferiorem sese offert riuulus admodum exiguus, qui aquis pluuialibus tantum irrigatur, illius riuuli decursu lapides isti nonnunquam reperiuntur, pluuiarum vehementia è proximis montibus educti, atque eo depulsi ad ejus dextram in agro, qui rõcharia vulgo dicitur, magna copia lapidis cujusdam albi prima facie salem armoniacum repræsentantis reperitur, ibi & pullulat naturaliter efflorescentia quædam vitriolata, austera, & acida, lapides etiam ferruginei, & æruginei haud pauci, cum talco gypsario hinc inde sparso. solum sterile est totum ea in parte, paulo superius fertilissimũ, ex quo facile argumentari possumus metallorum minetas fibris delitescere. per superiorem viam recto tramite itur ad montem paternum, & primo intuitu sese offerũt fornaces quædam terreæ, vbi varia valorum genera crassa, & ampla miro artificio excoquuntur. Paulo vlterius à sinistris ad meridiem videlicet apparent vastissimæ mõtis rimæ ab ipso montis cacumine ad imum tendentes, aquarum pluuiatilium impetu deorsum ruentium excauatæ, quę sulcorum ad instar per ordinem disposita sunt inter ejusmodi sulcos, terræque rimas, atque per totum illius soli ambitum marchasitæ aureæ exiguæ satis conspiciuntur, quæ nunc terræ glebis hærent, nunc aliquot lapides albidos crusta obducunt. paruæ sunt, vt plurimũ, & raro nucis inglandis magnitudinem vix aquãt. in imo atque interprofundiores sulcorum hiatus sal nitrum copiosissimum certis temporibus foras erumpit. locus saxosus est totus, & variis terræ hiatibus, rimis, & scissuris consitus, atq; sic montem conscendendo, & descendendo non nisi per laboriosos amfractus atque deuia perquam difficilia incedere valemus. hic lapis noster in terræ superficie colligitur, atque inter cætera saxa post pluuias multo facilius. nam è solo pluuiæ ipsos lapides educunt, atque aqua recenter loti pellucent, & intuentium oculis facilius sese obiiciunt. vehementes pluuiæ solum assiduo excauant, vnde noui lapides continuo emergunt, quamquam hæsitare quoquo pacto possemus, num in terræ visceribus generentur an in sola superficie, ii quandoquidem in extima parte hucusque inuenti sint, atque nemo terræ penetralia ea de re visitauerit vnquam, non

procul

procul ab hoc situ occidentem versus paulo ad sinistram monticuli quidam subrubri sese offerunt, vbi aliquando creditum fuit ditissimas metallorum fodinas ad [illegible] ideo & non raro lapides isti reperiuntur. totus hic terræ tractus tam qui silicis, aquarumque nimis conspicuus est, quam qui ejusmodi monticulis discernitur, sterilis est, & maxime ad austrum natura sol sicca est & ob saxa copiosissima, marchasitas, & alios diuersi generis lapides, forte etiam ob decliuum montis propter quod solares radios vehementissime excipit quorum repercussione omne pabulum humidum a natura absumitur. superior pars montis ad orientem, & septentrionem declinans fæcunda est, & ferax nimis, sunt equidem agri vbertate magna referti, etenim omni arborum fructiferarum genere consiti, vitib' pomis, piris, & similibus, at hic lapides solares nulli reperiuntur solum est pingue, & glutinosum, nullibi telluris fæcunditas major, nec fructuum præstantia, & bonitas capabilior. hæc de situ. nunc de ejus proprietate, vsu & præparatione. referunt quidam argyropœi, hūc lapidem plurimum valere ad metallorū transmutationem: ad quē vsum primo eum fuisse repertum certo scimus. inuētionis exordia, & causas nobis olim aperuit Dn. Scipio Begatellus is a. transmutatoriæ arti plurimum anhelans, omnes chrysopœos quotquot in ciuitate reperirentur, consulebat ex his fuit myrmecio quidam suæ professionis desertor, à sutoria arte ad vanam chrysopœiam trāsfugus dicto domino dicens se veram lapidis philosophici materiam in proximis montibus reperisse, & hūc esse lapidē nostrum solarem, tam ob pondus, quam ob sulphuris copiam, quo plurimum scateret ipse lapis. alias & afferebat rationes, quibus in animum induxit dicto domino, vt experiundi causa, pecunias haud paucas in breui temporis spatio inaniter contereret. Itaque multis incassum ad chrysopœiam jactatis laboribus pro annuo, sequentes præparationes inuenerunt. Quod ad ejus facultates, & vires; multiplices sunt, & proxime ad sandracem accedunt. vi enim caustica pollet, vnde ex eo psilotrum facillime concinnatur, fœtido sulphure quamplurimo constat, cum sale acerrimo & mordace, & arsenicali; cujus odorem & saporem valde similes refert, ejus natura

tura tamen non est ita fugax, vt arsenicum, imo fixe manet igne, fortemque sustinet calcinationem. Vsus ejusmodi lapidis ad extrinseca tantum hucusque nobis innotuit. fit ex eo lixiuiũ pro psilotro, cujus vsus esset peropportunus ad barbam, & pilos excidendos, ni odorem valde ingratum effunderet, moscho tamen aut suaui aliquo odore hunc corrigere perfacile arbitramur. ea proprietas, qua cunctis sese præstitit mirandus ille lapis, nullum ex se præbet vsum præter quoddam visui oblectamentum, vt nouiter inuentis plerumque contingere solet. qui de vocculis lites, & jurgia componere affectant, super his quæ circumferuntur de lumine haud tria ad satietatem per ejusmodi lapidis furatum splendorem aut receptum à Sole, & Luna meditari, rimari & contemplari possunt, nos interim præparationes docebimus.

Et pro facultate illa lucifera in eo potissimum exoptata, calcinatur duobus modis. primo lapis in tenuissimum pollinem redactus fortissimo igni in crucibulo calcinatur. Secundo idem in pollinem redactus in placentulas taleris instar compingitur, vel sola aqua communi vel albumine oui. eæ per se exsiccatæ furno venti cum carbonibus stratificantur, & dato igne validissimo per quatuor vel quinque horas calcinantur: furno per se refrigerato placentulas exime. quod si prima vice non sint satis coctæ, quod cognoscitur si parum lucis receperint: tũc eodem modo calcinationem reitera, dictas placentulas eodem modo stratificando, vt prius, ter nonnunquam reiteratur dicta calcinatio. optima ea est, quæ fit ex electissimis lapidibus, nitidis, puris, & diaphanis, sic lapis subtilissime tritus in furno reuerberij tam diu excoquitur, quoad lucem facile excipiat ex eo puluere varia in pixidiculis efformantur animalia qui in tenebris mirifice lucent. paratur lixiuium eadem methodo, quod ad siccitatem perductum, sal sulphureum, fœtidum, acre, & mordax exhibet.

PHAR-



# PHARMACOPOEÆ SPAGIRICÆ, Liber Tertius.

## *De variis medicamentis curandi varios morbos,*

## SECTIO I.

### *De vinis purgantibus.*

### CAP. I.

### *Vinum catholicum purgans facilis præparationis.*

*℞. Rad acori unc. ß.*
*Polypodij quercini*
*Sem. Carthami ana unc. i.*
*Sem fœniculi*
*Anisi ana drac. iij.*
*Cort. Myrobolanorum citrin.*
*& Chebulorum ana drac ij.*
*Cinnamomi drac ij. ß.*
*Caryophyllorum*
*Macis ana ℈. iij.*
*Corseru. Flor. genistæ*
*Violarum*
*Maluæ ana unc ß.*
*Hermodactylorum alborum drach. vi.*
*Turbith unc. ß.*
*Foliculorum senæ unc. ij.*
*Vini albi generosi ℔. ij. vel iij.*

Omnibus probe inuicem mixtis in vase vitreo optimi lutato & clauso macerentur ad calorem lentum B.M. per quatuor aut quinque dies, ampliusve. Colentur aliquot vici-

vicibus per manicam, addendo sacchari vnc. vi. Hoc vinum siue claretum purgans ad aliquot dies reseruari potest, ex quo facies sex octoue doses. Pro dosi vna vnciæ duæ sufficient: exhibendo id horis matutinis & singulis diebus aut alternis continuando. Purgat enim leniter omnes humores, siue serosos vel etiam crassos & melancholicos: prodest calculosis & podragicis, & potissimum delicatioribus, necnon imbecilliori ventriculo laborantibus, qui citra vomitum alia purgantia admittere nequeunt. Conducit præterea histericis affectibus, & albos sistit mensuum fluores, si addatur fæcula bryoniæ, quæ est specifica vteri medicina, cujus præparandi modus docebitur alibi.

## CAP. II.

## *Aliud vinum purgans facillimæ præparationis.*

*℞ Senæ vnc. ß.*

Hanc immitte in vas vitreum, addendo

*Cinnamomi contusi drach. ß.*

*Caryophyl N. v aut vi.*

*Vini albi q. s.*

Claudatur vas charta vel bombace saltem & addatur, si ita videbitur, paululum sacchari. Omnia macerentur in loco frigido per dies tres, quod vinum sufficienter tinctum sit. Hujus vini sumantur cochlearia duo vel tria mane, cum jusculo, si placuerit: ac tantundem sero, idque continuetur ad dies duos vel tres. Remedium hoc vncia semis tantum senæ præparatum (quod vel pueris & prægnantibus exhiberi potest) si continuo ad dies tres vel quatuor quis sumpserit, blande & vtiliter corpus purgabit.

## CAP. III.

## *Vinum purgans ex floribus prunorum Persicæ arboris, hyperici, &c.*

AD hujus vini compositionem verno tempore sufficiens colligenda est florum prunorum, tam hortensium,

sium, quam agrestium copia: hisque tertia vel media pars dolij replenda, quibus adde

*Vuarum Corinthiac.* ℔ [illegible].
*Prunorum dulcium* [illegible].
*Iuiubarum* ℔ [illegible]
*Dactylorum* [illegible] *enucleis* ℔. *i.*
*F*[illegible] *i.i.*
*C*[illegible] *vnc.ij.*

Affundatur vinum optimum vsque ad summum vasis, quo accurate clauso, omnia macerentur ad dies viginti aut mensem vnum. Hoc vinum nullam plane nauseam exhibet, & potest loco diapruni sumi. Habet enim vim alterandi & purgandi humores biliosos: seruatur ad vsum per integrum annum. Dosis est dimidium vitrum, quod citra diagridij additionem blande purgabit. Tempore vindemiarum etiam præparari potest idem vinum cum musto vini albi optimi, sicut & reliqua, hactenus à nobis descripta. Flores in vmbra exsiccati seruandi sunt vsque ad tẽpus enarratũ. Ejus vim purgatricẽ efficaciorẽ reddes, si foliculorũ senæ lib. i. atque alteram addideris.

Ad eundem modum parari potest, tempore veris vinum purgans contra vermes siue lumbricos ex Persicæ arboris floribus.

Ex floribus hyperici, summitatibus centaurij minoris & fumiterræ, collectis omnibus suo tempore, dum florent, & exsiccatis, conficitur etiam vinum purgans aduersus vermes, quod idem sanguinem mundificat, & tam atram, quam flauam bilem purgat. Si addideris senę ad libitum, potentiorem purgandi vim acquiret. Hæc vina licet saporis sint paulo amarioris, purissima tamen sunt & clarissima: corrigi potest amaritudo illa vuis Corinthiacis & liquiritia.

Sic eodem modo purgans vinum præparetur cum rosis pallidis & albis, tam hortensibus, quam syluestribus. Quod purgat humores serosos, ex quo etiam optimum remedium parari põt contra hydropem, quod etiam addita vincetoxici radice ꝑ vrinas purgat dosis duo cochlearia mane exhibita, idq; continenter ad plures dies, si res postulat. Ad eosdem humores purgandos vinum paratur ex seminib. ebuli & hederæ, tam in autũno, q̃ quo-

uis

bis alio tempore. Eadem vina conducunt etiam hydropicis.

## *Vinum Helleboratum.*

Accipe radices hellebori nigri bene mundatas, & ab omni terrestri impuritate purgatas, quas minutim concisas in B.Mar. cum sufficienti vini vel aceti quantitate, & semine anisi per 24. horas macerabis: hinc post quatuor aut quinque dies vinum prædictum separabis: eo enim modo omne venenum ex prædicta radice extrahetur, quæ dein exsiccari debet.

℞. *Rad. Hellebori ea, qua dictum est, ratione præparatarum vnc. ij.* ß.
*Foliculorum senæ vnc. iij.*
*Fœniculi dulcis*
*Anisi ana drach. vi.*
*Corticis vnc.* ß.

Macerentur omnia in duabus vini albi optimi, & jam purificati mensuris per quatuor aut quinque dies in bal. M.calido, coleturq; vinum absque expressione vlla, dein bis terue per manicam Hippocratis transmittatur, dulcoretur & aromatizetur cum sacchari sufficienti quantitate, & paucolo cinnamomo. Excellens est educendis à cerebro pituitosis & melancholicis humoribus. Optimum igitur est ad maniam, & melancholicos omnes affectus, tum intro assumptum, tum extrinsecus capiti cum linteolis in eo madefactis tepide admotum, vt docebimus fusius alibi.

Hactenus de vinis compositis purgantibus: sequuntur nunc quædam vina composita corroborantia & certis quibusdam affectibus appropriata.

## CAP. IV.

## *Vinum Hippocraticum commune.*

℞. *Vini rubri vel albi optimi* ℔. x.
*Cinnamomi vnc. i.* ß.
*Caryophyllorum* ℈. *ij.*
*Cardamomi*
*Granorum Paradisi ana* ℈. *iiij.*
*Zingiberis dr. iij.*

Omnia crasso modo contusa, macerentur in dicto vino

S 2 per

per tres aut quatuor horas: addēdo sacchari albissimi ℔. i. ß. transcolentur per manicam aliquot vicibus, & fiat Hippocraticum.

*Aliter.*

Nonnulli tantam aromatum copiam exosi, id præparant ex solo cinnamomo & saccharo, sed alij vim ejus calefaciendi paulo plus acuunt pipere, zingibere & caryophyllis. Hyemis fere tempore sumitur cum pane tosto ad corroborandum ventriculum. Porrigitur etiam in quartanis, & alijs affectionibus ex frigida causa profectis.

## Cap. V.

## *Hippocraticum extemporaneum, ad cuius exemplum omnis generis extracta & remedia etiam iam specifica ad diversos affectus possunt præparari.*

℞. *Cinnamomi unc. ij. vel iij.*
*Caryophyll. unc. ß.*
*Zingiberis*
*Piperis longi*
*Cardamomi*
*Granorum paradysi*
*Galangæ ana drach. ij.*
*Nucis moschatæ drach. i ß.*

Omnibus crasse contusis & inuicem mixtis macerentur in spiritu vini, in vitro optime clauso, positoque in B. M. per tres aut quatuor dies aut donec spiritus vini colores & virtutes aromatum omnes extraxerit. Frigefactū vas aperi, & separa tincturam per inclinationem, quam in phiala seorsim serua ad vsum. Fæcibus separatis reliquam aromatum partem fortiter exprime per linteum, quam in phialis alijs reseruabis ad vsum. Sed prior tinctura post macerationem filtretur & coletur per manicā, idq; ob extractionem faciliorem virtutū rerum aromaticarum. Ejusmodi extracta diutissime ad vsum seruari possunt.

Quoties igitur libuerit, cum vini optimi mensura vna infundes drachmam vnam atque alteram extracti, & sacchari

chari quantum voles: & sic habebis vinum aromaticum. Loco sacchari simplicis inseruiet oleum sacchari cum albumine ouorum indurato factum, cujus descriptio habetur in Diætetico nostro polyhistorico.

## *Claretum excellens.*

*℞. Cinnamomi unc. ij.*
*Macis unc. ß.*
*Dactylorum sine nucleis minutim incisorum nu. xx.*
*Myrobalanorum nu. iij. aut iiij.*
*Sem. Anisi*
*Fœniculi ana unc. i*
*Vuarum Damasc. unc. v. aut vi.*
*Coriandri præparati unc. ß.*

Aromatibus & seminibus crasso modo contusis, omnia indantur vitro, affundendo aquæ vitæ rectificatæ, vini Canariæ vel vini albi generosi, singulorum mensuram vnam Parisiensem, quę facit tres libras aut circiter: occluso vase macerentur in loco frigido per quatuor aut quinque dies, citra separationem liquoris à fæcibus suis: aut si placet, post macerationem transcola per manicam instar vini Hippocratici, serua in phialis clausis ad vsum Dosis est vnum atque alterum cochleare tempore matutino. Est medicamen optimum ad roborandum ventriculum ejusque cruditates & flatulentam omnem materiam tollendam: necnon contra colicos dolores & similes affectus. Potest hoc claretum dulcificari cum saccharo.

## CAP. VI.

## *Claretum aliud præstantißimum corroborans omnes facultates.*

*℞. Vini maluatici aut vini albi optimi mens. i. ß. vel lib. iiij. aut v.*

Indatur in vitrum aut pellecanum, addendo
*Caryophyllorum*
*Nucis moschatæ*
*Macis ana unc. i. ß.*
*Zingiberis*
*Cardamomi unc. ß.*
*Coriandri*

*Anisi*
*Fœniculi ana drac. ij.*
*Diptamni*
*Flor. Rosmarini*
*Buglossæ ana p. ij. aut in horum locum recipe illorumq́ conseruarum ana vnc. i ß.*
*Tabellarum aromatici rosati vnc. i.*
*Sacchari albissimi ℔. i.*

Omnibus crasso modo cõtusis & inuicem mixtis, infundantur cum vino & ad macerandum ponantur in B.M. tepido, vase bene clauso per duos aut tres dies. Postea colentur per manicam aliquot vicibus, vt specierum virtus melius extrahatur. Hujus vini, quod diutissime seruatur in lagenis clausis, mane exhibe vnũ aut duo cochlearia Hoc claretum corroborat omnes facultates, & reficit spiritus tam animales, quam vitales & naturales. Conducit igitur vniuersis cerebri affectibus: item cardialgiæ, lypothymiæ, syncopi, aliisque cordis affectibus. Estque medicina præstans contra omnes imbecillitates, cruditates & flatus ventriculi: corroborat iecur & lienẽ, & medetur omnibus cachexiis, melancholiis hypochõdriacis & ipsis histericis affectionibus: præseruat præterea corpus à peste, vermibus & aliis putrefactionibus, è quibus diuersi morbi excitantur.

Si eo vti voles in quodam affectu curando, addenda erunt ea, quæ huic fuerint appropriata & specifica, quæ pondere suo cæterorum ingredientium quantitatem superent, vt in epilepsia adiicienda est radix pœoniæ cum suo semine, ramenta cranii humani, flores tiliæ, lilij conuall. calendulæ & similium. Ex quibus fiat claretum aut vinum antepilepticum quod conducet epilepsiæ, tam ad paroxysmi ferociam tollẽdam, quam ad præcautionem, si aliquot ejus cochlearia exhibueris in qualibet Lunæ quadra.

In epilepsia ex vteri affectibus orta addenda est radix bryoniæ exsiccata.

In apoplexia & paralysi addenda sunt, baccę iuniperi, flores lauendulæ, calendulæ & saluiæ. Et sic pro vario affectuum genere varia quoque clareta, siue vina aromatica medicata concinnari possunt.

CAP. VII.

## *Vinum antepilepticum.*

*℞. Rof Cranij humani rec. vnc ij.*
*Visci querni minutim incisi vnc. i. ß.*
*Flor. Pæoniæ*
*Lilij conuall.*
*Tiliæ ana p iij. vel iiij.*
*Sem. Pæoniæ*
*Carduibenedicti contus. ana dr. vi.*
*Cinnamomi vnc. ß.*
*Nucis moschatæ dr. iij.*

Indantur in vas vitreum colli oblongi: affundatur vinum optimum: occluso vase, macerentur omnia in B. M. tepidissimo per quatuor aut quinque dies, colentur bis vel ter, & si velis dulcificare colaturam, adde paululum sacchari. Hoc remedium summum est tam ad curationem, quam ad præseruationem epilepsiæ. Ejus dosis sunt aliquot cochlearia tempore matutino, idque in quouis Lunæ septenario.

CAP. VIII.

## *Vinum antapoplecticum.*

*℞. Flor. Lauendulæ*
*Saluiæ*
*Anthos ana p. iij. aut v.*
*Baccarum Iuniperi vnc. ij.*

In cæteris fac vt supra. Vnum vel duo cochlearia hujus vini exhibita subito apoplecticum restituunt, & tanti mali tyrannidem arcent: non tamen omittendæ interim sunt aliæ euacuationes generales, item reuulsiones, deriuationes, &c.

## *Vinum antiparalyticum à celeberrimis Medicis ordinariis, Illustriss. Principis Mauritij Landgravij Hassiæ, &c. mecum communicatum.*

*℞. Florum Calendulæ, Lauendulæ*, mediocriter exsiccatorum bonam partem, quibus imple lagenam vitream,

amplam & robuſtam, affunde vini maluatici tantum, vt tres vel quatuor digitos ſupereemineat: vas probe clauſum pone ad Solem per tres ſeptimanas aut integrum menſem: quo temporis ſpatio, vinum florum illorũ virtutes atque eſſentias extrahet, & vim acquiret adeo efficacem & potentẽ, vt ſi vitium ponas ad parietem aut murum aliquem, vbi ex radiorum ſolarium reflexione calor auctus in id fortius operetur, in centum fruſta diſſiliat. Ponendum igitur eſt ad feneſtram apertam, vbi radiorum non tanta eſt reflexio. Elapſo tempore enarrato, vas refrigerandum in cella per noctem integram eſt ponendum, vt vis nimia ſpirituum mitigetur ac ſedetur, & poſtea aperiendum. Confert ſupradictis affectibus, vno atque altero cochleari in aurora ſumpto: quod præſtandum eſt vſque ad viginti quinque vel triginta dies: & præmiſſis purgationibus generalibus admirandos videbis effectus.

Si dictum vinum poſt ſufficientem florum macerationem per alembicum in B.M. vaporoſo diſtilletur cum omnibus iſtis floribus, vſque ad ſiccitatem, multo efficacius euadet, omnium autem efficaciſſimum erit remedium, ſi florum fæces in cineres redigantur, ſalque extrahatur & cum propria ſua aqua permiſceatur.

CAP. IX.

## *Vinum Zedoariæ compoſitum.*

℞. *Zedoariæ vnc ij.*
*Caryophyllorum*
*Macis*
*Cinnamomi ana drach. i.ß.*
*Zingiberis*
*Piperis longi ana vnc. i.*
*Nucis moſchatæ vnc ß.*

Omnia craſſiuſcule conquaſſata, vno pluribuſve nodulis lineis includantur & ſuſpendantur, per dolioli foramen, in dolio muſti pleno quadraginta dierum, aut ad minus menſis vnius ſpatio ad macerationem, quibus poſtea ſublatis, vinum ad cerebri ventriculiq; corroborationem tempore neceſſitatis exhiberi poteſt.

*Vinum*

### *Vinum ophthalmicum.*

In vini ophthalmici præparatione eadem plane methodus ac ſupra in vino Zedoariæ obſeruanda eſt, vt ſcilicet ſuſpendas per foramen dolij, quo muſtum continetur (loco aromatum.)

*Rad. Enulæ campanæ in talleolas ſectæ & exſiccatæ vnc. ij.*
*Fol Euphragiæ m. i.*
*Sem Fœniculi dulcis*
*& Sileris mantani ana vnc. i.*

Contundantur craſſiuſcule & omnia in vnum, vel in plures nodulos concluſa, ſuſpendantur in dolio, vt dictũ eſt, aut in phiala vitrea, & macerentur per menſem. De quo vna atq; altera vncia ad acuendum viſum exhibeatur, idque ſingulis matutinis.

## Cap. X.

### *Vinum Chalybeatum.*

*℞. Limaturæ chalybis vnc. iij.*
*Rad Eryngiorum*
*Enulæ campanæ ana vnc. i. ß.*
*Santali citrini vnc. i.*
*Coralli rubri*
*Raſuræ eboris ana drach. vi.*
*Caryophyllorum*
*Macis*
*Cinnamomi*
*Zingiberis ana drac. iij.*
*Ceterach*
*Flor. Geniſtæ*
*Anthos*
*Epithymi ana p. ij.*
*Vini albi generoſi ℔. vi.*

Macerentur per octiduum ad minimum ad ignem B. M. calidum, dein tranſcolentur per manicam Hippocratis ter quaterve, vt vinum optime clarificetur, quod dulcorari ſaccharo poterit, vt fiat vinum guſtui gratum: doſis vnum aut alterum cochleare in principio, quæ deinceps, ſi opus ſit, augeatur.

## *Vinum aliud chalybeatum.*

℞. Laminas chalybis puriſſimi vi ignis ſcintillantis, atq; liquefactioni proximi, merganturin magdaleones ſulphuris, vt liqueſcat chalybs inſtar ceræ Hiſpanicæ, recipiatur in vaſe ſemipleno vini albi generoſi vel aceti ſambucini, dein in tigillo ad ignem ardentem ſinatur per vnam atq; alteram horam, vt optime exſiccetur, læuigeturq; tandem vt alkool in porphyrite, huius ſic præparati chalybis cape ℥. 4.

*Rad. Eryngiorum*
*Rubiæ tinctorum ana* ℥. 6.
*Cort. med. fraxini*
*Rad. Filicis ana* ℥. ß.
*Sem Fœniculi*
*Baccar. Iuniperi rec.*
*Gran. Alkermes ana* ʒ. 3.
*Fol Siccorum chamædr.*
*Ceterach*
*Flor. Geniſtæ ana p. i.*
*Caryophyllorum*
*Macis ana* ʒ. 2.
*Cinnamomi interioris* ʒ. 2. ß.
*Vini albi generoſiſſimi* ℔. x.

Indantur omnia in vas vitreum, & exponantur ad radios ſolares Æſtatis tempore, vel ad ignem lentum per xx. dies, materiam bis terue baculo agitando, dein transcolentur per manicam Hippocratis. Ad cachexiam & hydropem in eunrem ſingulare illud eſt præſidium: doſis primis diebus ab ℥. i. ad ℥. 2. dein in dies augenda cenſeatur,

### Cap. II.

## *Vinum antinephriticum.*

VT vinum antinephriticum conficias, dolium iuſtæ magnitudinis vino generoſiſſimo repleatur: quod quidem vinum prius concoctum, & ab aquea ſua humiditate depuratum ſit. Super huius vini heminis octo dolio incluſis, vt ſupra, addes

*Fructuum*

*Fructuum Alkekengi* ℔ *i.*
*Rad. Restæ bouis*
*Et Eryngiorum in Talleolas dissectarum & exsiccatorum ana* ℥.3.
*Sem. Bardanæ*
*Milij solis*
*Saxifragiæ*
*Bismaluæ ana* ℥.2.
*Fol. Herniariæ*
*Flor. Genistæ ana p.* 4.

Macerentur omnia per mensem integrum, deinde ad vsum reseruetur vinum.

Si post prædictam macerationem illud transcolaueris, mellisq; optime deppurati tertiam partem addideris, & vt supra, in vino scyllitico ebullire siueris; vinum efficies, quod diu conseruari poterit, neque ingratum gustui erit. Cuius vnciæ 2. aut 3. (præmissa tamen primæ corporis regionis purgatione cum bolo aliquo ex cassia aut simili) ad calculi expulsionem, & prohibendam eius generationem exhibentur.

# SECTIO SECVNDA.

## CAP. I.

### *Pectorale. Lac Sulphuris.*

Recipe Sulphuris flaui triti vel cribrati, vel florum Sulphuris partem 1. & Salis Tartari partes tres, pone in vitro ore capaci, luto obducto colloceturin arenam, affundatur aqua pluuialis destillata ad eminentiam 6. digitorum: Vitri quarta pars sit vacua, quæ extra arenam prominear, subiice ignem successiue, vt bulliat, lignea spatula diligenter agitetur, donec Sulphur fere omne in illis ebullitionibus solutum sit, quod spatio 5. vel 6. horarum fit, tunc enim liquor rubescit, mediocriter saltem si inspissando instar lixiuii: Si aqua inter bulliendum euanescit, affundatur alia feruida: Vltimo vbi fere omne Sulphur solutum est, & liquor rubeus ad eminentiam trium

trium digitorum transuersorum restat, tunc ita calide filtratur, per chartam Emporeticam, & de filtrata calida solutione parum in alio vitro ponitur, & confestim dum adhuc calet, affunditur vinum (sunt qui aceto destillato vtuntur, sed vinum præstat) lente, celeri tamen & alto lapsu, tamdiu, donec colorem spissi lactis acquirat. Hoc postea in peculiari vitro seruatur, & proceditur eodem modo cum restante solutione calida & vino: vltimo omnem lacteum liquorem misce, & pone in loco tepido, donec albedo Sulphuris à vino cœlurei & rubei coloris in fundum descendendo se separauerit, abstrahe tunc vinum per inclinationem, & affunde aquam pluuialem destillatam miscendo; stet diem & noctem, ac iterum effundatur affundendo nouam: Hoc toties reiteretur, donec nulla nigredo seu impuritas in aqua amplius appareat, nec sensibilis fœtor, postea post debitam residentiam & effusionem aquæ siccatur per se in hypocausto, & seruatur instar pollinis, vel antequam plane siccetur, misceatur aqua Cinamomi, vel alia appropriata, vt fiat pultis instar vel lactis, & priusquam ad vsum medicum adhibeatur, diligenter moueatur.

## *Vires, Vsus, & Dosis Lactis Sulphuris.*

1. Balsamum est humidi radicalis.
2. Confortat vires Naturales.
3. Purificat sanguinem ab omnibus impuritatibus, vnde varii morbi oriri solent.
4. Præseruatiuum Apoplexiæ.
   Conuulsionis neruorum.
   Lepræ.
   Luis venereæ.
5. Specificum Pulmonum, præseruat & sanat Asthma.
6. Tollit antiquam & recentem Tussim.
7. Consumit & exiccat fluxus Capitis.
8. Confortat Cerebrum.
9. Ventositates Ventriculi & Colicam impedit.
10. Hecticis & aridis peculiariter sua confortatione prodest, cum qua Cinamomi si misceatur, vt fiat instar lactis liquidi.

11 Phthi-

11. Phthisicos ocolariter iuuat, agendo in humidum radicale, testimonio ægrotantium.

12. In Arthritide, Podagra, Sciatica, & similibus morbis summopere etiam conducit.

13. Instar Ignis occulti consumit morbum non aliter ac Ignis vulgaris lignum absumit.

## *Dosis.*

TAntum pulueris miscetur, vt vehiculum quasi albicante colore t ngatur: mane & vesperi j. cochl. Ante exhib tionem dil gent er liquori immisceatur.

Offertur in aquis stillatitiis Cinamomi, Melissæ, Lauendulæ, aqua Epileptica: vel in Spiritu vini.

## CAP. II.

## *Medicamentum Specificum omnium septem membrorum Principalium.*

COnserua membra principalia, ait Paracelsus, & non facile mors eueniet, nam absque membri principalis conseruatione non potest curari morbus. Si enim vitam velis conseruare, non solum cor in suo esse conserues, sed etiam cerebrum, Hepar, Pulmonem, Lienem, Renes & Fel. Nam quamuis Cor sit centrum ipsius corporis atque radix, tamen quodlibet membrum principale destructum adfert mortem.

*℞. Olei Succini vel quater per aquam Maioranæ rectificati drachm 2.*

*Spiritus Vitrioli veri.*

*Salis Cranii microcosmici ana vnciam semis.*

*Tincturæ Croci Orientalis*

*Granorum Alkermes ana drachm. 2.*

*Salis Margaritarum*

*Corallorum ana vnc. 1.*

*Olei Cinamomi & Maceris ana drach. semis.*

*Lactis Sulphuris vnciam 1.*

*Extracti Spodii vnciam 1. semis.*

*Magisterii Tartari vnciam 1.*

*Antimonij Diaphoretici vnciam semis.*

*Tincturæ*

*Tinctura Croci Martis*
*Chelidoniæ*
*Rhabarb. ana vnc. semis*
*Liquoris Crystalli*
*Calculi microcosmi ana vnci. I.*

*Cum extracta & inspissata Theriacæ Essentia, melle Iuniperino Conuersa Rosarum, addendo pro libitu sac. ...Ro... redigantur omnia supradict. diligenter mixta in iustam Electuarij consistentiam addita M...chi & Ambræ an. drac...*

Propter Ventriculi sympathiam cum reliquis membris addantur drach. duæ olei Vitrioli V...is, cum drachma semis olei Nucistæ destillati.

## *Vsus & Dosis.*

VSus huius medicamenti in deploratis morbis, vbi nec ægroto, nec ipsi medico constat de genere seu morbi specie.

Et quia in omnibus morbis internis necessario vnum (si non plura) ex illis septem membris afficitur, poterit etiam in omnib. ægritudinibus tutissime exhiberi. Absq; membri enim principalis conseruatione non potest curari morbus.

Dosis à gran. 5. 6. 7. vsque ad 10. in vino vel aqua Cardui benedicti, vel appropriata, secundum septẽ membra.

## CAPVT III.

## *Specificum Capitale:*

MVltas Paracelsus virtutes tribuit in curanda Epilepsia Volatilitati spiritus Vitrioli: At illius apud nullum adhuc Chymicum data mihi fuit videndi facultas, nec vllus mihi affirmare potuit, quod confirmatam Epilepsiam solo vulgari & simpliciter præparato Vitrioli spiritu tollere potuerit. Hunc sequentem Spiritum efficacissimum vsu medico deprehendi.

*Vitrioli*

## *Vitrioli Spiritus.*

RECipe Vitriolum Hungaricum, seu Cyprium, vel Romanum perinde est (quamuis illud in Silesia in mineris auff dem Zigmantell Huserus semper plurimi fecerit, conficitur enim è Minera Auri, Argenti, Ferri & Veneris) solue in aqua destillata vel rore Maiali, & solutum cola, postea collocetur in digestionem cinerum seu arenæ vel fimi, in alembico negligenter saltem obturato, quia nil euaporat: stet per mensem, tunc ad superficiem eiicit fæces separandas: Iterum ponatur in digestione tamdiu, donec nullas fæces amplius reiiciat, postea coletur, quod clarum est, in lento igne Balnei vel arenæ destilletur, spatio aliquot horarum duarum vel trium phlegma egreditur, quod auferendum est, postea sequuntur spiritus (vbi hi incipiunt ascendere, quod gustando poteris deprehendere, senties enim aciditatem, & videbis, vt in destillatione aquæ Vitæ fieri solet, striarum instar in alembicum ascendere) qui mutato vase Recipiente seorsim colligendi sunt. Hic Spiritus Vitrioli ad odoris suauitatem, & dulcis aciditatis gratiam reductus, in quo nec sensibilis corrosio in lingua apparet, nec tarda austeritas, sed spiritualis aciditas, vtile est medicamentum & curationibus necessarium. Qui volet vlterius persequi destillationem auctiore igne oleum profluens, ad suos vsus seorsim colliget, & huius rectificati olei partem vnam cum quatuor vel sex partibus Spiritus vini alcoholizati in Balneo Rorido, per aliquot menses digeret, & postea destillabit, Habebit Oleum Vitrioli, supernatans aquæ suauissimi odoris & iucundi saporis, separetur per tritorium: In vsu medico maximæ est efficaciæ.

## *Alia descriptio Spiritus Vitrioli.*

RECipe Vitrioli crudi, ac vt paulo ante dictum depurati, duas saltem libras, destilla & pelle fortissimo igne, vt Spiritus & Oleum egrediantur: Liquori egresso adde duas partes aquæ pluuialis destillatæ, & in B M noua destillatio instituatur, tūc subtilissimus Spiritus Vitrioli cū aqua pluuiali eleuatur in hac rectificat. & egreditur

relicto

relicto acidissimo Oleo in fundo. Ille egressus Spiritus aquæ pluuiali immixtus summe penetrans est, & in Febri Vngarica, & aliis febribus ardentibus efficacissime operari solet.

## Cap. IV.

## *Epilepticum Medicamentum.*

PRimo Vitriolum ad flauedinem calcinatum imbibere conuenit Spiritu vini, vt fiat massa.

*Huius accipe libram* 1. *& semis.*

*Rasuræ Cranij hominis iustificati.*

*Visci querni.*

*Vngulæ Alcis.*

*Granorum Pæoniæ ana vnciam* 1.

Omnia scindantur & tundantur, postea mixta destillentur per retortam seruatis gradibus, vltimo violento Igne pellantur.

*Huius egressi liquoris libra* 1. *rectificetur in Balneo Maris supra.*

*Castorei.*

*Specierum Diamoschi dulcis ana vnc. semis.*

*Anacardi drach. sex.*

*Postea adde Spiritus vini lib* 4.

*Salis Pæoniæ drach* 1.

## Cap. V.

## *Balsamum Podagricum I.*

R*Ecipe lib.* 2 *Vitrioli ad flaued. calcinati.*

*Mellis virginei cum fauo lib.* 1.

*Spiritus vini lib.* 1. *si sit ad manus ille Spiritus è confectione Laudani Opiati residuus, erit eo melior.*

*Terebinthinæ vncias* 4.

*Verbenæ vncias sex.*

*Rorismarini tantundem.*

*Silicum calcinatorum libram semis.*

Omnia trita misceantur, & imponantur iustæ amplitudinis Alembico vitreo, bene luto obducto, addito satis magno capitello cum Recipiente capaci, iuncturis bene lutatis, ponantur per triduum in lento arenæ calore ad dige-

digerendum, postea paulatim destillentur, vltimo fortificetur Ignis, quamdiu vides guttas seu spiritus exire, postea frigescat: Caput mortuum seu fæces spongiosæ nigræ reuerberentur ad albedinem, illisq; priorem liquorem denuo affunde, & secundo destilla.

## *Vires, & Vtendi modus.*

Efficacissimum est Balsamum: Neminem sua expectatione rite præparatum & adhibitum frustratur: cito enim & subito dolorem Podagricum sedat, si locus affectus inungatur, præmisso prius Puluere Paracelsi purgante e Hermodactylis seu Arcano Corallino. Linteola madefiat & applicentur loco affecto tepide, & relinquantur, donec sponte exiccentur, postea iterum imponantur, donec dolores essent visibiliter vapores extrahuntur: Si pars dolens nimio ardore & rubedine crucietur, poterit de succo è floribus Thapsi barbati expresso & insolato ana admisceri.

## *II. Balsamum Podagricum.*

*℞. Olei mandibularum inferiorum veterum equorum, tempestatibus diu expositorum*

*Vel olei ex ossibus hominis (violenta morte reste vel rota perempti) siccis, Soli & Lunæ multis annis expositis.*

*Vel olei è sanguine Ceruino.*

*Cuiuscunq; huius olei aliquoties prius per se rectificati sumatur vncia i.*

*Olei Laterini*

*Terebinthinæ*

*Iuniperi ana vncias tres.*

Misce & destilla omnia adhuc semel in Balneo, & postea vngatur locus affectus, è vestigio tollit omnes dolores Podagricos è frigida causa ortos.

## *III. Vnguentum Anodynum.*

Recipe Florum Rosarum syluestrium manipulos decem, Herbæ & corticis exterioris recentis Hyoscyami manipulos sex, concisis simul affunde mensuram semis vini, coquantur, & postea trita exprimantur ac colentur: à colatura, aqua in Balneo abstrahatur, vt instar

mellis residentia maneat. Hunc liquorem in tigillo vitreato permittere paulatim euaporare, agitando continue, pistillo ligneo, donec inspissescere vult, postea affunduntur pinguedinis suillæ castratæ libræ duæ, & miscentur, tandem ita calide ab igne auferantur, & parum refrigefactis vnciam vnam Opii puluerisati ac in vino saltem soluti, & Croci puluerisati quantitatem duarum auellanarum, Extracti florum Verbasci vnciam semis addere conuenit, & mouendo diligenter immiscere, donec frigescendo fiat vnguentum cineritii coloris.

## *Vires, & Vsus.*

SIngulare in sistendo dolore Podagrico & Nephritico si calide affectus illo inungatur.

Vbi dolori Nephritico velis applicare, operæpretium feceris, si manipulos duos vel tres baccarum Iuniperi ab initio compositionis Hyoscyamo teras & exprimas.

## *Nephriticum.*

CAlculi varia sunt genera, gradibus atq; partium numero differentia; Omnia ex impuriori alimentorum portione subtiliata, & ad coagulationem destinata producuntur post benignioris alimenti separationē factam, beneficio spiritus seu caloris partium superuenientis ad absolutionem deducuntur: Variis exornantur figuris pro materiei varietate, ex qua veniunt, & partium in quibus hærent diuersitate multiplici, symptomata inferunt singulis conformia, & magna affinitate iuncta.

Fortis digestio dat citam operationem ad Calculum. Nulla debilis digestio, vnquam calculum produxit: Nisi debili digestione per vim fortem expulsiuam expellatur, & non secernatur, fieri non potest, vt homo sine Tartaro reperiatur, quem Spiritus Salis coagulare solet, & quem Purgationes non tollunt.

Detur opera diligens, ne acuta medicamenta exhibeantur in Calculosis, qui alias sunt valetudinarii.

CAP.

CAP. VI.

*Sal contra Calculum.*

IN Remediorum longitudine nil situm esse dicit Paracelsus de Calculo, saltem in vera præparatione.

℞ *igitur Oculorum Cancri*
*Calculi microcosmi*
*Lapidis Iudaici*
*Lyncis*
*Spongiæ*
*Aquilæ*
*Glaciei duræ seu Crystalli*
*Silicum*
*Lapidum Ciprinorum è Percis piscibus.*

Resolue ex his singulis vel omnibus quantum velis aceto destillato; toties repetendo affusionem, donec omnes soluti sint, ac inde para Salem, abstrahendo acetum: Hoc Sale sæpius per aquam pluuialem prius dulcificato & purificato (soluendo scilicet filtrando & euaporando) vel per se vtere in liquore resoluto.

Crustacei, vt sunt oculi Cancri, Lapides Cipryni, non egent calcinatione, per se enim in aceto destillato soluuntur, vt Perlæ & Coralli.

Silicei vero, vt Crystallus, Silex, Lapis Iudaicus, Lyncis, Spongiæ, Aquilæ calcinentur primo cum Sulphure & Sale nitro, vt supra de liquoribus gemmarum dictum, postea resoluantur cum aceto Terebinthinato, & Sal dulcificatum ad vsus seruetur.

Ex his lapidibus specificis, propter varias signaturarum formas habebis Remedium vniuersale ad Calculum & Tartareos morbos.

Vnum quodq; è supra nominatis specificis rectè præparatum, est sufficiens ob scientiam signatam.

Crystallum Montanus Paracelsi Ludum esse putabat, qui omnem Tartari Anatomiam, Signaturam & Curam in se continet. Particulariter curando fieri non potest, vt omnes species dignoscantur: Calculi & Tartari genera sunt plusquam quingenta, & quodq; egeret suo Remedio specifico.

## *Vſus, Vires, & Doſes Salis.*

IN omnibus Calculorum generibus, in quibuſcunque ſint membris.

Doſis à ſcrupulo i. ad duos pro præſeruatione in Syrupo conuenienti ſingulis Lunæ quadris.

In Cura à ſcrupulis duobus ad drachmã i. in aquis ſpecificis Ononidis, Saxifragiæ, Pimpinellæ, Petroſelini.

Mulieribus offertur in aqua Meliſſæ ſeu Baccarum Iuniperi.

## *Obſeruationes duæ.*

1. Nota illud Sal ſæpiſſime ſolutum & coagulatum, vltimo cum optimo Spiritu vini digeratur abſtrahaturq; fortiter in cineribus, reiteretur labor, ſic Sal fiet volatile. Poſt quamlibet enim putrefactionem vncia ſemis Salis aſcendit. Illa vini Eſſentia ſecundum Paracelſum non debet ſeparari à Sale immixto ac volatili, vt eo potentius agat in Tartarum interiorem. Vbi enim Alcohol vini fermentatum eſt cum virtute lapidum, tunc habet vim reſoluendi Calculum hominis, quemadmodum Alcohol vini fortificatum cum Tartaro, Auro & Corallis rubedinem extrahere perhibetur.

2. Neminem terreat, quod Silicei lapides propter duritiem primo per Salem Petræ calcinandi ſunt, vt eo melius per Acetum radicatum ſuperius memoratum ſolui poſſint, quod alioquin non fieret. Nam crudi Salis Nitri per Sulphur purificati cum tantillo Croci, Maceris & puluere lapidum Citrinorum, in Calculo eſt Remedium efficaciſſimum.

## CAPVT VII.

## *Hydropicum.*

ALimenta noſtra Cibus & Potus tria habent in ſe Excrementa, vnum eſt Aqua, alterum Sulphur, tertium Sal vel Tartarus. Si hoc Sal medium reliquorum duorum ab Aſtrali Igne cum ſuo proprio Elementali igne coniuncto lædatur, tunc fit & generatur ex illa reſolutione Salis, Hydrops.

*Purgans*

## *Purgans Specificum Hydropicum.*

*℞. Radicum Hellebori nigri debito tempore collectarum vncias tres.*

NB vt ab Helleboro spuma venenata in præparatione Essentiæ diligenter separetur.

*Coloquintid vncias duas.*

Extrahatur Essentia cum Spiritu vini, & iterum separetur ab illa Spiritus, ad mellis spissitudinem.

*Huius ℞ grana quatuor.*

*Mercurii per oleum Sulphuris præcipitati grana duo.*

Misceantur & formentur Pilulæ: Exhibentur tribus auroris successiue: Postea sint ad manus flores Sulphuris ter per Vitriolum sublimati, quorum accipe tres partes, & adde extractæ Essentiæ Croci Martis; Essentia hæc ex optime præparato Croco Martis extrahitur, olei Vitrioli beneficio in digestione, cui bona quantitas aquæ communis admixta est, quæ tamen iterum fortiter abstrahenda est, vt Puluis extractus per se remaneat. De hoc mixto puluere, mane, meridie vesperi exhibe drachmam semis: offeratur in Conserua Rosarum; Sudor oleo Guaiaci rectificato cum aqua Theriacali prouocandus: Vtatur cibo sicco conuenienti, potu exiguo, qui sit vinum Absinthites chalybeatum.

### CAP. VIII.

## *Dysentericum.*

Si digestio est bona, & non est separatio, tunc adest Dysenteria.

Si est separatio, & nulla est digestio, tunc est Lienteria.

Si neq; separatio neq; digestio, tunc est Diarrhœa.

Si adest putrefactio materiæ stomachi, tunc est fluxus ventris cum variis coloribus.

## *Puluis Dysentericus Eximiæ Virtutis.*

*℞. Succi*
*Sanguinis Draconis*
*Lapidis Hæmatit.*

*Corallorum Rubeorum*
*Sem. Portulacæ*
*Plantaginis*
*Anthoræ*
*Rad. Tormentillæ*
*Terræ Strigensis ana vncias duas.*
*Balaustiorum vnciam* I.
*Nucistæ numero quatuor.*
*Cinamomi vnciam semis.*
*Croci Martis*
*Talci calcinati*
*Martis Perlarum calcinat.*
*Ossium microcosmi calcin. ana vnciam* I.

Lapides in porphyrio in tenuissimum pollinem conterantur, postea ex omnibus reliquis tenuissime tritis, & invicem mixtis fiat puluis.

## *Vires, Vsus & Dosis.*

IN omnibus dolorificis alui profluuiis, cuiuscunq; originis & diuturnitatis.
Dysenteria.
Lienteriâ.
Hæmorrhagiâ narium.

In muliebribus sanguinis profluuiis quantumuis magnis & contumacibus, etiam in prægnantibus. Sedatur enim ilico in quibusdam, in aliis repetenda eadem Dosis horis aliquot post, longe à pastu, aut die sequenti in aurora, rarissime tertio repetitur, fœminis eo malo quantumuis graui liberatis.

Dosis à drachma vna ad drachmam I. & semis etiam ad duas drachmas, cum vnciis tribus vel quatuor liquoris stillatitii Plantaginis.

In Dysenteria ab extra sequens Emplastrum regioni Ventris vtiliter imponitur.

℞. *Theriacæ*
*Terræ sigillatæ ana, fac Emplastrum, applica tepide.*

SECTIO

# SECTIO TERTIA.

## CAP. I.

*Præparationes, proprietates ac vsus syruporum chymicæ descriptionis, ad quorum normam complures, qui vulgares sunt, reformari possunt.*

NOn diu hic in describendis syrup. vulgarium formulis, siue ii calidi sint, siue frigidi aut temperati immorabimur. Illa enim trita nimis & vulgaria ac vel minimo pharmacopœæ tyroni notissima sunt, quorum etiam numerosam supellectilem suppetunt dispensatoria, quo lectorem ablegamus.

Syrup. igitur nonnullorum haud vulgatiũ accessione nunc pharmaciam nostram amplificabimus, eamq; ditabimus quibusdam ornamentis à Spagyrica arte mutuatis, quæ sola digestione & putrefactione cruda concoquere, amara dulcorare, acidaque & acria contemperare docet, etiam sine sacchari additione. Hac methodo medicamenta eiusmodi rite præparata, etiam in minori dosi exhibita, vtiliora, & gustui gratiora redduntur, suaq; munia iuxta tres illas conditiones, tantopere ab Hippocrate commendatas, cito, tuto & iucunde, perficiunt.

Syrupis in vniuersum præparandis inseruiunt potissimum radices, semina, folia & flores vegetabilium. Ex foliis & floribus tanquam partibus plantarum mollioribus exprimitur succus, ex radicibus & seminibus plerunque fiunt decoctiones aut infusiones, quæ cum certa sacchari quantitate, postea in syr. decoquuntur.

Noua quædam methodus componendorum syrup. reseruatis propriis coloribus & odoribus innotescere cœpit, de quibus in pharmacopol. antiquorum, vel etiam recentium ne gri quidem, quo artificio hoc nostrum ditabimus opus. Paradigmatis loco sumemus syrup. violarũ eiusq; præparandi aliquot trademus methodos, quibus proprium florum illorum & odorẽ suauem, & pulchrum simul colorem conseruabimus.

CAP. I.

## *Syrupus violatus violaceus.*

## I. MODUS.

ACcipe flores violarum, suo tempore virentes, quibus foliatim studiose examinatis, quicquid album viridéque ipsis adfuerit, diligenter admodum secernendum, adeo vt nihil aliud præterquam quod violaceum sit relinquatur: neque hic in re pulchra & vtili labori parcẽdum erit, collecta florum optime mundatorum satis bona quantitate in mortario marmoreo, pistillo ligneo cõtundantur, veluti in conseruarum præparatione vsu venire solet. *Accipe horum florum ita contusorum vnc iiij sacchari*(instar sacchari rosati perfecte ex arte cocti) ℔ i. infunde saccharum illud ita coctum, & adhuc feruens in mortario, quo dicti flores continentur, & omnia probe inuicem misce, ac ita in infusione sine per 24. horas: dein modice calefacta per torcular exprimantur. Et ita habebis syrupum violatum violaceum.

## II. MODUS.

AVT si voles ex floribus illis contusis, præloq; suppositis, succum educes: *cuius accipe vnc. iiij. sacchari albissimi vnc. vi.* mixtis omnibus, & in cucurbita vitrea positis, stent in B. M. feruenti per duas horas, vsque dum saccharum optime solutum, & in consistentiam syrupi decoctum fuerit. Spumam, si quæ adsit, spatula separabis, & elegantem eximiumque habebis syrupum.

## III. MODUS.

VEL *accipe flor. optime*, vt supra, *mundatorum* ℔. *i. aquæ pluuialis, vel violarum* ℔. *ij.* macerentur per 24. horas, dein prælo exprimantur: expressioni adde eandem quantitatem, nempe ℔. i. *eorummet florum* recentium, & per idem temporis spatium denuo macerentur, ac tandẽ exprimantur: reiteretur eadem operatio quater vel quinquies, quo pluries, eo melius. Vltimæ expressioni ℔. iij. aut quatuor circiter redactę, addi possunt sacchari ℔. xij. & in-

& inditis omnibus in vas vitreum aut ſtanneum ſinantur in balneo Mariæ calido vſque ad juſtam ſyrupi decoctionem.

Hujus ſyrupi vim ac facultatem ſi reddere cupis præſtantiorem & efficaciorem, adeo, vt clementer & benigne purget, aquæ communis vel aq. violarum loco infuſio fiat cum duabus libris ſucci violarum, atque ſi eundem ſyrupum in minori quantitate præparare ſit animus, de præſcriptis doſibus tantum detrahes, quantum videbitur.

En triplices illos modos, juxta quos non tantum violarum, ſed omnes etiam omnium aliorum florum ſyrupos conficies, qui imprægnati ſint ac tincti proprio ſuo ſapore & odore, in quibus qualitatibus rerum omnium virtus ac eſſentia præcipua conſiſtit.

Cum igitur circa infuſiones verſemur, inque pharmacia maximus ſit vſus ſyrupi nouem infuſionum de roſis pallidis, qui Mucharum dicitur: non alienum erit ab inſtituto, ſi ejuſdem vnam atque alteram formulam noſtræ deſcriptionis hic addiderimus. Artis enim Spagyricæ beneficio ſyrupi in tantam virium amplitudinem excreſcunt, vt vulgares illos multis poſt ſe ſtadijs facile relinquant. Ad horum exemplar alios plures componere licebit, neque hæc ipſa in opere hoc noſtro amplificando inter minimas recenſenda erit reformatio.

## CAP. II.

## *Mucharum ſiue ſyrupus infuſionis roſarum Quercetani.*

℞. *Succi roſarum pallidarum, vel ſucci roſarum rubrarũ,* (quas vt aptiores magis probo, ob propriam & natiuam adſtringendi dotem, qua laxandi vim in remedijs ex roſis pallidis concinnatis corrigunt) ℔. vi. *in his infunde roſarum pallidarum mediocriter contuſarum* ℔. iij. & in B. M. tepido ſinantur per 24. horas: dein omnium fiat expreſſio addendo nouarum roſar. pallidarum contuſarum ℔.iij. digerantur omnia in B.M. per 24. horas: dein exprimantur, addendo denuo nouarum roſ. pallidarum ℔.iij. reitera-

teratis omnibus infusionibus, digestionibus & expressionibus vsque ad nouenam vicem, aut pluries si vim in eo laxandi efficaciorem reddere voles. Vltima expressio in vno vel pluribus vitris reponatur ad digerendum in Bal. M. tepido per 24. horas, aut amplius, donec in fundo vasis appareat hypostasis quædam siue sedimētum spissum crassumque: reliquum clare fieri & rubescere incipiat rubini instar, aut vini rubicundissimi. Purum ab impuro separabis per inclinationem, hoc est, clarum à turbido seu fæcibus, quas seorsim reseruabis: reposito eo, quod clarefactum depuratumque tibi videbitur, in alio vase nouo & capaci, iterum digeri permittas in B. M. tepido horis 24. & denuo sedimentum in fundo subsidere animaduertes, sed non prorsus idem cum priori. Iterumque separa purum ab impuro, & crassamentum in fundo remanens transfundendo, priori adde: & exquisitius depuratum priori infunde rursus vase mundo & eloto, & jugiter continuabis eandem operationem, donec fæces amplius nullæ in fundo conspiciantur, quod perfectæ depurationis signum est.

Ex perfecte depurata hac essentia in alembicum, cui collum cum recipiente suo adaptatum sit, indita, elicies liquorem mercurialem, siue aquam rosarum præstantissimam. Residuum decoctione inspissabitur, & dulcorabitur in syrupum, qui ad vnc. ß. vel drac. vi. ad summum cum propria aqua sumptus, benigne vtiliterque purgabit. Hujus generis remedia non sine longiore temporis spacio, neque sine labore & industria elaborantur. Sed quid hic laboriosum videbitur ei, qui maxima illorum commoda spectauerit? Sanitas enim (qua preciosius nihil nihilque nobilius in vita humana dari potest) per illa in mediocritatis statu, sartaq; tecta conseruatur. Quin etiam, eiusmodi politiores & ingeniosæ præparationes conueniunt principibus viris, ac præcipue iis, qui delicatæ teneræque sunt naturæ, quinque trita illa & gregaria purgantia, magna nimis & fastidiosa dosi exhibita, vix ferre, ac ne assumere quidem possunt.

Sin vero ex prædicto succo præparare velis syrupum in longius tempus ad seruandum, dosique minore, quam com-

communiter in syrupo rosato solutiuo, exhibendum, quique nihilominus sine magno negotio felicissime operetur, sicuti huius rei veritatem experiētia facile euincat: succi huius summe depurati vnc. xvi. oportebit addere sacchari albissimi vnc.iiij.vel vi & in digestione ponere, idque in B.M.feruenti per 24.horas, & habebis syrupum ad iustam consistentiam decoctum, præclarisq; dotibus (de quibus paulo ante) præditum.

Quod si nimium subterfugere laborem, tempusque abbreuiare malis, post primas nouem infusiones & expressiones, & vnicam saltem aut alteram in B calido digestionem atque depurationem ad crassiores fæces separandas, quod nulla vnquam clarificatio cum oui albumine facta præstabit: huius materię crasso modo solummodo depuratæ vnciis sexdecim adde sacchari vnc. viii. vel x. dein more communi decoque, & excellentem habebis syrupum, qui ad vnciam vnam tantum exhibitus plus operabitur, quam vulgari modo paratus, licet ad vnc.ij, vel tres exhibeatur.

## Cap. III.

## *Additio de hactenus enarratis syrupis, notatu digna.*

SI syrupo rosarum post primas infusiones, digestiones & expressiones aliquot guttulas spiritus aciduli vel vitrioli, vel sulphuris addideris (vel tum addere potes, cū syrupus iam fuerit absolute & perfecte præparatus) non tantum color syrupi pulchrior ac rubicundior instar rubini apparebit, sed gustum etiam suauiorem, viriumque præstantiam longe maiorem vel ad ipsum purgandum corpus acquiret.

Quin etiam syrupi violati violacei ad iustam gratamque aciditatem cum prædictis liquoribus redacti (ponderis hic iudex gustus solus est) in purpureum & elegantissimum simul colorem tinguntur. Sumi possunt, vel per se ex cochleari, vel cum ptisana, vel aqua, quæ rubicundissimi vini colorem induet, & gratissimum saporem repræsentabit. Medicamen hoc extinguit omnes ardores febriles, & inflammationes internas, arcet

omnes

omnes corruptiones, ſedat ſitim ardentiſſimam, ſtimulat appetitum, & vt paucis multa complectar, præſtantiſſimum ac vniuerſale eſt remedium, quod hac via methodoque præparatum ſolum, & quidem cum laudabiliori effectu abſoluet officium omnium ſyruporum acetoſorum, de ſucco acetoſæ, de ſucco limonum, acetoſitatis citrij, de granatis, de agreſta, quos alias cæteris in tota Medicina anteferendos, magiſque neceſſarios æſtimamus.

Tempus nunc inſtat, vt eadem methodo, qua inſiſtere hactenus conſueuimus, breuiter ac ſuccincte deſcribamus illas ſyruporum formulas, quibus officinæ vulgo deſtituuntur, quarum fœcundo acceſſu, dignoque argumento noſtram pharmacopœam amplificandam decorandamque ſtatuimus: ne inani ſterilique *reſtituta* nomine ac titulo ſuperciliose ſuperbire videatur.

Digeſtiones, depurationes, & ſeparationes puri ab impuro, quarum conditiones jam in varijs illis ſyruporũ violatorum & roſatorum præparationibus plus ſatis expoſuimus: hæ, inquam, operationes nobis jam exemplar conſtituãt, ad cujus normam varias ſyruporum jam deſcribendorum formulas majori breuitate perſtringemus.

## Cap. IV.

## *Syrupus Cytoniorum ſine ſaccharo.*

PAratur igitur per hanc digeſtionem, & depurationem, & ſeparationem fæcum, ſiue puri ab impuro, ſyrupus excellens ex ſucco cytoniorum, cujus virtutis mirabilis admodum eſt. Nam præter quam quod corroboret ventriculum, vrinam inſuper prouocat, & ſudorem & ventrem laxat, eſtque excellentiſſimum remedium. Totius autem magiſterij operatio fiat in Bal. M. ne aduſtionem redoleat, ſi addere velis ad ℔. i. ſacchari vnc. ij. vel tres, ſyrupus gratior erit guſtu, virtute interim ejus nequaquam imminuta.

His ſyrupis ſupradictis adjungam ſyrupum de pomis redolentibus cum ſena noſtræ deſcript. qui guſtu ſuauis & ad omnes affectiones atrabiliarias, ſiue melancholicas vtilis eſt, quique omnibus, vel etiam in iis, à quibus medicina

dicina ægerrime aſſumitur, vt prægnantibus & infantibus, omni tempore commode exhiberi poterit.

CAP. V.

## *Syrupus de pomis cum ſena Quercetani.*

℞. *Succi de pomis redolentibus* ℔. i. ß. *huic admiſce ſuccorum citri vel limoniorum, recenter extractorum & depuratorum vnc. iiij.* vel quantum ad aciditatem aquæ dictæ inducendam ſufficit: his adde

*Fol. Sen. elect. vnc. ij. ß. vel iij.*
*Cinnamomi conquaſſati dr. i.*
*Flor. violarum recentium aut exſiccatarum & optime mundatarum p. ij.*
*Flor Bugloſſæ p i. vel eiuſdem conſeruæ dr. vi.*

Macerentur omnia in balneo tepido per duos dies continuos, & aqua iſta tingetur in elegantiſſimum colorem purpureum, & imprægnabitur virtutibus ſimplicium additorum: dein fiet omnium colatura & expreſſio, addendo

*Succi pomorum redolentium rec. extract. vnc. vi.*
*Sacchari violati vnc. x.*

Omnia probe agitata cum vno vel duobus albuminibus ouorum clarificentur, dein coquantur ad ignem lentum in conſiſtentiam ſyrupi, qui & viſu jucundiſſimus, & guſtu gratiſſimus, cætera quæuis purgantia & ſyrupos hujus ordinis, naturæ & qualitatis præſtantia & vtilitate ſua facile ſuperabit, ad huius normam plures alios componere licebit.

Nota, quod hujuſmodi aciditates admixtæ juuent attractionem proprietatum & tincturam rerum, quod pro ſingulari & maximo ſecreto habendum eſt. Sed ſi loco ſucci citrii aquam tuam acidulam reddideris cum liquore acidulo ſalis marini vel ſulphuris, aut vitrioli, præſtantior multo euadet ſyrupus.

CAP.

CAP. VI.

*Syrupus calendulæ.*

VT ſyrupus fiat calendulæ, ejus ſucci accipienda erit ℔.ß. quem in B M. per 3 vel 4 dies depurabis, ſeparando ſemper purum ab impuro, ſicuti ſupra præcepim⁹. Huic ſucco ita præparato adde ſacchari albiſſimi ℔.i. de coque in ſyrupum in B M. vt artis eſt. Aut ſi eundem cõficere velis per infuſionis modum, paradigmatis loco tibi præponas ſyrupum violatum, per infuſionem paratũ, cujus deſcriptio ſupra habetur.

Mirari hic ſubit, quod; cum hujus floris, qui elegans admodum & prorſus ſolaris exiſtit, tanta ſit excellentia & præſtantia, vt etiam vel in media hyeme, qua cæteri languentes & emortui jacent, vigeat & floreſcat, quod vtique ſignum eſt inſignis virtutis balſamicæ (qua præ cæteris abundat, & cujus fauore à temporum injuria præſeruatur) & hinc etiam magna virium poteſtate nõ poſſit nõ excellere: mirari, inquam, ſubit, quod antiqui eum in vſum medicũ vocare, aut ex eo ſyrupos, conſeruas, aut ſimilia remedia componere nõ dignati fuerint, quod tamen in aliis quàm plurimis floribus, qui non ſunt tanti momenti, factitatum conſtat. Hujus floris notitia nihilominus tamen ſeſe prodidit, veluti alibi monuimus, per inſignem ſuam efficaciam & vim in corroborandis facultatibus, animali ſcilicet & vitali & propter vim quandam ſpecificam, qua paralyſibus prodeſt, & contracturis, non ſecus ac inter gemmas Hyacinthus, qua etiam nomine ſyrupum noſtrum ad ejuſmodi affectus æque, vel etiam magis commendandum judicamus, quam ſyrupũ florum primulæ veris, qui tamen ſimili modo ad enarratum vſum reformari poteſt.

Syrupi florum lauendulæ, flor. tiliæ arboris, & liliorum conuall. juxta eandem methodum præparati, ſpecifica pollent poteſtate: prior aduerſus apoplexiam, poſteriores duo ad omnis generis epilepſias.

## Cap. VII.

## *Syrupus de peto simplex descriptionis Quercetani.*

*℞. Succi peti ℔ iiij.*
*Hydromelitis simplicis ℔. i.*
*Oxymelitis simplicis unc. iiij.*

Omnibus simul mixtis in matracio vitreo capaci, fiat digestio in B. M. per 2. vel 3. dies, interea temporis crassior sedimenti portio in fundo vasis apparebit: tunc per inclinationem magna industria, ne turbida fiat materia, separabis purum ab impuro, hoc est crassum illud sedimentum à claro & pellucido liquore: quo iterum in noua digestione posito, in cæteris progredieris, vt supra: donec materia ab omni fæculentia depurata fuerit adde postea sacchari ℔. ij & in syrupi consistentiam decoque.

## CAUTIO.

Succus peti opus habet perexquisita & ingeniosa digestione, qua sola veræ omnium rerum correctiones, dulcorationes & contemperationes perficiuntur, ac omnes acres, malignæ & venenatæ qualitates secernuntur ac tolluntur. Cujus rei euidens habemus testimonium in helleboro, tithymalo, & esula minori, ex quibus per hãc solam rationem varia & saluberrima concinnantur remedia: hoc insup in peti succo manifeste euincitur. Qui licet potens sit in prouocando vomitu, & in corpore tam superne quam inferne perturbando: digestionis tamen interuentu in syrupum abit præstantissimum aduersus omnes affectus asthmaticos, in quibus pulmonum bronchi, pituita crassa ad viscosa adeo infarciuntur, vt intercepta respiratione suffocationis periculum immineat, in quo casu syrupus hic rite præparatus & administratus mira præstat. Cerebrum insuper à catarrhis siue fluxionibus serosis & frigidis liberat.

Dosis ejus est dimidium cochleare tantum, vbi tamen à principio summa opus est circumspectione: postea vero dosis augenda erit. Prælterquam quod pectus miri-

mirifice euacuat per ἀνακάθαρσιν per inferiora quoque potenter educit.

## Cap. VIII.

### *Syrupus de peto compositus.*

*℞. Succi peti vt supra depurati ℔.ij.ß.*
*Hydromelitis simplicis ℔.i.*

In quibus macera per duos tresve dies ad ignem balnei Mar.

*Fol. Hyssopi*
*Polytrichi*
*Adianti*
*Flor. Tussilaginis*
*Stœchados*
*Violarum*
*Buglossæ ana p.ij.*
*Sem. Bombacis*
*Vrticæ*
*Carduibenedicti ana vnc.i.*
*Folicul. Sen. vnc.iij.*
*Agarici recent. trochisc. vnc.i.*
*Cinnamomi*
*Macis*
*Caryophyllorum ana drach.i.*

Dein fortiter exprimantur, digerentur denuo ad perfectam fæcum depurationem, in ℔.i.ß. colaturæ adde sacchari ℔.i.ß coquantur in syrupum.

Ad anhelosos & asthmaticos, aliosque affectus omnes pulmonum à frigidis & crassis humoribus subortos, qui pulmonum bronchijs inhærentes, vel tussim antiquam vel ipsam dispnœam pariunt, excellentissimum remedium. Dosis vnc.i.ß. vel vnc.ij. ad summum.

## Cap. IX.

### *Syrupus de succo hederæ terrestris.*

*℞. Succi hederæ terrestris ℔.ij ß.*

Digeratur & purificetur ad ignem B. M. vt supra, cui succo ita perfecte depurato adde

*Sac-*

*Sacchari rosati ℔.i.*

*Penidiorum vnc.iiij.*

Coquantur in syrupum Singulare præsidium ad pthoam seu vlcera pulmonum, de hoc vtendum exhibe ex cochleari.

## *Syrupus de succo papaueris rheadis.*

℞. *Succi papaueris rubei,* quo mense Iulij in campis segetes rubescere conspiciuntur ℔.iv. digeratur & depuretur per se in B.M. vt succus violarum supra, additis postea duabus libris sacchari, & tantundem penidiorum, in syrupum redigantur omnia.

Eundem quoque præparare licet (si libet) per infusionem florum cum ipsorum propria aqua, quæ deinde æquis partibus sacchari candi ac penidiorum in syrupum decoquantur.

Hic syrupus singulare præsidium est in omnibus thoracis inflammationib9, in peripneumoniis, & ipsis etiam pleurisibus: detur ex cochleari aliquot vicibus, idque vel per se, vel cum aqua scabiosa & carduibenedicti, & mirandos videbis effectus.

Syrupi simplices succorum scordi, & scorzoneræ ad eundem modum, vt supra præparati sunt cordiales, & succurrunt pestilentibus affectibus, lipothymiis, & omnis generis venenis.

Syrupus scordii compositus etiam admirandis est præditus virtutibus, & in hunc modum conficitur:

℞. *Succ. scordij depurati ℔.iiij.*

*Succi limonum depurati ℔.i.*

*Succi scorzoneræ ℔.ß.*

In quibus macerentur

*Rad. Angelicæ*

*Zedoariæ crassiuscule conquassatarum ana vnc. i.*

*Fol Diptamni m ß.*

*Carduibenedicti vnc.i.*

*Granorum alkermes vnc.ß.*

*Conseruæ florum buglosſ.*

*Rosmarini &*

*Enulæ campanæ ana drac. vi.*

*Cinnamomi drach. i.*

*Croci drach.ß.*
*Camphoræ ℈.i.*

Omnibus in matracium inditis fiat digestio in baln. M. feruido per 24. horas aut amplius: dein exprimantur, & cum albumine oui clarificentur. At vt omnia melius depurentur, denuo in digestione posita eo vsque finantur, donec à materia nullæ plane fæces amplius secerni aduertantur. Huic succo ita depurato addatur saccharum ad pondus quartæ quintæve partis ad summum, & fiat syrupus, de quo detur vnum atque alterum cochlear per se vel cum aqua vlmariæ, idque ad præseruationem & curationem contra omnis generis venenatos & pestiferos affectus, vt supra dictum.

Sudorem modice prouocat, & pellit cuncta venena à corde, ejusque circumuicinis partibus: hinc etiam confert morbillis & variolis infantium, epilepsiis, & alijs affectibus, quos maligna comitatur qualitas. Singulos deceret pharmacopœos in officinis suis paratum potius habere talem aliquem syrupum, quam multos alios plane inutiles, & quorum fere pleraque pars non facit, nisi ad ornatum externum & ad friuolam inanemque pompam.

Ad syrupos florum hyperici & centaurij minoris quod attinet, iis nunquam carere deberent officinæ ob summã ipsorum vtilitatem & necessitatem: prior instar balsami omnibus resistit corruptionibus ventriculi, aliorumque viscerum, & singulare specificumque est medicamentum contra vermes siue lumbricos, & omnis generis affectus vermiculares: posterior febrium ex bile ortarum ferociam compescit, ac facillimo negotio edomat, ac biliosum illum succum benigne euacuat ac educit: hepar insuper cæteraque viscera ab obstructione liberat, & omnis generis icteritiæ conducit: hic syrupus in se cõtinet proprium suum rhabarbarũ, ita vt eiusdem additione opus non habeat, sicuti id necessario requiritur in syrupo cichorii cum rhabarbaro. Centaurium enim, ex quo cõponitur, nuncupatur etiam fel terræ & febrifuga. Deniq; eius præparatio siue per infusionem sit instituenda, eodem se habet modo cum iis, de quibus supra iam mentionem fecimus.

Syrupi florum chamomillæ & sambuci quorum etiam vsus infrequens & perrarus existit, si per infusionem præparentur (hi enim flores non multo abundant succo) optima sunt anodyna ad omnis generis dolores consopiendos, tam à flatibus, quam aliunde profectos, tum in ventriculo, tum in imo ventre.

Syrupi florum & seminum ebuli per infusionem præparati, singularia sunt auxilia in hydrope ad serosos humores purgandos.

Syrupus granorum hederæ sic præparatus ad eosdemmet vsus porrigatur. Dosis est tantum vnicum cochleare.

Syrupus florum genistæ simplex, quem concinnare licet, vel cum succo, vel per infusionem, idque juxta methodum supra præscriptam, præstat ad ducendum humorem melancholicum, ac tollendam obstructionem, & ad abolendam inflammationem & scirrhum, quibus malis alias lien infestari plerunque solet.

Compositus vires habet multo efficaciores ad educendum succum atrabilarium, & ad obstructiones scirrhososq; tumores lienis soluendos, componendi ejus ratio ea est, quæ sequitur.

℞. *Succorum Flor. genistæ* ℔. *ij.*
*Summitatum fraxini*
*Folior. Fumariæ ana* ℔. *i.*

His adde
*Fol. Hepaticæ*
*Ceterach. ana m. i.*
*Flor. Borrag.*
*Buglossæ*
*Violarum*
*Epithymi ana p. ij.*
*Sem. Fœniculi*
*Anisi*
*Carduibenedicti ana dr. vi.*
*Cinnamomi dr ij*

Macerentur ad ignem Bal. M. feruidum, dein fortiter exprimantur: in qua expressione denuo adde, & macera vt prius, per triduum ad eundemmet ignem baln.

*Polypodij querni contusi vnc. i.* ß.

*Pulpæ tamarindorum vnc. iij.*
*Fol. senæ vnc iiij.*

Tandem fortiter exprimantur, & cum oui albumine clarificentur addendo sacchari albissimi ℔.ij & syrupi de pomis redolentibus simplicis ℔.i. fiat syrupus, vt artis est, miræ virtutis ad enarratos vsus. Dosis ab vnc.i ad vnc.ij. per se ex coch eari, vel cum aqua flor. genistæ.

Hic syrupus porro ad melancholiam hypochondriacam omnesque morbos ab humore salso vel bile natos conducit psoram, impetiginem, serpiginem, itemq. malum mortuum curat.

Syrupus senelorum siue fructuum paliuri tam ad præcautionem quam ad curationem calculi confert, renes purgat ab arenulis, & tartareis viscosisque humoribus, qui per venas emulgentes eo translati genitricem calculi causam fouent: hic fructus saporis est dulcacidi, & coloris rubri, vterque tam sapor, quam color in eo abũde satis produnt spiritum vitriolatum omni solidæ crassæq; substantię dissoluendæ aptum, vnde specificum calculi remedium esse facile colligitur.

## Cap. X.

## *Syrupus senelorum simplex Quercetani.*

℞. *Aq. senelor. autumno, siue suæ maturitatis tempore destillatæ* ℔ *iiij.* vel partem majorem, si velis majorem ejus quantitatem parare, sin minus, quatuor illius libras, vti dictum, accipe: in quam aquam tamen prius infundere oportet acidulum liquorem vitrioli vel sulphuris ad gratam aciditatem ipsi conciliandam. Crassus & materiatus aliquis censor, qui ejusmodi æthereorum cœlestiumque liquorum proprietates animo concipere neque potest, neque vult, nimis addictus cortici externo, interiorisq; rerum medullæ minime sollicitus acidulam reddat (modo velit) dictam aquam succi citrij & limoniorum naturam vitrioli participantium, qui acidi liquores omnes etiam insignis sunt efficaciæ, ad rerum tincturas extrahendas, quamuis hoc paucissimis notum sit Huic succo justa grataque aciditate perfuso addantur fructuum senelo-

pelorum vnc. vi. & macerentur in B. M. feruenti per biduum: aqua interea temporis colorabitur, & tincturis virtutibusque fenelorum impraegnabitur. Dein fortiter exprimantur omnia per linteum, in qua expressione denuo infundantur, vt antea, eorundem fructuum vnc. vi. idque ter quaterve reiterando. Et ita liquor erit rubicūdus ac miris dotibus insignitus, qui digeratur & depuretur in B.M. per 24. horas: dein per inclinationem separetur purum ab impuro, sicuti alibi jam satis declaratum est: materiæ depuratæ viribusque succi sufficienter tinctæ & impraegnatæ adde saccharum albissimum ad pondus mediæ partis: dein decoquantur omnia in syrupum, qui efficax est contra calculum, vt supra.

Circa hujus syrupi fenelorum descriptionem hic & aliam nostræ descriptionis formulam addere placet, juxta quam si concinnatus fuerit, majori virium potestate, quam prior ille, donabitur, tum ad præseruandum, tum ad curandum calculum. Præparationis ejus methodus talis est.

## CAP. XI.

## *Syrupus fenelorum compos. Quercetani.*

*℞. Dictæ aquæ fenelorum, tincturis & proprietatibus proprii fructus iam impregnatæ, vt, supra* ℔. ij.
*Succorum fructuum Alkekengi & limonum ana* ℔. ß.
*Sem. Fœniculi dulcis*
*Saxifragiæ*
*Raphani*
*Bardanæ ana vnc. i.*
*Milii solis vnc. ij.*
*Cinnamomi vnc. ß.*

Digerantur omnia in Bal. M. feruenti per biduum aut triduum, dein clarificentur, tandemque cum sacchari suff q. decoquantur in syrupum. Dosis ab vnc. i. ad vnc. ij. tam ad præseruationem, quam attritionem & expulsionem calculi plurimum valet.

Syrupi de succo alchymillæ, de succo plantaginis &

ſaniculæ, juxta ſupradictam methodum parari, curant omnia vlcera interna, præcipue in renibus & veſica.

Denique ſyrupi de ſucco mercurialis, & rad. bryoniæ, juxta eundem modum, vt ſupra concinnati, digeſti, & perfecte depurati & decocti cum debita quantitate mellis vel ſacchari, purgant & mundificant matricem, malignis tetriſque impuritatibus ſcatentem fluorique muliebri proſunt.

## *Syrupus helleboratus minor Quercetani.*

℞. *Fibrarum hellebori nigri ſelectiſſimi dr. ij.*
*Agarici rec. trochiſcati vnc. ij.*
*Fol. ſenæ mundatorum vnc. iij.*
*Turbith*
*Hermodactylorum ana vnc. i.*
*Aniſi*
*Fœniculi*
*Cort. Citrij ana vnc. ß.*
*Caryophyllorum*
*Macis*
*Cinnamomi ana ʒ. ij.*

Macerentur in ſuff. qu. & æquis partibus oxymelitis ſimplic. vini maluatici, & aquarum meliſſæ ac fumariæ, vaſe vitreo optime clauſo in B. M. moderate calido per quatriduum: tandem aucto calore fiat leuis ebullitio & expreſſio: omnia denuo macerentur ad idemmet Baln. M. tepidum per biduum ad majorem coctionem & fæcum depurationem: huic depuratæ & clarificatæ materiæ adde ſyrupi de pomis redolentibus ſolutiui, & ſyrupi de ſucco roſ. pallid. ſacchari roſati & violati ana vnc. iv. vt fiat ſyrupus lente omnia coagulando.

Omnibus morbis à materia tartarea, craſſa ac tenace, à phlegmate, aduſta bile aut melancholica dependentibus, in capite, thorace, ventriculo, hepate, liene, vtero, ipſiſque articulis mirum in modum confert.

## Cap. XII.

## *Syrupus helleboratus maior Quercetani.*

*℞. Rad. Hellebori nigri, veri & electi vnc. i. ß.*
*Polydorij querc.*
*Sem. Carthami ana vnc. ij.*
*Visci querni.*
*Coryophyll. ana vnc. i.*
*Turbith gummosi*
*Agarici trochiscati*
*Asari ana dr. vi.*
*Sem. Pœoniæ*
*Anisi*
*Citrij*
*Carduibened*
*Acetosæ ana vnc. ß.*
*Diptamni Cretensis*
*Flor. Tiliæ arboris*
*Calendulæ*
*Centaurij minoris*
*Hyperici ana p. ij.*
*Flor. Violarum*
*Buglossæ*
*Nympheæ ana p. i ß.*

Macerentur in ſ. q. oxymelitis ſcyllitici & aquæ fumariæ, idque in vaſe vitreo optime clauſo, ad ignem B. M. per duos dies minimum, dein fortiter exprimatur & clarificentur. In ℔. ij. hujus colaturæ macera deinceps, & digere ad eundem met ignem baln. per 4. dies.

*Rad. Hellebori nigri veri & electi vnc. i.*
*Folicul. ſenæ vnc. iij.*
*Macis*
*Caryophyllorum*
*Cinnamomi ana dr. i.*

Denuo fortiter exprimantur, & per vnum aut alterum diem in eodem met B. Mar. quam optime purificentur, vt artis eſt, ſemel aut bis in die ad minimum fæces, quas in fundo vitri ſubſidere percipies, reiiciendo, & q̃ diuri⁹

eſt, denuo purificando, idque reiterando, donec materia nullas amplius fæces deponat ad fundum vaſis. His peractis adde ſacchari viol. qu. ſ. & coquantur in ſyrupum, addendo ſub finem coctionis rhabarbari ſeorſim in ſucco roſ. pallidarum macerati & expreſſi vnc. i. ß. miſce fiat ſyrupus mediocriter coctus. Doſis eſto vnc. i. vel vnc. ij. Per ſe exhibeatur, vel cum aqua lilij conuall. ſemper addendo potioni guttulas aliquot ſpiritus vitrioli ex arte præparati. Atque is vnus eſt ſyroporum noſtrorum purgantium antepilepticorum, cujus omnibus æque, ſiue ij ſint infantes aut fœminæ, ſiue juuenes aut ſenes, obœſi aut macri, ſiue cujuſvis temperamenti homines, tutus eſt vſus, eam doſin exhibendo, quæ pro cujuſvis ægrotantis debili aut robuſta natura ſatis eſſe poſſit. Idem et auxilium apoplexiis, paralyſi & melancholiç, aliiſque id genus morbis, validas etiam, fixaſque radices habentibus, ſumme conducit.

## *Syrupus cinnamomi ex propria aqua.*

℞. *Cinnamomi craſſo modo contuſi vnc. iij vel iiij.* iniiciatur in alembicum ſuperaffundendo aquæ fontanæ q. ſ. & maceretur in loco frigido per biduum vel triduum, dein deſtilletur. *Huius aquæ deſtillatæ accipe* ℔. *i*
*Sacchari* ℔. ß.
Et coque in conſiſtentiam ſyrupi, qui totum cinnamomi odorem & ſaporem referet.

Ad hunc modum fieri poſſunt ſyrupi ex qualibet aromatum ſpecie, ex omnibus ſeminibus, herbis & floribus calefaciendi proprietate præditis, vti ſupra in capite de aquis iam dictum eſt.

## CAP. XIII.

## *Syrupus ſimplex cinnamomi cum vino.*

℞. *Cinnamomi craſſo modo contuſi vnc. iiij. maceretur in vini maluatici* ℔. *ij.* per triduum, idque in vaſe vitreo ad lentum ignis calorem: coletur, *colaturæ adde ſacchari* ℔. *i.* ß. lente omnia coquantur, & fiat ſyrupus ſecundum artem. Si vinum maluaticū forte deſideretur, eius loco vinum

pum album optimum ſubſtituendum erit. Hic ſyrupus ob ſaporis ſuauitatem ac vtilitatem præſtat cũctis aquis cinnamomi, quæ cordi ſunt appropriatæ multiſque alijs affectibus congruæ.

*Syrupus nucis moſchatæ confert ventriculo.*

*Syrupus piperis quartanis prodeſt febribus.*

*Syrupus caryophyllorum conducit ad lipothymiam, cordis deliquia, & affectus lethargicos.*

Ad tormina ventris & colicam paſſionem fiat ſyrupus aniſi ſimplex in hunc modum.

## Cap. XIV.

## *Syrupus aniſi ſimplex cum vino.*

℞. *Aniſi conquaſſati vnc.iiij. maceretur in vini albi generoſi* ℔.*ij*.per tres dies, coletur: *colaturæ adde ſacchari* ℔.*i*. & coque in ſyrupum.

Syrupus fœniculi eadem via præparatus guſtu gratus eſt: ventos & flatus in corpore quoſcunque diſcutit ac viſum inſuper mirifice acuit.

Sic concinnari poterunt ſyrupi ex alijs ſeminibus, veluti ex ſemine pœoniæ contra epilepſiam, ex baccis lauri & juniperi contra flatus & calculum, eodem plane modo concinnabis ſyrupos rad.angelicæ, zedoariæ, hyſſopi, thymi & florum calidorum ad varios affectus.

## Cap. XV.

## *Syrupus florum roſmarini ſimplex cum vino.*

℞ *Florum roſmarini vnc.ij*. vini & ſacchari dictã quantitatem: & ſequere in cæteris methodum modo præſcriptam & fiat ſyrupus.

Parabuntur etiam ſyrupi & julepi cum vinis medicatis, multis ægritudinibus aptis: exempli cauſa.

℞ *Vini abſynthiaci vnc.ij huic adde ſacchari* ℔.*i*.ß.& fac ſyrupum vel julepum, decoquendo in B.M. vt de cæteris dictum eſt. Ea methodo confici poterunt diuerſi generis ſyrupi, qui iiſdem affectibus, quibus vina, vnde componuntur, accommodabuntur. Quinetiam cum vinis pur-

gantibus, addita iusta sacchari quantitate, vt supra, concinnabuntur varii syrupi purgantes.

Arnoldus de villa noua, quemadmodum id alibi quoq; monuimus, solebat iulepi siue syr. quoddam genus conficere cum solo vino albo, eoq; omnium optimo & generosissimo, quod offerebat ad recreandos & roborandos spiritus: idem quoq; congruum est imbecillo stomacho cruditatibus & flatibus, quibus malis stomachus plerunque obnoxius esse solet. Si addas pauca aromata, præstantius euadet.

Componuntur etiam syrupi purgantes cum vinis & aquis simul: quorum descriptiones in practica Ioannis Stockeri habentur. Quod syruporum genus haud improbo, imo felici cum successu iisdem sæpenumero vti soleo. Vinum enim non tantum gustum amabilem iis conciliat & iucundum, sed efficaciam etiam illorum præstantiorem reddit ac præter corroborandi facultatē, qua excellit, idem quoq; vehiculi munus perfungitur, cuius opera ipsi syrupi promptius ad venas transferuntur, & ita ipsorum actiones atq; operationes accelerantur.

## CAPVT XVI.

## *Syrupus ex aquis & vinis simul.*

*℞. Aquæ communis (vel cuiusuis alterius, pomorum redolentium, fumiterræ, buglossæ, cichorii, &c.)*
*Vini generosi albi ana lib. 2.*

Bulliant simul ad ignem lentissimum, quo melius despumari queant. Peracta despumatione perfecta, adde ℔. i. mellis optimi Narbonensis vel Hispanici granulati, & adhuc semel decoque omnia & despuma vsq; ad perfectam depurationem & medietatis consumptionem. Huic hydromeliti vinoso, ita præparato & in phialam vitream capacem indito, adde.

*Folic. senæ mundatorum ℥. 4.*
*Turbith gummosi*
*Hermodactylorum ana ℥. i. ß.*
*Cort. ras. ligni guaiaci ℥. i.*
*Cinnamomi ℥. ß.*
*Caryophyll.*
*Sem. Anisi ana ʒ 2.*

Vas occlusum, nec ad summum repletum, quo materiæ commouendæ spatium locusq; maneat, stet in hypocausto aut tepido quodam loco, & intra biduum vel triduum materia bullire incipiet, & sua sponte decoquetur. Cessante ebullitione, quod die sexto vel octauo post accidere solet, omnia traiiciantur per manicam Hippocratis & reseruentur. Detur ad ℥.2. vel 3. Hoc syrupi genus gustu haud iniucundum est: vtilitas quoq; eius tanta existit, vt mira præstet in omnibus morbis chronicis, quorum causæ in profundo validius inhærent, quales sunt febres quartanæ, cachexiæ, paralyses & lues venerea nondum inueterata.

Sed huiusmodi medicaminum vsus, seruata semper prædicta dosi, ad decimumqnintum vel vigesimum vsq; diem continuandus erit. Nam, vt & alibi diximus, eiusmodi morbi solent hac via, & continuo horum remediorum vsu, tandem subigi, & funditus extirpari.

Est & adhuc alia methodus, ex iisdem aromatibus & seminibus, calida qualitate exuperantibus, syrupos conficiendi, qui affectibus à causa frigida enatis, & vbi illico, siue morbi alicuius, siue ætatis, vt in senectute, ratione languentium & collapsorum spirituum corroboratione & instauratione opus est, conducunt. Exempli gratia hic vnam atq; alteram tantum eorũ, tam simplicium, quam compositorum, parandorum formulam præscribemus non facilem minus, quam vtilem.

## CAP. XVII.

## *Syrupus simplex cinnamomi, alio modo paratus cum aqua vitæ.*

℞. *Cinnamomi* (aut alterius aromatis cuiusdam prout tibi visum fuerit) vnc. 2. vel tres, vel plus minus pro quantitatis conficiendæ ratione: crasso modo contusum indatur in marracium, capax aut in simile aliquod vitrũ aptum, super affundẽdo spiritum vini fortissimũ, vt materia tres vel quatuor digitos superemineat: vase optime clauso macerẽtur omnia per triduũ aut quatriduum in loco frigido, ne spiritus vini exhalet, & interea tẽporis aqua

aqua dotes atq; virtutes cinnamomi extrahet, iisq; tingetur & impregnabitur: tunc id, quod tinctum & clarefactum fuerit, effunde: & vnciis octo liquoris adde tres vel quatuor vncias sacchari candi puluerizati, dein subiecto igne, saccharum in liquore illo dissoluatur: & accensa charta ignis transferatur & admoueatur spiritui vini siue aquæ vitæ, quæ si fuerit bona, & ab omni phlegmate separata, sicut optima eius conditio postulat, in momento flammam concipiet: omnia interim continuo agitentur longiori spatula, donec aqua vitæ exustione illa tota consumpta fuerit, & syrupus in fundo remaneat, cuius vtiq; gustus gratissimus est: viresq; ac proprietates eius adeo sunt efficaces, & præstantes, vt vel optimas cinnamomi aquas multis post se stadiis relinquat. Si eius vires fortiores reddere velis, aqua vitæ paulo ante, quam tota exuratur, suffocanda erit patina argentea: vel euaporatio fieri poterit orbe aut quadra argentea, & interclusо aere, aqua vitæ in momento suffocabitur: & ita multo fortior erit syrupus, saporemque cinnamomi redolebit.

Sufficit pro dosi semicochleare in omni cordis deliquio, lipothymia, imbecillitatibus cruditatibus & flatibus vẽtriculi, quos huiusmodi remedium illico restituit. Hoc medicamentum singulare quoq; est ad accelerandum partum in grauidis mulieribus: si ex simplici hoc syrupo, compositum, & ad certum morbum, vt ad epilepsiam expugnandam, aptum, reddere velis, cum dicto cinnamomo simul maceranda, adde semen pœoniæ flores tiliæ arboris exsiccatos, & similia, procedendo in cæteris vt supra. Dentur de hoc syrupo duo cochlearia infanti vel adultiori in insultu epileptico, & mira præstabuntur. Ad apoplexiam & paralysin macerentur cum cinamomo, caryophylli, flores rosmarini, saluiæ, & calendulæ exsiccati, & procedatur, vt supra. Ita consequenter varii syrupi, ad varii generis affectus componi poterunt, Coronidis loco hic adiiciemus adhuc vnam formulam syrupi antepileptici iuxta dictam methodum compositi, quem etiam *in Tetrade nostra, pag 309* iam descripsimus.

CAP.

CAPVT XVIII.

## *Syrupus antepilepticus.*

℞. *Rad Pœoniæ*
*Visci querni ana* ℥.ß.
*Cinnamomi optimi* ℥.6.
*Flor Calendulæ*
*Lilij conuall.*
*Tiliæ arboris*
*Lauendulæ ana p i.*
*Ros rubr p.ij.*

Sicca autem & aridæ, non recentia, omnia ista sumantur; radix pœoniæ in frustula secetur: & reliqua vt se habent, citra conquassationem in matracium, vt vocant, iustæ capacitatis iniiciantur, quibus abunde satis, aquæ vitæ, saluiæ & iuniperi (si haberi potest, vt in Germania) superfundatur Quæ si desideretur, sumatur aqua vitæ ex optimo vino prolecta, quæ quatuor digitos materiæ supereminea. Vas vero optime clausum, ne quid expiret, in bal. Mar. collocetur, aut radiis solaribus ad tres quatuorue dies exponatur, vbi aqua per leuem inclinationem à fæcibus erit separanda, ad cuius vncias decem sacchari candidi in puluerem redacti ℥.3. vel 4. adiiciendæ erunt, omniaq; argenteo cochleari agitanda, vt soluatur saccharum in patina argentea; deinde ignis ex incensa charta aquæ vitæ imponendus, vt ardeat, versando seu commouendo semper materiam cochleari argẽteo, tamdiuq; exuretur aqua, dum syrupus satis coctus, aut plus minusue fortis videatur. Tum enim, cum tempus erit, extinguendum erit aquæ vitæ incendium, quadra aut orbe stanneo vel argenteo suffocatum. Atq; hic syrupus in modum Hermeticorum paratus antepilepticus præstantissimus futurus est, cuius siue in præcautionem siue curationem morbi semicochlearis mensura exhibita satis futura est. Ad idem prodest maceratio florum calendulæ, lauendulæ, lilii conu in hydromelite maluatico nostro per mensem facta, cuius macerationis exhibentur ℥ i. vel ℥.2. pro dosi mane.

Ad huius tractatuli de syrupis nostris reformatis conclusionem, obliuione nullo modo præterire possum syrupos

rupos de corallis & gemmis, quorum inuentionem mihi iure vendico; egoq; primus expertus sum illorum insignes & admirandos effectus, quos nunc publicæ vtilitatis ac emolumenti causa hic describere placet, quo&alii, si quid habeant rari & præclari meo exemplo imitati, id in medium adducant, semperq; publicum bonum priuatis commodis præferant.

## CAPVT XIX.

### *Syrupus de corallis Quercet.*

OPortet perfectæ suæ maturitatis tempore exprimere, filtrare & depurare perquam accuratissime succum berberis aut limonum. Nam acetosi eiusmodi & acidi succi, quo perfectius fuerint depurati, & à crassa sua terrea substantia, qua scatent, exquisitius segregati, eo aptiores erunt & efficaciores ad dissoluendũ corallium crasso modo puluerizatum, ex cuius genere ad hunc syrupum conficiendum seligas omnium rubicundissimum & elegantissimũ. Hoc iniiciatur in matracium vitreum & idoneum, affundatur aliquis prædictorum succorum optime depuratorum, vt materiam quatuor digitos aut paulo plus supernatet: collum subere vel cera Hispanica occludatur, & in balneum vaporosum feruidum collocetur, hoc est, matracium aquam non attingat, sed vapores ex aqua bulliente ascendentes circumquaq; illud feriãt, vbi necesse est, vt vas aquam continens ex omnibus partibus probe muniatur atq; claudatur, ne vapores exhalent: minimus autem chymistarum nouit, quid sit balneum vaporosum, quod hic seorsim in gratiam eorum, qui in hoc negotio tyrones sunt, explicare volui. Huius balnei calore, qui dies noctesq; per triduum integrum continuabitur, totum corallium in illo liquore fere dissolutum apparebit, idq; colore subrubro & sapore dulci. Effunde per inclinationem quicquid dissolutum fuerit, fæcibus, si ita videbitur, nouum succum depuratum rursus affundendo. & in cæteris procedatur, vt supra.

Ad ℔.i dicti succi, corallina essentia optime imprægnati, sufficiet sacchari candi vncias sex adiicere, & ad syrupi consistentiam decoquere, in ipso quidem baln. vaporoso,

porofo, non tamen claufo, fed aperto: & vafis loco accipere oportet alempicum aut fimile vas, cuius collum & orificium fit fatis amplum.

Artificio & dexteritate fingulari opus eft, ad eiufmodi fyrupos rite conficiendos, ne corall. effentia à fuccis illis feparetur, qua in re vigilantia & experientia fumma requiritur: nec mirum videri debet, fi quis prima vice forfan à fcopo aberrauerit. Ob quam caufam velim, vt quilibet hic præmonitus fciat, me quidem pro viribus fufe & perfpicue fatis in fcriptis meis propofuiffe omnis generis operandi methodos & vias, fed iis tamen omnibus ocularem demonftrationem longe præftare. Eft quidam Lutetiæ Parifi[illegible]rum iuuenis & peritus pharmacopœus (Lardier dictus) qui ab informatione noftra manuali verum huius fy[illegible]upi conficiẽdi modum affecutus eft: apud hunc proftat [illegible] eiufmodi fyrupi coralloium omnium diligentiffime & acuratiffime præparati.

H[illegible]c fyru[illegible]us præditus eft miris proprietatibus ad inftaurationem facultatum naturalium, & omnium affectuum ab hepatis vitio & imbecillitate fcaturientium. Confert præterea omnibus fluxionibus hepaticis, dyfentericis & lientericis. Hoc ipfo, tanquam præcipuo (poft Deum) auxilio, illuftriffima Domina & Duciffa de Seulli, à fluxu hepatico inueterato, quique incurabilis iudicabatur, intra paucos dies plane liberata fuit. Eofdem remedii huius effectus iam ante expertus fueram in quadam nobiliffima virgine Domini Garrot in fupremo fenatu Parif. Confiliarii filia, eidem fluxui hepatico fubiecta, quæ à medicis fuis relicta, vitam tenui adhuc filo pẽdentem trahebat [illegible]um ipfam curandam fufciperem, cuius rei ipfamet ad[illegible] in vita fuperftes vna cum patre teftimonium ferre [illegible]teft. Eodem modo plures alii à nobis curati funt, inte[illegible] quos & Reginæ noftræ ephippiarius nomine Philipp[illegible]agneur, qui vltra octo menfes dyfenteria labora[illegible] [illegible] vllis aliis remediis leuari poterat, is tamen h[illegible] [illegible]fidio, nec non quibufdam aliis conuenien[illegible] a[illegible], intra trium feptimanarum fpatium, in[illegible]it fanitatem.

Loco fuc[illegible] [illegible] berberorum, & limoniorum, vti q[illegible] [illegible]bus acidis deftillatis iuniperi

aut

aut guaiaci, efficacissima pretiosorũ lapidum dissoluendorum potestate insignitis. Chymici non vererentur illorum loco vti aceto suo montano, exquisitissime & dexterrime depurato.

Ad eundem modum paratur syrupus perlarum, qui præstantissimum est remedium in omni cordis deliquio. conducit præterea proprietate sua specifica phthisicis & emaciatis.

Quemadmodum etiam syrupi de hyacintho, smaragdo & saphyro in genere conferunt ad instaurandos spiritus naturales, vitales & animales: in specie vero primus opportunus est contracturis & conuulsioni, secundus prodest epilepsiis: tertius vero opitulatur omnis generis affectionibus melancholicis & attrabilariis. Et hactenus de syrupis: pergamus ad antidotos.

# SECTIO QVARTA.

## CAP. I.

## *De antidotis liquidis roborantibus, & ad multos morbos curandos, nec non ad pestem conducentibus.*

ANTIDOTI vocabulum Græcum est, & per quam generale, idemque significat, quod apud Latinos *Electuaria*, quasi dicas, selectiora & præstantiora remedia, quibus conseruatur valetudo prospera, & depellitur aduersa.

Hoc remediorum genere comprehenduntur electuaria mollia purgantia, & confectiones siue trageæ aromaticæ, ac cordiales, de quibus iam egimus; nunc ergo dicendum tantum restat de iis, quæ in consistentia molli ad diuersos vsus sunt accommodata.

Huiusmodi antidotorum in genere sic dictarum numero continentur.

*Aurea Alexandrina*
*Confectio anacardina*

*Dia-*

*Diamoschum dulce & amarum.*
*Diacorum*
*Elect. Diapæonia,*

Quas generatim frigidis tantum cereb. affectib. conuenire dicimus. Nimis enim longum foret, ac nullius fere commodi omnium proprietates, quæ ipsis attribuuntur, sigillatim enumerare, quandoquidem earundem vsus non sit adeo frequens in plerisq; officinis.

Ad pectus confert electuarium resumptiuum.

Ad cordis corroborationem summe commendatur
*Confectio de hyacintho*
*Confectio Alkermes*
quæ vbique maxime in vsu esse solent.

Ad ventriculum
*Electuarium ex citro Mes.*
quod calefacit stomachum. Ad eundem refrigerandum conducit
*Diacitonium, itemq;*
*Miua citoniorum*

Ad hepatis oppilationem, frigidamq; eius intemperiem, & ad ictercum prædicantur
*Diacostum*
*Diamorusia*
*Confectio rauetseni*

Ad obstructionem & duritiem lienis, aliaq; eiusdem vitia valent
*Elect è scoria ferri*
*Diacapparis*
*Triophyllon Nicolai*

Ad hystericas affectiones, & ad calefaciendum præsertim vterum, efficacia sunt
*Elect. Ducis*
*& ex asa*

Ad partes genitales, & copiosi seminis fœcunditatem, valde laudantur
*Diasatyrion Nicolai*
*& Diasatyrion Mesuæi.*

Ad omnes quarumlibet corporis partium affectiones frigidas & melancholicas prodest Tryphera magna, specifica imprimis malis muliebribus à frigiditate naris: co-

 lorem

lorem prætereà corporis floridum, elegantem & delicatum efficit; vnde etiam nomen Trypheræ, hoc est, delicatæ, obtinuit. Alui quoq; & mensium fluores immodicos sistit.

Tryphera maior Phenonis Mesuæi ventriculum; hepar, cæterasq; partes nutritioni dicatas corroborat.

Tryphera Saracenica Mes. coctionem ventriculi suo calore iuuat, humores in ventriculo putres & crudos absumit, flatusq; dissipat.

Omnibus inflammationib. opitulatur Tryphera Persica Io. Damasceni: valet ad omnes febres acutas, ad omnem hepatis & ventriculi intemperiem, & morbis omnibus ex humorum vstione factis auxiliatur.

Omnes capitis catharros sistit Diacodion Mesuæi.

Dysentericis & lientericis fluxibus succurrunt & medentur Mychleta Nicolai, & Diacodion Actuarii.

Ad flatus omnes discutiendos & colicos dolores sedandos prodest electuarium de baccis lauri.

Ad renum calculos cōminuendos & atterendos, & ad nephriticos dolores, confert Elect. Iustini, Ducis, lithontribon, elect. de cicadis Manilii, de lepore combusto Montani, Nephrocatharcticum Nicolai.

*Elect. Guidonis quod alii electuarium contra pestem vocant.*

*Elect contra pestem Ferdinandi Imperatoris.*

*Elect de ouo Maxim 1. Imperatoris*

*Diascordium Hier. Fracastorei.*

Hęc quatuor enumerata remedia sunt singularia contra pestem tam præseruatiua, quam curatiua, eademque ab infantibus & prægnantibus, quæ alias à theriacæ vsu arcentur, tuto extraque periculi aleam intus assumi possunt.

Sed satis erit nobis, in capitis huius ornamentū quasdam duntaxat antidotos adiungere, quæ principalibus & nobilibus corporis partibus roborandis aptæ, & grauissimis earundem affectibus, quibus infestari solent, specificæ sint.

Cum autem in cætera mala, quæ corpus humanum exagitant, nullum existat grauius peste, humano generi tanquam in singularem pœnā à Deo immissa, cuius horrenda

renda sæuitia hoc ipso anno,(dum in manibus elaborandum hoc præsens opus aggrediebar,)nec pepercit & amplissimæ&populissimæ vrbi nostræ Parisiẽsi, ad antidota quædam huc inferenda me accingam, ad huius tam immanissimi mali tum præcautionem, tum sanationem vtilissima, quæ partim nostro labore inuenta, partim nobis aliunde à doctissimis quibusdam viris communicata certissimis experimentis comprobauimus.

CAPVT II.

## *Antidotus cephalica maior.*

℞. *Extracti cephalici maioris* ℥.2.
*Magisterii cranii humani* ℨ i.ß.
*Salis cranii* ℨ.2.
*Essentiæ castorei* ℈.4.
*Spec. Diambræ*
*Diamoschi dulcis ana* ℨ.i.
*Ol Caryophyllorum*
*Nucis moschatæ chymice extractorum ana gutt. x.*
*Syr. Conseruæ citrii q. s.*

Vt fiat antidotus vel electuarium mollis consistentiæ: dosis ℈ i. Formabis inde, si voles, exiguam pilulam, aut de ea parum dissolues in aqua cephalica, morbo, qui expugnandus est, congruente. Hæc antidotus iuuat imprimis ad omnes cerebri affectiones, eiusq; substantiam, facultatem animalem mirificè corroborat: prodest apoplexiis, paralysibus, epilepsiis, vertiginibus, fumosq; vaporosos, qui in sublimi cerebri regione suspensi, somnolentiam, torporem, & stupiditatem plerumq; inducunt, dispellit & discutit: memoriam roborat: oculorum hebetudinem acuit, ad aurium tinnitum & surditatem confert: & humores lentos ac crassos, tanquam horum malorum caussas antecedentes extenuat & dissipat: sed generalium tamen vsus semper præmitti debet.

CAVTIO.

Ad nouam hanc formularum præscriptionem, quæ ab extracto maiori cephalico, & à magisteriis & essentiis sumit initium, forte quis mirabitur, & in eruendo horum

verborum sensu OEdipo opus esse contendet. Cui vt satis fiat, paulo post dabimus eorundem remediorum amplas & perspicuas descriptiones: & describemus: *cap. de extractis* magisterium cranii humani, & essentiam castorei, & *cap de salibus* præparationem salis cranii. Ne tamen quenquam fors offendat quantulacunque laboris molestia, hic compositionē extracti huius maioris delineare, æquum esse duximus, vt postquam sicut hic præcipua capitalia, & ea, quæ cerebri affectibus grauissimis sunt specifica & appropriata, non omissa esse constiterit, simile fiat iudicium de cæteris extractis, paulo post describendis, quæ pariter reliquis nobilibus partibus confirmandis, earum intemperiebus corrigendis, morbisq; & symptomatis inde contractis edomandis, accommodabimus.

## Cap. III.

## *Extractum igitur cephalicum maius præparatur.*

*Cum rad. acori*
*Pœoniæ*
*Visco querno*
*Ligno aloes*
*Baccis iuniperi*
*Sem. pœoniæ.*

Ex quibus omnibus contusis & inuicem mixtis fit extractum, vt docebimus. Item extractum ex aromatibus elicitur, nempe ex

*Cinnamomo*
*Caryophyllis*
*Macis*
*Nuce moschata*
*Cardamomo &*
*Fructibus anacordorum*

Nec non ex floribus.

*Anthos*
*Saluiæ*
*Primulæ veris*
*Pœoniæ*

*Calen-*

*Calendulæ*
*Betonicæ*
*Lauendulæ*
*Stœchados Arab.*
*Flor lilii conuall.*
*Euphragiæ*
*Tiliæ arboris*

Ex triplici horum extractorum seorsim præparatorum genere fit(per mixtionem) extractum vnum maius, hoc est, ex his omnibus elicitur vna vera & essentialis agendi operandiq; virtus, quæ tanquam nucleus, cortice suo longe præstantior & nobilior existit: sicut quilibet, nisi forte ingenii stupiditas & crassities obstet, facile colligere potest, ex quo maiore extracto, additis magisteriis essentiis, & aliis remediis commemoratis, componitur prædicta maior antidotus. Antidotus cephalica minor in sui compositionem recipit tantum extracta herbarum & florum melissæ, betonicæ, pœoniæ, saluiæ, rosmarini, & extracta quorundam seminum & aromatum cephalicorum: quæ præparatio nec tam exacti, difficilis, & laboriosi est artificii: nec ad tot tantosq; cerebri affectus est efficax, ac altera illa antidotus maior, velut statim ex diuersa vtriusq; compositione elucescet. Hinc in illis idem æque statuimus discrimen obseruandum, ac in cæteris minoribus, quas, vt videre licebit, reliquis corporis partibus nobilibus adaptabimus: vbi nō tam exquisitis artis ritibus, nec tot impensis, nec etiam tam longo tempore spatio opus est, ac in maioribus istis, quas ditioribus tantum dicatas volumus: sunt minores, tenuioris fortunæ hominibus, quod tantum obiter monere placuit.

Præparationes extractorum, essentiarum, magisteriorum & salium, ex quibus antidota nostra componimus, ad calcem huius primi pharmacopœæ nostræ libri, vti modo dictum est, facili methodo & ordine edocebimus. Hoc etiam obiter notandum est, antidotos eiusmodi diuturnæ adseruationi præ reliquis vulgaribus longe aptiores esse. Sequitur nunc descriptio siue formula antidoti nostræ Cephalicæ minoris.

CAP. IV.

## *Antidotus cephalica minor pro gregariis.*

℞. *Extr minoris cephalici* ℥.3.
*Diacori*
*Confect. anacardinæ ana* ʒ.2.
*Ol de nuce moschata* ℈.i.
Misce: dosis ʒ.ß. *vel* ʒ *i.* mane.

Cerebrum nubilum serenat, omnibusq; frigidis ipsius affectibus conducit: totam massam sanguinis spiritusq; præsertim animales reddit puriores & tenuiores; inde ad restaurandos omnes sensus tam internos, quam externos, ad memoriam præsertim mirifice confert.

CAP. V.

## *Antidotus thoracica maior pro ditioribus.*

℞. *Extracti maioris thoracici* ʒ. 3.
*Extracti pulmonum vulpis &*
*Leporis inuicem præparati* ℥. *i.*
*Butyri seu lactis sulphuris* ℥.ß.
*Rubini sulphuris terebinthinati* ʒ *i.*
*Syrupi hederæ terrestris q. suff.*
Fiat antidotus: dosis ℈. i.

Præparationem extracti nostri maioris thoracici, nec non extracti pulmonum vulpis & leporis: butyri item siue lactis sulphuris, eiusdemq; balsami siue rubini infra descriptam reperies: præparantur enim diuersis operationum methodis; omnia tamẽ & singula maxime opportuna & specifica sunt deploratis pulmonũ affectibus, vt sunt phthisis, empyema, asthma; dispnœa & orthopnœa: in quibus desperatis & fere incurabilibus morbis extirpandis mira præstabit antidotus nostra maior.

CAP. VI.

## *Antidotus thoracica minor pro gregariis.*

℞. *Extracti minoris thoracici* ℥.2.
*Flor Sulphuris optime præparatorum* ʒ.2.
*Spec. Diaiereos simpl* ʒ *i.*
*Spec. Diatragacanthi frig.* ʒ.*i.*ß.

*Pulmonis*

*Pulmonis vulpis vulgari modo præparati*
*Elect. resumptiui &*
*Diapapaueris ana* ℈. 4.
*cum syrupo violato fiat Antidot.*

Dosis ʒ *i* ß. *vel* ʒ. 2

Valet etiam aduersus omnem thoracis noxam; lenit, humectat & confortat pulmones, ad anacatharsin conciliandam, semper prodest tussiculosis, & purulenta extussientibus mirifice succurrit, itemq; extenuatis & hecticis: defluxiones etiam sistit, & somnum conciliat.

# PESTILENTIALE.

## CAPVT VII.

### *Elixir Pestilentiale.*

CVm Pestis sit Ira & peculiare Dei Flagellum sequentia post Reconciliationem cum Deo & proximo, Vitæq; emendationem ex vsu esse poterunt.

℞. Florum Sulphuris Spagyrice præparatorum (vt paulo post dicetur) vncias tres, affunde olei Iuniperini è baccis, in Balneo prius rectificati, ad eminentiam trium vel quatuor digitorum, (eodem modo cum Spiritu Terebinthinæ fieri potest Balsamus Sulphuris, cuius Tinctura postea Spiritu vini extrahitur ad effectus asthmaticos) olei Succini terna rectificatione in Balneo ab odoris vehementia liberati quarta pars ad oleum Baccarum Iuniperi itidem affundatur, stet in igne cinerum vel arenæ sæpius mouēdo, vt flores lente sine adustione soluantur & liquescant: Postea habeas Theriacæ Venetæ lib. 1. ex qua optimo Spiritu vini Tincturam extrahes, quam à spiritu vini separatam seorsim seruato extrahe eodem spiritu, Radicum Elenii, Angelicæ, Baccarum Iuniperi contusorum & mixtorum ana vncias tres, & Tincturam à spiritu vini in Balneo separatam misce cum Tinctura Theriacæ, ac affunde oleum Iuniperinum & Succini floribus Sulphuris essensificatum, ac per papyrum bibulam pius filtratum: omniaq; circula lentissimo cinerum calore per quatuordecim dies. Habebis secretum, quod in Peste & morbis Epidemicis cum Dei benignitate ad miraculum operari solet.

*Vires, vsus, & dosis.*

In peste est præseruatiuum & curatiuum.

Dosis vna vel duæ guttæ in vino vel aceto quotidie mane: Vel singulis septimanis semel 8. vel 10. guttæ jejuno ventriculo expectato sudore assumantur. Præseruat à putredine & nil impuri relinquit in corpore.

Correptus peste statim ab initio accipiat ℈ i. ad ij. in vino, aceto rutaceo, vel alio liquore appropriato, & sudet, potenter venenum è corpore pellit.

# VENENATUM.

## CAP. VIII.

### *Theriaca de Mumia.*

SOla mumia est, quæ præsentissimum remedium adfert, aduersus omnia venenorum genera.

Primo paretur tinctura mumiæ in hunc modum:

Eligatur cadauer hominis ruffi, integri, recentis sine macula, viginti quatuor annorum, suspensi, vel rota contriti, vel hastati, per diem & noctem tempore sereno collectum.

Hanc mumiam, à duobus luminaribus semel illuminatam ac constellatam, frustulatim vel assulatim cõscinde, & asperge puluere myrrhæ, & tantillo saltem aloes (alioquin nimium amarescit) postea imbibe macerando aliquot dies in Spiritu vini, suspendatur parum ac iterũ imbibatur, tandem in aere frustra suspensa succescant, tunc assimilatur carni fumo duratæ sine fœtore: & postea spiritu vini secundum artem, vel spiritu sambucino tinctura rubicundissima extrahatur.

Potest etiam oleum oliuarum seorsum cum concisa mumia sicca (nam humiditas intolerabilem illum fœtorem in digestione causatur) macerari per mensem, sic tingetur, de hoc tincto oleo oliuarum postea ad libitum tincturæ mumiæ potest addi antequam cum theriaca misceatur.

*℞ Ergo tincturæ seu extracti mumiæ per spiritum vini, à qua tamen spiritu denuo abstractus sit* ℔. ß.

*Theria-*

*Theriacæ andromachi vnc.iiij.*
*Olei oliuarum mumiati vnc.ij.*
*Salis perlarum & corallorum ana dr.ij.*
*Terræ sigillatæ vnc.ij.*
*Moschi drach.i.*

Misce & digere circulando per mensem.

## *Vires, vsus, & dosis.*

Plurimi morbi hac theriaca de mumia perfecte sanantur.

1. In peste tanta ejus vis est, vt si ante infectionem fuerit administrata, nil prorsus incommodaturum sit venenum, & qui horis matutinis ℈.i. vtetur, eodem die non inficietur.

Infectus vtatur drac.ß. vel drac.i. in aqua carduibenedicti vel cum theriaca.

2. In aposthematibus, carbunculo, anthrace, Pleuresi drac.i. administratur. Proinde exactis sex horis alteram drachmam exhibe, & qui illam horam attingit vt secundam potiunculam accipiat, de salute certus est.

3. Contra quæuis venena. Dosis à drach.ß ad vnam vel duas in summa necessitate: si quis venenum hausit, offertur dicta dosis in vncia vna, vel duabus olei amygdalarũ, vt patiens vomat, in lecto medicinæ operatio expectetur.

Hac ratione pellitur, quicquid est bestialium seu mineralium venenorum.

## CAP. IX.

## *II. Arcanum Theophrasti ad quæuis veneni genera præstantissimum, cuiusmodi sunt Mercurius sublimatus, Arsenicum, Napellus, Puluis Adamantis, Virus Aranearum & Bufonum, Thora, Cerebrum, Fellis, Menstrua.*

*℞. Recentem ciconiæ sanguinem, quantum in suo corpore continet, destilletur per balneum Mariæ, in vitrea cucurbita noua: aquam quæ promanat serua diligenter, & sanguinem*

*coagulatum loco paululum calidiori exicca, & contere in puluerem.*

Ventriculum similiter exiccari conuenit, ac crucibulo impositum comburi tantisper, donec in cineres vertatur, è quibus cum proprio sanguinis liquore extrahẽdum est sal, id quod diligenter custodiendum, & sanguini puluerisato conjungendum est,

Hisce in vitro satis capaci impositis addi debent:

*Succini albi delectissimi vnc.i.*
*Corallorum rubeorum &*
*Baccarum vuæ versæ (nigrarum & bene maturarum) exiccatarum & puluerisatarum.*
*Essentiæ mumiæ*
*Radicis anthoræ ana vnc.ß.*
*Lapidis bezoartici dr 3.*
*Theriacæ optimæ vnc.i. & ß.*

Hæc cũ oleo (quod è nucleis Pini per validam expressionem conficitur) incorporanda & commiscenda sunt omnia simul, ac deinceps tantum olei superaddendum, vt trium digitorum vel quatuor latitudine idipsum emineat: Deinde orificio vasis diligenter obstructo insolenter, quo enim vetustior compositio hæc euaserit, eo melior & fortior.

Efficacissimum est medicamentum contra omnia metallica, animalia, & vegetabilia venena.

## *Vsus, & dosis.*

Vsus istius est, vt in omni veneno corporali ejusdem detur vncia semis cum haustu aquæ, vini, vel quod melius est lactis tepide: nam decimasexta pars horæ non transitura est quin patiens veneni sumpti substantiam à se eijciet, ac libere euasurus est, qui deinde confortantib. refici ac auxiliari potest Optime hoc fiet, si in recenti lacte corallorum rubeorum puluerẽ quotidie semel sumpserit prius calefacto.

Hoc arcano aliqui magnetes intoxicati restituti sunt pristinæ sanitati, quum prius essentijs monocerotis & aquis Theriacalibus ac hujusmodi innumeris medijs frustra vsi essent.

*III. Ser-*

## III. *Serpentum præcipue viperarum alcohol contra omnia venena remedium est tam* θεραπευτικὸν *quam* προφυλακτικόν.

Post excoriationem intestina, caput & cauda auferātur (pinguedo ab intestinis separata seorsim pro singulari ophthalmico asseruetur) reliqua caro elota, cum corde & jecore post lentam exiccationem, siue per se, siue in B. M. in alcohol redigitur, ac in vsu medico intus præsumpta, venenum ac cutim propellit, tanquam theamedes lapis qui ferrum longe à se expellit. Quod si quis huic testimonio & experimento consentire noluerit, non damnet veritatem, nisi prius quod testatur, aut contrarium assecutus sit. Hoc medicamento magna pecunia à quibusdam empto, cum fiducia vti licet, nec quisquam medicorum ejus vsu famam vnquam periclitabitur.

Dosis à drac. ß. ad drach. i. in haustu vini maluatici, vel jusculo vini generosi.

Efficacia hujus medicamenti non pariet illis admirationem, qui sciunt plerunque in natura apud summum venenum, latere etiam medicinam: & quia mala majori bono copulata natura consistunt, ideo multi populi carne viperina vescuntur, longitudinem vitæ præseferentes, idque nullo præeunte horrore, nullove subsequente periculo. Non ergo sine causa Baldus Angelus in suo libello de admirabili viperarum natura in sequentia verba erumpit: Illud vnum venit mihi in mentem vehementer admirandum, serpentis astu in orbem terrarum mortem intrasse; Illud etiam mirum ex viperæ serpentis nece, & ejus carne ab omnibus grauioribus morbis atque venenis curari & in pristinum restitui: sed continuato viperinæ carnis esu, ab omnibus morbis præseruari, hoc certe totum omnem admirationem superat & excedit.

Tantum benevole lector in præsentia sufficiat egisse tam de quibusdam morbis Elementaribus, Materialibus, internis, qui naturaliter ex ente naturæ

turæ generantur, & ab obstructione & tartaro, ortus sui principia ducunt, quam de nonnullis ex ente veneni obortis, quomodo videlicet illi à natura debitis & assignatis medicinis confortata curentur.

De morbis astralibus, spiritualibus, imaginarijs, vitalibus, incantamẽtis, ex ente astrorum seu spiritus prouenientibus, Paracelsus peculiares conscripsit libros, ad quos cupidum remitto lectorem: vt enim morbi à deprauato cibo, & potu, ab animalibus, vegetabilibus & terræ fructibus orti, cum arcanis herbarum & radicum sanantur, sicuti à mineralibus & metallis cum horum etiam arcanis sanantur, siquidem vegetabilium arcana respuunt: Eodem plane modo, maxima pars morborum venientium ab influentia cœlesti, & ab astrali impressione firmamenti majoris mundi, non cum promiscuis remedijs curari vult, vtpote per arcana herbarum, mineralium, metallorum, sed per influentiam astronomicam curatio instituatur cum ijs saltem, quæ analogiam ad majorem & minorem mundum habent, in quibus est vera & Magnetica vis firmamenti & impressio cœlestis resistendi morbis è firmamento majoris & minoris mundi, sicuti apparet in Persicaria, Solidagine minore, Dracunculo, Symphyto majore.

Si supernaturaliter per incantationem vel magicam ascendentium impressionem morbus vel dolor illatus, ibi priorum trium sanandi conatus irritus, sed secũdum Paracelsum magice & supernaturaliter procedendum, ac malum eo quo illatum modo vicissim repellendum: Alioquin in dictis simplicibus est attractiuum influentiale, ac omnia ex ordinatione diuina, magice, astronomice, magnetice curant, q̃a medicina est in ipsis & in homine magnes: Vt enim Sol & Astra habent potentiam attrahendi humiditatem ab inferioribus: Ita homo (sua insita magnetica vi attractiva instar magnetis ferri spiritum nutrimenti loco trahentis) ac inferiora habent eandem attrahendi à superioribus, vt videmus tempore pestis, & hæ attractiones sunt naturales, non veneficia, incantationes aut superstitiones. Morborum ergo origo ex suo principio petenda, & tunc curatio instituenda. Insuper variæ sunt morborum naturæ & proprietates, vt

Phædro

Phædro diligentissime annotauit, dum ait: Quidā morbi remedia cum extrinsecus, tum intrinsecus adhibita patiuntur. Quidam extrinsecus morbi, & vlcera intrinseca, remedia non ferunt: Sunt etiam quidam intrinseci morbi, qui nulla omnino nec extrinseca, nec intrinseca applicata remedia patiuntur: Sunt porro quidam morbi & intrinseci & extrinseci, qui verbis tantum, in quibus secūdum artem influentia impressa est, quidam qui herbis constellatis, quidam qui nec remedijs, nec herbis constellatis nec verbis adhibitis vt vsis curari volunt, vt quidam vulnus vel vlcus diapensia vel alchimilla curare potuit, cultro juxta ipsius situs terræ infixo, cauendo tamen ne cultro radix pungatur, alias patiens foret incurabilis: Ita refert quandam vetulam sola alchimilla vlceri cancroso adhibita varia carcinomata curasse: Sic multa vlcera desperata per curam characteristicam cum virtute firmamentali perfecte curata esse: Nemini hæc videbuntur mira, qui legerit apud Agrippam in constellatis vocabulis, characteribus, lapidibus, & similibus maximas latere influentias seu virtutes in actu quæ sint miraculi loco: similiter idem Cornelius asserit esse dictiones, quæ pronunciatæ, statim exhibeant obedientes creaturas visibiles & inuisibiles, tam de nostro hoc mundo, quam de aqueo, aereo, subterraneo & olympico. Sed hæc magnalia primis & antiquis parentibus notissima hoc loco obiter innuisse sufficiat.

## EXTERNA.

### *Vulnerarium, vlcerosum, pustulosum, mundificans, mitigans, consolidans.*

### CAP. X.

### Balsamum vulnerarium efficacissimum.

*Quo omnia vulnera & punctiones membrorum iuncturarum, neruorum, ictus etiam telo seu globo tormentario facti, tutò sine vllo superueniente symptomate curari possunt*

*℞. Flor. hypericonis* ℔. *i.*

Colli-

Colligantur flores cũ solis ortu balsamitico.tempore, in exaltatione videlicet circa festum Iohannis ante nouilunium.

*Florum cheyri, verbasci, chelidoniæ.*
*Centaur minoris, Aristolochiæ*
*Prunellæ, chamomillæ*
*Consolidæ mediæ vel maioris ana vnciam vnam & semis.*
*Folior. rosſ. rub. vnc. i. & ß.*
*Mumiæ transmarinæ*
*Myrrhæ*
*Thuris ana vnc i. & ß.*
*Masticis vnc. i*
*Storacis liquidæ vnc. ij.*

Incisis incidendis, & tritis terendis, ponantur in vase, & affundantur mensuræ duæ boni spiritus vini, stent in digestione omnia retro fornacem vel ad Solem: postea effundatur spiritus vini tinctus, & fæces prælo exprimantur: Tandem addatur huic spiritui tincto (nisi velis majoris efficaciæ ergo reiterare macerationem florum) olei oliuarum recentis, quod supra ramenta pinguia abietina per octo dies in digestione stetit, ℔. v. terebinthinæ claræ nostratis, & resinæ lariceæ lotæ in aqua hyperconis ℔. i. & ß. Iterum per 14. dies omnia digerantur: Vltimo abstrahatur spiritus vini in B. M. tunc balsamum manebit in fundo rubeum instar sanguinis.

Hyeme prædictarum herbarum semina parabilia trita balsamo iniiciantur, & ponantur in digestione, & longe potentius operabitur.

## *Vires & vsus.*

1. Contra omnis generis vulnera plumaceolum vel flocci molles, qui circa semen carduibenedicti, vel in populo arbore crescunt, tepide intingantur, & vulneri prius vino eloto indantur, superposito emplastro stictico sequenti, tamdiu, quoad nec venæ, arteriæve, nec nerui & vincula media, aut alia id genus appareant.

2. In omnibus tumoribus, inflammationibus, contractis & contusis membris, rupturis ossium.

3. Con-

3. Contra morsus canum, non neglectis alijs remedijs, si morsus sunt venenati.

Balsamum est ad vulnera & punctiones sanandas efficacissimum.

## *Emplastrum stiticum.*

In cujusque salutaris emplastri stictici compositione, secundum Paracelsum, quatuor diuersorum generum ingredientia consideranda veniunt.

1. Sanatio, quæ fit ratione ceræ & colophoniæ.

2. Accidentia, quæ tolluntur & impediuntur beneficio gummatum scilicet Opopon. Galb. Sagap. Bdell. Ammo. Elemi.

3. Putredo (quodlibet enim vulnus etiam sine accidenti putredini est obnoxium, generat vermes & carnis malæ excrescentiam) quæ tollitur & præcauetur ope magnorum consolidatiuorum, mastiche scilicet, myrrha & similibus.

4. Vt præseruet à mucore, scabie, aridura, contractura, synouia, & similibus accidentibus, quod fit per mineralia scil. lithargyrum, minium, antimonium, cerussam, marcasitam, calaminarem, & similia.

## *Vulnerum vlcerumque telo inflictorum stiticum emplastrum præstantissimum.*

1. ℞. *Minij*
*Calaminaris ana* ℔. ß.
*Lithargyrij auri & argenti ana vnc. iij.*
*Olei lini*
*Oliuarum ana* ℔. *i. &* ß.
*Laurini* ℔. *dimidiam.*
*Ceræ.*
*Colophoniæ ana* ℔. *i.*
*Vernicis*
*Terebinthinæ* ℔. ß.

2. *Opopanacis*
*Galbani*
*Serapini*

*Ammo-*

*Ammonici*
*Bdellij ana vnc.iij.*
*Carabe citrini*
*Olibani*
*Myrrhæ Alexandrinæ*
*Aloe epat.*
*Vtriusque Aristolochiæ longæ & rotundæ ana vnc.i.*
*Mumiæ transmarinæ*
*Magnetis*
*Hæmatit.ana vnc.i ß.*
*Corallorum alborum & rubeorum*
*Matris Perlarum*
*Sanguinis Draconis*
*Terræ medicatæ Sirigensis*
*Vitrioli albi ana vnc.i.*
*Florum antimonij dr.ij.*
*Croci martis tantundem.*
*Camphoræ vnc.i.*

Modum parandi talem seruaui:

1. Gummata quinque in aceto macerata & cocta exprimantur per linteum crassum bis repetendo cocturam. (Dosis gummatum potest augeri propter fæces ab expressione remanentes & abiiciendas) postea super lentum calorem in munda sartagine vsque ad consistentiam mediocrem inspissentur.

2. Oleum lini & oliuarum imponatur alteri sartagini & addatur litagyrium auri & argenti, coquantur agitando, donec oleum coleretur, postea addatur calamitatis, & paulo post minium, omnia illa agitando fere per duas horas coquantur simul ad sufficientiam, cujus proba est, si supra vnguem gutta concrescat & condensetur, nec amplius diffluat.

3. Tandem etiam addatur circa finem vernix oleum laurinum, cera, colophonia: omnibus bene inuicem mistis & liquefactis & ab igne sepositis, postea da operam, vt sartago cum gummatibus paulatim calefiat, & successiue affunde liquorem è secunda sartagine gummatibus diligentissima agitatione incorporando, supra lentissimũ calorem, caue ne bulliat, alioquin gummata in grumos

grumos coeunt, & oleo difficulter miscentur) postea agitando addantur pulueres, & diligenter per horam omnia agitentur: vltimo camphora resoluta in oleo juniperino addatur: si forte nimis durum esset, addatur adhuc aliquid ceræ & colophoniæ.

Proba justæ decoctionis hæc est: bacillo intincto guttulas aliquot in aquam stillare finito, si digitis adhæserit materia mollis, coquatur diutius donec durescat, tum demum ab igne deponitur, & in magnam peluim aqua plenam effundatur, ac manibus (oleo Camomælino, Rosarum Iuniperino, Lumbricorum, Hypericonis ana qu. suff. mixto) perunctis pinsere, ac instar malagmatis subigere conuenit, horis tribus vel quatuor: seruetur ad vsum efformatis inde prius magdaleonibus alutæ includendis.

## *Vires huius emplastri sunt innumeræ: sub lunari globo non reperitur efficacius.*

1. Contra inueterata vlcera, nec non recentia vulnera & ictus vbicunque sunt in corpore, etiam in capite.

2. Siccat & mundificat vulnera, carnem bonam producit, cõsolidat, ac sanat vna septimana efficacius, quam aliud mense integro.

3 Putrescere non finit bonum, insuper corruptionem, malæq; carnis excrescentiam impedit.

4. Neruis truncatis aut contusis optimum est remedium.

5. Ferrum, lignum, plumbum, & alia quæque de vulneribus extrahit, superpositum eis tantum.

6. Venenosorum animalium curat morsus ictusque: attrahit enim venenum.

7. Maturescere facit apostemata cuncta superpositione sola.

8. Contra cancrum, fistulam, scrophulas, ignem persicum est remedium excellens.

9. Mitigat omnes dolores, cujuscunque vulneris aut ictus.

10. Contra rupturam.

11. Vbi caput inflatum est, radantur capilli, & imponatur emplastrum.

12. Dolores dorsi im ositione tollit.

13. Ficus cutis extra & intra sanat imponendo.

Vires suas seruat integras, annos quinquaginta, quo tempore æque efficax est ac recens compositum.

CAP. XI.

*Antidotus maior contra pestem.*

*℞. Rad. Angelicæ*
*Zedoariæ*
*Scorzoneræ*
*Tormentillæ*
*Petasitidis*
*Santali rubei*
*Ligni aloes ana unc. iij. vel quatuor.*

Ex his omnibus crasso modo contusis, fiat cum succo limonum extractum, vt artis est, & *cap. de extractis* docebitur.

Item.

*℞. Corticis citrij unc. iij.*
*Sem. Carduibenedicti*
*Rutæ*
*Acetosæ*
*Baccarum iuniperi*
*Fol. Dictamni*
*Cinnamomi*
*Macis ana unc. ij.*
*Flor. Rosmarini*
*Buglossæ*
*Hyperici ana p. ij.*
*Spec. Degemmis*
*Diambræ*
*Diamoschi*
*Dianthos ana dr. ij.*

Omnibus contusis & inuicem mixtis, in vase quodam apto, fiat extractum, cum aqua vitæ iuniperi, aut aqua vitæ communi juxta artem, & vt inferius enodabitur.

Hæc duo extracta fortiter exprimantur prælo, quæ ob dissol-

dissoluentium in ipsis contentorum naturam liquidissima eiunt: ex ambobus fiat mistura, & abstrahatur liquor siue aqua per alembicum, ad ignem baln. vaporosi, donec materia in fundo consistentiam electuarij, mediam inter durum & molle formam obtinētis acquirat: aqua exinde destillata seorsim seruetur cujus vsus erit in alijs extractis componendis, & per se jam est summum cardiacum Ad vncias quatuor prædicti extracti adiice

*Magister. perlarum*
*Magist corallorum*
*Essentiæ croci ana dr. ij.*
*Essentiæ camphoræ dr. i*
*Sulphuris aurati diaphoretici*
*Balsami lactei sulphuris*
*Salis prunellæ ana vnc. ß.*

Ex quibus omnibus fiat antidotus admirandæ virtutis, ad præseruationem pestis, si de ea singulis matutinis ex cultri cuspide pisi magnitudinem capias: Sed peste jam correptus de eodem sumat dr. ß. vel dr. i. dissoluendo in vnc. ij suæ propriæ aquæ destillatæ, & vt supra, seorsim adseruatæ: vel cujusdam aquæ theriacalis, carduibenedicti vel vlmariæ: sudorem mirifice prouocat, & cor corroborat aduersus quodvis venenum, id à centro euocans ad circumferentiam. Inter antidota præstantiora, huic pestiferæ lui dicata, hoc facile principem obtinet locum: cujus summa virtus & præstantia, laboris & temporis jacturam, quam forte quis in ejus præparatione prætendere possit, vberrimo compensat fœnore & lucro. Sulphuris aurati descriptionem suo loco dabimus. Sic quoque alibi tractandum reseruamus modum parandi magisterium gemmarum, magist. corallorum, balsamū, & lac sulphuris nec non essentiam croci & camphoræ. In hujusmodi remediorum apparatu, quę ditioribus ad vitę & sanitatis suę tutelam præscribuntur, nullis parcendum est sumptibus: pauperes & tenuioris fortunæ homines contenti erunt antidoto minori, cujus descriptio proxime sequitur, quæ pari modo excellentissima est, tam ad præseruationem, quam ad curationem pestis.

## *Antidotus alia de granis maturis iuniperi, dicta Theriaca Germanica pro gregariis.*

ACcipe granorum iuniperi maturorum magnam quantitatem nempe ℔.vi.vij.viij.vel x hæc infusa & macerata in vino albo generoso, vel hydromelite vinoso, ad ignem parum bulliant, dein conquassentur & per setaceum in modum cassiæ traijciantur, & fiat extractũ: Aut alia quoque via ac methodo idem paretur extractum, sicut *c. de extractis* ostendetur.

Ad libram vnam commemorati extracti iuniperi adde

*Pulu. rad. Angelicæ dr vi.*
*Pulu Dictamni*
*Cinnamomi ana vnc.ß.*
*Terræ sigillatæ*
*Corallorum præparatorum*
*Perlarum præparatarum*
*Cornu cerui etiam præp. an. dr.ij.*
*Sp. elect de gemmis*
*Diambræ ana dr.i.ß.*
*Croci drac i.*
*Camphoræ ℈.ij.*

Reducendo omnia cum aqua quadam theriacali in formam electuarij mollis siue antidoti, quod erit summum præseruatiuum & curatiuum contra pestem: exhibetur vsque ad drac.ij. Solum extractum iuniperi citra alterius ingredientis additionem, eidem quoque scopo peropportunum est. Præter cætera additamenta supra enarrata quidam adijciũt theriacæ vel mithridatij, quantum lubet.

## *Electuarium de ouo.*

Quoniam hoc electuarium siue antidotus de ouo, contra pestem magnopere celebrata, in nullis fere pharmacopœis, præsertim in Gallia nostra descripta reperitur: huc ejus descriptionem in medium producam, qualis illa in Augustano habetur dispensatorio, in quo elaboran-

borando sedulam ad felicem nauauit operam Adolphus Occo percelebris admodum Medicus, idque opera & consensu suorum collegarum, virorum quoque celeberrimorum, sicut Germania hanc gloriæ prærogatiuam sibi jure vendicat quod sit vera doctorum & celebrium virorum nutrix, & infinitorum egregiorum medicamentorum, tanquam nouorum ingenij fœtuum excludendorum parens fœcundissima & felicissima. Describamus itaque dictam antidotum de ouo, quæ modo, qui sequitur, paratur.

## Cap. XIII.

## *Electuarium de ouo Maximiliani I. Imperatoris.*

♃. Ouum gallinæ recens, & educto per apicem albumine, id quod vacuum est, croco orientali non puluerisato impleatur: postea cum alio putamine iterum occlude, ne quid transpiret, & lento igne vel post fornacem tamdiu assa in ollula, donec tota oui testa nigrescere incipiat, diligenter cauendo, ne crocus comburatur. Exempta è testa materia, exsiccetur, vt in mortario exquisitissime contundi, & in puluerem redigi queat: addendo pulueris erucæ seu sinapis, quantum reliqua duo ponderant: postea

♃ *Pulu. Rad. Dictamni albi*
*Tormentillæ ana dr. ij.*
*Pulu. Myrrhæ*
*Cornu cerui*
*Nucis vomicæ ana dr. i.*
*Pulu. Rad. Angelicæ*
*Pimpinellæ*
*Granorum iniperi*
*Zedoariæ*
*Camphoræ ana vnc ß.*

Misce omnia simul in mortario, & tandem appone Theriacæ ad pondus omnium, & iterum pistillo fortiter contunde & commisce per tres integras horas agitando, fiat electuarium, vt artis est.

Ejus vsus maximus est in peste, & præseruatione à venenis deleteriis.

In antidotario VVeckeri viri doctissimi, & de re medica, prout hoc perelegans & eruditum opus vberrime testatur, optime meriti, aliæ occurrunt descriptionum formulæ, ejusdem electuarij de ouo Anton. Chalmetei præclaræ eruditionis viri, tum etiam aliorum.

Sed vt libere dicam, quid sentiam, vix credibile esse puto, quod vsque adeo singulares inde effectus produci possint: si albuminis abjecti loco ouum solo croco repleatur, & dein eodem probe obturato omnia simul coquantur, vsque dum in puluerem redigi queant.

Vis totius secreti in eo consistere videtur, vt crocus & vitellus oui in puluerem redigantur: hac tamen conditione, vt plane nihil expiret. Neque enim adeo magnum id esset mysterium, rationem istius pulueris vitelli oui & croci conficiendi cognitam habere. Nam miscellanea reliqua puluerum quorundam & theriacæ, non nisi merum vulgare quid sapiunt, & reuera sunt.

Non tamen diffiteor possibile esse, vt medicamē summum & efficacissimum ex ouo parari possit, cōtra ipsammet pestem: idque ea, quam mox tradêmus, methodo essentiæ namque in ouum inditæ, cum ejusdem vitello perfecte miscentur, qui alias sua natura sulphureus, summam penetrandi, nec non nutriendi vim obtinet, qua facultate reliquorum ingredientium virtutem adeo intendit, vt multo citius penetrent, & in venas transferantur. Adde quod per eandem coquendi rationem spirituales rerum essentiæ vim & virtutem suam longe perfectius conseruent. Quæ tamen verba in bonam partem accipiantur velim: nec quis existimet, me plus æquo jactabundum, forte hic inanem aucupari gloriolam: à qua tamen animus penitus abhorret, nec nisi in publico commodo fideliter juuando totus est.

## CAP. IX.

## *Electuarium de ouo maius pro ditioribus Quercetani.*

ACcipe vnum vel plura oua recentia gallinæ: de quorum vno, apicem testæ tam subtili artificio aufer, vt postquam educta fuerit illa testa, rursus in pristinum locum

cum commode reponi, & glütino seu luto quodam tam industrie agglutinari possit, vt nihil respiret. Abjecto itaque albumine, vitello oui residuo admisce

*Lactis siue butyri sulphuris dr i ß.*
*Sulphuris auri diaphoretici*
*Essentiæ croci ana dr i.*
*Pulueris anodyni mineralis, hoc est, salis prunellæ dr. ß.*
*Ambræ griseæ ℈ i.*
*Lapidis Bezoardici ℈. ß.*

Omnia cum dicto vitello oui simul misce, vt optime incorporentur, dein apex putaminis perquam aptissime suo apponatur loco: cum tenuissimo ligamento lineo superposito vel glutino ex oui albumine & polline facto, superinducto adeo vt ouo exquisitissime clauso nil transpirare possit.

Ad eundem modum plura oua apparari & accommodari queunt: prout magnam hujus electuarij quantitatem simul componere volueris.

Alias vel vno, vel pluribus ouis, à quibus eodem artificio apertis, albumen separatum est, addes theriacæ, confect. alkermes, & hyacinthi ana: vel ex his omnibus simul fiat mistura, de qua adde ouo vel ouis, quantum capere possint: probe clauso foraminulo cum sua propria testa, superinducto glutine, vt ante, ita vt nihil respiret.

Enarrata hæc oua ita præparata apte simul imponantur, vasi terreo capaci, quod operculo clausum in furnũ mittatur, in quo panificia modo cocta, & ex eodem recens exempta fuerint, & secunda aut tertia in vice in eodem reponantur, donec omnia in vnam massam, quæ puluerari queat, redacta sint.

Accipiatur ouum vnum juxta primam methodum præparatum, & vnum juxta alteram: vel oua duo aut tria vtriusque præparationis, prout animus est majorem, vel minorem electuarij quantitatem simul conficere: omnia quæ in dictis ouis contineantur, terantur, & optime inuicem misceantur in mortario marmoreo, eadem paulo post humectando pauca aqua theriacali contra pestem, aut elixire quodam vitæ, cujus plures descriptionum formulas supra dedimus, ita vt omnia reducantur in formam electuarij, quod multorum in annorũ spatio reserua-

ſeruabitur, pro doſi ſufficit ℈.i. tum ad præſeruationem, tum ad curationem peſtis.

## Cap. XIV.

## *De Antidotis, Alexipharmacis, & Alexiteriis ſeu de Theriacis.*

RESTAT nunc, vt dicamus de antidotis ſiue alexipharmacis, quæ aduerſus omnis generis venena, & ipſas beſtias virus ejaculantes conferunt, vtpote quibus juxta modernos proprie competit antidoti nomen, nec interim ſilentio aut obliuione ſuo loco prætermittemus antidota anodyna, narcotica & opiatica.

Hæc duo antidotorum genera, quæ tam apud antiquos, quam adhuc hodie apud nos in magno fuerunt vſu & æſtimatione ad diuerſos & deploratos affectus depellendos, nos quaſi adigunt atque compellunt, vt ſingula in iſtis tractandis paulo minutius & exquiſitius peruestigemus, quam in nonnullis alijs hactenus à nobis factitatum eſt. Oculis enim manifeſte contemplandum ſubiicimus, hæc ipſa tanti hactenus vbiuis gentium æſtimata mendis ſcatere quam plurimis, præque cæteris maxima reformatione opus habere: ita vt mirer, multos authores, licet doctrina & authoritate conſpicuos, quorum me diſcipulum non puderet profiteri, illud ipſum ſegnius obſeruaſſe, ne dicam æterno ſilentio obruiſſe. Verum id vnum depoſco, ne beneuolus lector, me ex temeraria quadam laudis gloriæve cupiditate in hæc prorupiſſe verba, exiſtimet Sed depoſito affectu recta rationis bilance rem liberet, expendat & conſideret. Iampridem enim alibi proteſtati ſumus, & adhuc proteſtamur, omnia à nobis ita proponi, vt non vereamur ea doctorum virorum cenſuræ ſubmittere, quod ſi in iiſdem forte quid occurrat ab Aſclepiadea doctrina, veraq; diſciplina alienum, id quaſi non dictum, aut literis conſignatum habeatur.

Inter enumerata antidota alexiteria merito primus locus theriacis debetur.

Theriacas ideo dico, quod tam apud veteres, quam apud recentiores, duo earundem genera ſtatuantur, quarum

rum vnum in compositione recipiat carnes viperæ: reliqua vero sine iis componantur. Illi, quæ vulgo theriaca magna, priscis autem gloriosa & liberatrix appellatur, tot tantæque laudes & proprietates tribuuntur, ad infinitos & deploratissimos affectus propulsandos, vt nihil supra commendationis valeat asciscere.

Cæteræ autem, quæ nihilominus contra venena specificæ sunt antidoti, sine trochiscis de vipera parantur, suntque hujusmodi.

Theriaca { *Democratis*, *Oribasii*, *Esdræ*, *Diatessaron*, *Expæonia*, *Ex terra sigillata* }

Quarum descriptiones reperiuntur apud Oribasium, Æginetam, Actuarium, filiorum Serapionis, Rhasin, Auicennam, Celsum, pluresq; alios tam Græcos, quam Arabes & Latinos authores.

Inter hæc antidota alexiteria non mediocris existimationis erat Mithridatium, quod antecessit theriacam, quam Andromachus sua ætate medicæ rei peritissimus, parabat ex carnibus viperæ, tanquam singulare aduersus lepras, & quæuis alia venena pharmacum & experimentum, quod solum, & per se omnibus venenis tanquam summum antidotum conferre nouerat.

Mithridatium ex infinitis simplicium generibus cōpositum, authoris sui, Mithridatis nempe regis Ponti nomen obtinuit, qui ex diuturniori ejus vsu adeo laudabilem corporis habitum sibi comparauerat, vt sicut historiæ narrant, & mox dicturi sumus, nullo veneno assumpto sibi vitam adimere posset. De qua antidoto Auicenna ita loquens, nostram confirmat sententiam: *Confectio, inquit, Mithridatis nobilis est confectio, quam fecit Mithridates & nominauit suo nomine.* Et Aet. *tetr.* 4. *serm.* 1. *cap.* 96. ita scribit *De Methridate sane magno illo belli duce referunt, quod theriacen quidem non biberit: neque enim adhuc in vsu erat: verum ex alterius antidoti, quæ postea Methridatica ab illo appellata est, vsu ita corpus apparauit, vt nulla veneni vi lædi posset: Et cum etiam lethale pharma-*

*cum accepisset, mori non posset: cum enim ab hostibus deuictus seipsum interficere meditaretur, nullo veneni haustu mortem sibi consciscere praualuit: sed vocato cuidam ex amicis se iugulandum praebuit.* Plinius fusiorem huius historiae enarrationem tradit *lib. 23. cap. 9.* & militis quin etiam nomen exprimit, cuius opera ad mortem sibi concilliandam vsus fuerat: cum omnium venenorum sumptorum vim aduersus tam insignem antidoti efficaciam, inualidam nimis & irritam prorsus expertus fuisset.

Notandum porro est, olim non tantum compositis istis remediis (è quorum numero supra 5. aut 6. recensuimus, paulo post eorundem descriptiones in medium allaturi) theriacae nomen impositum, sed eodem quoq; nomine sola quaedam simplicia insignita fuisse. Quod vtiq; Auicennae authoritate comprobare licet, qui squillam appellat theriacam contra venena, & gummi opopanax, & aristolochiam theriacam ad puncturas.

Vnde complures tam Philosophos, quam Medicos, imo & eos, qui eruditiorum & celebriorum ordini annumerantur, non parum lapsos esse constat: dum theriacae vocabulum à serpente quodam (quem thirum vocari, & eiusdem compositionem ingredi putarunt) deriuatum & ab eodem quoq; trochiscos theriacos appellatos crediderunt.

Albertus Magnus vnus ex illorum numero, Aristotelis textum, qui habet echin vel echidnam, quae verba nihil aliud, quam viperam significant, perperam de thiro serpente interpretatus est: quem distinxit à vipera, & peculiare de eodem caput conscripsit.

Hanc falsam opinionem secutus est Aggregator Patauus, qui thirum tanquam animal à vipera diuersum constituit, illudq; basim trochiscorum, quos excipit theriaca, esse putat.

Petrus de Albano eodem errore irretitus, ita scriptum reliquit. Dicitur autem theriaca à thiro serpente, quia eiusdē excipit carnes, quae sunt veluti radix & basis istius medicinae: Et *differ 179. Sciendum,* inquit, *quod theriaca est multiplex secundum diuersitatem componentium, cui tamen nomen illud proprius cōuenit, theriaca est magna Andromachi & Galeni, in qua caro ingreditur Thiri serpentis, vnde nominationem*

*patinem est [illegible] rtita, quæ autem hanc non suscipit, theri[illegible]ca me thapherice uicitur, vt Diatess[illegible]rum, ideo quod ad illius similitudinem [illegible] enervrum depellat nocumenta.*

I[illegible]no & ip'e Nic à [illegible] a hac opinione non immunis videtur dum ita in capite de trochiscis [illegible] t: *Trochisci, inquit, de thiro, qui in magna Galen[illegible] ther[illegible]aca recipiuntur, sic fiunt. Inuen[illegible]as,* inquit, *Thiros longitudinis vnius palmi, &c.*

Hanc erroris occasionem dedit nomē, ab antiquis olim trochiscis istis, [illegible] quam p[illegible] [illegible] æ theriacæ basi inditum. Galenus enim illos appellat theriacales, & post illū idem nomen retinuerunt Ae[illegible]ius, Oribasius, aliiq; Græci. Plinius eo[illegible] vocat trochiscos theriac[illegible]s: Et Auicenna quibu[illegible]dam in locis eosdem nominat tro[illegible]iscos thirios, hoc e[illegible], ferales. Sed si quis penitius veterū scripta perpendat, facile perspiciet, eos nunquam aliud serpentū genus hoc vocabulo, præter ipsam viperam intellex[illegible]sse G[illegible]. *in lib de Antidot[illegible], & de Theriaca ad Pisonem & alibi* [illegible] viperarum facit mentionem. Vide quid post illum Aetius scribat *lib. Tetr.4 serm.1 c.87.*

Hoc caput primo ita inscribit: *De theriaca ex viperis Andromachi:* Postea idem in hunc modum incipit *Ordiemur a Theriaca Andromachi ex viperis, cuius admiratione ductus Galenus hæc de ea scribit: Cum multa discordia sit circa theriaces descriptiones, nos Andromachi descriptione, vt longe optima vtemur, quæ etiam in regum vsus apparatur. Et c.9. eiusdem lib. vbi de trochiscorum siue pastillorum præparatione agit, ita exorditur Cæterum pastillos theriaces hoc modo apparat[illegible] Viperas fœminas accipito, nō quocunq; tempore captas, sed desinente Vere, &c. Et Auicenna lib.4. fen 6. tract 3 c.33. vbi loquitur de curatione morsus viperæ, his verbis sermonem inchoat: Considerat,* inquit, *radices cōmunes in curatione, deinde fortior curatio est properare ad theriacam viperarum. Inde apparet discrimen inter theriacam, quæ viperas recipit, & eas, quarum mentionem facit lib.5. summa 1. tractat.12. videlicet theriacæ, Esdræ & Diatessaron, quas contra grauissimos totius corporis affectus laudat.* Idē Auicenna *lib.5 summa 1 tract.1.* vbi de theriaca agit, eius descriptionis tale facit exordiū. *℞. Trochiscorum squillæ, trochiscorum viperæ, &c. ex quibus manifeste liquet, quod etsi alibi eosdem trochiscos nominet thiri seu thirios non tamen alios intelligat, quam viperinos.*

Hinc

Hinc concludimus Theriacam non à serpente quodam Thiro, qui eius compositionem ingrediatur, sed a Græco vocabulo, quod est θηρίον, siue θὴρ, id est, fera, denominationem suam accepisse: neq; id propterea, quod eiusdem compositio feram vel viperam excipiat, vt quidam falso opinantur, sed quod eadem theriaca, siue cum vipera, siue absque vipera parata sit, omnibus morsibus venenatis, à quacunq; fera siue animali illatis succurrat. Sic & ab antiquis & à neotericis (vt iam diximus) trochisci dicuntur theriacales, non ratione ingredientis, sed ab eorundem effectu, quem in pellendo lethalium animalium veneno manifeste ostendunt; alias enim non theriacales, sed viperini nominandi essent. Eadem ratione quædam remedia vocamus nephritica & histerica, non quod eadem componantur ex renum vel vteri additione, sed quod tanquam medicamenta specifica iisdem partibus morbo exagitatis opem & medelam afferant.

Præter dictas rationes, etiam orthographia & scriptio huius nominis nostram sententiam confirmat. Nam à Thiro scribendum esset Thiriaca cum I non Theriaca. Sed quia scribitur Theriaca cum è longo, verisimile est, quod à dictione deriuetur, quæ parem dictionem longam habeat in eadem syllaba, qualis sane est θὴρ vel θηρίον, hoc est, fera. H. enim Græcum in Latinis dictionibus à deriuatis, vertitur in e longum, quasi diceres theriacam antidotum contra ferarum tam minorum, quam maiorum ictus & venena.

Hæc de Theriacæ differentiis, eiusdemque nominis etymologia, hic enodanda duximus.

Non diu hic immorabimur in enarrandis diuersis horum theriacalium medicamentorum compositionibus; siue inuicem differant ratione ingredientium, quę modo ab hoc, modo ab illo vel imminuuntur vel adduntur, siue ratione ponderis, quod diuersum quoq; in diuersis descriptionibus esse deprehenditur. Hæc enim non sunt tam magni momenti, neq; hic quærendus est nodus ille Gordius, circa quem rei cardo versetur: ita vt non possim hic opinioni Auicennæ subscribere, qui *lib. & tract. de Theriacis supra iam citatis*, selecta præ cæteris Andromachi descriptione tanquã longe optima in hæc fere verba

scribit

ſcribit: *Et iam niſi ſunt plures Medicorum, ſicut Galenus & alij addere & minuere aliquid in ea, non propter neceſſitatem neceſſariam neq; propter aliquid forte, quod eos ad illud commoueret, ſed quærentes, vt rememorantur, & remaneret ab eis in ipſa veſtigium ſicut remanſit Andromachio: Et meum quidem eſt, vt non remoueatur aliquid, quod experimentum iuuatiuum inuenit. fortaſſe enim illa complexio cum illo pondere exigit illud, cuius iuuamentum inuenit experientiam, quam quidem dum res ipſa mouetur à ſuo pondere, non ſequitur illam proprietatem, &c.* Fœcunda hodie eſt artium inuentrix, eaque in dies magis magiſq; incrementum ſumit: hac duce & auſpice plurimorum remediorum vſum, quem veteres tanquam vtilem comprobauerant, abdicauimus, & in illorum locum alia noſtro artificio inuēta introduximus, quæ ipſis inaudita & incognita prorſus erant. Sic hodie infinitæ præparationes, vel pleriſq; etiam antiquorum tam elegantia quam ſaporis ſuauitate & vtilitate longe præferendæ ſunt. Neq; enim vlla erroris ſuſpicio hinc oriri poteſt, ſi rei, quam per ſe bonam iudicamus, aliam ſuper addimus bonitate multo præſtantiorem: hoc enim pacto rei bonitas vires ſumit, & magis magiſq; accumulatur. Eodem plane modo in diminutione eorum, quæ vel inutilia, vel ſuperflua, vel noxia ſunt, nemo erroris redarguendus vnquam videbitur, ſi induſtrius fuerit: fruſtra enim fit per plura, quod fieri poteſt per pauciora. Suo itaq; loco circa eandem de Theriacis tractationem demonſtrabimus, ob quam cauſam Arabis huius, alias doctiſſimi & celeberrimi authoris, opinionem minus recipiendam ſtatuamus.

Redibimus nunc ad Theriacas illas antiquorum, earumq; aliquot in medium proferemus deſcriptiones, vt ex illarum comparatione facta cum iis, quas ex noſtra officina informatoria producturi ſumus, eo melius de vtriuſq; generis bonitate & præſtantia iudicari poſſit. Si quis prouocet ad experientiam: ſciatis, nos nihil magis in votis habere, quam vt per eandem, tãquam per ignem & aquam fortem, perfectum hoc & ſplendidum operis noſtri aurum examinetur ac probetur: quamuis nemo adeo ſtupido craſſoq; ſit ingenio, modo in eo vel exigua tantum candoris, rectæq; rationis ſcintillula ſuperſit, qui

non

non ex solo Lydio lapide, hoc est, ex prima statim earum descriptionum, compositionum & præparationum inspectione, de earundem præstantia summa, rectum sanumq; laturus sit iudicium.

## Capvt XV.

### 5. *Theriaca diatessaron regia Quercet.*

℞. *Tinctura auri*
*Tinctura coralliorum*
*Tinctura omnium lapidum pretiosorum*
*Tinctura viperarum ana* ℥ *i.*
*Nepenthes nostri maioris* ℥ *2.*

Enumeratum modo nepenthes adhuc manẽs in molli consistentia imponatur in patina argentea, vt igne lento liquescat: huic ita soluto admisce primum tincturam auri, deinde tincturam coralliorum: tum tincturam lapidum pretiosorum: & tandem tincturam viperarum, modice agitando & incorporando continuo materiam ad ignem lentissimum, donec in iustam consistentiam redigatur, ex qua formare possis pilulam grani piperis magnitudine, aut paulo maiori: cuius admirandi effectus se prodent in omni peste, & venenis, aliisq; morbis deploratis: potissimum autem in proliciendis sudoribus: præterea reparat ac reficit collapsas & prostratas vires, & duplo robustius efficit balsamum nostrum radicale, cui soli vis medicatrix morborum debetur. Vnde sæpenumero contingit, vt idem remedium tot tamq; admirabiles effectus etiam per insensibilem transpirationem exerere conspiciatur.

Hæ quatuor tincturæ vna eademq; via ac methodo extrahuntur, cum vnico videlicet & solo sulphure bezoardico ex re vegetabili elicito.

Aurum vero philosophice tantum calcinandum est, cui calci optime ablutæ & eclipsin patienti, nigricantiq;, adde prædicti sulphuris bezoardici tantum, vt supernatet tres vel quatuor digitos; idq; in matracio Hermetice sigillato, ad ignem cinerum in Athanore, & ad minimum in octo dierum spatio tinctura tua apparebit omni rubino rubicundior & splendidior: quam postea separabis, & in perfectam tincturam Solarem decoques, vt artis est.

Tinctura

Tinctura coralliorum fit ex eorum magisterio parato vt supra: ex hoc enim corallio antea in magisterium exquisitissime redacto, vt docuimus, extrahes tincturam cum eodē menstruo aut sulphure bezoardico, eodemq; ignis gradu adhibito: in cæteris auri operationem sequeris & ita conficies veram tincturam coralliorum.

Similis est processus in fabricanda tinctura lapidum pretiosorum cum eorundem videlicet magisterio, eo vt paulo supra modo parato.

Sic ad eundem modum ex magisterio viperarum, de quo etiam antea dictum est, cum eodem sulphure bezoardico vegetabili, vt supernatet 3. vel 4. digitos, tincturam instar rubini [illegible] elicies, idq; eadem methodo qua vsus es in auri præparatione.

Minima harum tincturarum dosis potentissimos & admirandos edit effectus contra omnia venena, pestem, morbos contagiosos, & deploratos. Ex mixtione enim illa peracta & Nepenthes mei additione vis illarum in infinitum multiplicatur. Nullum enim est cordiale corroborans, & bezoardicum alexiterium, quod non sub his comprehendatur & simul includatur: siquidem Nepenthes meum in se continet essentias omnium simplicium vere bezoardicorum, omnium aromatum, lachrymarum, gummi, & lapidum pretiosorum, itemque essentias ambræ & moschi: essentias croci & camphoræ: essentias lunæ extractum sulphuris dulcis vitrioli, & (ne forte vnum ex ingredientibus magnæ huius theriacæ vulgaris negligamus) ipsius etiam opii essentiæ non obliuiscemur in hac Diatessaron regali compositione: remedium certe regium, dignumque Regibus ac summis, potentissimisque Principibus ob singularem eius efficaciam & admirabiles effectus, tum ad deploratissimorum morborum curationem, tum ad sanitatis conseruationem. Horum elegantissimorum effectuum vel ex solo meo Nepenthe promanantium, testes erunt tres totius Franciæ facile primi & celeberrimi Medici, nec non doctus & expertus quidam chirurgus regius, qui vna interfuimus curationi matronæ cuiusdam amplissimæ, nec infimo loco natæ, quæ graui quodam affectu hysterico correpta, intolerabilib. continenter affligebatur dolorib.

con-

conuulſiuis, qui neq; Philonio, neq; pilulis Cynogloſſæ, neq; aliis remediis ſiue internis ſiue externis mitigari poterant. Tandem nobis confugiendum fuit ad Nepenthes noſtrum ex cuius vſu continuo prædicta matrona per quinq; ſexue menſes ſingulis noctib. ſemel & interdum bis nullum vnquam in capite ſtuporem perſentiebat, neque etiam ſpe ſua fruſtrabatur vnquam in doloribus ſubito ſedandis, & quiete corpori concilianda. Interdum quidem ipſi fallendi cauſa pilulam aliam vtcunq; animi cauſa formatam, & magnitudine ac colore veris Nepenthes pilulis reſpondentem exhibebamus: ſed ſeq. totam noctem inde lamentando & eiulando miſere tranſigebat. Vnde altero die poſt certa grauique obiurgatione, verbiſq; ſatis aſperis ac duris nos excipiebat, ſeq; immerito à nobis deluſam, & noſtra culpa & permiſſione per totam noctem tantis doloribus & cruciatibus exagitatam conquerebatur. Quæ omnia à nobis in eum finem dicuntur, vt oculis omnium obiiciamus tam præclaros & infallibiles Nepenthes noſtri effectus, quod vnius tantum piperis grani magnitudine exhibetur, contra omnes dolores à quacunq; cauſa ortos. Non minori etiam pollet facultate idem Nepenthes in ſubito cohibendis omnis generis defluxionibus.

Tranſeamus nunc ad ſales theriacales, quorum mendoſam præparationem plus ſatis ſupra excuſſimus, ita vt non opus ſit plura de ea dicere. Nam quilibet adhuc recenti tenebit memoria immenſam illam ſalis quantitatem, 40 videlicet librarum, 4. tantum viperis additam: nec non reliqua ingredientia tam ante, quam poſt calcinationem adiecta, omniaq; tam craſſe parata, vt mirum ſit, tot admirandas & ſingulares virtutes ab antiquis hiſce ſalibus adeo ruſtice confectis adſcriptas fuiſſe.

Horum igitur reformatio & recta præparandi ratio eſt, vt ſequitur.

℞. Rad. *Angelicæ*
*Gentianæ*
*Imperatoriæ*
*Zedoariæ*
*Tormentillæ rec* ana ℥.2.
*Herb. Diptamni*

*Scordij*

*Scordij*
*Scorzoneræ*
*Scabioſæ*
*Rutæ*
*Meliſſæ recent. ana p. ij.*
*Gran. iuniperi recent.* ℥. 4.
*Sem. Rutæ*
*Carduibenedicti*
*Coriandri*
*Fœniculi dulcis ana* ℥. i ß.
*Flor. Centaurii minoris*
*Hyperici ana p. ij*
*Cardamomi*
*Piperis longi*
*& albi ana* ℥. *i.*

Contuſis & ſimul mixtis omnibus, adde
*Suc. Limonum* ℔. i.
*Succ. Scordii*
*Vlmariæ ana* ℔. i. ß.
*Vini Canariæ* ℥. 8.

Macerentur omnia per 24. horas in magno Alembico cupreo, cum ſuo refrigerio, quo deſtillari ſolent olea: deinde deſtilletur: aqua ſiue totus liquor ad ſiccitatem vſq; caue tamen, ne ex nimia ignis violentia materia aduratur: quod periculum facile præcauetur deſtillatione in balneo vaporoſo facta. Nam, ſicut & alibi diximus, ea tutiſſima eſt & optima deſtillandi ratio: liquor inde deſtillatus accurate ſeruetur ſeorſim: fæces ſiccæ redigantur in puluerem & ſeorſim etiam ad vſum ſeruentur, vt infra dicemus.

Interim dum hæc deſtillatio fit, accipe ſalis marini, puri & pellucidi ℔. 4 ad ſummum: Si forte impurus ſit, aqua lauandus & repurgandus eſt, dein ad ignem probe exſiccandus: cui poſtea pulueriżato adiice.
*Coralliorum rubr pulueriſatorum* ℥. 4.
*Perlarum tantundem.*

Omnia cum ſale permixta iniiciantur in cruſibulum capax, (quod eſt artis vocabulum vrgendo ignem fuſionis, ita vt prædictus ſal [illegible]iolentia fundatur, qui inſtar metalli fluet [illegible] monebimus, non prorſus

veritati consentaneum videri Axioma istud Aristotelis; quod quicquid coagulatur in calido, dissoluatur in frigido & humido, cum contra sal, qui Solis calore coagulatur, igne violento dissoluatur, fundaturq; instar metalli, vel ipsa experientia teste.

Sed redeamus ad salium nostrorum theriacalium præparationem. His quatuor libris salis fusi, simul cùm corallis & gemmis in dicta proportione calcinatis & puluerisatis, adiice libras duas fæcum siccarum simplicium bezoardicorum & aromatum, ex quib. extraxisti aquam, vt supra, reseruatam: ex media parte horum omnium inuicem mixtorum fac stratum in olla terrea apta, in qua apposite collocabis carnes quatuor viperarum in frusta incisarum: his superiniice residuā omnium materialium partem, manu omnia bene premendo, & claudendo dictam ollam cum suo operculo, tamq; exquisite lutando, vt nihil transpirare possit. Dicta olla ponatur ad ignem calcinationis siue reuerberii per 24. horas, donec materia reducatur in cinerem album: quo iam vti poteris multo cum maiori emolumento, quam cineribus siue salibus istis theriacalibus vulgari modo paratis.

Sed huic operi hucusque elaborato nondum acquiescendum erit, adhuc enim materiale nimis est, crassum & imperfectum. Vlterius igitur pergendum, totusq; ille cinis in manicam Hippocratis iniiciendus, & cum aqua simplicium destillata, & vt supra, reseruata, & ad ignem rursus calefacta, inde eliciendus est sal secundum artem: reiteratis toties dissolutionibus, filtrationibus & coagulationibus, donec salem allicias exactissime repurgatum & vere theriacalem, qui impraegnatus erit virtutibus salium viperarum, & rerum bezoardicarum & aromaticarum, vt & salium gemmarum & coralliorum, quorum copiam etiam augebit additio librarum 4. salis marini, qui iam per se spiritu suo balsamico contra morsus tum serpentum, tum aliarum bestiarum venenatarum conditas salitasq; omnes carnes aptissimas reddit. Ταρίχιον, id est, salsamentorum caro (inquit Ægineta *lib 7. de remed. c. 3. initio litera* χ) *acrem & siccantem vim habet. A præstere itaq; vipera morsis datur, vt quam plurimum edant, & vinum bibant copiose & reuomant. conuenit etiam ad acrium esum: vtiliterq;*

*vtiliterq; quoq; in canis morsu imponitur, itemq; in aliorum reptilium morsibus.* Fieri igitur non potest, qui enumerati sales theriacales nostræ descriptionis sint magnæ efficaciæ & virtutis, longeq; alterius conditionis, quam communes isti, idq; ob varias causas, quas vnusquisq; ipsemet secum paulo diligentius ruminabit & expendet. Loco trium cochlearium, quæ pro dosi de vulgaribus dantur, nos de nostris exhibemus tantum 10. vel 12. grana, siue scrupulum vnum ad summum, & mirabiles exerunt effectus.

Vt centuplo adhuc efficaciores reddantur, vetus philosophus loco salis communis accipiet salē sulphureum & balsamicum naturæ, cum quo fundet & calcinabit philosophice, non tantum corallia & gemmas, sed etiam fragmenta hyacinthorum, rubinorum, smaragdorum, & aliorum lapidum pretiosorum in quanta copia libuerit, quæ virtutes suas spirituales, quæ potentissimæ & efficacissimæ sunt, impertient dictis salibus, ope sulphuris naturæ, quod est illorum proprium & verum dissoluens.

Et sic tandem fluctibus omnibus in hoc magno Theriacarum mari superatis, tempus nunc est, vt ad tranquillum portum nos conferamus, & deinceps nauiculæ nostræ cursum conuertamus ad remedia siue antidota opiatica, quæ lima & reformatione nostra summopere indigere dignoscuntur.

## CAPVT XVI.

## *De Antidotis Narcoticis, quæ & Opiatæ appellantur.*

EXposuimus supra, quanta sit opii dignitas atq; præstantia, & quam multæ ac præclaræ reperiantur antidoti, quæ magnificis & superbis nominibus, ob egregios & mirandos effectus, quos in grauibus & deploratis morbis propulsandis exerunt, insignitæ sint, quæq; opium, quamuis nulla arte præparatum, pro basi tamen & fundamento primario recipiant.

Opium itaq;, cum in tot remediorum compositionib. fulcri vicem obeat, plurimum vtiq; in eo situm esse videtur, vt probe & exacte cognoscatur, quid sit, antequam in vsum recipiatur.

Ex papauere nigro elicitur duplex liquor concretus, alter ex eiusdem papaueris capitibus, herbis, foliis & caulibus contusis, præloq; subiectis fortiter exprimitur, idq; circa finem mensis Maii aut Iunii, huncq; extractum liquorem in trochiscos redigunt, & nominant Meconium iuxta Actuar. *meth cap.6. de Antidotis.* Quod extracti genus vnum est de extractis antiquorum, vbi in nostris hodie conficiendis longe exquisitius & ingeniosius adhibetur artificium, ad tollendam omnem impuritatem, & purum ab impuro separandum.

Alter liquor, proprie opium dictus, est sola lachryma, quæ effluens ex capitib. tantum papaueris incisis, mense quoq; Maio aut Iunio colligitur.

Veri opii signa & indicia sunt secundum Oribasium fere hæc: *Probatissimus autem liquor est densus, ponderosus, odore soporiferus gustu amarus, qui facile aqua diluitur, leuis, albus, non asper, non grumosus, quiq; inter colandum non coeat veluti cera, & in Sole diffunditur. & ad lucernam, non atra tamen flamma ardet, quiq;, vbi restinctus sit, odoris vim conseruat.* (Sed addit Oribasius *præcitato loco*) *Hunc adulterant miscendo glaucium, aut gummi, aut agrestis lactucæ succum.*

Idem Oribasius in sequentibus quoque ostendit modum colligendi liquorem papaueris ad conficiendum opium, quem locum de industria huc transferre placet. Nos enim iuxta eandem normam & rationem docebimus ex nostro quoq; papauere opium educere, quod sua præstantia ac viribus veterum opio longe lateq; anteferendum erit. Sed ornamentum hoc accessorium soli veræ Chymiæ debetur. *Aliqui igitur* (addit Oribasius) *capita & folia contundunt & prælo exprimunt, tum in mortario terunt, & in pastillos redigunt, idq; Meconium nominatur, potestate multo ignauius quam liquor sit. In liquore autem colligendo oportet, cum ros exaruerit, cultello asterisco circumdante, ne ad interiora descendat, ex obliquo in rectum summam capitum superficiem incidere, & lachrymam exeuntem in conchulam digito detergere, & non ita multo post redire, siquidem contra inuenietur, &c.* Hæc igitur est ratio & methodus verum opium more veterum concinnandi.

Præter cætera veri opii signa ab Oribasio, vt supra, declarata

clarata (inter quæ & albedo non vltimum est) hoc vnicum imprimis considerandum venit, quod facile inflammari possit, tanquam lachryma, sulphurea ex papaueris capitibus seminum plenis extillata, & tota oleaginosa, quæ lampadi aut igni admota flammæ cōcipiendæ causam præbet, non secus ac res quælibet pinguis, sulphurea & oleaginosa.

In Meconio autem siue opio vulgari idem animaduerti difficillimum erit: siquidem in eius præparatione partes sulphureæ ab aqueis siue mercurialib. obtunduntur, simulq; tam herbæ, siue folia, quam capita recipiuntur, ex quibus omnibus contusis exprimitur succus (in opium nigrum postea, siue mauis, Meconium, quod hodie in officinis habemus) concretus, quod tamen vulgare opium quodammodo flammā etiam concipere posse percipies, si lampadi admoueris. Hoc autem, mea quidem sententia, tam theriacarum, quam laudanorum compositioni æque, vel etiam rectius destinari posse existimo, quam verum opium ex sola lachryma suo tempore in ea, qua fieri potest, quātitate collecta, factum. Nam cum id adeo sulphureum sit, vt, sicut videre est, ex eius descriptionis historia flammam facillime concipiat & ardeat, & odorem suum narcoticum, post ignis examen, adhuc integrum retineat, fieri non potest, nisi interueniente alia præparatione, quin cerebro mirum in modum infensum sit, idq; hostiliter lædat, & perniciosa & lethifera inducat symptomata, qualia ipsi tribuit Scribonius *lib. de compos. medic. c. 48. Facit autem* (de opio loquens) *grauedinem, gelationem: & liuorem artuum frigidosq; sudores manare, præterea spirationem impedit, mentem soporat, sensusq; alienat, &c.* Quod si ignis ab eo nequeat separare fœtidum istud & narcoticum sulphur, multo minus id præstabit, vel calor quidam lentus cinerum, vel coctio quædam ac digestio B. M. nihilominus tamen, vt mox patefiet, nos hoc imprimis tentabimus, vt in præparatione opii nostri ordinarii, sulphur istud narcoticum flammam concipiens, odore fœtens & abomninabile penitus arte secernamus. Et sic ipsum opium, quod tam ab antiquis, quam recentioribus, pro summo & nocentissimo veneno æstimatur, in dosi etiam paucorum tātum granorum

exhibitum, facillimo artificio trãsformabimus in vtilissimum & saluberrimum remedium.

Vt ea quæ diximus, confirmemus, scite primum conuenit, veteres solum hoc papauer, quod vtcunq; incultis & syluestribus camporum locis, natum & repertum fuerit, in vsum recepisse, ex quo suum opium pararunt, quod vel hoc saltem nomine crudius indigestius, & per consequens inde perniciosius iudicandum est, quam id, quod nos temporis progressu edocti è papauere satiuo & transplantato educimus: Hortos enim nostros hodie videmus infinito papaueris genere consitos, cuius flores colorum varietate & elegantia pulchre depicti, & nobiscum quasi ridentes, animum mirifice oblectant, quod soli transplantationi acceptum ferendum est, cuius laus satis extolli nequit: tanta est illius energia & proprietas in rebus amaris edulcandis, & noxiis corrigendis, sicut & id paucis supra delibauimus, adductis quibusdam exemplis, cynaræ nempe, cichoreæ & hellebori. Huius nimirum transplantationis & coctionis, Solis ardore & æstu ptoritate, beneficio, in Natolia & Asia minori (vbi Turci papauer in magna copia & singulari diligentia plantant, transplantant & excolunt) ex succo eius extracto præparatur ab incolis opium, quod vernacula sua lingua appellant Maslac, quo plerunq; vtuntur ad pisi magnitudinem, non pro somnolentia, sed animositate comparanda, idem quoq; aucta dosi accipiunt in ipso certaminis procinctu; vnde veluti insani & furibundi, disturbato nimirum cerebro in obuia quæq; pericula ferũtur, neq; ipsam etiam mortem expauescunt.

Vnde constat, opium hodierno seculo in terram meliorem, diligenti & accurata cultura transplantatum & educatum, minus venenosum esse, quam illud antiquorum. Nobis autem idem trãsplantationis auxilium concessum esse æque ac Asiaticis istis populis, minime dubitandum. Ac licet radiorum Solarium tanta apud nos vis & impressio non sit, præsto tamen nobis sunt coctiones & digestiones, vario ignis regimine excitatæ: habemus quinetiam ignem lampadis, & fimi, baln. Mar. vapor. &c. Sic ars imitando naturam eandem superat, longeq; vtiliori & exquisitiori coctione materiale à formali, terre-

stre à

ſtre à cœleſti, purum ab impuro ſeparat, quod ignis naturalis per ſe, ſine artis adminiculo vix ac ne vix quidem efficere poſſet, ſicut id omnibus plus ſatis compertum cognitumq; eſt, noſq; paulo poſt clarius oſtenſuri ſumus vbi ex papauere noſtro domeſtico & tranſplantato, opium quoddam parabimus, quod proprietatibus & effectibus ſuis vulgari iſto, quantumuis longiſſime aduecto reſpondeat. Quod tanquam ſcitu dignum monere voluimus, priuſquam accederemus ad tractationem remediorum ſiue antidotorum narcoticorum. Horum autem omnium cum præcipuum ſit fundamentũ ipſum opium, ſuper cōfirmum ac conſtans extruere ædificium vix licebit, niſi prius, quid ſit, probe cognouerimus.

Inter cætera igitur remedia narcotica, in maiori æſtimatione & frequentiori vſu, ad ſedandos dolores & cohibendas hæmorrhagias ac defluxiones ſunt

*Diacodion*
*Pilulæ cynogloſſæ*
*Requies Nicolai*
*Philonium*

Huius vltimi quatuor ſunt genera ſiue deſcriptiones, veluti

*Philonium Tharſenſe Galeni*
*Philonium Romanum Nicolai*
*Philonium Perſicum*
*Philonium Meſuæi*

Inter hæc enumerata remedia minus noxium eſt Diacodion, & benignius tutiuſq; exhibetur. Componitur autem ex capitibus papaueris albi mediocris magnitudinis, quæ neq; immatura, neq; matura nimis ſunt, neq; nimis humida aut ſicca.

Quidam pro doſi accipiunt viginti eiuſmodi capita, quæ macerant per 24. horas in duabus vel tribus libris aquæ, & poſtea coquunt, donec contabuerint, expreſſis & colatis omnibus, cum ſufficienti quantitate ſacchari, mellis vel ſapæ, aut vini dulcis, fit electuarium ſolidum ſiue molle. Galenus hoc modo parat Diacodion ſuum ſimplex.

Actuarius cōponit Diacodion ſuũ ſolidæ conſiſtētiæ, coquendo capita papaueris, vt ſupra, ſed iis adiicit.

*Rosarum rubrarum dr. ij.*
*Croci orientalis*
*Acaciæ*
*Liquiritiæ ana dr. i.*
*Boli armeni vnc. ß.*
*Cinnamomi electi*
*Rad. consolid. maioris*
*Hypocistidis*
*Balaustiorum ana dr. i.*
*Myrti*
*Dauci ana vnc. i.*
*Coralli vtriusque*
*Sumach*
*Sanguinis draconis*
*Flor. Althææ ana dr. ij.*
*Sem. Portulacæ dr. ß.*

Ex his omnibus redactis in puluerem cőficit electuarium solidum ad vnc. i. pulueris accipiendo ℔. i. sacchari dissoluti, & ad perfectionem decocti, idque cum decoctione prædicta papaueris.

Montagnana præparat diacodion, accipiendo
*Capitum papaueris N. xx.*
*Siliquarum dulcium à granis suis spoliat. vnc. iij.*
*Rad. Althea*
*Liquiritiæ ana vnc. ß.*

Omnia coquit in decem vel duodecim libris aquæ fontanæ vel pluuiæ vsque ad duas tertias. Expressioni & colaturæ addit
*Sacchari rosati*
*& penidiorum ana ℔. i.*

Coquendo omnia in consistentiam mollem.

Hujusmodi diacodion proprie confert ad cohibendas defluxiones acres, serosas, tenues, & biliosas, à cerebro in pectus irruentes, conducit quóque ad omnem tussim, somnum & quietem interrumpentem. Hoc ipsum Mőtagnanæ diacodion primas tenet inter arteriacas compositiones, estque remedium inter vulgaria ejus generis præstantissimum.

Diacodion Actuarij ex pluribus adstringentibus compositum

positum præcipue prodest cæliacis, dysentericis & omnibus ventris fluoribus immoderatis, hæmorrhagiis, & sputitioni siue vomitioni sanguinis.

Pilulæ cynoglossæ à Nicolao Præposito descriptæ, in frequenti admodum vsu quoque sunt: vnum quoq; sunt ex remedijs opiaticis, quæ securius præbentur ad suadendum somnum, & mitigandos maximos quosque dolores, à quacunque causa genitos: Conferunt etiam ad sistẽdas tenues destillationes, illarum descriptio est talis.

*℞. Rad Cynoglossæ aridæ*
*Sem. Hyosciami albi*
*Opij, ana vnc. ß.*
*Myrrhæ dr. vi.*
*Thuris dr. v.*
*Caryophyllorum*
*Cinnamomi*
*Styracis calamitæ ana dr. ij.*

cum aqua rosarum formetur massa.

Requies Nicolai, quod nomen habet à singulari sua vi & proprietate, qua quietem & tranquillitatem inducit ijs, qui infestantur quodam dolore, inquietudine aut ardore febrili, vnum quoque est ex moderatioribus narcoticis, & quod inter reliqua tutius offerri potest: Ejus compositio hæc est:

*℞. Rosarum rubrarum*
*Violarum ana drac. ij.*
*Opij*
*Sem. hyosciami*
*Papaueris albi*
*Scariolæ*
*Lactucæ*
*Portulacæ*
*Psyllij*
*Corticis rad. mandragoræ*
*Nucis moschatæ*
*Cinnamomi*
*Zingiberis ana dr. i. ß.*
*Sacchari candi dr. i.*
*Sandali albi, rubri*
*Spodij*

*Tragacanthæ ana ℈.ij.*
*Sacchar. in aqua rosf. dissoluti ad triplum omnium.*

Philonium est omnium validissimum narcoticum, majorem enim præ ceteris opij partem recipit. Ob quam causam, ad corrigendam scilicet nimiam ejus frigiditatem, ei adduntur summe calefacientia, nempe pyrethrū, piper album, neque ibidem omittuntur ea, quæ vehemēter vrunt & incendium extremum excitant, & in venenorum classe numerantur, velut euphorbium, &c.

CAP. XVII.

## *Descriptio Philonii Tharsensis Gal. est vt sequitur.*

℞. *Croci*
*Pyrethri*
*Euphorbij*
*Nardi Indicæ ana dr. i.*
*Piperis albi*
*Sem. hyosciami ana dr. xx.*
*Opij drac. x.*
*Mellis q. suff.*

Cum hac conuenit fere descriptio Mesuæi: Eadem quoque est vtrobique opij dosis: hoc tantum interest, quod in alterutra loco euphorbij castoreum substituatur.

Descriptiones à Myrepso traditæ Philonii Romani, & Philonii Persici, differunt à præcedentibus duabus, tum in opii dosi, tum in cæteris ingredientibus. Interim tamen euphorbium, pyrethrum, piper album, & alia calidissima simplicia, correctionis causa omissa nō sunt, quæ tamen tam excessiue calida sunt, vt vix ori admota (sicut illorum vsus frequens esse solet in colicis passionibus & aliis extremis cruciatibus) faucium & vicinarum partium calamitosum excitent incendium. Has autem hactenus cum enumeratorum remediorum narcoticorū descriptiones de industria in hunc librum introducere placuit, vt ex illorum collatione cum nostris, quę laudana appellant, facta, quilibet de vtrorumque discrimine in præparatione & præstantia liquido constet.

Laudani nomine insigniuntur remedia nostra anody-

na

na opiatica, quaſi dicas laudatum remedium. Theodorus Zvvingerus, vir ſummus, & inſignis Medicus, primus eadem appellare cenſuit, Nepenthes nomine, quod remedium Helenę fuiſſe dicitur, quo omnes è corde languores & ægritudines ſuſtulit, & hilaritatem lætitiamq; induxit, vt legitur apud Homerum. Quod vtique nomē, ob ſummos & admirabiles effectus, quos exerit laudanum ei aptiſſime & ſummo jure competit. Supereſt, vt ejus aliquot formulas atque deſcriptiones in medium proferamus, ſimulque oſtendamus, quanto errore veteres opium, citra omne præparationis artificium, additis inſuper correctionis loco aliis ingredientibus adeo calefacientibus narcoticis ſuis adhibuerint.

Iam alibi in ſcriptis noſtris ampliter de proprietatib⁹. opii diſſeruimus, & perſpicue demonſtrauimus, qualitatem eius narcoticam & ſoporiferam dependere potius à ſulphure quodam inflammabili fœtente & indigeſto, quo plurimum abundat, quam à cauſa quadam frigida. Nam & fumus ſulphureus carbonum, & vapor ſulphureus, tam vini, quam croci multo citius hominē in ſomnum præcipitabunt profundum & letheum, quam aqua niuis aut glaciei montium, quantumvis in ſummo exceſſu frigidiſſima. Hæc enim frigiditas caret ſpiritibus vaporoſis & ſulphureis, qui cerebri ventriculos opplentes, eiuſmodi ſoporiferas inducunt affectiones, quique ęque in vino, carbonibus, & croco reperiuntur, ac in ipſo opio, licet non tam noxii ac lethales. Odor præterea opii fœtidus certiſſimus index eſt eius, qui in eo ineſt, copioſi ſulphuris & olei. Sic ex cæteris ſignis, quibus veteris verum opium diſcernebant, hoc quoque vnum erat, quod flammam conciperet. Sed cum de his omnibus copioſe alibi diſputatum ſit, ſatis nobis eſt, hæc paucula tantum obiter attigiſſe, vt proprietate enumerati opii probe cognita, eo magis id rectius corrigere, & de noxio innoxium reddere queamus, ſicuti paulo poſt videre licebit.

Sulphur itaque narcoticum iſtud & ſtupefactiuum, eo quo ſequitur modo inde ſeparandum eſt.

## *Vera præparatio opii.*

Primum accipe opii vnc. iij. vel iv. aut quantum voles, habita

habita ratione quantitatis laudani conficiendi. Hoc opium cultro quodam in exigua incidatur frustula, quæ apposite, in patina aut orbe quadrave quadam collocantur, ne se inuicem attingant, vt meli⁹ in ea operari queat calor moderatus, cujus ope & virtute sensim exhalabit enarratum sulphur vaporosum, fœtidum & narcoticum, fiat autem hęc operatio sub camino quodam, vbi cauendum, ne fumus forte naribus exceptus damnum inferat, hicque ignis eousque continuabitur, donec opium omnem fere amittat odorem, & omnino siccum reddatur instar aloes, & facile in puluerem redigi possit. Hæc est prima ratio & methodus veræ præparationis opij, quod vix tunc temporis concipiet flammam.

Puluerizatum inijciatur in matracium vitreum capax & inde extrahatur essentia siue extractum, & loco aquæ vitæ, qua alias plerique vtuntur ad hanc extractionem, accipiatur acetum fortissimum album, vel succus limonum: hi enim liquores vitriolati sola verissima opij correctiua existunt. Modus hujus extracti siue essentiæ educendæ idem est ac cæterorum, hoc est, oportet opio puluerisato alterutrum ex his liquoribus affundere, vt tres quatuorve digitos superemineat, & omnia digerere B.M mediocriter calido, donec liquor tinctus sit, & clarus rubicundusque instar granati appareat. Separa id, quod clarum est, per inclinationem, & rursus affunde nouum liquorem acidulum, iterumque omnium fiat digestio, donec tinctus sit liquor, non tamen tam intense, vt prius: hæc ita continuabis, donec aqua non amplius tingatur, nisi colore ad flauedinem tendente, quam non misceas cum cætero liquore, quia inutilis plane est: Tincturam rubicundam & claram in alembicum indas, & per B. vaporosum liquorem separa, & remanebit, in fundo essentia.

Fæces quæ post tincturam extractam remanent, seruentur. Vsus enim illarum erit vel ad cataplasmata anodyna, & dolorificis affectibus, qualis est podagra, apta, paranda, vel aquas hypnoticas, & similia alia remedia inde concinnanda.

Ex quatuor vncijs opij veri extracti siue essentiæ vnciæ duæ, aut circiter remanebunt, quod extractum præcipuum

cipuum laudani tui fundamentum erit, cujus compositio se habet, vt sequitur.

## CAP. XVIII.

## *Laudanum præstantissimum, & præ cæteris cunctis opiaticis (puta quæ opium excipiunt) paratu facillimum.*

*℞ Essentiæ opij à suo dissoluente per B. vaporosum vt supra separatæ vnc. ij.*
*Essentiæ croci, cum aqua limonum extractæ vnc. j.*

Hæ duæ essentiæ confundantur inuicē in paruo quodam vasculo argenteo: his adde

*Gemmarum*
*Hyacinthorum*
*Et corallorum ana drac. j. ß.*
*Terræ sigillatæ veræ dr j.*
*Pulueris bezoardici veri*
*Vnicornu*
*Ambræ griseæ ana ℈. ij.*

Hi pulueres sufficient ad bonam consistentiam laudano inducendam, miscendo & agitando omnia continuo ad ignem lentum, donec ex materia frigefacta pilulę formari possint, sufficit exhiberi de hoc laudano, magnitudine piperis grani: & insignes ac suspiciendos percipies hujus anodyni effectus, quod te spe tua nunquam frustrabit: Nam confert citra molestiam & cerebri vllam perturbationem, aduersus omnis generis dolores à quacunque causa subortas, contra omnes hæmorrhagias siue fluxus sanguinis in quacunque corporis parte fuerint, contra omnes defluxiones & fluores ventris, dysentericos, hepaticos, lientericos, & similes, & ad inducendam gratam tranquillitatem in febribus ardentissimis, in quibus ipsis rationis sensus læditur, & in phrenesim æger plerunque delabitur.

Non ignoro, quosdam ex viris doctissimis opij essentiam elicere cum spiritu vini, in quo prius macerant pulucrem Diambræ, & compositioni insuper adiiciunt extracta aromatica & bezoardica, vt & olea anisi, fœniculi, & similium. Sed vt verum fatear, ego hic exhibui laudani opia-

opiatici descriptionem, qua nulla esse possit inter opiaticas compendiosior, nulla facilior aut præstantior.

Nec, vt obiter & hoc addam, vera opij correctiua in pyrethro, piperibus, euphorbio, & igne, & summe calidis illis rebus indaganda sunt, sed in aceto potius, tam montano, quàm vulgari, in succo acetoso limonum & similibus, quæ vim & proprietatem violarum participant. Philosophus, qui mentem meam percipiet, poterit etiam sine opio plura alia laudana multo efficaciora & præstantiora componere.

## *Alius modus laudani nostræ descriptionis.*

℞. Mense Mart. vel Septemb. quando radices sunt in vigore, copiam rad. hyosciami in veris principio, simul cum germinibus suis tenellis adhuc, & vix è terra protuberantibus accipiendæ sunt: Omnibus rite contusis, succus prælo perquàm exquisitissime exprimatur, ita vt ad minimum libram vnam & dimidiam, vel duas libras succi habeas. qui depuretur in B.M. mediocriter calido: Separando inde fæces, vt jam supra docuimus modum depurandi omnes succos tam radicum, quam herbarum & florum: *Nota*: succus hic, qui antea colore albus existebat, per digestionem hanc vertitur in summam rubedinem, instar vini rubicundissimi. Et hæc est ejus perfecta depuratio, quam accurate seorsim serues: Dum interim præparas extractum hyosciami juxta modum præscriptum, circa idem tempus, si voles, præparabis opium vulgare, illud nempe in exigua incides frustula, quæ ad ignem lentum collocabis, vt vi caloris sulphur ejus narcoticum exhalet, & puluerisari facile queat, vt supra docuimus.

## CAP. XIX.

## *Primus modus mixtionis duorum inter se narcoticorum.*

*℞. Itaque commemorati succi hyosciami depurati & perfecti rubicundi, vt supra vnc. x.*

*Opij preparati, & in puluerem redacti, vt supra vnc. v. vel vnc. vi.*

Omni-

Omnibus simul conjunctis, & in patinam paruam terream vitreatam inditis, videbis horum duorum narcoticorum tam firmam & indissolubem fieri copulationem, vt in vnum corpus & consistentiam vnam duriusculam coluisse videantur. Quibus omnibus soli aut lento calori cinerum per 3. aut 4. dies expositis, opium attrahet tantum succi hyosciami, quam sufficiet, quod residuum erit, seorsim separabitur per inclinationem, vt vocant, vel exhalabitur, quicquid coagulatum fuerit, frustulatim in matracium vitreum capax inijciendum est: superaffundẽdo succum limonum perfecte depuratum, vt quatuor vel quinque digitos supernatet, isque tingetur in B. M. in rubini colorem quem separabis per inclinationem quam potes studiosissime, ne quid crassi aut impuri simul misceatur, affundendo iterum nouum succum limonum, & digerendo in B.M. donec denuo tingatur colore rubini, & ita progredieris donec aduertas, succum non amplius colorari rubini colore, sed subpallidũ manere, qui tum inutilis erit ad hanc operationem. Omnis tuus liquor in rubini colorem tinctus reponatur in digestione B.M. vt denuo digeratur, omnisque substantia crassa fundum petens inde secernatur. Et ita summam & perfectam depurationem ei conciliabis, veramque essentiam opij & hyosciami conjunctim præparabis, quem curiose adseruabis, hujus essentiæ habebis circiter vnc. vi.

FINIS.



# JP. LOTICHII
## D. MEDICI
Mœno-francofurtensis

*De*

*GVMMI (vt vocant) GOTTA laxatiuo Indico*

Discursus

*Theorico-practicus nouus.*






*FRANCOFVRTI,*
Sumptibus THEOBALDI SCHÔNWETTERI,
Typis PAVLI JACOBI.

Anno M DC XXVI.

*Perillustrib. ac Generosissimis Comitibus ac Dominis*

DN. ALBRECHTO,
Comiti in Hanavv & Rhieneck, domino in Müntzenberg/ & Schwartzenfelß:



DN. PHILIPPO-MAURITIO,
Comiti in Hanavv & Rhieneck, Domino in Müntzenberg: primogenito illi Patruo:

*Huic ex fratre nepoti:*

Dominis suis perclementib.

COMMVNE in vulgus hactenus obauditur dicterium, COMITES *Generosissimi*, *Domini perclementes*, tot elaboratos, totque omnibus pene modis absolutos à seculo hucusque & amplius typographica mediante Lucina in omni propemodum scriptorum genere in lucem emissos esse ingeniorum fœtus, vt penes multos, ne dicam, quam plurimos, maxime dubium videatur, vtrum aliquid etiam à nouis huius ætatis scriptoribus, superioribus illis Maiorum limatis-

ſimis editis monumẽtis digne ſuperaddi aut poſſit, aut debeat. Vſque adeo conclamatum hodie eſt, atque punctum omne *Terentianum* iſtud mereri putatur: *Nihil eſſe iam dictum, quod non dictum ſit prius*. Hoc paſſim in triuiis obiicitur: hoc vndiquaque præter lippos tonſoreſque etiam tyrunculis, etiam pueris notum Epiphonema eſt. Eſto autem: Demus, multa, imo plurima, eſſe in veteribus, quæ antiquiorum, in recentioribus, quæ veterum ſint, imo *Græcos* à *Thracibus*, *Thracas* ab *Aſſyriis*, aut *Phœnicibus*, (ne inquiramus vlterius) *Romanos* v. & *Latinos* imo etiam *Arabas* à *Græcis* ſuâ condiſcentes mutuatos eſſe: nihilominus tamen alia ætas vt alios mores, ita alios ornatus, alioſque in docendo ſcribendoque numeros abſoluit. Quem ad modũ apprime liquet alias eſſe Gratias, alias Veneres in *carmine Virgiliano*, quam fere ſunt in *contextu Homerico*; inter quẽ vtrumq; diuinum, ptout ſcriptores indigetant, Poetã tantum interuenire aſſerit diſcriminis acutiſſimus *Scaliger*, quantum inter antiquum iſtud chaos, atque naturam meliorem, vt eſt apud *Ouidium*. Nihilo-ſecius tamen *Maronem*, tam accuratum, tam grauem autorẽ, minime puduit præter millia verſuum ab *Homero* mutuata, etiam affectus omnes imitari, imo *Aeneida* ſuã ex *Iliade* atque *Odyſſea* totam concinnare, ita tamen, vt tu hic in vna *Aeneide*, & longe mehercle accuratius, habeas, quod iſtic in utraque cum *Iliade*, tum *Odyſſea* deſiderare poſſis. Vt hoc etiam obiter aſpergamus, eundem *P. Maronem* quoq; ex aliis inſuper *Homeri* coætaneis, *Bucolica* v. gr. è *Theocrito*, *Georgica*, ex *Heſiodo*, pulcra tamen imitatione, imo venuſta expreſſione, cõbinaſſe. Sic *Aphranius* poe

ta non

ta non pauca à *Menandro*. *Horatius* itidem, quà *Satyras*, à *Lucilio*, quà *Sapphica*, à *Sapho* poetria: *Ouidius* (poeta si quis alius vere ingeniosus) *de chao* quędã ab *Hesiodo*; *de Deucalione*, & *Pyrrha*, quædam è libris *Moysis Prophetæ*; *Metãorphoses* v. è *Parthenio Chio*, poeta vetusto, mutuasse liquido euincitur. Vt nihil de eo dicamus, *Clearchum* scripto mandasse, vidisse se certum quendam *Iudæum*, à quo hausėrit sua ipse *Aristoteles*. Sic *Plato* (quo discipulo *Socrati* nihil felicius, ciue v. *Athenienſibus*, *Petrar* hæ testimonio, nihil gloriosius contigit) à *Socrate*, atq; *Pythagora*; *M. Cicero* v. à *Platone*, & *Demosthene* descẽdit. An eapropter absolutissimum poetarum *Virgiliũ*, quod ab *Homero* decurrit: an elegantissimum *Ouidiũ*; an *Horatium*; an *Aphronium*; quod ab aliis sua acceperunt, contemptui habebimus? An vero ideo *Aristotelem*, *Platonem*, *Ciceronem* atque *Demosthenem*, quod à præceptoribus, *Socrate*, *Pythagora*, & aliis sua deriuarunt, authores omni æuo stupendos & maximos, nihili faciemus? Ridiculum mehercle! Quid v. de Medicis hic præcipue afferemus? Annon *Hippocrates* ab *Aesculapio*, (à quo iuxta *Soranum* descendisse scribitur) *Heraclide* item parente, *Gorgia Leontino*, oratore, & *Democrito*, Philosopho Abderitano, quorum discipulus fuit, sua percepisse potuit? Annon ab hoc *Thessalus*, & *Draco*, filii didicerunt? Annon *Galenus* denique multa post interualla ab *Hippocrate* & sua accepit, & aliis infinitis ferme methodo inuicta illustratã amplificatamq; Hippocraticam medicinam cõmunicauit? Huius exemplum secuti postea *Arabes*, Medicorum sua ætate principes, non dubitarunt suos quoq; libellos ex oceano velut Hippocrati-

co-Galenico illo tãquam riuulos deducere; quos inter potissimũ numerantur *Auicen. Aegineta, Aetius, Oribasius, Trallian. Actuarius*, & cõplures Medici veteres, iiq; clarissimi alii. Numquid igitur & *Hippocratem, Galenum, Auicennam*, & similes illustres Medicos, juxta vulgatum istud, ad Anticyras nauigare jubebimus, cum iidem quoq; nisi-minus præceptorib. suis vsi sint, atq; alter ab altero sua desumpserit? Absurdum id vero. Alia itaq; ab alia est ætas, alia sunt ingenia, alius docendi discendique modus. Neque v. illi autores confestim omnes, quod eadem ferme, & multoties verbo-tenus, quæ *Galenus* habet, docuerunt, reiiciendi fuerint. Vt n. libenter largimur, nihil propemodum à Dogmaticis dici scribiq; posse, quod apud *Galenum* inuenire haud facile sit; interim tamen prout iuxta tritissimum illud: *Oculi plus quam oculus*: item: *Inuentis facile aliquid additur*: ita isti multoties plura animaduertentes inuenta inuentis noua adiecerunt, aliáque, licet non contrariam, viam, sæpenumero commodam ac magis succinctam tamen, ingressi sunt. Quod quidem in vnico *Auicenna*, Arabum Medicorum Principe, vel ex eo manifestum euadit, quod is *doctrinam de febrib. in Galeni* voluminibus hinc-inde dispersam, vno velut ac iusto systemate collectim executus est. Vt iam de *Iulepis, Syrupis*, &c. Arabum inuentis, de quibus infra in *Discursu isthoc nostro* incidenter egimus, nihil præterea adiiciamus. Tum v. maxime vnica illa quam oẽs fateri necessario coguntur, rei Physico-Medicæ amplitudo, ac profunditas, præallegatum superius istud in limine dicterium satis superque refutare nobis ad vnguem iudicatur, vt bona cum

pace *Comici* istud ipsum commutandum, atque omnino ita esse inuertendum arbitremur: *Multa* videl. *iam dicta esse, atque in posterum dici posse, quæ dicta non sint prius.* Inprimis n. vanum est credere, Medicinæ, sicut aliarum omnium artium, perfectionẽ eo peruenisse, vt per tot temporum ac seculorum mutationes nihil in ea immutandum, nihil corrigendum, nihilq; addendum, aut demendum obnciatur: verba sunt Clariss. *Quercetani* pro præfatione Pharmacopœæ suæ Chymiatricę ad Illustr. *Christianum Principem Anhaldinum.* Et profecto, verissimum isthoc esse effatum multis cum exẽplis tum rationib⁹ demõstrari posset, nisi succinctiorem præfationem ipso opusculo esse conueniret. Sicuti enim v. sicut, vt in sacris est, alia Sp.S. dona habuit in nouo Fœdere D. *Paulus*, & largiora sine dubio quam D. *Petrus*; alia itidem, *Petrus* quam *Iacobus*, vel *Andreas*: ita similiter ferme alia dona naturæ habuit, licet Ethnicus, *Hippocrates*; alia *Galenus*; alia *Auicennas*. Neque diffitendum istud temere venit, Deum Opt. Max. etiam decrepita isthac mundi senecta compluribus singularia quædam ingenii munera cœlitus aspirare; quorum quidẽ superior ætas, licet satis industria alias, expers plane esse potuit. Cuiusmodi egregium documentũ perhibent laudabilia ista Auorũ nostrorũ felicis memoriæ inuenta, è quib. superiori seculo p̃cipue eminuerunt *Inuentum* sc. *Typographicũ*; *Tormentorum æneorũ*; *Ars vitrificandi*; *restaurata* v. inprimis *Euangelii doctrina*; & quæ alia paulo vlteriorib. temporib. magno eorũ cũ dispendio latuerũt incognita. Prout itaq; Noua nõ petulãter Veterib. sunt anteferenda, ita pariter vetera nouis pertinaciter præ-

ponere semper minime fas est. Ecquod n. Medicinæ nostræ, qua partem Therapeuticam, hodie clarius ornamentum accedere potuisset, quàm præparationes illæ Chymicæ? per Iouem! si isthic quoque ignauiores esse, atque vsque adeo veterũ tantum saliuam in verba magistri iurantes lãbere maluissemus, næ nobis hac ætate tot elegatissimis remediorum arte Chymica rite præparatorũ formulis, tot sc. Extractis; tot Salibus; tot Essentiis; tot Magisteriis; tot Elixiribus; omnino carendum fuisset; quibus omnibus Dogmaticam Medicinã vtilissime esse auctam nemo nisi iuxta cũ ignauissimis negabit. Accedunt, iuxta seculorum & temporum mutationes, *Noui* non pauci affectus & *morbi*, qui *noua* simul atque veteribus facile incognita *remedia* ratione & experientia comprobata, nobis exhibent. Quæ quidem (velut

——— *Non omnis fert omnia tellus*)

etsi nonnunquam exotica atq; peregrina sint. nilminus tamen, cum specificas contra certos morbos, quos à proprietate curare comperta sunt, vires à natura obtineãt, ideoq; etiam, licet cũ sumptibus, peregre accersenda veniunt. Quæ inter siquidẽ haud frustra numerare posse videamur NOVAM hanc PVRGANTEM MEDICINAM nostram INDICAM, (GVMMI GOTTA vocãt communiter) vtpote non absre fecisse videbimur, sicubi, amicorum monitu, præsentem hanc, quã exhibemus, Συζήτησιν, in publicum theatrum, bonis quod fiat auibus! producamus. Quãlibet a. nobis allegatas supra rationes minime tribuamus, ac velut aliqd noui veterib. incogniti, adeoq; (quod abest plurimũ) nostro Marte, atq; industria inueniri, proferre

hic

hic gloriose contẽdamus; interim tamẽ, eũ cogitationes suas p discursũ publice ꝑdere, tũ quoq; aliorum virorum eõsummatissimorũ (quibus cũ hac, prout nunc est, tẽpestate per literarum commerciũ difficilis obitur negotiatio) iudicia expiscari honestũ & licitũ sit, æquiorem ea propter lectorẽ fore speramus, vbi omnia palato atq; exspectationi ipsius nõ respondeã, si amice persiculaueris, eũ in finẽ maxime isthæc publice proponi, vt eruditiorib. occasio prcbeatur, sua ẽt super hoc themate experimenta atq; rationes porro in mediũ proferendi. *Zoilos* interim, *Suffenos*, *Momos*, *Meuios*, *Marculos*, *Mastisos*, *Ibides*, & istiusmodi genus hominũ male feriatorum, qui vix inspecta multoties libelli facie, insõtẽ in autorẽ libidinose licenterq; grassantur, isthic minime defuturos esse facile præcogitamus. De quibus astrologorum exemplo, qui hisce seculi procellis de Marte atq; dissidiis amplius vaticinare superuacaneum ferme putãt, cum totus orbis vndique nil nisi

*Arma arma sonet:*

pluribus agere, aut specialẽ inuectiuã meditari operæ pretium minime est. Illud duntaxat superpondii loco addimus, cordatos atque ingenuos lectores aliorum conatus laboresque ideo haudquaquam aspernari, imo v. magis magisq; fauore & suo & aliorum dignos existimare. Istos v.

—*Qui velut excusso suspendunt omnia naso;*

cum aut ignorantes potissimum, aut nimium arrogantes sint, ex vtroque vitio haud infimo sententiam ferre ingenuam neutiquam posse. Quos istos vt parum moramur, ita libenter suo more insanire permittimus; cum alioquin ad extirpan-

 das

das istius seculi Chymæras non vnus ( ne dicam plures ) sufficiat Hercules.

Cæterum ad te propius accedo, *Generosissime Domine* ALBRECHTE, *Comes Clarissime*; inuitatus multiplici illa *T. Generositat.* VIRTVTE; quæ quidem penes doctos ( vt Heroas atque æquales, quibus ea propter non minus acceptissimus es, prætercam lubens ) huius seculi non vnico hactenus ornatur elogio, imo vero honorario iam dudum inscribitur literarum præmium obelisco. Sicut vero optima atque excellens quæque VIRTVS raro admodum solet consistere eodem in subiecto vnica; prout pessimum quoque & enorme vnum quodque vitium nunquam solum est; ita similiter ea ipsamet in T. præcipue *Generositat* effulgens præclaram non nisi ERVDITIONEM, atque ex ea sponte velut sua, iuxta illud:

*Emollit mores, nec sinit esse feros:*

Enascentem *mansuetudinem*, HVMANITATEM. BENEFICENTIAM atque AFFABILITATEM, tanquam egregios Comites, illustre, mehercule sodalitium, HEROE magnopere condignum, apprime contuetur. Qua ratione igitur ex ἰσιοσυγκρασία sua latere VIRTVS nunquam sustinet, quin vt sol, radios suos efficaces in proximos quosq; & paulum atque paulum remotiores deinceps spargat, eoque magnetico suo contactu potenter ad sese etiam, per distans atq; interuallum attrahat, ita consimiliter quoq; cum *Perillustr. T. Generositate*, rite comparatum est, vt non tantum venerandę illius multiplicis VIR-

TVTIS

TVTIS amabilitate proximos quosq; & subditos, sed & externos & remotiores ad sese generose alliciat. Quibus equidem *Illustr. T. Generositatis* cultorib. cum affectu nō postremus accedam, inpræsentiarū NOUUM isthuncce MEDICVM DISCURSUM demissæ obseruantiæ velut arrhabonem atq; obsidem offero, obnixe admodū contendens, *Illust. T. Generositas* eundem pro excellenti sua, æquanimitate clementer videre, & gratiose tueri patiatur.

Tibi quoque eadem hacce opera, *Perillustris Domine* PHILIPPE-MAVRITI Magni illius felicis memoriæ PHILIPPI-LUDOVICI hæres inclyte? Tibi quoq; inquam, confessoria hac tabella pristinum illud meum, & humile obsequium: quod quidem superioribus annis, dum *Illust. T. Generositas Basileæ in Rauracis* studiorum causa subsisteret; tum coram probare omni ex affectu data opera annisus fueram; in præsentiarum tenui quantumuis hacce fidelia atq; argumento submisse refricare, adeoq; commendare duxi opportunum: siquidem v. hoc temporis nihil ad manum foret aliud, quo quidem nuperrime feliciter abs *Illust. T. Generositate* peracto per aliquot Regna & Regiones peregrinationis optimæ cursui, tum quoque mox cum Deo auspicando paternæ illius hæreditatis regimini cū voto gratulabundus acclamarē, qualecūq; isthoc interim in mnemosynō NOVVM, inquam, MEDICVM isthunc TRACTATVM, sacrum extare volui; etiam atq; etiam confidenter rogans, *Ill. T. Generositas* eundem clementer in protectionem suam suscipere ne dedignetur.

Quod

Quod ergo maiorem in partem denuo opto, admittite, quæſo, COMITES *Generoſiſsimi*, etiam admittite, vt iſthæc qualiſcunque Medica noſtra charta in tutelam atque penetralia veſtra recipi mereatur. Deus Pater ter Opt. ter Max. *Illuſtr. VV. Generoſ.* Eccleſiæ & Reipubl. Chriſtianæ, Pietati, & Virtuti, longum ac feliciter præſtet incolumes!


*Francofurti ad Mœnum. Anno XXVI. VIII. Kal. Auguſt.*

*Qui*

*Illuſtr. VV. Generoſitates humiliter colit*

*I. P. Lotichus D.*

A D



AD.

# CLARISSIMVM, EXIMIVMQVE VIRVM, IO. PETRVM LOTICHIVM, MEDICÆ ARTIS DOctorem, & Poetam egregium.

PETRO LOTICHIO *sic fauit Apollo, choragus*
*Vt medica, & melica primus in arte micet.*
*Sed magis in melica: nec enim Germania vatem*
*Laudat adhuc, illi qui prior esse queat.*
*Tu quoq;* LOTICHII *sanguis de sanguine, promptum*
*Te melica & medica,* IANE-PETRE, *arte probas,*
*Sed magis in medica, quoniam sic fiet, vt artes*
*Dein Phœbi exhibeat* LOTICHIANA *domus.*

Ianus Gruterus

F. Heidelbergæ. M.D.C.XX.

---

AD

## EVNDEM

AEmula, LOTICHI, te virtus in dole vatem
Præstat, & Aonium Daphnide reddit auum.
En! meriti patrii laudes, & iura tuorum
Cespite Palladio quæ tuearis, habes.
Mox, dum Chironi solitos superare labores
Ergis, & Hermetis sede locandus eris.

Ergo

Ergo tuum gemino radiabit iaſpide ſertum,
Tu fac in gnatos iſte redundet honos.
Sic virtute parem ſobolem, ſed honore parentem
Majorem proauis accidet eſſe ſuis.

*Ioan. Rauius D. Medicus, Amiciſſ. recordation. igitur F. Patauii Antenoris M.D.C.XVIII.*

---

A D

# EUNDEM

*Progenuit binas ſpeculatio ſedula Nymphas;*
*Praxin enim natas atq; Poëſin habet.*
*Nobilis ingenio quoniam vtraq;, nubilis annis*
*Vtraq;: Dic, quis eas ducere dignus erit?*
*Dignus* LOTICHIVS*: colit ipſe Poëſin, & idem*
*Ad Praxin medicam fertur amore ſuo.*
LOTICHIO *bigamo licet eſſe, nec v..us habetur*
*Vir. Medicus bonus eſt, atq; Poëta bonus.*

Io. Iacobus Lauaterus, D. Medicus.
F. Tiguri Heluetior. M.D.C.XIX.

I. P. LO-




# IP. LOTICHII D. MEDICI

## *De* GVMMI (*vt vocant*) GOTTA *laxatiuo Indico.*

## Discursus Nouus.

I.



EDICINÆ studium vsq; adeo immensum atque inexhaustum (*a*) esse, vt quotidie insuper nouorum, remediorum accessione (*b*) inuentioneq; locupletari adhuc insuper possit; nemo facile eruditorum, cui syncipút sanum, inficias ire sustinebit.

(*a*) Omnium profectò artium MEDICINA nobilissima. Verum propter eorum, qui eam exercent, ignorantiam, eorumque, qui temere de his iudicant, omnibus artibus iam longe inferior habetur. Cuius quidem erroris ista mihi potissimum esse causa videtur, quod soli arti medicæ nulla in vrbib præterquam ignominiæ, præfinita est pœna, quæ eos, qui ex ea constant, minime attingit. *Hippocr. lib d. Arte.* Qui enim Medicinæ sibi scientiam vere & apte comparare volet, is horum omnium compos esse debet; vt Naturam nactus sit, doctrinam, locum studiis aptum, institutionem à puero, industriã, & tempus. *Hipp. loc. citat. Galenus* item in futuro medico requirit naturam perspicacem, educationem optimam, institutionem à puero, præceptores ingenuos, laborem improbum, amorem veritatis ardentissimum, Methodum optimam, exercitationem assiduam, & tempus isthæc

omnia

omnia confirmans. *l. d. constitut Artis.* Vide super hoc textu *Roder. à Castr. l. Medic. Polit. cap. 7.* Hoc itaq; respectu non immerito ab *Hippocrate* ars longa, vita v. breuis dicitur *lib. aph. 1 aph. 1.* Propterea, quod ob præceptorum, quæ in ea continentur, amplitudinem, & diuitem rerum copiam vix quempiam inuenias, qui ad absolutam & summam eius perfectionem peruenire possit. *Henr. Corbeus præfat. in Gÿnæceum suum* Inter alias enim Medicinæ perplexitates, vt ex allegato saltem *aph. 1. l.* quoq; signorum, causarum, & corporum distinctiones difficillimæ sunt, ac sæpe euenit, vt similitudine decipiatur optimus quisque MEDICVS. Hinc monstra *Celso* in medicina euenire dicuntur, præsertim vbi Hippocratis τὸ θεῖον occurrit. *vid Heurn in com. super aph 19 & l. 1.* Adeo, vt MEDICINA nihil sit prolixius, nihil arduum magis *Id. in com super aph 1. lib. 1.* Quippe huius artis pelagus [illegible] immensum est, vt semper aliquid nou[illegible] in[illegible] cõstituere, aut docere, & scribere liceat *Rod. à Cas[illegible]d. Polit. l. 3. cap. 17.* Hac ratione *Hippocrates,* vt MEDICINÆ magnitudinem ostenderet, ad *Democritum* [illegible] erat, se ad finem eius nondum, quamlibet iam [illegible] senex existeret, peruenisse; imo videri sibi maiorem reprehensionem, quam honorem ARTIS esse assecutum. *Hipp ad Democr. loc. cit.* (*b*) Nihil infelicius iis ingeniis, quæ mordicus sentiũt, maiores nostros nihil ignorasse. *Scalig. Exercit. 306.* Ergo principia & veritates Hippocraticas & Galenicas non aspernamur, omissa vero addimus, superflua recidimus, magnas gratias manib. illorum agentes, Deumque eximie laudantes, quod istorum industria nobis tanquam face prælata via ad notitiam bonorum & vtilium sit patefacta, licet non omnino expedita. *Libau. præfat in Alchym triumph* Ita quoq; statuo, & ea discenda, quæ inuenerunt illi ( antiqui ) & noua insuper inuenienda, quæ à nobis discant posteri. *Quercetan in epist. ad Libau.* ARTIS igitur Inuentoribus & primis excultoribus multum quidem debemus, non quod omnia penitus nos docuerint, sed quia plurima inueniendi nobis iter monstrarunt: qui propterea Infanti super humeris Gigantis merito comparantur. *Neand. d. Tabac. virtutib. pag 136.*

II.

Vt enim de *(a)* Syrupis, Iulepis, Rob. &c. ARABVM inuentis; de quibus antiquiorib. istis seculis nihil aut parum constitit; sicut etiam de artificiosis *(b)* CHIMICORVM hodierno seculo vndiquaq;, maxime per GERMANIAM, efflorescentium, formulis, iisq; magnam partem selectissimis nihil afferamus; id ipsum potissimum verum esse luculenter euincitur è noua *(c)* illarum medicinarum productione, quæ superioribus paulo ætatib. fors ne per somniũ aut transennam in contemplationem venerunt, multo minus ad praxin aut artis vsum adhibita fuerunt.

*(a)* IVLEPI ARABVM sunt inuentum; vt ex ipsa barbara appellatione manifesto constat, ante annos plusminus trecentos vsurpatum. Longo tamen ante tempore veteres tam GRÆCI, quam LATINI, ex eadem materia, & in eosdem vsus sua habuerunt APOSTEMATA, præparandis ad purgationem corporibus & humoribus accommodata *Roder. à Castren. d. Morb. Mulier l.1. schol. cap.9.* Quæ quidem PROPOTISMATA antiquis sunt appellata; qu. purgationibus præuias potiones dicas; quod recta medendi ratione viam medicamentis purgantibus seruant. Vnde *Guilh. Plantium schol. 1. in Fernel d.m.m l 7.* Habent itaque ARABES & BARBARI suam quoque laudem, qui in remediis fertiliores fuere, quam GRÆCI. *Foreſt. præfat in l 3.4. & 5. obseruat.*

*(b)* Per CHYMIAM artificiose medicamenta elaborantem MEDICINAM multis in locis iucundissimis, vtilissimisque remediorum formulis auctam esse merito, confitendum est. Interim tamen vt methodo ab *Hippocrate & Galeno* inuentæ, rationibus firmissimis stabilitæ, & hactenus per tot seculorum solennem approbationem confirmatæ anteferri debeat, illud vero adhuc in quæstione est. Audiatur isthic consummatissimi illius Chymiatri Basiliensis THEO-

 DORI

DORI videlicet ZWINGERI, ſententia aurea, dicentis: *Magni ſe quidem facere* MEDICINÆ *miniſtram* CHYMIAM, *ſed eandem, ſicubi ſe Dominâ ſua anteferre auſit, etiam flagris dignam cenſere: in Chymiatria ad Heſſum referente Libauio in Alchym. triumpho cap. 7. contra Riolan.* Vide *Daniel. Sennert. l. d. conſens & diſſens Medicorum c.* 18. *d m m.* Chymiatria igitur hoc modo ſumma qu. MEDICINÆ perfectio erit, & nobiliſſimus per medicamenta Chymica medicinam faciendi modus. *Sennert. lib. citat. d. natura Chymiæ c.* 1 Interim tamen non ſat cauſæ habent nonnulli, vt Vtriuſque Medicinæ Doctores audire cupiant. Siquidem Chymia nouam MEDICINAM non conſtituat, ſed remedia duntaxat elaboratiora exhibens ad partem MEDICINÆ Therapeuticam pertineat; vnde recte MEDICINA Chymicis remediis vtens CHYMIATRIA dicitur Idem ibid. paucis mutatis. (*c*) Vide *Theſ.* 3. 4. *& ſubſeqq.*

III.

Ita me quidem ruinoſis etiam iſthis atque decrepitis temporibus Naturam matrem (*a*) effoetam eſſe, aut degenerare, quiſquam imprudenter arbitrabitur? Præter enim nuper inuentam atque è FLORIDIS INSVLIS ad nos, præcipue BELGAS, inferioris GERMANIÆ populos florentiſſimos, peregre aduectam (*b*) NICOTIANAM, herbam, neſcio, Panacæam (*c*) an Medicinam (abſit Inuidia!) vniuerſalem nuncupandam: compluribus inſuper cum ex Animalium, tum Vegetabilium, tum Mineralium denique claſſibus erutis, atque in vſus hominum longe pulcerrimos productis remediis, campum velut aliquem huc vſque apertum fuiſſe ecquis non videt?

(*a*) Quod

(a) Quod *Heraclitum Tarentinum*, cum in casa quadam furnaria diuertisset, dixisse perhibent: *Introite, sunt etiam hic Dij:* Hoc quoque in Naturæ operibus sentiendum. Nihil autem in tanta tamque immensa rerum vniuersitate iners aut otiosum, nihil temere aut fortuito, nihil frustra effectum est: omnibus stirpibus sua vis indita, singulis animantibus suum ingenium, suaque attributa Naturæ inclinatio. *Leuin. d. occult. natur. l. 1. cap. 1.*

(b) *A Ioan. Nicotio Nemausensi, Francisci II. Galliarum Regis, Consiliario, & apud Lusitanos Legato*, ita dicta fertur NICOTIANA: qui eam primum *Galliæ* notam fecit circa *Annum M. D. LXXXVI.* prout eodem ferme tempore Nobilis ille Thal. iarcha *Franciscus Drake* eandem *Angliæ* aperuisse dicitur. 2. *Lusitanis* itaque abinde *Herba Legati* tum nuncupata fuit; quod is primus quoque eandem à Nobili quodam *Belga*, archiuorum regiorum præfecto, ex *Florida Insula* tunc primum allatam accepisset, atque multis egregiis editis speciminibus toti *Lusitaniæ* commendasset. 3. *Herba* quoque *Reginæ Gallis* dicta fuit: quod is Legatus in *Galliam* redux semen eius *Catharinæ Medicææ*, *Galliarum Reginæ*, dono obtulisset; Vnde cognita pariter à quam plurimis in malignis vlceribus, putridisque vulneribus summa illius præstantia, nomen istud acceperat. 4. *Tabacum* vero dici *perhibetur à Tabaco* prouincia *Nouæ Hispaniæ* sibi cognomine. 5. Alias *Petum* nominatur à *Peruanis*. 6. Aliis *Herba sancta est*, ob nobiles & multiplices virtutes, quibus pollet. 7. Aliis *Vulneraria planta Indica*, ob peculiarem in vulneribus præstantiam. 8 Aliis *Buglossum Antarcticum*. 9. *Aliis, vt Dodonæo*, & *Bernh. Paludano*, Medicis, *Hioscyamus Peruuianus*. 10. *Italis Torna bona* sonat, ab autore, qui eam in *Italiam* primum transtulit. 11. *Romani Herbam S. Crucis* appellant. 12. *Belgis* denique, *Anglis*, atque *Alemannis* in triuiis decantatissimo nomine, *Taback* fertur: cuius quidem fumo mulitibus & vulgo iam nihil vspiam vulgatius. Vide *Ioan. Neandr. tractat. d. Nicotiana*: tem *C. Clusium, Camerarium, Dodonæum*, & alios.

 (c) Quando-

)c) Quandoquidem isthæc NICOTIANA nostra, præter alias virtutes needum fors competitas, gravissimis quibuscunq; in casib. atq; corporis humani, affectib. præsentissimas vires exhibeat ; idque vel generaliter;v. gr. 1. In sternutamentis provocandis. 2. Vomitu ciendo. 3. Humoribus purgandis. 4. Febribus intermittentibus. 5. Peste, Bubonibus pestilentialibus syncope, &c. Vel specialiter verb.gr. 6. in Catarrhis (certissimum à causa frigida oriundis; picrocholis enim & biliosis temperaturis minus conveniens esse iudicatur ) 7 Cephalæa. 8 Memoria imbecilli. 9. Epilepsia 10. Vertigine. 11. Lethargo. 12. Oculorum affectibus. v.gr. Suffusionibus, cicatricibus, maculis, lippitudinibus, fluxibus. 13. Aurium affectibus verb gr. surditate, dolore, ulcere, vermibus, tinnitu. 14. Dentium affectibus ; verb. gra. dolore, nigredine. 15. Narium affectibus, verb. gr foetore, polypo. 16. Tonsillarum ulceribus 17. Aphthis. 18 Gingivis laxis; ulceratis. 19. Ranula. 20. Faucium ulceribus. 21. Angina pituitosa, ulcerosa; 22 Pectoris plenitudine. 23. Tussi. 24. Asthmate. 25. Phthisi. 26 Peripneumonia. 27. Empyemate. 28 Hæmoptoisi. 29. Pleuritide 30. Stomacace. 31. Ventriculi debilitate. 32. Sedanda fame & siti. 33. Hydrope. 34. Nephritide. 35. Colica Iliaca. 36. Hystericis passionibus. 37. Partu. 38 Dysenteria. 39. Vermibus. 40. Hernia. 41. Vesicæ caruncula. 42. Hæmorrhoidibus. 43. Arthritide. 44. Phthiriasi. 45. Tineis. 46. Lichenib. 47. porrigine. 48. Achoribus. 49. Herpetibus. 50. Verrucis. 51. Clavis. 52. Pernionib. 53. Ambustionibus. 54. Contusionibus. 55. Lue venerea. 56. Vlcerib. malignis, putridis. 57. Vulneribus præcipue quibuscunque. 58. Cicatricibus. 59. Morsu Canis rabidi. 60. Gangræna. 61. Fistulis. 62. Oedemate. 63. Lupo. &c. mirabiles insuper, atque incomparabiles facile exerat facultates, Ecquis non Panacæam, ecquis non ad quoscunque ferme affectus remedium dicat universale ita dictum & Catholicon? Vide *C. Clusium, Tabernæmontan. Neandr l. d. virtutib Nicotian à p. 33. ad p. 303.*

IV. Habe-

I V.

Habemus certe (*a*) LIGNVM GVAIACINVM [illegible] istius Venereæ vix alias facile & solide curabilis, (*b*) antidotum vt præsentissimum, ita in plerisque (*c*) aliis corporis humani pathematibus remedium singulare, & diuinum, vsque adeo, vt etiam ob tam [illegible] vsus in re M[illegible] LIGNVM SANCTVM non immerito [illegible]retur.

(*a*) Arbor LIGNI GVAIACINI ( secundum quosdam *Eb[illegible] specie* ) [illegible] *Indos occidentales*, Ilicis magnitudine, H[illegible] potissimum vero in *Insulis S. Dominici, & S. Ioannis* appellatis, [illegible] sectiotur. *Camerar d L Guaiac.* Vide *Nicol. Monard. in histor. de medicis è Nouo orbe delat C. Clus &c.*

(*b*) [illegible] pauci Medicorum L Venereæ curã in[illegible] per *Hydrargyrum*, eiusq; inunctiones, euentus tamen doc[illegible] eam curationem non vacare: contra *Ligno Guaiacino* nihil tutius, nihil hoc in casu salubrius esse; prout m[illegible] rationib[illegible] suis obseruationibus *contra Rondoletiũ* & alios probat *Fernelius l d Morb. Gallic. cap. 6. & 7.* Et Deus dedit nobis suum ( L. Vener. sc.) antidotum; quod respicit hunc morbum tota forma; & illud est *Lignum Guaiacum. Et paulo post: Hydrargyrus* vero nec curat à proprietate manifesta ( L. Ven. ) nec vllam contra ipsum proprietatem occultam habe[illegible] imo est venenum, & exterminandum à toto vsu Medicinæ. *Io. Bapt. Montan. l d morb Gallic.* Dico igitur quod *Argentum viuum* habet hanc proprietatem repellendi omnia, quibuscunq; occurrat: Ideo *Arabes* eo in vlcerib. putridis & malignis vtebantur, & purulentis; cum non possent occurrere cum exsiccantibus & abstergentibus. *Idem loc cit.* NB *Antidota* a. & *Alexipharmaca* proprie appellamus, quæ nõ quidem extrinsecus imposita, sed intra corpus ipsum assumpta tota substantia, & occulta proprietate venenis resistunt, atque aduersantur, ipsamq; malignitatem exstinguunt. *Fernel d. Curat L. Venen. cap 7. ad finem.*

 (*c*) De

(c) De *Guaiaci* vero contra laudibus habet isthæc ordine perspicacissimus *Fernelius*, cuius sequentia sunt verba: Materia *Guaiaco*, eiusque cortici inest valde tenuium partium: cuius vi ac sua temperie præstantissima edit opera. Hinc enim crassa incidit & attenuat, lenta deterget, obstructa aperit, & liberat, sudores prouocat, vrinas ciet, sputa adiuuat, stomachum præhumidum nauseabundum, & resolutum sua siccitate astrictionis participē exsiccat & corroborat, vt & alia omnia viscera. Oris malum odorem tollit; diuturnas & inueteratas Iecoris & Lienis obstructiones, Icterum, Hydropem, aliaq; vitia ex iis nata curat: omnium corporis partium superfluos humores frigidos dissipat, atque absumit: capitis destillationes omnes exhaurit, ex iisq; natos dolores tollit: Anginam notham, podagram, Chyragram, Ischiada, omnemq; Arthritidem mire iuuat: Asthmaticos, Paralyticos, Stupidos, & quouis modo resolutos curat. Neruorum affectionibus omnibus subuenit. Tumores omnes frigidos & duros ad suppurationem ducit: Vlcera Cacoethea & Chironia sistit, exsiccat, & cicatrice obducit. Luis pustulas, tubercula, vlceraq; omnia, atque omnes ex iis natos dolores, aliaq; symptomata nulla corporis noxa, nullaq; virium iactura paulatim cohibet & tollit. Vt non abs re *Lignum* hoc *Guaiacum* ob admirabiles hoc in morbo percurando proprietates *Sanctum* à multis dictum sit. *l.d.L.Ven c.*11.*ad finem*. Vide *Solenand in consiliis Medicis* 2. & 10. *de vsu L.Guai.*

V.

Habemus COCHLEARIAM (*a*) illam, herbam, ob foliola (*b*) buxo simillima, atq; cochlearis paruuli ideam repræsentantia, ita vocitatam, sane sicut aspectu, ne quicquam iniucundam, ita viribus & energia, inprimis contra σκελοθύρβην (*c*) & Scorbuticos, vt vocant, affectus specificam, (*d*) & incomparabilem.

(*a*) COCHLE-

(a) COCHLEARIA, vel COCHLEARIVM, est herba, Nasturtii (vt volunt) species: quæ superiorib annis à plagis *Septentrionalibus* (vbi locorum *Scorbutus* quoque sæuit maxime) tanquam istius morbi antidotum; hisce regionibus fuit communicata. Vide *Camerar. in Matthiol d. Nasturtiis* (b) Crescit maxime ad loca maritima, foliolis viridibus & rotunde concinnatis ad formam Cochlearis. Hoc temporis quoq; in *Germania* propter aquas & loca humida ex semine haud difficulter educatur. *Id ibid.* (c) Scorbutus, vel χειλοθυρβη, est morbus, *populis Septemtrionalibus* endemius, à *Liene* potissimum, crudis humoribus melancholicis, iisq; malignis, fætente, ortum ducens, cum gingiuarum flacciditate, sanguinolentia, putrefactioneq;, tum oris saliuatione fœtida, tum crurum imbecillitate coniunctus, symptomatibus pathognomonicis. Vide *Wierum G Horstium, d. Scorbuto, &c.* (d) Inter appropriata *Scorbuti* remedia omnibus aliis præfertur COCHLEARIA, specifica qualitate aduersus grauem isthunc affectum prædita: testib. *D. Horstio l d Scorbuto Dodon. obseruat Med c 31. Sal Albrt. l. d. Scorbut. Forest. l. 20. obs. 11. & aliis.* Ex eius enim succo variis modis & præparationibus fiunt *Conserua*, *Electuaria*, *Potiones*, *Iuscula*, quorum aduersus *Scorbutum* efficaciam multimode cum ingenti ægrorum successu expertus est *Andr. Bacherus Duc. Brunsvvicens archiatros*, vt videre est apud *Camerar. loc. cit.*

## V I.

Quid vero de lapide (a) BEZOARDICO, communi illo & nunquam satis laudando (b) alexipharmaco, præsertim vero alexicaco pestis, morborumque venenatorum, & in quibus aliquid maligni est, inprimis nobilissimo, adiiciemus? Mehercle ætas fors, nedum charta nos deficeret, sicubi omnes expeditissimi & Regii huius illius Alexiterii virtutes exsequi forte aggrederemur.

(a) Lapis hic vocatur *Pazar*, à *Pazan*, i. hirco, cum *Arabibus*, rum *Persis*, & *Corasone*, incolis: Nos corrupto nomine *Bezar*, atque *Indi* magis corrupte *Bazar* appellant. Quasi dicas lapidem forensem. Bazar n. eorum lingua forum sonat *Garzias in horto*.

(b) Est hic lapis eximiæ aduersus venena facultatis. Vtuntur eo *Indi*, nos secuti, aduersus deleteriæ facultatis medicamenta *Ormuz* v. & *Corasone* incolę non modo aduersus virulentorum animalium morsus vtuntur, sed etiam aduersus omnes melancholicos morbos. Eo vtor in veteratis morbis melancholicis, veluti in mala scabie, lepra, pruriginibus, impetiginibusque. Hac etiam ratione *Quartanis* (*cui astipulantur nostrates Medici*) conuenire posse arbitror. Viros sane plane desperatos, atque à Medicis derelictos, hujus lapidis vsu pristinæ sanitati restitutos fuisse intelligo. Porro puluis ejus vulneri impositus à mortiferis animalibus ictos liberat. Iisdem viribus pollet apertis carbunculis in peste impositus. Etenim venenum exugit. Tabellæ ex eo & aqua rosacea parantur ad omne genus veneni. *Garzias ibid.* Ab isthoc itaque *Lapide Bezoardico* nomen inuenerunt medicamenta venenis resistentia quæ per excellentiam, vel κατ' ἐξοχὴν, *Bezoardica* vulgo dicuntur. *NB* Quandoquidem v. tantæ sit difficultatis legitimum *Bezoar* ab adulterino distinguere; siquidem lapides quoque, qui *Bezoar* referebant, in Equis & Asinis reperti sint, teste *Cratone, Minterero*, & alijs; duas & præcipuas notas corruptum ab incorrupto internoscendi isthic apponemus ex *D. Guilh. Fabritio: Prima* sit durities insignis. Qui enim arte conflantur lapides, verorum æmuli, facilius in puluerem & squamulas, vel leuissimo attritu, abire consueuerunt. *Secunda* sit Tinctura leuis viridescens, quæ affrictu duriusculo ex linteo molli leuiter saliuæ perfuso contrahitur in linteū. Id enim ex fructibus & herbis, quas depascebatur animal viuens, contingit: quarum succus & substantia in lapidem conuersa est, necdum tamen virentem herbarū tincturam & colorem deposuit.

Addam (inquit idem) eos lapides mihi suspectæ bonitatis videri, qui in meditullio nucleum dactylorum, aut quippiam simile continent: &c. *obseru. Chyrurg. centur.* 4. *obs.* 24.

*obs.* 24. Vt autem modus nascendi hujus lapidis isthic quoque obiter aspergatur, ita habet *Garzias in horto*: Est in *Corasone*, & *Persia* hirci quoddam genus, quod *Pazam* lingua *Persica* vocant, rufi, aut alterius coloris; (Ego, inquit, rufum & prægrandem *Goæ* vidi) mediocri altitudine, in cujus ventriculo fit hic lapis *Bezar*, circum tenuissimam quandam paleam semper augescens, & veluti multis è tunicis contextus: columellæ, aut glandis plerumque, interdum alia, atque alia forma, læuis magna ex parte, colore veluti ex viridi nigricante. Inueniuntur exigui, & magni. Magni vero, qui rariores sunt, ab earum regionum illustribus viris expetuntur. Quo enim majores sunt, eo valentioris esse facultatis sibi persuadēt, &c. Alium interim & diuersum modum generationis *Lapidis Beozoardici* ex *Serapione* allegat *Christoph. Encelius l.d.re metall cap.* 49. vbi ita habet: Lapis *Bezar*, teste *Serapione, l. Aggregation. cap. Hager Bezoar*, primum significat omne medicamentum conueniens alicui veneno. Secundo in specie significat lapidem, qui generatur in oculis *Ceruorum* (sicut legimus totos oculos *Hyænæ* lapidescere. Hinc *gemmæ Hyæniæ* dicuntur apud *Plinium in Oriente*. *Ceruus* enim verno tempore inuestigat cauernas serpentum, nariumque spiritu extrahit renitentes, easque comedit, vt ita purget annuum tædium. Mox petit aquas & flumina, quibus se mergit vsque ad ipsum caput tamdiu, quousque sentit superatam vim veneni. Interea lachrymas emittit oculis vi veneni, quæ coagulatæ penes oculos desiccantur, & decidunt. Hæ lacrymæ coagulatæ sunt *Bezoar* contra omnia venena, & reperiuntur coloris citrini, subuiridis, & candidi. Et volunt eas inueniri in *Syria, India, & Oriente*. Nos in *Germania* (addit) etiam in nostris *Ceruis* videmus aliquid penes oculos sæpe lapidescere. Et materia illa ossea coacta qu. ex lacrymis proculdubio colligitur à *Venatoribus*, & est *Bezoar*; i aduersatur etiam omnibus venenis, prodest *Cardiacis*, & contra *defectus animi*, sanat omnes ictus venenatos; propterea magni æstimari debet à *Principibus*. Eandem vim habet & est *Bezaar os d.C.C.&c. Vide C. Bauhin. l.d.lap.Bezoard.*

VII

Vt hic interim nihil de medicinis aliis compositis, atque veteribus incognitis, v. gr. (*a*) LAVDANO OPIATO. &c. Pharmaco medius fidius in multis desperatis morbis, incantamenti instar (*b*) præsentissimo; & similibus plurimis nihil aspergam*; quorum omnium laudatissimi effectus in multis hominum millibus vbiuis facile locorum per sedulam experientiam confirmati, per singulares obseruationes tanto ægrorum cum fructu comprobati abunde hactenus existunt, imo per quotidianos in praxei successus magis magisque verificantur, & illustriores euadunt indies.

(*a*) Varij LAVDANVM OPIATVM præparandi modi leguntur apud *Crollium*, *Beguinum*, *Quercetanum*, *Hartmannum*, *& Angustanos* quoque *in dispensatorio*. (*b*) Insignes vero & suspiciendos percipies hujus *Anodyni* effectus, quod te spe tua nunquam frustrabit. Nam confert citra molestiam & cerebri vllam perturbationem, aduersus omnis generis dolores, à quacunque causa suborros: contra omnes hæmorrhagias, siue fluxus sanguinis à quacunque corporis parte fuerint: contra omnes defluxiones, & fluores ventris, dysentericos, hepaticos, lienter icos, & similes: & ad inducendam gratam tranquillitatem in Febribus ardentissimis: in quibus ipsis rationis sensus læditur, & in phrenesin æger plerumque delabitur *Quercetan Pharmacop. dogmat. restit. cap. 24. d. Antidot. Narcot.* *NB* Cautionem tamen isthic, non negligendam, aspergit circumspectissimus h. ls. Medico-Chyrurgus *D. Guil. Fabritius*, cujus verba sunt isthæc: Quam præstans (inquit) medicamentum sit LAVDANVM eis, qui egregias ipsius operationes aliquando viderunt, notum est. Nobilem tamen, cum eo abuteretur, mortem sibimet intulisse obseruaui. Idem quoque ab alijs obseruatum fuisse meminit. Vide ejusd. *responsum d. admir. Herm. vter. & part. Cas. hist. ad Mich. Doring.*

VIII. Quam-

VIII.

Quamuis autem prænumerata & complura alia, sexcenta ferme, remedia nouiter magno mortalium cum commodo inuenta nupere, magnam, imo summam, in elegantiori Galenico-Chymica (*a*) MEDICINA nostra habeant præeminentiam, adeoque secundum vetus illud Dictatorum (*b*) nostrorum, requisitum, CITO, TVTO, & IVCVNDE curent: nullum tamen naturale quidem (*c*) & simplex facile medicamentum inuenire fuerit, quod intra corpus assumptum saburram humorum, BILIS PITVITÆ & SERI potissimum, tam expedite, tam Tuto, tam Iucunde, & (quod haud (*d*) postremum iudicandum) in tam parua quantitate cum per VOMITVM, tum per ALVVM educat, euacuetque, atque GVMMI illud GOTTA, prout vulgo appellitare consueuerunt.

(*a*) Per MEDICINAM GALENO-CHYMICAM intelligimus Artem *Hippocratis* & *Galeni* saluberrimis præceptis optima Ratione & Experientia nixis inprimis fundatã, Chymicis medicamentis hodierno tempore non paruam lucem, afferentibus vtentem. Vide supra *Thes* 2. Vt enim noua medicamenta nouam Medicinam non pariunt, *autore D. Sennerto*, ita Chymiam hoc respectu nouam Medicinam constituere arbitrandum non est: nisi quis Chymiam latius extendere, & cum *Paracelso* facere malit. Paracelsia autem non eadem est, quæ Chymia: vt sentiunt *Libau. Querceta. Sennertus, Zvvingerus, Crato,* & alij: (*b*) *Galen. m. m. l* 4. *cap.* 13. *&* 12. *meth.* 1. *&* 9 *secund. locos* 4. Medici officium esse, inculcat, CITO, TVTO, & IVCVNDE curare. Idipsum *Asclepiades* commendarat, ac proprium Medici munus esse dixerat, vt Tuto, Celeriter, & Iucunde curet: Neque etiam crudelis videatur, dum ægrum doloribus confici patitur, & horum vsum prorsus reiicit; neque adulator, si ejus delicijs nimium indulgens hisce remedijs minus intẽpestiue vtatur: referente

rente *Roder. à Castr. d. morb. mulier. l. 2. schol. c* 8 V. de *Rondol. d. compos. medicam. c.* 1. (*c*) Naturale hic illud esse dicimus, quod φυσικῶς tantum à Natura pendet, vt interno motus principio, non effici vero potest ingenio, aut arte hominis: Eo sensu, quod hoc ipsum medicamentum exhibeatur tã naturale, tamque nudum & simplex, quam à Natura productum est: ita vt nulla Ars aliq; purgans fornisecus accedat. Quem in modum v. gr. *Antimonium* natura quidem sua purget, opus tamen habet, vt Vulcani ope, & artificis ingenio purgandis corporibus accommodetur. Sic *Rhabarbarum*, *Agaricus*, *Mechoacanna, Aloe &c.* purgantia, naturalia quatenus sunt, & non factitia, simili quidem modo absque artificis ingenio, euocare certos humores apta sunt, sed non ea qualitate, scil. ἄνω καὶ κάτω, non ea Dosi, vt GVMMI nostrum. (*d*) Vt quidem Dosis parua non per se commendat medicamẽtum, nisi id pariter Tuto intra corpus & absque noxa exhiberi possit: ita viciſsim, si quod Pharmacum in parua quantitate absque noxa sumi possit, damnoque vacet, pretium & gratiam apud ægros meretur. Vide in hanc sententiam *D. Sennert. l. d. dist. & Consent. Medicor. cap.* 18. *Io. Beguin. Tyrocyn. Chym. c.* 1.

*NB.* CITO igitur, TVTO, ac IVCVNDE, adeoq; in parua quantitate, isthoc nostrum Pharmacum operari, eoq; modo omne punctum optimæ medicinæ mereri infra σὺν θεῷ fusius videbimus.

IX.

Isthoc non ita Violentum vt (*a*) Antimonium: non ita metuendum vt (*b*) Mercurius: non ita deleterium, vt (*c*) Arsenicum: quacunque saltem ratione, aut ingenio sint præparata.

(*a*) ANTIMONIVM, *stibium*, Græce στίμμι, quouiscunque etiam modo vocetur, indomitum pene esse medicamentum, atque inter Violenta numerari, consulantur Autores.

Cum itaque, *secundum Libauium*, negare non possumus esse quædam vehementis actiuitatis, quæ non cuiuis credi possunt, & vulgari vsu prostitui, monendum est, vt talia maneant in arcanis peritorum: Cujusmodi

sunt

ſunt ex metallis, ſemimetallis, & aliis mineralibus e-licita *cap*.38 *d ſpuria Pariſienſ. Galenia.* Maneant ergo hęc in poſſeſſione peritorum Medicorum, & interdicantur populo & junioribus practicis. *Id. ibid* Vide *D. Sennert. L. d. diſſ & Conſ. Medicor. cap.* 18. (*b*) MERCVRIVS, ſiue *Hydrargyrus* ſummam partium tenuitate præditus tantam vim purgandi ſortitus eſt, vt ne vſtione quidem ea ſpoliari, priuarique poſſit: ſed, quod aliorum purgãtium nulli cõceſſum eſſe video, in ejus cinere ſuperſit ea multos etiam, quam ante, vehementior. Ac *Galenus* ſuſpectam ejus vſum ita merito abhorruit, vt, interimat, nec ne, ſumptus, vel admotus, periculum nunquam facere voluerit; prout legere eſt plura hanc in ſententiam apud *Fernel l.d.L.Ven.cap* 7. Cum itaque *Hydrargyrus* ſine periculo in Vaguentis etiam ab extra adhiberi non poſſit; prout id ipſum multis rationibus atque obſeruationibus probat, grauiſſimus autor *Fernelius loc citat.* item *Io. Bap. Montan. l. d Morb. Gall. & D. Guilh.* Fabritius *l.*4. *obſ. Chyrurg. obſ.*18. & alibi: Merito metuendus eo magis iſtius vſus intra corpus, quomodocunque is artificioſe fuerit præparatus; cum ſæpenumero MERCVRIVS VITÆ (ſicut eleganti iſthoc epitheto Chymice præparatus circumfertur) euadat MERCVRIVS MORTIS: Cujus infeliciter cum ſummo vitę diſcrimine & lethali noxa exhibiti ſpecimina pręter alios, vide apud *D. Fabritium Centur* 3. *obſ. Chyrurg. reſponſo ad Michael Dörnig. & D. Sennert. cap.*18. *l.d. diſſ. & conſ.* (*c*) Deleterium maxime eſſe ARSENICVM atque inter extrema venena numerari in propatulo eſt. Quomodocunque id igitur præparetur (præſertim ARSENICVM) nunquam naturam ſuam plane exuet, teſte *D Sennerto*, Chymiatro longe doctiſſimo, *loc. & cap. citat.* Cum eodem ſuffragante, nullum adhuc purgans aliud (intellige iſthoc longe alioquin mitius) exhibuerint Chymici, quod purgando nullam ægro exhibuerit moleſtiam. *loc. cit. p* 652. Ne quid atrocius iſthic de ARSENICO, (cujus & MERCVRII venenoſitas eſt notiſſima) aſpergatur; quod quidem in parua portione veneni plus habet, quam eſt in ſextupla Butyri Chymici. *Libau. cap* 61. *in Alchym. triumph. & D Sennert loc cit.* Imo, vt hoc addamus inſuper, idem ait *Cl. D. Sennert*, in vno grano medicamen-

dicamentorum ejusmodi (v. gr. ANTIMON. & MERCVR.) plus esse vehementiæ, quàm in semuncia benignorum eaque semper, dum vim purgandi habent, inter δραστικὰ καὶ μοχλικὰ referenda, & ad morbos pertinaces & graues destinata esse. Nec adduci potest, vt credat, juxta *Mart. Rulandum iuniorem*, ea tam benigna, quam *Cassia, Manna, Tamarindi*, & similia sunt, fieri posse; siquidem Dosis & Effectus reclament. *Idem ibid.*

*NB.* Interim nihilominus, qui volet, videre potest de MERCVRII Arte Chymica dextre præparati, ejusque vsu vt aiunt, tutissimo, contra *Fernelium, Montanum, Palmarium*, & alios, *Crotium, Beguinum, Quercetanum, &c.* quibus astipulate videtur *Cl. D. Horstius in Epistol. medicinal. Tob. Knobloch. d. L. Ven. &c.*

## X.

Verum enim verum, sicubi naturalia (*a*) simpliciaque alia naturæ humanæ magis amica, familiariaque sunt, certe hæc medicina: prout quidem ab effectis haud secus deprehenditur: salutaris, tuta, atque iucunda est, & inprimis periculo, noxaque vacat.

De quo quidem Nouo, saluberrimoque REMEDIO siquidem hactenus nullus Medicorum; quantum eius nobis est cognitum; ex (*b*) professo egerit, Συζήτησιν aliquam, aut disquisitionem paulo vberiorem instituere non abs re nobis visum fuit.

(*a*) Simplicia medicamenta, atque naturalia naturæ humanæ familiariora merito judicantur, quod sint ipsi magis cognata, & similia; quæ similibus juuatur. Deinde etiam magis amica sunt, quatenus non sunt fucata, adulterina, aut factitia, aut quæ ex Vulcano empyreuma, aut noxiam eiusmodi adustionem contraxerunt. Quo modo *Heurnius* fertur *Anisi decocto* colicos dolores sæpenumero placasse, quos oleo eiusdem destillato non potuit.

potuit. Sic *Thure* integro curantur vulnera, quæ oleo e-jusdem minus. Vide in hanc rem *D. Sennert. d.m.m.c.18. loc.cit.p.673.*

(*b*) Prodierunt quidem superioribus Annis bini Tractatus Medici; alter *D. Philip. Hechstetteri, Augustani*, alter *D. Io. Carol. Rosenber.* Vormatiensis Medici; in quibus *Noua* huius *Medicinæ purgantis*, alias nondum descriptæ, mentio suscitatur non infelix, sed inabsoluta, atque incompleta.

XI.

Ad nominis igitur etymon recta accedendo, vocatur communi nomenclatura variis varie admodum; vt nullius facile medicamenti plura synonyma inuenire, aut colligere sit.

Aliis enim Gummi (*a*) de Goa; Gummi Gith, & Gemon: Aliis (*b*) Chittagemon, Cattagauma, Chittaiaman: Aliis (*c*) Gutta Gambæ: succus Gãbici: Aliis (*d*) Gutta Gamandræ; Gutta munda: Gutta Gemau, vel Gemu: Aliis (*e*) Gummi Indicũ: Aliis (*f* Gummi Peruvianum: Aliis (*g*) Gummi ad Podagram: Aliis (*h*) Gummi Gotta, vel Gutta: Aliis (*i*) Gummi purgans, vel (k) Gummi Gotta Laxatiuum est.

(*a*) Etsi res super Nouo isthoc Purgante ita intricata sit maxime, vt nihil sit omnium ferme nedum inter simplicia, nedum Animalia, nedum Mineralia, quod, quid sit, minus indagari, aut indigetari possit hactenus, quamdiu istud in officinis notum fuit: Militat tamen pro nostra sententia communis Authorum vox & consensus, quibus id communiter GVMMI dicitur. Sunt, qui cum *Clusio* succum esse putent. Sed id æque incertum. Cujus enim vegetabilis succus sit proprie, confidenter & certo affirmare nequeunt.

Nobis itaque tam diu erit GVMMI, donec accuratius aliquis & verius, qui nam, aut cujus plantæ succus sit, à GVMMI diuersus, demonstrare satagat. Hoc modo ab Incolis, & Institoribus dubio procul GVMMI de Goa dicitur; qu. ex Goa esse dicas. (*b*) Chit-

*(b)* Chittagemon vocatur *Incolis Sinarum regionis*, secũdum *Carol Clusium*. *(c)* Sic appellatur *D Guilh. Fabritio Cent.* 4 *obs. Chyr.* 68. *Rosenb.* etiam, qui videri potest *in Exercit. Medic. Thes.* 15. *d.* GVMMI INDICO *(d)* Sic insignitur a *Cl. D. Horstio, in Epist medicinal & Hildebrando, Medico Pomerano.* *(e)* *(f)* Sic legitur apud *Ern. Burggrauium: Hildebrandum, C. Bauhinum.* *(g)* Sic effertur apud *Nicol. Monardem.* *(h)* Sic vulgo alias appellitari consueuit; Ita vt ex ipsius nominis impositione, quicquid tandem sit, intelligere liceat G V M M I esse. Nomina enim non temere rebus imponi, sed ex rei ipsius natura & ἰδιοσυγκρασία esse debent, prout philosophatur elegante: *Hippocr. l d. Arte. sect.* 2. Isthoc itaque respectu siue GVMMI GOTTA, siue *Gina*, siue *Gutta* vocetur, intelligimus stillatitium quid esse, adeoque guttæ naturam stillando imitari.

*(i)* G V M M I vero *purgans* recte nuncupatur, à propria vi, occulta, & specifica sua quãtitate & virtute, qua *Serã* pæcipue cũ *Bile*, imo ẽt *Pituitam*, vel *phlegma* purgando è corpore humano cũ ἄνω tum κάτω exturbat. *(k) Laxãtis* denique *Medicinæ* nomen inde videtur merito quoque sibi vendicare posse, eo quod haud diu in corpore moram trahit, sed intra semihorulam, vt plurimum, sursum, operatur, idque benigne & clementer, & paulo post deorsum.

## XII.

Vt autem rata hac nominis Etymologia, *(a)* GENVS & *(b)* DIFFERENTIAS *Medicamenti* huius nostri *Laxatiui* inuenire queamus, varia hinc-inde apud Autores enumerari *(c)* GVMMATA atque *(d)* RESINAS in confesso est: quæ potissimum ex herbis certis, arboribusque stillando prodeunt, atque in massulam *(e)* deinceps quandam colliguntur, compinguntur que; vnde etiam *(f)* LACHRYMÆ dicuntur; quod, instar lacrymarum, stillando, & guttatim prodeant.

*(a)(b)* Po-

(a)(b) Posita nominis definitione, definitio quoque Rei subjungenda est. Definitio autem omnis recte constitui non potest, nisi per Genus & Differentias specificas, vel proprias. Itaque Genus & Differentię, antequam definitio astruatur, præcognita esse debent. Omnis enim scientia, vel definitiua methodus, aut tractatio, oportet vt sit è præcognitis. Vide *Aristot. analyt post. tract. cap. 1.* Quod si enim velimus vere & secundum rationem definire, operæ pretium est, vt Genus primum inueniamus, postea omnes Differentias colligamus, & conjungamus illi Generi, & sic constituamus completam definitionem: verba sunt *Io Bapt. Mont. d char. febr. c 1.*

(c) Gummi nomen apud *Grammaticos* est indeclinabile, vel hæc Gummis, à Græco *Κόμμι* significat *Picem liquoremque* congelatum. (d) Resina vero *Terebinthinam*, aut *Lariceã*, Græce ῥητίνη, indigetat. Hinc ῥητινήτης, ῥητινωτός, ῥητινώδης, i. *Resinaceus. Resinatus, Resinosus.* (e) Velut sanguis aliquando extrauasatus, dum natiua ... petie destituitur, concrescere solet. (f) Lachryma, tanquam Genus, vtrisque & Gummaribus & R...is conuenit; ea tamen differentia est inter vtraque, ... Gummi sit lacryma aquosa; Resina vero lacryma oleosa & flagrabilis. *Wecker. Antidot. special. l. . sect. ..*

## XIII.

Gummata vero ista & Resinas in varia esse differentia sic patebit: Alia enim operantur qualitatibus primis; & sunt vel Calida: (quæ quidem in triplici reperiuntur differentia; vel Temperate(a) Calida: vel Intemperate(b) Calida: vel in Excessu Calida(c):)

Vel sunt Frigida.(d)

(a) V. gr *Lacca; Gummi Elemi: Tragacanthum Cancamum:* (b) v. gr. *Gummi Hederæ. Bdellium*: item *Galbanum Styrax: Resina: Olibanum: Thus: Mastix: Pix: Myrrha: &c.* (c) v. g. *Euphorbium: Belzoin: &c.*
(d) v. gr. *Camphora: Arabicum.*

XIV.

Alia itidem valent qualitatibus secundis; & sunt vel (a) EMOLLIENTIA: vel (b) ASTRINGENTIA.

(a) v. gr. *Styrax, Colophonia*: (b) v. gr. *Sarcocolla, Arabicum, Tragacanthum, Sandaraca, vel Manna thuris, Gummi Amygdalinum.*

XV.

Alia tertia qualitate præcellunt, & vel (a) Menses euocant: vel (b) Calculo medentur.

(a) v. g. Styrax. (b) v. gr. Gummi Cerasorum.

XVI.

Alia denique occulta & specifica proprietate operari comperta sunt: & vel (a) phlegma, aut Pituitam purgant: vel (b) serosum Humorem cum Bile è corpore exturbant.

(a) v. gr. *Sagapenum, Sarcocolla, Serapinum, Opopanax:* (b) v. gr. *Gummi* (de quo præsens hæc agit tractatio) *Gotta* hoc nostrum *Laxatiuum, aut Purgans.*

XVII.

Inuento itaque Genere, & Differentiis propriis, haud difficile, nec absurdum fuerit (a) Definitionem Medicinæ huius nostræ Laxatiuæ ita auspicari: GVMMI GOTTA est (b) LACHRYMA, luteo (c) colore, absque notabili (d) odore, purgandi (e) inprimis specifica qualitate ἄνω καὶ κάτω prædita.

(a) *Plato* non immerito eum, qui recte definit, dixisse fertur, esse Deum: Quia definitio est illa, per quam cognoscimus, & quæ facit diuisionem per ipsas differentias recte innotescere. Tanti est momenti definitio. Neque etiam, secundum *Aristotelem*, possumus recte scire, nisi habeamus *Diuisionem*, quam cognoscimus,

cum ſcimus *Definitionem.* Vnde tāti eſt Definitio. Vide *Io. Bapt. Monta. l. d. char. febr. c. 2.* Qui vero non recte definit, non ſolum neſcit diuidere, ſed etiam nunquam demonſtrabit. *Idem ibid. (b)* Quoad Genus: Lachryma eſſe extra dubium videtur: ſiquidem, antequam puluériſetur, corpus ſit inſtar *Myrrhæ* concretum, vel *Picis* duriuſculæ. *Carol Cluſius l. 4. obſeruat. Exot. cap. 8.* *Succum* concretum potius, quam *Reſinam* eſſe putat; & ob id ipſi factitium quid fuerit, non naturale. *Lachryma* enim fit per exudationem naturaliter, & per ſe; v. gr. vt *Tragacantha, Bdellium, Galbanum, Myrrha*: *Succus* vero maxime fit per expreſſionem, & per accidens; prout v. gr. ex *ſem. Papau. Bacc. Lauri, ſem. Hyoſcyam.* fit oleum: ex vuis vinum; *ſanguis* vulgo *Draconis* dictus, ex *ſanguine Hirci. Bolo Armeno, Succo Sorborum, &c.* Et hæc omnia, & plurima alia fiunt per expreſſionem, & artificialiter, vt ita contra naturalia, qualia *Gummata* ſunt, & *Reſinæ*, diſtingui debeant. *Caſpar. Bauhino* ſuccus quoque lax. tiuus eſt, ex flauo rubeſcens, qui è *Sinarum* regionibus afferatur. *Burggravio in Achille ex Indiis eſt. Roſenbergio*, Medico doctiſſimo, neque Minerale eſt, neque Animale, ſed in Vegetabilium claſſe inquirendum. Is quoque Gummi parum accurate, contra communem ſententiam, putat dici; licet externa facie tale quid referat: quòd nimirum reliqua *Gummata* non ita facile, prout hoc, quouis liquore reſoluantur, lentioremque obtineant ſubſtantiam. Arbitratur igitur cum *Cluſio, & Bauhino*, eſſe ſuccum inſpiſſatum, & condenſatum. Nos vero tamdiu contra. ob rationes etiam ſupra aſperſas, Gummi iſtud eſſe cenſemus, donec, ex quibus Pharmacum illud combinatum ſit, verius, & ad oculum demonſtretur. Siquidem compertum quoque habeamus, illud tam cito, tamque facile non reſolui quouis humore, ſed potius lentum, & glutinoſum eſſe, quod diſſoluendum tenaciuſcule hæreat, antequam penitus in liquorem dehiſcat. Tum verò id ipſum, ſicut affertur ab *Inſtitoribus*, integrum intuenti fit veriſimile, dum inſtar *Myrrhæ*, *vel Reſinæ* reſplendet, & cohæret nō ſine lentore, etſi non ita magno. *Bauhinus* quidem *Rhamni ſolutiui, vel è floribus Ricini* illius *Indici* ſuc-

cum expressum atque exsiccatum esse contendit: Alij aliud quid diuinant, & comminiscuntur. Sed inter tot diuinationes nihil dum certi. Recte igitur *Rosenbergius*: Succus *Aloes*, inquit, esse nequit, quia amarus non est, vt *Aloe*: praeterea *Serum* potius, quam *Bilem* purgat. Neque ex *Euphorbio* participat; alias fauces a uureret. Neque ex *Rhabarbaro* est: quia *Rhabarbari* saporem & qualitates neutiquam refert: imo vero iis in locis, vnde affertur, *Rhabarbarum* exulat. (*c*) Hoc modo coloris claritate scil. differt a *Tragacantho*, *Camphora*, *Thure*, *Mastiche*, quae albicantia: à *Myrrha*, *Bdellio*: quae rubicunda: à *Therebinthina*, *Arabico*, *Benzonio*: quae pellucida: a *Styra* & *Sandaracha* *Opopanace*: quae subpallida: a *Pice*, *Colophonia*, *Euphorbio*: quae nigra: a *Serapino*: quod foris siccus quidam fuluum, intus vero album est. (*d*) Ita differt, odore satis obtuso; à *Camphora*: quae admodum odorata. a *Gummi Elemi*: quod odore mordax: a *Tragacantho* *Belzoino*: quae subdulcia: à *Bdellio*: *Myrrha*: quae amara: à *Galbano*: quod foetidum: à *Ammoniaco*; quod *Castoreo*: à *Sagapeno*: quod *Hirco* simile, &c. (*e*) Purgandi vero qualitate, specifica videl illa proprietate, inprimis differt a *Serapino*, *Sagapeno*, *Opopanace*: quae, secundum autores, phlegma, aut pituitosum humorem duntaxat κάτω euocant. Hoc autem Gummi Gotta *Indicum* nostrum, & *Bilem* cum *phlegmate*, inprimis *Serosum* ante omnia humorem, ἄνω καὶ κάτω, euacuat, adeo in minori gratiorique dosi, maiorique cum emolumento & efficacia, quam reliqua *gummata* purgantia, modo recitata, alioquin facere consueuerunt.

XVIII.

Neque vero illas tantum differentias, isthic adducere necessarium fuerit, quibus ab aliis Gummatibus & Resinis dissidere compertum habemus: quin imo vero etiam species (*a*) istas, quibus in seipso, & à seipso magnam partem variare atque differre ex vsu, & quotidiana (*b*) pra-

xei

xæ euincitur, (c) cognoscere fuerit operæ pretium.

(a) Cum Dosis istius *Novi purgantis*, secundum Autores, valde variet (prout Thes. XXII. liquebit) quidni ipsum Gummi, secundum diuersas dubio procul suas species, diuersas quoque facultates nactum esse confitendum erit? Quemadmodum enim Nicotianæ quoque tres apud autores præcipuæ allegantur species, & Differentiæ, ut Nicotiana *Mas*, Nicot. *Femina*, & Nicot. *Minor*: quarum specierum tamen prima est præstantissima; de quibus videatur *Tabacologia Neandr*: (b) Ita etiam praxi cognitum habemus: *Aliud* Gummi saltem purgare per inferiora; *Aliud* per superiora maxime: Ita vt nonnunquam contingere possit, in alia atque alia officina Pharmaceutica aliud aliudque Gummi, alteriusque facultatis reperiri. Cui nostrę sententiæ subscribit expressis verbis *Rosenbergius loc. supra cit. Vide supra Thes. XXII.* (c) Nos illud optimum esse iudicamus, quod intus & extus ex rubro flauescens est, purum, nullisque sordibus, aut alieno colore infectum, sed & homogenearum partium, sed & præcipue ἄνω κὴ κάτω clementer euacuans. C. *Clusius* aqua tinctum prorsus flauo colore inficere ait.

## XIX.

Non frustra igitur, neque temere à peregrinis (a) Gummi dictum: qui quidem illud vulgo è *Sinarum* regione afferunt: quod *Latinis* lacrymę species, vel lacryma congelata, & aquosa est. Etsi ergo nonnulli factitium (b) & *Chymicum* medicamentum ausint enunciare, eo quod aliquid Stibii admistum habeat: Nos tamen è qualitatibus supra expositis Gummi verum esse arbitramur; cum vel à nomine (c) saltē sæpenumero ad rem ipsam valeat argumentatio.

(a) Ex definitione nominis multoties in rei definitionem transitur: Vide *Scaliger. Exerc. 1. sect. vid. l. 1. d. febr.* Sic v.gr. Febris Græcis πῦρ, vel πυρετὸς dicitur: vnde facile



cile

cile colligitur *Febris* ignei quid, vel calorem igni similem habere. Vide supra *Thes.* 11. & 12. (*b*) Teste *Cl. D. Guilh. Fabritio, Cent.* 4. *obseru.* 4. cui persuadere quidam conatus fuit factitium quid esse, & ex *Stibio* conflatum. (*c*) Audiatur hanc in sententiam vel vnus, instar omnium *Hippocr. l.* 1. *d. Arte, sect.* 1. Vbi demonstratiuarum, (inquit) *Artium* formæ cognoscuntur, neque vlla est, quæ non ex forma quadam cernatur. Et sane arbitror eas per formas nomina accepisse. Præter n. rationem est existimare, ex nominibus formas productas esse, neque id fieri potest: Nomina namq; lege naturæ sunt sancita. Formæ v. non sancitæ, sed quædam veluti naturę sunt progermina, &c. Cum itaque, velut hinc liquet, nomina potissimum à formis imposita sint, necessum est, vt ea sint reb. specifica, & propria vt plurimũ, atq; ex ἰδιοσυγκρασίᾳ nata: prout arbitramur protoplastum, ex absoluta sui perfectione, qua ad imaginem Dei conditoris Opt. Max. creatus ante lapsum constabat, singulis animalibus propria, & specifica nomina, ex intrinseca ipsorum dubio procul perspecta natura, imposuisse. *Genes. c* 2.

XX.

Quantum ad Locum (*a*) Natalem attinet: extra dubium est, Purgans isthoc Novum (*b*) peregre ab Institoribus afferri, & citra controuersiam (*c*) transmarinum, atque ex Indiis esse.

(*a*) Locum natalem hujus Gummi, aut quænam proprie è Vegetabilibus species sit, adhuc dum subobscurũ, atque vsque adeo incognitum esse non ita mirum videri poterit; Cum etiam de nobilis illius Lapidis videl. Bezoardici genitura, & productione Autores certent; vt videre est *infra ex Thes.* 6. (*b*) Quibusdam Peruvianum indigetatur, quod ex Peru Insula profectum sit. Aliis è Sinarum regionibus afferri perhibetur, vbi Incolis familiare sit remedium, sed Dosi multo majori, quam penes nos his regionibus vsu veniat. Pleriq; in eo consentiunt, esse Gummi Indicum. Ita *D. Andr. Hildebrand Medicus Stetinensis*, recentis huius à *Mercatore Hollando*, qui ipsemet ex India se attulisse aiebat, vnc. i floreno emit. Vide *Epistol. Medicinal. Cl. D. Horstij, Archiatr. Vlmens. sect.* 9. *p.* 429.

XXI. Cu-

XXI.

Cuius autem in specie (*a*) plantæ sit Lachryma, istud adhuc-dum sub quæstione, atque apud nostrates (*b*) vsque adeo incompertum est.

(*a*) Licet enim nonnulli suspicentur succum vel Chelidoniæ maioris è foliis, radice, & caulibus, tempore Æstatis expressum: vel Chondrillæ, *Cichorei* cuiusdam pratensis speciei; vel etiam succum Soldanellæ, vel Dulcamaræ esse, additis pro stimulo aliis ingredientibus: nilminus tamen istæ omnes cōiecturæ sunt, certi vix quicquam probantes, cum eiusmodi facile plantarum copia tanta non vbiuis reperiatur, quæ ad istius Gummi collectionem, distributionemq; sufficere possit. Neque vero opus ita foret ex Indiis & foris petere, quod in Germania, & domi præsto esset. Vide *Rosenberg. d. Gum. Indico l. citat.* Eodem modo *Bauhinus*, dum Rhamni Laxatiui, vel è Floribus Ricini Indici succum esse diuinat, hallucinatur. (*b*) Nisi id fors *Carol. Clusio* melius fuerit perspectum qui *lib.* 4. *Exoticor. c.* 8. vocat Succum vndecimum; quem Incolæ Chittaiemon appellitant.

XXII.

Dosis (*a*) interim Noui istius Purgantis valde variat; cum & ipsum (*b*) Gummi penes Mercatores non minus variet: vnde quidem diuersas istius (*c*) Species atque Differentias colligere promptū fuerit: quæ, prout inter sese energia valent, ita diuersimode quoque operantur.

(*a*) *Carol. Clusius loc. allegat.* refert: *Incolas* eo vti à gr. xv. ad gr. xx. ad educendos humores aqueos: Quæ *Dosis* apud nos vehementior, q̄ vt communiter præscribi possit. (*b*) Sic secundum variationem ipsius Gummi Dosin variare putat *D. Rosenberg.* Aliquando enim ait gr. ix. aut ad summum gr. xix. sufficere. Sæpiuscule vero iam ad ℈. i. ß. vel ℈. j robustioribus dari posse. Et addit insuper Dosin ferè incertam esse, propter aliam aliamque succi (vt habet ille) naturam, constitutionem, & præparationē. Non n. vniusmodi semper deprehēdi, aut à Materialistis, quos vocant, diuendi? Quam etiam veritatem sese obseruasse, me-

ſe, meminit, & in ipſa qualitate, & in qualitatis quantitate, ita loquendo; & c. vt legere eſt *loc. citat.*

XXIII.

Doſis vero illa nobiſmet cum commodo præſcribi poſſe habemus animaduerſa eſt, quæ progreditur (*a*) à gr. iv. ad viij. ix. x. xi. xij xiij. & ad ſummum qu. xiv. vel xv.

(*a*) Habita nil minus diligenti ratione *Aetatis, Temperamenti, & Sexus. Pueris* enim ſuffecerint gr. iv. v. vel vj. ad ſummum. *Feminis* vij. viij. ix. vel x. *Rubuſtior.* vix xi. vel xij. *D. Hechſtettero, Medico Auguſtano, Doſis* uſitata eſt (in *Hydrope* præcipue) à gr. ix. ad xi. niſi æger ſit admodũ robuſtus. *D. Andr. Hildebrand. Medicus Stetinenſis*, præſcribit à gr. x. ad xij. Alij communiter gr. vij. viij. ix. vel x. cum liquore conuenienti exhibent.

XXIV.

Inter Corrigentia Novæ huius Medicinæ pręcipue allegatur (*a*) *ſpir. vitrioli.*

(*a*) Cum vnumquoque electiue purgans peculiare ſuũ *Corrigens* habeat, quo eo felicius aut penetrare, aut ſine dãno operari poſſit: Ita quoq; hic *vitrioli ſpir.* pro Correctiuo concurrit, qui vim purgantis huius Gummi vomitiuam (cuius ratione vehementiores perturbationes, quod alii tamen hucuſque obſeruare non potuerunt, ſubſequi à nonnullis perhibentur) inhibere queat. Vide *Rein. Minderer. in Aloedar. d. Gum. Got & ſpir. vitrioli* eius medicinæ correctiuo.

XXV.

Nobis quoque crebro præſcribitur cum *Ol.* (*a*) *Cinamom. deſtillato*, (*b*) *aqua Cinam.* aut *Syropo* (*c*) quoque (prout in vſu eſſe penes alios quoque obſeruauimus) *Cinam. ſimplice, vel compoſito.*

(*a*)(*b*)(*c*) Tum ratione ſaporis, vt medicamentum eo jucundius, & citra aſſumentis nauſeam dari poſſit: prout alias eundem in finem *potionibus purgantibus* vſitatum eſt in fine, guſtus gratia, aliquid *aqu. Cinam. deſtill.* adiicere: tum

tum etiam, ne *Ventriculus* aut *Intestina* oblædantur. Qua intentione, vt per venas Pharmacum spargi queat facilius, cum *Rhabarbaro* quoque tertia pars *Cinam. spicæ*, aut *Schœnanthi*; cum *Agarico*, tertia pars *Garyoph Nucis Mosch.* cum *Mechoaca* pulu. *Anis. Cinam.* cum *Inspetho*, *Zingiber*; *Piper*, *Mastix*: cum *Terebinthina* pulu. *Glyzirrh.* cum *Aloe, Mastiche, &c* apud medicos præscribi hacten⁹ vsu receptũ fuit. Nõ repudiato interim isthic *spi vitrioli*: cuius eximias esse virtutes etiam isthoc modo adhibiti non nescimus. Quidam etiam *Oleum fenic. Macer Nuc. Mosch. destill. vel spec. Diamb. Man. Chr. cum ol cinam. prep. &c.* pro correctiuo vsurpant.

XXVI.

Vt autem ad finem ab initio huiusce disquisitionis præspeculatum felici remigio adnauigemus videndum maxime est, quodnam (*a*) Temperamentum, quænam (*b*) Virtutes huius Laxatiui, tantopere decantati, astrui, & produci possint, & denique, quis (*c*) vsus, vel vtendi modus hactenus receptus venerit.

(*a*)(*b*) Medicamentorum enim facultates nosse medendi methodum præcedit. Compositio vero medicamentorum medendi methodum sequitur. *Galen 3 m.m. cap. 5.* (*c*) Vsus denique, vt Magister, quicquid cognitum fuit per Rationem & Methodum medendi inuentum, ipsa Experientia & manuductione ad oculum repræsentat.

XXVII.

Dicimus autem in Genere hoc (*a*) medicamentum nostrum (*b*) simplex, & non esse (*c*) compositum, nisi ratione (*d*) *Elementorum*, ex quibus merito (*e*) manifestas ipsius qualitates deducendas: (*f*) occultam vero in specie eiusdem vim & virtutem ab *altiori* aliquo *principio* auspicandam esse concludimus.

(*a*) *Medicamentum* dicitur ob differentiam & *Alimenti*: quod alere corpus humanum: & *Veneni*: quod idem destruere aptum est. Hoc vero (Medicamentum inquam) mediæ est virtutis inter vtrumque, velut extremum: cuius ea natura, vt corpus humanum intro sumptum alteret, qualitatemq; nouam illi communicet: id quod proprium medicamentorum. (*b*) *Simplex* dicitur, quod à sola natura tale sit, nihilque ex arte commune habeat. *Galen.* 5. *d. simpl. med. facult. c.* 1. (*c*) Sic contra *Composita* dicuntur, quando per artem plures res eiusmodi naturales simplices in vnius formam mistione reducuntur.

(*d*) Vnum quodq; nihilo-minus tamen simplex ita dictum, ex *Elementis*, ceu omnium rerum naturalium principiis constitutiuis, mistum est, & minime simplex: vt probat *Galen. l.* 1. *d. temperam.* (*e*) *Elementa*, qua Elementa, cum manifestis qualitatibus agere comperta sint, ideoq; etiam diuiniorem aliquam aliam facultatem, quæ supra eorundem sortem sit, cõferre nequeunt. Temperamentum itaque Gummi huius Purgantis nostri, & manifestas qualitates: v gr. *Caliditatem*: qua in primo gradu calidum, & sicciusculum iudicatur: dein *saporem*: quo velut *Terra Sigillata* puluerem referre non nullis videtur: merito *Elementis*, eorundemq; mistioni ascribendas censemus. (*f*) *Occultam* vero illam *vim purgatricem*, qua peculiarem & certum humorem respicit: v. gr. *Serum* potissimum: ab alteriori principio (quam *Formam* indigetamus) merito deducimus: cuius quidem actiones & facultates non sensibus aut ratione, sed sola experientia, & à posteriori, ceu vocant, deprehendimus.

XXIIX.

Cur (*a*) autem hunc, vel illum humorem, vel hoc istoque (*b*) modo peculiariter trahat: istud isthic in specie inquirere fuerit (*c*) extra limites vagari. Suffecerit nobis hoc loco ab effectis per Experientiam deprehensis facultates (*d*) Virtutesq; ipsius, & quid potissimum curandis in morbis præstet, breuiter, atq; in compendio dispicere.

(*a*(*b*) Apriori

(*a*) (*b*) A priori: cur, & quo modo Purgantia, peculiarem sibi humorem trahant, atq; propellant, inquirere superuacaneum foret. (*c*) Siquidem, tot acutissima ingenia hactenus varie inter sese diffidendo super hoc disceptarunt, nedum ferme quid certi constitutum sit: vt videre est apud *D Sennert. Instit l.4. part. 7 c.11. Laur. Iouber. paradox 9. decad 1. &c.* (*d*) Scil. purgandi qualitates: quibus humores noxios, & in corpore morbos caussantes beneficio huius medicamenti idoneo modo cum ratione præscripti exturbare affabre possumus. Præter enim istas qualitates hactenus nullæ aliæ foro Medico innotuerunt. Illæ autem solum à posteriori, scil. ab experientia & effectis, compertæ sunt. Nisi quod aliquis (*primus* forte *Inuentor*) *signatura* & *charactere* pharmaci illius motus indicauit istud *Bili* mederi posse, quod eius quidem colorem apprime referat. Prout quidem signaturæ multoties ad effectus, & intrinsecas qualitates cognoscendas homines deduxerunt: Sicut liquet è *Nuce Myristica: Macere: Cerebrum*, & *Meningas* referentibus: *Capite Papaueris caput humanum* repræsentante, &c. De quibus v. de *Croll. d. signatur & D. Sennert. l. 1. d. cons. & Diss. d. m. m. cap. 8. & alios.*

## XXIX.

Quantum igitur ad Virtutes *Gummi* nostri *Purgantis* attinet, Experientia compertum est, illud (*a*) *Biliosos* tenues, (*b*) *Serosos* vero imprimis humores è corpore humano exturbare, idque (*c*) Cito, (*d*) Tuto, (*e*) & Iucunde: vt ita triumphum, (*f*) merito suo inter purgantia referre mereatur. Neq; vero hac vnica duntaxat intentione præstare hactenus animaduersum, sed (*g*) duas simul operationes successiue, duasque intentiones perficit, dum Vomitum primum vtiliter, dein Alui Secessum cum successu mouet.

(*a*) Notae

(*a*) Notat hoc color characteristicus, quo Bilem non obscure refert. (*b*) Hoc respectu eius vsus hactenus in *Hydrope* potissimum, tantopere commendatus fuit: rarius enim, vt quidam iudicant, alios humores prolicit, nisi isti vna cum *Sero* ex accidenti moueantur. *N B. D. Hechstetterus*, *D. Rosenbergius*, *&* *Alij*, complures *Hydropicos*, nec-non *Asthmaticos*, se beneficio *Noui huius pharmaci* feliciter curasse publica buccina efferunt. Iidem eodem singulari cum successu vtentur in *Arthritide*, *eiusdemq; Speciebus* quod cum *Fernelio Arthritidis* caussam serosos humores agnoscunt: nulla præterea ab inde, nisi exigua an madueisa Ventriculi supinatione, quæ *Spec. Diambr. vel Ol Macer. distill.* corrigi facile possit. Interim tamen non desunt clarissimi pauci quidam MEDICI, qui quidem Gummi illius nostri virtutes non parum dubias, & supectas reddunt: dum natuiis biliosis cum cautela exhiberi debere; corpus inde vehementer perturbari, *vomitum* simul *atq; Aluum* irritari, non citra assumentis fastidium, pronunciant. Hanc ob causam (addunt) vsum eius medicamenti penes illos defecisse, nisi quod robustioribus adhuc interdum exhibeatur, qui quidem alia reformident. Hos viros in praxei versatissimos alioquin, atque exercitatissimos cum *Cl D. Andr Hildebrando, Medico Pomerano*, non possumus ob id non mirari: qui quidem è contrario, quibuscunq; illud (vt asserit) hactenus *à gr x. ad xij.* exhibuit, nunquam tale quid obseruauit, sed potius lentissime lenissimeque illos omnes citra vllam molestiam, atque perturbationem purgatos fuisse prædicat. Idem addit literas se à *pharmacopæo Ambsterodamo, Petro Garneto*, accipisse, qui mirificas illius & propemodum diuinas virtutes atque effectus, præsertim in *Anasarca*, satis deprædicare nequeat. Idem alia in epistola alterius insuper *pharmacopæi* cōmeminit, qui idem itidem magno cum successu (nescio quibus non in morbis) in forma pulueris ad *gran vij viij ix.* cum iusculo exhibuerit. Ego vero etiam (vt hoc insuper, ceu coronidis loco, aspergam) non semel in *Hydrope: Arthritide: Febr. Intermittētibus: Tertianis Biliosis: Alui constipationibus, &c.* remediis aliis lente, aut parum proficientibus optatos, iucundosque his oculis vidi successus, & vix tantillum

per-

perturbationis, præter *Vomitus* consuetam molestiam, animaduertere potui. (c) Quia non diu in corpore subsistit, sed intra semihorulam, vel circiter, plerumque operatur (d) Idque sine vlla assumentis noxa, aut periculo (e) sine torminibus quoque, aut magna molestia. (f) (g) Hoc respectu reliquis purgantibus vulgatis facem præfert; quorum *Alia* diu, intra corpus morantur, abunt & etsi *Diagrydio* (quod isthic minime quidem facto opus) simul acuantur, nonnunquam tamen per diem, integram, aut noctem, aut ad minus quinque vel sex horas (aliquando in totum) operationem suspendunt. Alia, licet iucunde assumantur, non tamen satis tuto: v. gr. Merc. *vitæ*, nonnunquam Merc. *mortis. Vide infra Th 9. Alia* denique tuto assumuntur, sed non iucunde, sed cum magna quantitate, nauseaq; magna: vt ægri ex sola non raro tam magnarum potionum mole, sola etiam saporis & odoris nauseabundi imaginatione, allatis illis, & nondum prel... non vi aliqua, magnetica concitati ἄνω καὶ κάτω vomant & deiiciant. Prout his & aliis morsiunculis non immerito *nauseabunda & quadrata* (vt ita loquar) *pharmaca* publice exagitat *Ioan Beguin. tyroc. Chym. ...* Eius modi a. esse solent v. gr. *Potiones*, vel *Boleta è Cassia, Elect. Diacathol d. succ. rosar. Rhabarb.* quoque *Agarico, Senna, Turpetho, Asaro, parata*; quæ assumentem, præter insignem alioquin nauseam, non raro molestia & torminibus haud exiguis affligunt. Et isthæc quidem, & similia complura, per *inferiora* duntaxat, aut (quorum pauciora sunt) per *superiora* solum mouent. Nostrum vero Nouum isthoc Pharmacum ea propter obeliscum meretur, quod duas Medico intentiones simul perficiat, *Vomitu* nimir. & *Aluina deiectione*.

X X X.

Per (a) Vomitum itaque, quæ Ventriculo molesta sunt: crassam maxime & tenacem pituitam, ἄνω reiectat: per (b) Aluum vero cum sero *Bilem* paulo copiosius κάτω exturbat.

(a) Vomitus, Græcis ἔμετος, *Hippotratica* praxei admodum celebris, in frequentiori vsu esse desiit proscriptione *Asclepiadis l. d. conser. valetud.* Quæ quidem causa non-

non-nullis putatur, quod adhuc dum hodie rarius adhibeatur. Interim sagacissimus *Fernelius* Vomitum inter reliquas omnes purgationes saluberrimum, præstantissimumq; pronunciat: modo εὐφόρως fiat, ob commoda, quæ *l.3.m.m.c.3.* allegat. Est autem *Vomitus* motus ventriculi deprauatus, seu eorum, quæ in *Ventriculi* cauitate sunt, per os Ventriculi superius eiectio. *Sennert l.Instit.2. pag.3 sect.1.c.4. Fernelius Vomitio*, inquit, est eorum, quæ in Ventriculi sunt spatio, sursum facta reiectio. Hæc enim, quæ in capacitate *Ventriculi* hærent; *singultus vero*, quæ illius tunicis penitus insederunt, expurgat. *Pathol l.6.c.3.* Quanquam vero omnes *Vomitus* p.n. videantur, ratione loci, per quem eiicitur materia, scil. oris Ventriculi (quod ad cibos assumendos, non vero ad eiicienda excrementa conditum est) quidam tamen *Vomitus* naturæ potius opus, quam actio læsa sunt, si tempestiue fiant; i. cum virtutis robore, & eo fine, vt excretis iis, quæ naturæ inimica sunt, saluti hominis prospiciatur, & morbi auertantur. *Sennert. ibid.* (b) Quod in *Ventriculo* redundat alimentum, in *Intestina* protruditur; exceptum autem confestim præteruehitur à depellendi facultate, quæ in *Intestinis* est longe valentissima. Quia autem multiplex est *Intestinorum* anfractus, & flexuosa circuitio, haud ita facile alimentum perlabitur. In tanta igitur viæ longitudine defluentis materiæ quicquid coctum est, & salutare, potest opportune in *Iecur.* per *Mensenterii venas* transportari. Quod autem hunc anfractum prætergreditur, nec raptum fuerit in *Mesenterii venas*, tanquam inutile, & superuacaneum, in crassiora *Intestina* deiicitur; quo simul ac peruenerit, *Excrementi* appellationem sumit: verba sunt *Ferneliiphyleysiol.l.6.* [*d. function & humor.c.2.*

## XXXI.

Hac consideratione in (a) plerisq; istis morbis atque affectibus in Genere vtiliter præscribi posse iudicamus, quicunq; (b) ex *serosis, biliosisq;* humoribus, ipso etiam tenaci *phlegmate*, tamquam caussis, & fomitibus, participant, originemque suam agnoscunt.

(a) Exci-

(*a*) Excipimus isthic *Dysenteriam, Colicam, &c.* In quibus morbis nihil dum certi experimentatum comperimus. Nisi quis GVMMI hoc, ad euacuandam *Bilem*, vel cum *Myrabalanis*, aut tostum leuiter ad modum *Rhabarbari*, vel cum ipso *Rhabarbaro*, exhibere, successumq; experiri mauelit. Vel etiam in *Colica Biliosa* cum *sem.* vel *ol anis.* & carminantibus idem vsurpare, & experimentum facere instituat. (*b*) Vulgo: *Qualis indicatio, tale indicatum, & contra.* Vel: *Qualis Morbus, tale Remedium.* Quid igitur obstabit, cum hæc Medicina Serum cum Bile, imo etiam Phlegma ad oculum euacuet, quo minus in omnibus, vel plerisque serosis, biliosis, phlegmaticisque morbis cum commodo adhiberi queat? Cui nostro effato videtur astipulari *Ern. Burggrauius in Ahille* his verbis: Non ita pridem Gummi quoddam ex Indiis allatum est, quod syncerum pharmacum Diis Barbaris ereptum, *instar Catholici alicuius*, saburram & sentinam vitiosorum humorum è viscerum meditullio exigit, vt nihil eo in *Hydrope* melius.

## XXXII.

Ita cum fructu in specie exhibebitur in (*a*) *Hydrope*: (*b*) *Arthritide*: (*c*) *Ictero*: (*d*) *Febribus*: (*e*) *Asthmate* quoque, & (*f*) *Ventriculi cruditatibus, &c.*

(*a*) In *Hydrope* præcipue remedium est decantatissimum, *Experientia* teste, plus, toties: quo in genere mirandos plane & diuinos edit effectus, ita vt tantum non in *Anasarca*, sed *Ascite*, sed & *Tympanite*, summo cum emolumento propinetur: suffragantibus *Hildebrando*, *Hechstettero, Rosenbergio, &c* Medicis doctissimis. *Caspar Bauhinus* quoque in *Epistola* alicubi commendat, Gummi scilicet illud egregie *serosos humores Corrigentibus* & præparantibus prius præmissis, euacuare: se seq;eo multis in *Hydropicis* felici cum successu, DEI beneficio, vsum fuisse gloriatur.

(*b*) *Arthritidis* continentem causam humorem esse omnino vel pituitosum, vel serosum maxime, consule *Fernel.*

*nel.pathol.l 6.c.* 18 *&* alios. Huc adde super Vomitoriorum vsu tantopere salutari in *Arthritide*, & reliquis eius specieb. mirificum clarissimorum quorumcunq; Medicorum consensum ex *Michael Maiero l. d ciuitat. corp. human. à tyrannid arthrit. vindicat. D. Rosenbergius* insuper prædicat, sese Wormatiæ duobus in *Podagricis* Gutta illa Gemou notatu digna præstitisse, cum ægrorum voto; allegata ex sero *Arthritidis* causa. (*c*) Icterus est biliosi humoris per summa corporis effusio. *Fernel. c* 8 *loc. cit.* Cum enim in calidiore *Iecore Bilis* copiosior gignitur quum à *cysti* expurgari possit; redundans ea quoquouersum irrumpit, aut funditur, atque cum sanguine, vel eius sero euadens summam corporis cutem inficit. *Idem ibid.* (*d*) *Sublata causa* (in triuiis aiunt) *cessat effectus.* Siquidem ergo *Febrium Intermittentium*, & earum, quas *Tertianas Biliosas* vocant, fomes maxima *Bilis* ipsa sit, cum *phlegmate*, vt in *spuriis Tertianis, &c.* Quis iis in affectibus purgans hocce adhiberi commode inficias ibit? (*e*) Vbi nimir, à crasso, lento, tenacique *phlegmate pituita* simul serosa falsaq; *Pulmones* infarcti sunt cum præcordiis. (*f*) Simili ratione *Ventriculo* cruditatibus aquosis & phlegmaticis onerato feliciter succurrit. Vide *infr. th.* 50.

## XXXIII.

Vt autem (*a*) vsus deniq;, & vtendi Modus eo rem clariorem oculis Lectoris subiiciat: variis exemplis, præscriptionibusque hoc in theatrum allatis, quibus Purgans illud Nouum hactenus vel *forma* (*b*) *Potiunculæ*; vel (*c*) *Pilularum*; vel (*d*) *Pulueris*; vel (*e*) *Infusi*; vel (*f*) *Conseruæ*, aut *Syrupi*; vel (*g*) *Electuarii*; vel (*h*) *Extracti*; vel (*i*) *Tabularum, &c.* Subministratum fuit, declarabimus.

(*a*) Vtendi modum Indis vsitatum describit *Monard.* ita Fragmentum, inquit, illius Gummi *Nucis Ponticæ* magnitudine stillatitio quodam liquore noctem integram macerant Noui Orbis Incolæ: postridie mane percolant & exprimunt. Eam aquam xd ℥.2. sumunt, neque quicquam cibi superingerunt ante meridiem. Eo medicamento

mento curatur humor, qui *Podagram* creat, abſq; moleſtia. *Raymund Minderus*, Medicus celebris, *in Aloedario Macrocoſtino* hanc medicinā cum ſuo correctiuo ita præparat: ♃. Gummi huius laxat. q. v. diſſolue probe *Spir. Vitrioli in vaſe* vitreato; poſtea per *Alembicū* ſpiritus omnis extrahatur; *Gummi* in vaſe reſidens exſiccetur, cauendo tamen, ne nigreſcat, ſed colorem ſuum natiuum reſeruet luteum: ſi dulcius reddi volueris, *aqua pluuiali* ſemel atq; iterum ablue, donec acorem amittat.

(*b*) In forma *Potiunculæ* quidam in *Tertiana* ita cum commodo præſcribunt: intellige, præmiſſis nihilominus, lege methodi, vniuerſalibus.

♃ *Gumm gott. lax gr. 8.*
*Syr. roſ ſol. ℥. i ß.*
*Aq. Endiu q ſ. miſc. pro hauſtu.*

*D. Hechſtetterus* hac potiuncula in *Hydropico* debili, ſine moleſtia, aut torminibus, abſq; *Vomitu* (quod notandum) ſe euacuaſſe refert Menſuram integram, *Seri* aut paulo plus bono cum ſucceſſu:

♃. *Gumm gott lax gr 4*
*(ob ſummam debilitatem)*
*Spr Vitrioli gutt. i.*
*Syr d cinam ℥. 2 miſc.*

(*c*) In *forma Pilulari* ſic ab eodem præſcribitur in *Hydrope:*

♃. *Extract. Cucum. Agr. ℈. ß.*
*Gumm gott. lax gr 9.*
*cum ſyr d. cinam.*
*f pilulæ q. v.*

Vel ſic in aliis affectibus.

♃. *Gumm gott. lax gr. 15.*
*Spec Diamb gr. 4.*
*ol fenic deſtillat gutt 3.*
*cum aq cinam.*
vel
*Syr roſ lax. f.*
*pilulæ num. 7.*
*inaurentur.*

(*d*) In *forma Pulueris* ſic: in *Hydrope*:

♃ *Gumm. gott. lax. gr. 11.*

*Man Chr. cum ol. cinam* ℈ ß.
*m f pulu.*

Vel *sic in Ictero.*

℞ *Rhab. el* ʒ *i.*
*Gummi gott. lax. gr* 6.
*m f. pulu.*

Datur hic Puluisculus vel cum *Iusculo*; vel cum *Vino Absynthite*; *Generoso*; *Maluatico*; *Aqua Cinam* &c.

Aliquãdo additur *Magisterium Tartari Vitriolati* (quod ex *oleo Tartari* ex *sale* resoluti, & *Spir. Vitrioli* conficitur) ad Serum eo magis proliciendum; sic:

℞. *Gumm. gott. lax. gr.* 11.
*Mag. Tartar. Vitriolati. gr.* 5.
*m f pulu.*

*D Rosenbergius* ita præscribit:

℞. *Gumm gott. lax gr.* 16.
(quæ *dosis* nobis vehementior videtur)
*Cremor. Tartar.*
vel
*Tartar. Vitriolati* ℈ *i.*
*misc f pulu.*
Detur cum *Iusculo:* cui potest addi parum *Cinam.* & *Sacch pulu* ad gustum, & gratiam.

Aliis vero non incommode hac quantitate, ad eandem intentionem, scil. ad *Pituitam* abstersam eiiciendam vna cum aliis *biliosis* & *serosis* humoribus sic vsu venit:

℞. *Gumm gott lax gr.* 8 *vel* 9.
*Cremor. Tartar. gr* 4 *vel* 5.
*misc f. pulu.*

(e) In forma Infusionis ita: in *Hydrope:*

℞. *Aq. betul* ℥. 3.
*Spr Vitrioli gutt.* 3.
*infund. per noctem*
*Rhabel* ʒ. *i.*
*colatur. leuiter fact. mane dissolu.*
*Gummi. gott. lax gr.* 8.
*Syr. d. cinam* ʒ 3.
*m f. haustulus.*

Potest

Poteſt etiam, noſtra ſententia, ita confieri Infuſio;

℞. *Magiſter. Tartar. Vitriolat.* ℈ ß.
*Gumm gott lax. gr.* 11.
*infund. per noct.*
*in Aq cinam. diſtillat.* ℥. 1.
*colat. mane diſſolu.*
*ol. garyoph.*
*cinam diſtill. ana gut. i.*
*Diagryd præparat gr.* 3.
*m. f. hauſtulus.*

(f) In *forma Conſerua, Miſturæ,* aut *Boli* ſic;

℞. *Gumm. gott. lax gr.* 10.
*ol. cinam*
*Macer. diſtilat. ana gut. i.*
*cum conſeru roſ.*
*(vel viol Beton. Fl perſicor.)*
*F. Miſtura, vel Bolus.*

Similiter *in forma Syprupi, vel Lambilis*: ſic

℞. *Gumm. gott. lax. gr.* 3.
*oxymel. ſcyllit q ſ. miſc.*

Ab hoc puero *Aſthmatico* quatuor annorum propinato *pituita* ſtertorem iam tum cauſſans reiecta fuit, nec alia. niſi Vomitus, moleſtia affuit: referente *D. Hechſtetero.*

(g) In *forma Electuarii* ſic præſcribit *Cl D. Horſtius in Anaſarca:*

℞. *Mercur. dulcificat. rite præp gr.* 15.
*Guttæ Gamandr gr.* 5.
*Conſeru roſ* ʒ 2. *cum ſyr roſ. ſol. q. ſ miſc.*
*Propinetur facta digeſtione.*

Idem quoq; ſic aliter:

℞. *Diacydon lucid ſimpl.* ℔. *i.*
*Gutt Gamandr.*
*præparat cum Spir.*
*Vitrioli.* ʒ. 6.
*Miſc f. Electuarium.*

(*h*) In *forma Extracti* sic:

Paratur e. gr *Diacydonium lucidum laxat. cum Extracto Scammonij & Gum. gott. lax.* quod minima Dosi ad *aquas Hydropicorum* euacuandas confert : approbante eodem *Excellentissimo V. D. Georg. Horstio. in Epist. Medicinal. sect. 9.*

(*i*) In *forma Tabularum* sic eleganter præscribi potest:

℞. *Gumm gott. lax gr vij.*
*Troch. Alchand. gr. iiij.*
*Ol. anis. dest gutt. ij.*
*cum sacch. in aqua cinam.*
*dissol. f.*
*Confect. s. a. in Rotulis, Tabulis, vel Morsellis.*

*Et isti-*

*Et isthæc paucis sunto,*

# AMICE LECTOR,

*QVæ super Nova & Laudabili hac ipsa Medicina meditari, obiterque in chartãt conijcere animus erat: Eum præcipuè in finẽ, vt elaboratissimis huius seculi Ingeniis aliis occasio præberetur, fusius atque accuratius super* NOVO *isthoc atq;* EXOTICO PHARMACO *cogitandi, obseruationesq; novas cõplures aut experiũdo inveniendi, aut iam inveniendo expertas porro communicandi. Tu, quod superest, conatibus hisce nostris fave, & interim* IEHOVAM, PATREM *omnis medelæ, atque medicinæ,* DEVM OPTIMVM MAXIMVM, *mecum supplex adora, vt isthæc, & alia, infinita prope, salutaria remedia ad nominis ipsius Sacro-sancti gloriam, multorum vero ægrorum emolumen-*

*mentum feliciter exhibeamus, debitaque cum gratiarum actione vsurpemus.*

*AMEN.*

*FINIS.*

---

## Errata sic Corrigenda.

*Pag.5.lin.15.lege Aphranium:p.7.l.10.lege Illustriss.ibid.l.15. lege Breuiter v 7.p 9.l.8 lege pensiculauerit.ibid l.13.leg.Mastiches:p.10.l.10.lege perennium.p.11 l. 22. lege siquidem v.ib. l 28.lege interim mnemosynon: p. 17. l.17 lege* APOZEMATA: *ibid.l.19.lege Roder. à Castr. ibid. l.23. lege sternant.ibid.ead. pag. lege Vide:p.18.l 18.lege Itane quidem:p 19.l.36 lege militibus:ibid.l.38.lege item:p.21.l.13.lege de medicinis. ibid. lin.24. lege proprietate:p.22 l.9.lege participe:p.23.lin.20 leg Sal.Albert.ibid.l.25. lege Brunsvvicens.p.24. l 11. lege inueteratis. ibid l.26 lege Minderero:ibid.l.29 lege arte p.26.l penult.lege Hern.p.27.l.vlt.lege tempestiue:p.28.l.21.lege d dissens. & consens.ibid l.22 lege Tyrocin.ibid l.34.lege possimus.p 29.l.6.lege summa:ibid.l.10 lege multo. ibid. l. 26. lege Döring.p. 30.l.12. lege Crollium:ibid.l.13 lege astipulari:p 31.lin.13.lege Gemou: Chitta,gemou:ibid.l.14. Chittaiamau p 32.lin.14.lege Gitta: ibid l.18 lege qualitate:Serum:p.33.l.13.lege Grammaticos indeclinabile p 36 l 6.lege alias.ibid.lin.19 lege ab Ammoniaco. ibid l 20.lege adeoque. p.37 l.penul.lege Vid.p.40.l 4.lege hactenus:ibid.l.24 lege Reim.ibid.l. 27. lege syrupo: p.41. l 5.lege Turpetho ibid.l.8.lege Spir p.44 l.26.lege exhibuit. p.45. l.10. lege integrum:ibid.lin.13.lege nonnunquam euadit: ibid. l.28. lege superiora ibid.l 36.lege Hippocratica.p. 48. l.11.lege quam ibid l.16.lege maxime:ibid l.19.lege nimir. ibid. l. 32. lege ita: ibid.l.35.lege ad ℥ij.*



# BENEDICTI VICTORI, Vettori FAVENTINI, MEDICATIONIS EMPEIRICÆ,

## LIBER PRIMVS, DE MORBIS INTERNIS particularibus.

### CAPVT I.

### *De dolore Capitis.*

AD dolorem capitis antiquum, remedium tale est: *Præcedente lenitione ventris, si dolor magis retro adfuerit, venam frontis secabis. Quod si magis ante ægrum infestabit, sanguisugas post aures apponito: dum tamen prius secetur cephalica cubiti dextri, vel sinistri, secundum quod dolor infestat.*

Aliud: *Recipe corticem cepæ, sub ferventibus cineribus decoque: frustum eius auri imponito, ex eadem parte qua dolor existit: super quod inungito sic: Recipe olei laurini, olei rosati completi calidi ana drach.s. Demum bambace clandito.* Idemque obseruabis, si intensus auris fuerit dolor.

Aliud in vnaquaque materia valens: & est expertissimum vnguentum, quo inungantur pulsus temporum, & frons tota: *Rec. succi camomillæ recentis vn.iiij. succi rosarum recentium vn.ij. succi rutæ recentis, succi betonicæ, anæ vn. i. s. succi radicum altheæ vn. ij. olei rosati omphacini libram vnam, s. alabastri optimi & purissimi vnc.ij. puluerizetur subtiliter alabastrum, & per noctem & diem infundatur in oleo omphacino: deinde addita ceræ albæ optimæ quantitate*

*sufficiente fiat vnguentum.* Hoc valet ad omnem dolorem capitis à quacunque materia pendentem, siue per essentiam, siue per consensum; siue cum febre, siue sine hac fuerit; siue per se dolor sit, siue per accidens ipsius febris: & omni tempore paroxismi eo possumus vti, excepto principio.

Aliud: Vbi dolor capitis adeo ægrum infestaret, vt absque dubio timeremus de corruptione operationis alicuius virtutis membri: *Recipe prædicti vnguenti vn. s opij gran. iij inungantur pulsus temporum. Et si alicui alteri parti capitis inhæreat dolor, eidem vnguentum applicetur.*

Aliud: Vbi dolor diuturnus in aliqua parte capitis infestaret ægrum: *Recipe mucilaginis semin. fœnugræci, lini, meliloti ana vnc. 1. vnguenti prædicti alabastrini vnc. ii. olei liliorum alborum vnc. s. misce, & in mortario bene ducantur, quousque fiat vnguentum, quo vngatur pars capitis dolens: demum super ipsa extendatur paululum de lana succida. Fortificabis etiam, si expedit, cum quatuor granis opij: & hoc est bene expertum.*

Aliud, quod valet ad omnem dolorem capitis in quacunque materia, & quocunque tempore: *Recipe rosarum rubrarum, florum camomillæ meliloti, calamenti, abrotani ana M. ij. bulliant in libr. xl. aquæ & vini albi potentis vsque ad consumptionem medietatis. Deinde abluantur quotidie huiusmodi decoctione calida, crura à genu infra, & brachia à cubito infra, mane & vesperi, stomacho non impleto.*

Vbi vero dolor capitis ortum habuerit à morbo gallico, purgetur sequentibus pilulis: *Recipe pilularum aurearum scrup. ij pilularum de fumoterræ drach s. misce cum syrupo violato, fiant pilulæ numero quinque. Capiat inde per xx. dies continuos diluculo sequentem potionem, ei indormiendo: Recipe decocti ligni guaiaci secundum artem facti lib. vi folliculorum senæ, betonicæ, stœchados arabicæ, polypodij quercini ana ma. s. turbith boni, agarici electi ana drach ij. s. misce, & bulliant omnia vsque ad consumptionem tertiæ partis: deinde colentur: & de colatura recipe vn. vi. oxymellis simplicis vnc. ij. misce pro vna vice. Continuet hunc decocti modum, & bene habebit.*

Vbi vero est dolor capitis per consensum ab vtero *fiat sanguinis missio ex saphena in talo: deinde fiant lotiones prædictæ,*

*dicta, addendo matricariam: & obseruetur modus curæ dispositionum matricis, suo infra loco proponendus.*

## CAP. II.
## *De Epilepsia.*

CVM epilepsia apud antiquos Medicos reperiatur duplex. vna quidem per proprietatem, alia vero per consensum: primo curabimus epilepsiam proprietatis; secundo communitatis Et quia optabilius est præseruare à casu in paroxysmum epilepticum, quam curare in actu paroxysmi: ideo primo docebimus præseruationem ab epilepsia: secundo vero, quid agendum sit hora paroxysmi.

*Primo igitur laudo, quod si epilepsia fuerit in corpore carnoso, complexionis sanguineæ, cum rubedine faciei, & apparentia venarum in oculis, & caliditate membrorum vicinorum cerebro, fiat phlebotomia. Primo quidem diuersiua, & euacuatiua ad longinquas partes: & hæc fiat per sectionem saphenæ dextri pedis, & intermedio vno die phlebotomia fiet ex communi dextri cubiti. Demum vero transactis tribus diebus, secetur vena cephalica in curuatura eiusdem cubiti.*

Quibus phlebotomiis expeditis, dum eas præcesserit ventris lenitio, consulo, vt digeratur materia peccans, quæ, etsi sanguis peccet principaliter, habet tamen admixtum nonnihil pituitæ. Quapropter cum phlebotomia sit euacuatio epilepsiæ sanguineæ: secabis venam, non expectata digestione. Si tamen expediet, digestio in epilepsia pendente à pituita per essentiam in cerebro, ita instituetur: *Recipe oxymellis simplicis vnc.* 1. *mellis rosati colati vnc. s. aquarum betonicæ, saluiæ, buglossæ ana, vnc.* 1. *misce.*

Continuato digestiuo per vij dies continuos, & apparentibus signis digestionis materiæ, purgetur materia, à capite sequenti purgatorio, semper à leuioribus curam inchoando: *Recipe Pilularum de hiera Nicolai, mastichinarum Conciliatoris, aurearum Nicolai, ana scrup.i misce cum syrupo de stœchade, fiant pilulæ numero v. Facta hac prima purgatione, quiescat æger per sex dies continuos ab vlterior purgatione: quoniam assidua purgatio epilepticis, agitando materias, damnum ingerit.*

Demum laudo vt quotidie vesperi, cum æger cubare
voluerit, capiat bolum infrascriptæ mixturæ: *Recipe dia-*
*cori, conseruæ stœchadis & saluiæ ana vnc. i. radicum pæoniæ*
*subtiliter puluerizatarum drach. ij. misce cum syrupo de stœ-*
*chade, fiat mixtura. Dosis est vnc. s qualibet vice.*

Mane vero iisdem sex diebus per tres horas ante ci-
bum, laudo vt æger capiat vnc. s. præparatarum radi-
cum masticando & expuendo fere per tempus vnius ho-
ræ. *Recip. Radicum acori vnc. iij.*

Notandum: si, die purgationi destinato, vel interme-
diis, patiens aluum strictam habuerit, clystere sequens
stomacho ieiuno imponendum: *Recipe florum stœchadis*
*Arabicæ, florum camomillæ, betonicæ, & iampiuchi, saluiæ,*
*rutæ ana m. i. mercurialis, foliorum maluæ, violariæ ana m.*
*s. bulliant in sufficienti quantitate aquæ, vsque ad consumptio-*
*nem medietatis aquæ: demum de colatura recipe vnc. s. hieræ*
*compositæ vnc. i olei rutæ vnc. iij. sachari rubei vnc i. s. vitel-*
*lum oui numero i. salis communis drach. iij misce: & impona-*
*tur clystere.*

Transactis vero sex diebus, laudo vt in cura præser-
uatiua ab epilepsia iterato patiens purgetur, præcedente
digestione cum sequenti syrupo; *Recipe syrupi de hyssopo.*
*syrupi de stœchade sine speciebus, mellis rosati c iati ana. s. a-*
*quarum hyssopi, betonicæ, saluiæ ana vnc. i misce.*

Assumptis his syrupis septem diebus continuis, ap-
parentibus signis concoctionis, purgetur materia se-
quentibus fortioribus pilulis: *Recipe pilularum cochiarum*
*Almansoris, pilularum de agarico Mesuæ, aurearum Nicolai*
*ana scrup. i. ellebori nigri præparati (propter id quod de melan-*
*cholia illi morbo coniungitur.) scrup. s misce syrupo de hyssopo,*
*fiant pilulæ numero iij. quas patiens capiat post primum so-*
*mnum.*

Aduertendum heic generatim est in ægritudinibus
cerebri, quo pilulæ maiores sunt, eo efficacius vacuare à
cerebro, propter longiorem moram in stomacho.

Facta hac purgatione secunda, consulo *vt apponantur*
*res sanguisugæ venis hæmorrhoidalibus: & hoc tanto effica-*
*tius facias, quanto plura signa sanguinis abundantis apparue-*
*rint: extrahaturque sanguis pondere vnciarum quatuor, me-*
*lancholicis enim hæmorrhoides conferunt.*

Demum

Demum quiescat patiens per sex dies continuos ab vlteriori purgatione. & quotidie vesperi cum ibit dormitum, capiat bolum infrascriptæ mixturæ: *Recipe conseruæ iuæ vnc. i conseruæ saluiæ vnc. s radicum pæoniæ subtiliter puluerizatarũ vnc. s misce cum syrupo de iua & fiat mixtura.*

Mane vero quolibet, iisdem sex diebus, volo patientem vti & masticatorio, & lotione extremitatum; ad materiam extrahendam à capite. Masticatorium tale est: *R. [illegible] iches vn. i. pæoniæ vn. s passularum enucleatarũ vn. ij [illegible] erizentur puluerizanda, & omnia in simul cum contusis passulis misceantur, & fiant masticatoria ad formam nucis auellanæ: de quibus quolibet mane patiens vnum masticando ore voluat: & materiam, à capite attractam ad os, exspuere conetur.* His peractis patiens abluat pedes à genu infra, & brachia à cubito ad manus, sequenti lotione: *Recipe calamenti, betonicæ, florum stœchadis Arabicæ, florum stœchadis montanæ, maioranæ, rutæ, iuæ ana M. i. radicum pæoniæ vnc. s. misceantur, & bulliant in forti lixiuio, vsque ad consumptionem tertiæ partis: & vsui reseruentur.*

His sex diebus exactis, instituenda est fortior tertia purgatio; vt sic apertiorem viam habeamus ad cætera exsequendum, & ad localia applicandum. Digeratur igitur materia, syrupo sequente: *Recip. Oxymellis compositi syrupi de hyssopo, mellis rosati colati ana vnc. s. aquarum pæoniæ, hyssopi, saluiæ ana vnc. i castorei ligati in petia subtili & rara scrup. s. misce Et mane calefacta, & colata, patienti exhibeantur. Hæc præcise eodem modo continuabis per septem dies continuos.*

Octauo vero die purgetur materia sequentibus pilulis: *Recipe pilularum cochiarum Almansoris scrup. ij. pilularum fœtidarum scrup. i. elleborinigri præparati, castorei optimi ana scrup. s. fiant cum syrupo de stœchade pilulæ numero v. &c. Harum medicinarum tum dosin, tum delectum, metiri debemus robore virtutis patientis, & ætate: quoniam in pueris, vel in senibus, patientibus epilepsiam, nimium graues sunt prædictæ medicinæ. Quapropter id relinquo iudicio & moderationi prudentissimi medici.*

Ad epilepsiam per proprietatem, expertum est, sequẽs remedium optime conferre: si patienti per septem horas ante cibũ, quolibet mane, detur drach. i. infrascripti pul-

neris: *Recipe vesicas de apris syluestribus cum propria vrina, numero ij. exsiccentur in furno, lento igne, vt ne comburantur: exsiccatæ subtiliter puluerizentur: & de hoc puluere detur drach. i. cum aqua peoniæ quantum sufficit ad dissoluendum: & reperies vtile præsidium.*

Aliud expertum: si detur patienti epilepsiam quolibet vesperi in ingressu lecti sequens antidotum: *Recipe castorei optimi drach. s pulueris radicum pæoniæ scrup. i. misce cum syrupo de stœchade, fiat pilula vna, quæ patienti exhibeatur.*

Aliud expertum & optimum: si patienti epilepsiam per proprietatem, detur infrascriptus bolus, quolibet mane, per septem ho as ante cibum: *Recipe cranii humani drach. i. s pulueris pæoniæ drach s. mithridati optimi drach. ij. misce, puluerizatis puluerizandis, & fiat bolus.*

Aliud expertum: si patiens quolibet mane quod sequitur masticet per integram horam continue, & materiam fluent m a capite expuat, optimum inueniet iuuamentum: *Recipe radicum acori conditarum vnciam s. pro vice.*

Aliud expertum: si patienti propinabis in ingressu lecti sequentem bolum, ipsumq; detinendum in ore quam diutissime, demum degluti endum, inuenies ipsum optime v lere: *Recip. conseruæ saluiæ, conseruæ stœchadis ana drach. ij. pulueris radicum pæoniæ drach. s. misce, & patienti dato, modo dicto.*

Aliud expertum: si patienti sub ingressum lecti dabis vnam de infrascriptis pilulis, inuenies magnum ex iis præsidium. *Recipe pulueris hyssopi, pulueris prassii ana drach. s. pulueris radicum pæoniæ drach. i. assæ fœtidæ scrup. i. castorei drach. s pulueri zentur puluerizanda subtilissime, & cum syrupo de hyssopo reformentur pilulæ numero septem.*

Quod si huiusmodi remedia non contulerint: *laudo vt adhibeatur cauterium corpori patienti epilepsiam, non solum vnum, verum & tria. Primum cauterium sit semper actuale, & sit è directo commissuræ coronali. Secundum sit in fontanella. i. spondylis colli, in prima vel secunda vertebra, vbi collum iungitur cranio. Tertium sit infra genu, per quatuor digitos, in parte syluestri, intra duos musculos. Conuenit hoc in adulto corpore, quod potest hæc medicamenta tolerare: in puero vero epileptico, non nisi ad primum, vel secundum spondylum colli immittendum est cauterium. Facto vero vno, vel pluribus*

cauteriis

*cauterijs, regatur patiens regimine medicinarum ante dictos: quoniam plerunque necessitas cogit cauteria à principio morbi imprimere.*

Et hæc de epilepsia per proprietatem dicta sint.

## *De epilepsia per consensum.*

EPilepsia per consensum suscitatur cum ab aliquo membro corporis humani malus fumus, absque præsentia humoris communicatus ipsi cerebro, & ventriculis eiusdem. Qui fumus quandoque sapit naturam humoris peccantis, quandoque vero est vapor ab illo affecto membro ad cerebrum delatus.

Ideo prima epilepsiæ per consensum curatio, est corrigere malam complexionem membri transmittentis, & euacuare ab eodem membro causam existentem in eo, futuræ epilepsiæ in cerebro. Et quoniam plerunque vẽtriculus vel alius, propter fœtidas & corruptas materias existentes in ipsis magis, quam in aliis membris, epilepsię per consensum occasionem præbent: *ideo consulo, ut æger leniente medicina prius euacuetur quæ & stomachalis sit, & simul habeat virtutem caput roborandi,* Leniatur igitur primum venter sequenti medicina: *Recipe floris cassiæ nouiter extractæ unc i. radicum pæoniæ subtiliter pulverizatarum drach. ij misce & fiat bolus cum saccharo.*

Deinde concoquere debes præsentem materiam, existentem in stomacho, & venis: cum vt plurimum mali humores confluant à venis ad ventriculum. Talis ergo sit syrupus digestiuus. *Recipe syrupi de betonica, prodest enim stomacho & capiti syrupi de menta, oxymellis simplicis, syrupi de endiuia mellis rosati colati ana drach iij. aquarum betonicæ, mentæ, buglossæ ana unc. i. misce.*

Continuato syrupo per tres dies continuos, apparentibus signis concoctionis, dabis sequentem haustum: *Recip diacatholiconis drac. vi electuarii rosati Mesuæ drac ij. electuarii indi maioris, electuarii de dactylis, electuarij succi rosarum. ana scrup. i. misce cum aqua decoctionis radicum pæoniæ polypodii quercini, folliculorum senæ, & florum omnium cordialum fiat potus.*

Quod si placuerit magis patiẽti forma pilularis sumat

per duas horas ante lucem infrascriptas pilulas: *Recipe pilularum fœditarum, indarum, aggregatiuarum, aurearum ana scrup. i. misce cum syrupo de menta, fiant pilulæ numero septem.*

Facta purgatione, alternis diebus patiens vtatur infrascripto clysterio, euacuante ab intestinis, & stomacho; tum & à cerebro reuellente: *Recipe absynthij, mentæ, pulegij, calamenti ana M. i. radicum pæoniæ polipodii quercini ana drach. ij. anisorum, fœniculi, carui, dauci, ameos ana M. s. agarici ligati in petia drach. ij violariæ, mercurialis, ana M. i. s. Bulliant omnia in sufficienti quantitate aquæ, vsque ad consumptionem medietatis: deinde colentur; & de colatura recipe vnc x. benedictæ, hieræ simplicis Galeni ana vnc. s. olei rutæ vnc. iij. mellis rosati vnc. ij. sachari rubri vnc. i. salis communis drac. ij. vitellum oui numero i. misce, & fiat clystere.*

Præterea quolibet mane, & vesperi, per duas horas ad minus ante cibum capiatur bolus infrascriptæ mixturæ: quoniam omnibus membris naturalibus confert, ventositates & malos fumos ipsorum resoluendo: *Recipe aromatici rosati, electuarii pleres archonticon, diagalangæ ana vnc. i diairis, diacori ana vnc s. radicum pæoniæ subtiliter pulverizatarum drach. ij. misce cum syrupo de menta, & fiat electuarium.*

Est etiam expertum, & secretum, si patiens vtatur bis in septimana, vel ter, in ingressu lecti, vna de sequentibus pilulis, proculdubio sanari Epilepsia non solum per consensum, verumetiam per proprietatem: *Recipe castorei optimi, Assæ fœditæ ana drach. s. radicum pæoniæ subtiliter pulverizatarum drach. i. aromatici rosati drac. ij. misce cum syrupo de menta, & fiant pilulæ numero vij.*

Ad idem expertum est, si patiens vnam de sequentib[9] pilulis ceperit in ingressu lecti, quolibet vesperi, vel alternis diebus: *Recipe ellebori nigri bene præparati, & nundi drac i. specierum diagalangæ, drac. i. s. radicum pæoniæ subtiliter pulverizatarum drac. s misce cum succo absynthij & fiant pilulæ numero nouem.*

Quod si his remediis non curetur Epilepsia hæc per communitatem: consulto, vt deveniamus ad manū chirurgicam. *Et, à quocunque tandem membro inferiore communice-*

*nicetur epilepsia capiti, fiant duo cauteria in duobus cruribus, infra genu, in parte syluestri, per quatuor digitos, intra duos musculos. Quòd si vero medicus expertus cognouerit membrum, à quo commu icatur Epilepsia cerebro, (sicut Galenus cognouit è punctu a. facta in digito pedis ab animali venenoso, ab illo membro communicatam fuisse Epilepsiam ipsi cerebro:) tunc tem oris cauterizatur è directo mali granati. Et quoniam omnis ægritudo per consensum si prolongetur, transit in idiopatheiam: ideo præter hæc cauteria, perseuerante morbo, cauterizetur commissura coronalis, vt prius dictum est. Et hæc de Epilepsia.*

## CAP. III.

## *De Apoplexia.*

CVm fortis Apoplexiæ impossibilis sit curatio: ideo eiusdem regimen & curam derelinquemus presbyteris. Quoniam verò leuis Apoplexia, etsi difficilem habeat curam, non tamen impossibilem: ideo eius curam perstringemus. Primò debet Medicus considerare à qua materia, veluti à præcedente causa, fiat Apoplexia Quod si sanguis caussa fuerit: illico phlebotometur æger, *primò ex vena communi extrahendo sanguinem pondere vnc. vi. habita virtutis consideratione, & ipsius ætatis: deinde à quatuor vel quinque horis iteratò æger phlebotometur ex cephalica cubiti dextri extrahendo sanguinem pondere vnc. iiij. ad plus: hinc verò ad sex horas (quod per me expertum est, & bene contulit) phlebotometur vena recta frontis, extrahendo sanguinem pondere vnc. iij.*

Quibus phlebotomiis celebratis, præcedente ventris lenitione, sequens clystere probo: *Recipe betonicæ, saluiæ, hyssopi, centaurij, aristolochiæ, florum stœchadis Arabicæ, mercurialis ana M. i. florum camomillæ, anisi, ana M. s. agarici, pulpæ colocynthidis in petia ligatorum, ana drach. ij bulliant in sufficienti quantitate aquæ vsque ad consumptionem medietatis: de colatura recipe vnc. x, hieræ Logadij, hieræ compositæ ana vnc. s mellis rosati vnc ij. olei rutæ vnc. iij. sacchari rubri vnc. i. s. salis communis drach iij. vitellum oui numero i misce, & componatur clystere. Nota, quòd clysteria, quæ in apoplexia fiunt, debent esse fortia magis, quàm in epilepsia: propter facul-*

*tates omnium membrorum sopitas, quæ difficulter excitari possent ad expellendum nociuum.*

Subiecto clysterio, ne exspectes digestionem materię, cum paroxysmus Apoplecticus sit valde acutus; & in valde acutis expediat mederi eodem die: igitur dentur sequentes pilulæ patiēti apoplexiam. Quod si propter impedimentum in musculis deglutitionis, æger libere non possit pilulas deglutire, dissoluantur in aqua saluiæ quātitate sufficiente. *Recip. pilularum cochiarum Almansoris, fœtidarum ana drach. s. aurearum Nicolai scrup i. misce cum syrupo de stœchade & fiant pilulæ numero v.* Aduerte quod pilulæ debeant esse in maiori dosi, vt melius excitent sopitam virtutem expulsiuam, patientis apoplexiam.

Facta euacuatione à toto corpore per dictas pilulas: consulo *vt patienti apponantur cucurbitulæ scarificatæ, modo sequenti qui bene mihi successit. Primo forti frictione fricentur pulpæ crurum sub genu: deinde applicentur cucurbitulæ eo in loco & scarificentur. Demum fiat fortis frictio supra coxas infra nates: & iterato cucurbitulæ apponantur simili scarificatione facta. Deinde præcise eodem modo super nat[illegible] us sic ascendendo, vsque ad spatulas: in quibus facta forti & laboriosa frictione, apponantur quatuor cucurbitulæ similiter scarificando. Et hic optimus est modus diuertendi & trahendi materiam à capite patientis apoplexiam.*

His omnibus peractis, *eodem & primo ægritudinis die, inuratur patienti cauterium actuale è directo commissuræ coronali & conseruetur apertum plurimis septimanis.*

Postea si patiens non possit deglutire syrupos, *continue ori ipsius imponatur drach. i vel ii. mithridati optimi: valet n. ad huiusmodi morbum, & ante & post euacuationem, & digestionem materiæ.* Si vero possit liquida transglutire: detur sequens digestiuum, per tres dies continuos: *Recipe syrupi de iua, de hyssopo, oxymellis compositi ana vnc. s. aquarum iuæ saluiæ, hyssopi ana vnc. i.* Ne mireris, si calidis vtor: quoniam vt plurimum materia, veluti coniuncta causa ipsius apoplexiæ, est pituitosus humor, replens caua cerebri, qui à calidis facile soluitur: ipsis præterea calidis posset in toto corpore febris accendi; qua apoplexia, spasmus, & horum causæ soluantur. *Continuabit igitur patiens hos syrupos per tres dies.*

Totum

Totum dehinc corpus purgetur sequentibus pilulis: *Recipe pilularum cochiarum Almanf fœtidarum ana drach. s. ellebori nigri, castorei optimi ana scrup. i. misce & fiant pilulæ numero vij. & patienti exhibeantur medio noctis.*

Ad apoplexiam pituitosam expertum est; si patiens vtatur sequenti mistura, quater vel quinquies in die; releuari eum à paroxysmo apoplexiæ: *Recip conseruæ iris, conseruæ acori, diamusci amari ana vnc. s. castorei optimi drac. i. misce, & cum syrupo de stœcha efiat mistura: & si possibile est, patiens semper in ore detineat quantitatem aliquam, licet paruam, huiusmodi misturæ.*

Recordare tandem *theriacam magnam mirabile præsidium afferre apoplectico, si accipiat drachmam, duabus horis ante lucem, & nihil comedat, nisi sex transactis horis ab assumptione theriacæ.*

At quoniam apoplexia non dat inducias neq; patienti, neque medico; sed certissime terminatur in mortem, vel in paralysim alicuius particulæ corporis humani: (est enim paralysis crisis apoplexiæ) ideò de paralysi sequenti capite agam.

## CAP. IIII.

## *De Paralysi.*

PAralysis à doctoribus ponitur duplex: vniuersalis, & particularis. Vniuersalis totum tenet corpus animalis, quæ est vniuersalis spasmus, citò interimens, cum sit fortis apoplexia; ideò eam medicus non suscipiat curandam. Particularis autem paralysis duplex est: Vna non multum distans ab vniuersali paralysi, & hæc tenet alteram medietatẽ totius humani corporis, vel dextram, vel sinistram: vbi paralysis alterius partis, timorem ingerit de casu alterius. Altera verò est paralysis particularis, quæ vni soli particulæ accidit: tales sunt omnes illæ particulæ, ad quas terminantur nerui in corporibus nostris: veluti est paralysis linguæ, paralysis faciei, brachij, digitorum vnius, vel ambarum manuum, vel pedis.

Hanc paralysim particularẽ sic curabimus. Si hæc paralysis accidat homini multum carnoso, & sanguineæ tẽperaturæ, qui præteritis temporibus diæta liberaliorem plurimum

plurimum cumulauerit sanguinis, & humorum calidorum: *fiat phlebotomia ex parte sana, & sanguis extrahatur, multiplicando numerum potius quàm quantitatem: quoniam natura assuescet ex paulatina & multiplici illa phlebotomia, ad ducendum materiam à membro læso ad membrum sanum: quo fiet vt materia illa sparsa facta debilior, citius resoluatur à virtute forti partis sanæ: & sic illi qui credunt, quod ex phlebotomia partis sanæ, vel ex frictionibus factis in eadem parte sana ducatur paralysis in partem sanam errant: quoniam ignorant virtutem sparsam esse debiliorem se ipsa vnita. Quapropter cum ipsis frictionibus trahatur & spargatur materia ad partem sanam; huius robur potentius est ideoq; celeriter soluitur, & vitiata pars sic sanabitur. Sic igitur laudo post phlebotomiam, vel nulla adhuc præcedente phlebotomia frictiones fieri in parte sana dum tamen non te lateat, non solum frictiones diuersiuas in parte sana factas, præstare præsidium sed etiam frictiones leuan e solutiuas, & nō attractiuas in parte læsa multum iuuare, eo quod frictionibus illis excitatur calor naturalis membri ad resoluendum materiam illam morbi & reserantur viæ, vt spiritus ipsi possint ad illud membrum transire, & ipsum viuificare.*

Facta phlebotomia patiens euacuetur sequenti pharmaco. Non enim in ægritudinibus frigidis exspectanda digestio est materiæ, cum plerique humores sua multitudine peccent, & antequam hi dirigerentur, æger moreretur: ideò audacter à principio dabis paralytico sequentes pilulas, quæ cum non laboriosè euacuent, rectè concedentur à principio: *Recipe Pilularum de hiera simra simplici scrup ij. agarici trochiscati drachm s. misce cum syrupo de stœchade fiant pilulæ numero quinque, & dentur patienti medio noctis.*

Facta prima euacuatione, digeratur materia sequenti syrupo, continuato per septem dies in diluculo: *Recip. oxymellis simplicis (cùm vt plurimum materia sit pituitosa, & confluens à capite) mellis rosati collati syrupi de stœchade ana vnc s. aquarum hyssopi, betonicæ, buglossæ ana vnc i. misce.*

Apparentibus signis digestionis materiæ, quantũcunque non completis (cùm sit morbus valde diuturnus,) patienti dabis sequentes pilulas: *Recipe pilularũ cochiarũ Almãs. de hiera Nicolai, agarici trochiscati ana scr. i. diac gr. i. s. misce,*

*misce, cum syrupo de stœchade: fiant pilulæ numero quinque, & exhibeantur vt prius*

Facta hac prima purgatione, laudo *vt aperta fronte medicus applicet cauterium patienti paralysim, vel totius lateris dextri, vel sinistri: & non sit medicus perplexus in tali cauterio, quoniam est de melioribus præsidiis, quibus speres, vt paralyticus curari possit. Et aduerte, cum paralysis lateris dextri vel sinistri fiat propter obstructionem in nucha, cuius ratione virtus animalis motiua, & quandoque sensitiua impeditur quoniam transire possit ad neruos continuatos parti dextræ vel sinistræ, tribuentes motum & sensum: ideò si paralyticum fuerit brachium, fiat cauterium in primo vel secundo spondylo colli versus cranium cùm per eam partem fluat materia à capite ad neruos dantes motum brachio, impediens transitum virtutis animalis ad brachium. Quod si simul vel crus, vel pes paralysi tententur, alterum fiet cauterium in vertebris spinæ prope caudam. Et his duobus actualibus cauteriis medicus multum proficit in curatione paralysis occupantis alteram medietatem totius corporis.*

His cauteriis peractis, iteratò digeratur & purgetur materia, sequenti syrupo, & pilulis, semper ad fortiora tendendo. Syrupus digestiuus hic sit: *Recipe oxymellis simplicis, syrupi de stœchade, mellis rosati colati ana vnc. s. syrupi de iua Nicolai drac. ij. aquarum iuæ, betonicæ, hyssopi ana vnc. i. misce*

Apparentibus signis digestionis materiæ, syrupo quidem continuato per septem dies, laudo vt purgetur sequentibus pilulis: *Recipe pilularum fœtidarum, cochiarum Almans. de hiera Nicolai ana scrup. 1 castorei optimi scrup. s. misce: & cum syrupo violato fiant pilulæ numero v. & exhibeantur patienti medio noctis, vt simul & à capite, & à membris inferioribus euacuent.*

Facta hac digestione & purgatione peccantis materiæ; administrentur porro tum interius, tum exterius, ipsius paralysis curationem propriè spectantia. Primum igitur expertum ad paralysim est cuiusuis lateris, si patiens bis in septimana capiat sequentem bolum: *Recipe terebinthinæ lotæ aquâ iuæ vnc. s. specierum hieræ simplicis Gal. drach. iij. misce & detur patienti in diluculo*

Aliud expertum in præseruatione à paralysi, & in curatione

ratione præsentis dispositionis; si patienti quolibet vesperi sub ingressum lecti detur infrascriptus bolus: *Recipe conservæ iuæ, conservæ saluiæ, conservæ acori ana drach. ij. misce, & fiat bolus: qui exhibeatur modo dicto.* Tum patienti per horam ante lucem detur *drachma vna mithridati optimi: & sic continuando per duodecim dies, videlicet vesperi dando bolum, & mane dando mithridatum, videbis experimentum.*

Aliud expertū: si patienti quolibet vesperi sub ingressum lecti vna de sequentibus pilulis detur: *Recipe iuæ, herbæ paralysis, betonicæ, florum stœchadis Arabicæ ana drachm. i. exsiccentur in vmbra, & subtilissimè puluerizentur: deinde recipe turpethi boni, & gummosi drach. i. semis. agarici optimi, & electi drachmas duas, colocynthidis drachm. semis. zinziberis salis gemmæ ana gran. x. rheubarbari optimi, & electi drac. i semis. spicæ gran. vij. specierum hieræ simplicis Galen. vnc. s. scammoneæ præparatæ drach. i. omnia subtilissimè puluerizentur, & cum succo iuæ fiat pasta pilularum: quæ nominetur pasta pilularum de iua*

*Dosis est pilula vna vnius scrupuli, quando patiens cubitum iturus est. Nota si patiens paralysim, non quidem quotidie, sed ad minus bis in septimana capiat hanc ordinatam pilulam repentinum præstari iuuamentum in paralysi. Insuper si quatuor anni temporibus, præcedentibus digestionibus per syrupos supra scriptos, exhibeatur patienti drachma vna prædictarum pilularum, loco purgationis materiæ: admodum præseruabis à paralysi corpus ipsum, paratum in eam cadere: & meritò hæ pilulæ possunt dici gloriosæ in paralysi.*

Aliud expertum, & secretum: si ter in die patienti paralysim exhibeatur media vncia infrascripti electuarij, manè videlicet per tres horas ante cibum, vesperi verò per duas, & sub ingressum lecti, qualibet scilicet vice dando vnciam mediam: *Recipe cerebri leporis recentis, & assati, vel in patella frixi libr.* I. *succi saluiæ, succi iuæ, succi radicum acori ana drach. iij. cinnamomi electi, caryophyllorum, piperis nigri ana drach. s. terebinthinæ lotæ aqua iuæ vnc. iij. sacchari dissoluti in aqua iuæ quantum sufficit: fiat electuarium secundum artem: & scias esse mirabile.*

Aliud maximè valens tempore frigido, vel in medio tempore: si per triduum detur patienti, quolibet mense, infrascriptus potus *Recipe aquæ ardentis lib.* I. *radicum acori, radicum*

*radicum hyssopi, ana drach ij. piperis nigri, caryophyllorum nucis muscatæ ana drach i folij drac s omnia simul bene contundantur, & in petia subtili linea ligentur, & infundantur in aqua ardenti per duos dies naturales: deinde coletur aqua. Hinc recipe aquæ ardentis prædictæ vnc s. aquæ iuæ, aquæ endiuiæ ana drach iij. misce: & detur patienti in diluculo, & non comedat, nisi per horas sex post assumptionē dictæ aquæ. Notandum, si prædictâ aquâ foueatur membrum paralyticum semel in die & etiam eo die. quo patiens bibit hanc aquam, magnum præsidium ea præstari.*

Aliud expertum: Quolibet mane fricabis membrū paralyticum: & mox post frictionē factam cum panno calido l-uiter t men, inunges sequenti vnguento: *Recipe Olei stillatitij terebinthinæ vnc. ij. vnguenti de bdellio descriptione Mesue vnc iij misce, & calidum inungatur membro. Deinde ei applicato pellem vulpinam totum membrum tegentem.*

Aduerte, quòd pellis vulpina membro paralytico magnum affert iuuamētum: si prius eam suffumigaueris sequenti puluere: *Recipe myrrhæ, masticis ana drach. ij. olibani drach i. s. caryophyllorū cinnamomi, nucis muscatæ, ligni aloes, macis ana drach. i omnia subtiliter puluerizentur, deinde pulueres cum aqua ardenti irrorentur: denuo exsiccentur, & rursus prædictâ aquâ irrorentur: & sic irrorando, & exsiccando qui quies procedes: tandem subtiliter puluerizentur. Hoc puluere poteris suffumigare pellem vulpinā, imponendo drachmas duas prædicti pulueris accensis carbonibus: vbi fumus per totam pellem suscipiatur, & membris applicetur. Efficacius erit præsidium, si puluis aspergatur ipsi pelli vulpinæ, & calida membro applicetur, & semper æger sic allitam pellē ipsi membro oportet. Videbis mirabile opus non solum in paralysi, verum & efficacissimum in tremore.*

Aliud expertum: quod optimè conducit, si patienti paralysim in aliquo membro præcedentibus purgationibus, vngatur id totum membrum sequenti oleo: *Recipe olei de euphorbio, de castoreo, ana vnc. ij. olei de piperibus mastiçini, costini ana vnc iij. olei camomillæ vnc. iiij. aquæ ardentis libram s. bulliant simul lento igne vsque ad consumptionem aquæ. Hoc oleo calido manè & vesperi membrum paralyticum inunges, moxq; vulpinam pellem præparatam vt supra, eidem applicabis.*

Aliud

Aliud optimum, & expertum: membrum paralyticum semel in die ponatur in sequenti oleo, in quo moram trahat minus per horam, vel per duas tertias horæ: *Recipe olei communis, quantum sufficit pro quantitate membri paralytici, radicum iuæ, radicum acori, radicum hyssopi ana unc ij. thuris, masticis, ana unc s castorei, euphorbii drach. i. serapini, ammoniaci ana drach. iij. caryophyllorũ, nucis muscatæ, ligni aloës ana drach. ij. s. misce, omniaq; contundenda grosso modo contusa, simul in oleo bulliant, igne lento, usque ad consumptionem quartæ partis olei: deinde coletur. In dicto oleo calido membrum paralyticum imponatur: prius tamen membrum ipsum leui frictione fricetur: postquam verò membrum exierit balneum, statim inungatur ipsum unguento de bdellio Mesue calido, & eadem pelle vulpina calida circundetur. Et aduerte quòd licet utraque pellis vulpina, scilicet præparata, & non præparata, ab artifice pellione vaneat, valeatq; efficacior tamen est, si non sit à pellione præparata, sed solùm exsiccata. Et hæc de paralysi.*

## CAP. V.

## *De Phrenitide.*

CVm Phrenesis sit cerebri calidum apostema, curationem vanam & cassam dicunt medici, ob vitium in membro principali iam confirmatum: ideò nostra intentio curatiua erit prohibere, ne phrenesis fiat, cum ipsa iam oborta, in vanum laborent medici.

Signa futuræ phrenesis, sunt signa præsentis paraphrenesis: vt dolor capitis assiduus, rubedo totius faciei, caliditas nimia, rubedo oculorum cum insigni apparẽtia venarum in ipsis, fixio intuitus, sitis, ariditas linguæ, inquietudo, actiones non solitæ, & mentis aliqualis alienatio: siue hæc adsint vigore febris acutæ, siue ab alia causa. His iudicabis præsentem paraphrenesim, & timorem futuræ phrenesis.

Quamobrem si adfuerit à principio apparitionis huiusmodi signorum, vtaris omni ingenio diuersionis, aut retractionis, vel vaporum malorum ascendentium ad cerebrum, vel materiarum sursum tendentium ad ipsum

caput

caput. Primum igitur clystere sequens iniiciatur: *Recipe florum camomillæ, florum stœchadis Arabicæ, rosarũ rubrarum, ana M.i.s. foliorum maluæ, violarum, mercurialis ana M.i. furfuris grossi ligati in petia M. ij. bulliant in sufficienti quantitate aquæ vsque ad consumptionem medietatis aquæ: deinde coletur: & de dicta colatura accipe vncias decem, olei violati vnc. iij. Et aduerte quod in phrenesi multum valet oleum violarum: quoniam in ea admodum viget instantia vigiliarum: viola autem somnifera est: quare prohibenda est in subetica dicta dispositione. Accipe etiam cassiæ nouiter extractæ, hieræ simplicis Galeni ana vnc. s. vitellum oui numero i. sacchari rubri vnc. i. s. salis communis drach. ij. misce, & iniiciatur clystere.*

Facto enemate, considerabis an adsit totius corporis plenitudo: *si adest, mittes sanguinem ex vena communi, seu nigra cubiti dextri, pondere quinque vnciarum.*

Facta hac phlebotomia, eadem die consulo per vnam horam post, patiẽtem debere sumere infrascriptum bolum: *Recipe sacchari rosati, conseruæ acetositatis citri, diabuglossati ana drach. ij. misce, & patienti dato.*

Sequenti vero die, stomacho ieiuno, perseuerãte morbo, *fiat phlebotomia cephalicæ cubiti dextri, mittendo sanguinem pondere quatuor vnciarum.*

Facta hac phlebotomia, per duas horas post, vtatur *clystere suprascripto.*

Sub vesperam, per horam ante cibum, laudo *frictiones fieri sursum à spatulis incipiendo, & deorsum trahendo per nates, per coxas, & per pulpas crurum.*

Sequente vero die, quę est dies tertia à prima phlebotomia, laudo in diluculo, pro euacuatione choleræ sursum motæ, patienti dari infrascriptum bolum: *Recip. floris cassiæ nouiter extractæ drach. vi. Reubarbari electi drac i. spicæ gran. vij. electuarij rosati Mesue, electuarij de succo rosarũ ana scrup. iiij. misce, & detur patienti modo dicto.*

Facta hac euacuatione, iubeo patientem quiescere totum sequentem diem ab exhibitione medicinarum: ea tamen die iniiciatur *clystere abluens, ex aqua hordei, saccharo, & vitello oui.*

Quarta vero die, adhuc perseuerante morbo, laudo *fieri phlebotomiam, cum apertione venarum hæmorrhoidalium,*

*lium, cum extractione sanguinis, pondere trium unciarum: obseruata tamen virtute patientis.*

Si vero, factis his diuersionibus & phlebotomiis adhuc perseueret morbus: laudo vt quinta die medicus attentet digestionem materiæ infrascripto syrupo: in quo non modo est virtus humores æquans, verumetiam iam acumen choleræ remittens: *Recipe syrupi rosati, de succo acetosæ aceto sitatis citri, de succo endiuiæ ana vnc s. aquarum acetosæ, buglossæ, cichoreæ ana vnc.i.misce.*

Eodemque die laudo, intentione diuersionis, & etiam euacuationis, *fieri frictiones in natibus & spatulis, cum appositione cucurbitularum scarificatarum, primo in natibus, secundo vero in spatulis. Et aduerte, si volueris cum euacuatione diuertere per appositionem cucurbitularum: debes incipere deorsum scarificando sursum; si vero volueris ipsis cucurbitulis diuertere sine euacuatione (quod fit non scarificando) incipere debes à sursum trahendo.*

Laudo quoque, eadem die & sequentibus medicum vti fortibus ligaturis in adiutoriis brachiorum, & coxarum lotionibus cum aqua calida: *Recipe decoctionis rosarum florum camomillæ, meliloti, violarum, nenupharis, anethi ana partes æquales. Instituentur vero lotiones à genu infra, & à cubito in manus: his enim non solum diuertetur materia, & eius vapor à capite, sed etiam somnus prouocabitur, qui admodum necessarius est in phrenitide.*

Si vero his præsidiis patiens non alleuetur, debes post has diuersiones prospicere membro læso, ipsi videlicet capiti, ne materia figatur in cerebro, & apostema generetur; quod timendum est, si præcedentia auxilia non contulerint. *Laudo igitur, vt applicentur sanguisugæ venis post aures, & mittatur sanguis pondere duarum vel trium vnciarum.*

Moneo tamen, cum semper eleuetur materia sursum, ne obliuiscaris à principio morbi applicare *oxyrhodinum fronti vsque ad ambo tempora, confectum ex aqua rosata, aceto, & oleo rosato. Nunc vero quia sumus fere in statu morbi, vel ad minus in augmento, applicabis fronti sequens oxyrhodinũ, cuius virtute non solũ repellitur materia eleuata ad caput, vel illius vapor, sed etiã iam fluxa resoluitur: ℞. olei rosati vnc.*

*vnc. iij aquæ rosatæ vnc. ij. aceti optimi vini albi vnc. i. castorei in his dissoluti drach. i. Et aduerte quòd in hoc oxyrhodino adaucta sunt resoluentia, minora verò facta sunt repulsiua, quia longè distamus à principio morbi: cuius contrarium obseruare debes in morbi principio, augere scilicet repulsiua & minuere resolutiua: ita videlicet: Recip. aquæ rosatæ vnc. iij aceti optimi vnc. ij. s. olei rosati vnc. i. s. misce*

Si verò his peractis, adhuc morbus perseuerat, timere debes phreneticum apostema esse: in procinctu suæ generationis: *quapropter tunc temporis audacter secabis venam rectam frontis, & mittes sanguinem pondere trium vnciarum. Hæc enim phlebotomia omnes malas capitis exstirpat ægritudines: & tunc temporis ex ea apparebit notabile iuuamentum ipsi ægrotanti.*

Si verò cognoueris digestionem apparere per sufficientia signa, ex assumptis syrupis quinque, vel sex: laudo vt patienti per diem vnam post phlebotomiam frontis, detur infrascriptum purgatorium: *Recipe diasenæ lenitiui, diacatholiconis ana drach. iij. reubarbari electi drach. i. s. spicæ gran. vij: electuarij de succo rosarum, electuarij de dactylis ana scrup iiij. misce, infundatur reubarbarum cum spica in aqua endiuiæ, cum medico vino odorifero, quantum sufficit, per decem horas: deinde fortis fiat expressio: & omnia simul cum decoctione communi florum & fructuum cum aqua bulliant, additis rosarum rubrarum, florum stœchadis Arabicæ ana drach. ij. agarici optimi ligati in petia drach i misceantur, & fiat potus.*

Hac medicina sumpta, & purgato debitè corpore, spectandum est causam antecedentem & coniunctam phrenitidis, maiorem partem, fuisse eductam. Quapropter morbo adhuc perseuerante, cum aliquali mentis alienatione, medicus pluribus præsidiis capiti, prospiciat, vt resoluatur residuum materiæ remanentis Primum *igitur abradantur capilli versus frontē & supra totam coronalē commissuram, vel totum caput tondeatur: ac fomentatio sequens cōmissuræ coronali, mane & vesperi adhibeatur. Recipe florum camomillæ, florū violarum, florū nenupharis, rosarum rubrarum, florum stœchadis Arabicæ, anethi ana* M. *i bulliant in sufficienti quantitate aquæ, vsq; ad consumptionē tertiæ partis: deinde spongia, elota in prædicta decoctione tepida, & bene ex-*

 *pressa*

*pressa, capiti pluries applicetur.* Secundum præsidium: *Accipiantur pulli columborum viui, & per dorsum dissecti, atque euiscerati, sua actuali caliditate commissuræ coronali applicentur, & moram trahant donec incipiant frigefieri.* Tertium: *Catuli vnius mensis euiscerati viui, sua actuali caliditate eidem commissuræ coronali applicentur.* Quartum: *Pulmones agni, vel castrati sua actuali caliditate eidem commissuræ applicentur. His præsidiis quod remansit de materia quæ posset generare apostema phreniticum, proculdubio resoluitur.*

Cum verò phreniticis multum incommodet instantia vigiliarum omni cura & solicitudine prouocandus erit somnus. *Ideoq; vesperi, quando vult cubare patiens, fiant sequentes lotiones à genu infra, & à cubito ad manus, calidè, fouendo quoq; ipsius patientis nares, & tempora: Recipe florum camomillæ florum violarum, florum anethi, florum nenupharis ana M.i s. corticum radicum mandragoræ, M s seminum hyoscyami albi vnc. s misce: & bulliant in sufficienti quantitate aquæ ad consumptionem tertiæ partis: vsui seruentur.* Vel, *facta lotione prima, mox vngantur tēpora, & pulsus manuum, & pedes, sequenti vnguento: Recipe olei nenupharis, vnguenti populeonis ana vnc. s. croci, opij ana gran iij misce pro linimento.* Vel, *sequenti vino calido, sub ingressum lecti, aures & nares foueantur: Recip vini albi dulcis lib s. seminum hyoscyami albi drach ij. bulliant vsq; ad consumptionem medietatis: coletur vinum, & vsui reseruetur.* Quòd si his adhibitis remediis patiens non dormiret: qualibet hora noctis capiat infra scriptum potum, & proculdubio dormiet: *Recipe syrupi de papauere, aquæ lactucæ, ana vnc. ij. misce pro vna vice* Si nec his quicquam efficiatur: commenda ægrum Deo, & presbyteris. Et hæc dicta sint de phrenitide.

## Cap. VI.

## *De Melancholia.*

ADuertant Medici practicantes, ne incauti cōuersentur cum melancholicis, quoniam plerunq; magnum ipsis posset contingere malum: sicuti euenit Ludouico de Leonibus Medico Bononiensi: melancholicus etenim quidam ostendens se velle blanditi suæ excellentiæ, applicauit fortissimas manus gutturi: & nisi ego præsens fuissem,

fuissem, eum suffocasset. Ideò circumspectè medicus melancholicum visitet: immò hortor, si expediet, vt faciat ipsum quandoque ligari.

Porro consideret medicus, à quo humore melancholia ipsa originem trahat, an ab humore sanguineo: cuius signa apparebunt talia: rubedo faciei, & oculorum, caliditas apparens in partibus capiti vicinis, grossicies seu amplitudo, & plenitudo venarum, plurimus risus, qui vnum est de potissimis signis, attestantibus melancholiam factam ex sanguinis adustione. Si verò nullū horum signorum apparuerit, vel remissè apparuerit, vnà cum furore, ferocitate, & maniaca confidentia; tunc statues melancholiam esse ex adustione cholerae. Si verò his non apparentibus, potius dominium frigiditatis in toto corpore percipiatur, vnà cum timore, tristitia, & ploratu ipsius patientis: statim diiudicabitur melancholiam esse ab adustione naturalis melancholiae.

Si igitur melancholia fuerit à sanguine adusto: curabis aegrum ab initio sequenti ratione. *Primò phlebotomabis ipsum ex vena nigra, cùm credendum sit, in eo abundantiam sanguinis esse: praecedat tamen ventris lenitio per sequentem clysterem: Recipe epithymi, thymi, florum stoechadis arabicae, violariae, mercurialis, foliorum maluae ana. M. i furfuris grossi ligati in petia, M. i s. bulliant in sufficienti quantitate aquae ad consumptionem medietatis: posteà accipe de dicta colatura vnc. x. cassiae nouiter tractae vnc i. s. olei violati vnc iij. de saccharo, sale ouo quantum expedit: misce & iniiciatur. In sanguine emittendo obserua praeceptum principis, & aliorum doctorum antiquorum si enim sanguis appareat clarus, limpidus & subtilis sectam venam obsera: quoniam tunc phlebotomia bonum rapiet, & malum derelinquet. Si verò huiusmodi sanguis crassus, turbulentus ac niger appareat tunc phlebotomiam comple pondere quinque, vel sex vnciarum sanguinis: habita consideratione aetatis & virtutis.*

Facta hac phlebotomia, conuertas te ad digestionem materiae peccantis: & sic dabis digestiuum, cui insit virtus calefaciendi, & humectandi: magis autē humectandi, quàm calefaciēdi: quia humor peccans in melancholia, adustione ipsa factus est frigidus, & siccus; tametsi ex humoribus calidis plerunque fiat: & hinc, cum teneat ve-

ſtigium caloris primæ ſuæ mineræ, licet frigidus ſit, plerunq; reddit animal ridiculoſum, ferox, & maniacum: licet humor ipſe frigidus ſit. Cùm igitur humidum caloris acuitatē, vel ipſius caloris veſtigium obtundat: ideò adhibenda præſidia melancholico, plus humida ſint, quàm calida. Dabis igitur ſyrupum hunc: *Recipe ſyrupi de pomis ſimplicis vnc. 1. ſyrupi violati vnc s. aquarum bugloſſæ, violarum, borraginis ana vnc. i, miſce. Nota in omni adminiſtratione ſyruporum ad melancholiam, conuenire ſyrupum violatum: cùm vt plurimùm melancholici patiantur inſtantiam vigiliarum: vnde intentio debet eſſe prouocare ſomnum: quod maximè completur ſyrupo violato.*

Tranſactis verò duobus diebus à prima phlebotomia, *phlebotomabis cephalicam cubiti dextri, extrahendo ſanguinem pondere trium, vel quatuor vnciarum:* ſed ſemper digeſtiuum continuabis per ſex dies continuos: & ſeptimo die, apparentibus ſignis concoctionis, dabis patienti infraſcriptum purgatorium: *Recipe diaſenæ lenitiui drach. vi. ſpecierum hieræ ſimplicis Galeni drach. ij. confectionis Hamech drach. ij. s. diſſoluantur cum decoctione communi florum, & fructuum quantum ſufficit: cum qua bulliant folliculorum ſenæ, epithymi, polypodij quercini ana drac. ij & fiat potus, qui exhibeatur patienti duabus horis ante lucem.* Sequenti verò die capiat patiens in diluculo ſequentem bolum: *Recipe diabugloſſati, ſacchari violati ana drach. ij. miſce.*

Veſperi verò eodem die ante cœnam fiant lotiones extremitatum patientis, ex infraſcripta decoctione calida, ſatis adducto gradu caloris, continuè deorſum, & fortiter trahendo: *Recipe roſarum rubrarum, florum violarum, florum ſtœchadis Arabicæ, maioranæ florum camomillæ, anethi ana. M. i. s bulliant in aqua fluminis currentis vſq; ad conſumptionem tertiæ partis. & vſui reſeruetur. Continuabis has diuerſiuas lotiones per tres dies ſequentes.*

Si verò eiſdem diebus patiens ſomno priuaretur: *veſperi poſt aſſumptam cœnam adminiſtrabis lotiones ſomniferas, quas diximus capite de phreneſi: non relinquendo, ſi expedirent, alia ingenia quæ ibi retulimus ad ſomnum inducendum.*

His quatuor vel quinq; expletis diebus, perſeuerante morbo, *phlebotomabis venas hæmorrhoidales, iuxta præceptū Hippocratis; Nephriticis & melancholicis hæmorrhoides, bonum.*

*num. His incisis phlebotomo vel sanguisugis, extrahes sanguinem pondere trium unciarum.*

Facta hac hæmorrhoidarum apertione, laudo, vt iteratò materia purgetur, quia omni septimana conueniens est ad minus semel purgare corpus melancholici. A quacunq; melancholia prouenerit morbus exhibeatur ei sequens medicina: *Recipe hieræ simplicis Gal unc. i confectionis Hamech drach. i. s misce, & dissoluantur cum aqua decoctionis epithymi. folliculorum sen., & polypodij quercini*

Facta hac purgatione, si morbus perseueret, & cum signis dominii sanguinis ( quo vno potissimum est risus) *indubitatò venam rectam frontis secabis, extrahesq; sanguinem pondere trium unciarum*

Facta phlebotomia hac, si melancholia adhuc perseuerat, *capiti applicabis fomenta pullos columborum, catulos, iis ingeniis, quibus vsi fuimus in capite de phrenesi: & sic curabis, Deo iuuante, melancholiam a sanguine.*

Si verò fuerit melancholia cum maniaca confidentia, & feroci furore: eam curabis sequentibus remediis. *Primò præcedente clysteri lenitiuo ad remissionem feruoris, & ebullitionis choleræ) facies phlebotomiam ex nigra, vel vena hepatica: quippe non tantum de sanguine extrahes, quantum si melancholia esset à sanguine sed solùm tantum, quantum expediet pro remissione ebullitionis choleræ & sanguinis. Quiescat autem æger sequenti die: in qua medicus solicitus sit tenere ipsum ligatum, ne sibi, & ipsi ægrotanti aliquid mali contingat.*

Tertia verò die post phlebotomiam, purgetur patiens sequenti purgatorio: *Recipe diacatholiconis drach. vi. electuarij rosati Mesuæ drach ij reubarbari optimi electi drach. ij. s. spicæ gran. xij. incidatur reubarbarum cum spica, & deinde subtiliter puluerizetur, & cum modico vini albi odoriferi irroretur: & dissoluantur omnia cum sequenti decoctione: Recipe quatuor florum cordialium ana M. s. corticū myrobalanorum citrinorum unc. s. epithymi, thymi, folliculorum senæ, polypodij quercini ana drach. ij bulliant in sufficienti quantitate aquæ vsq; ad consumptionem medietatis: deinde colentur, & colatura vsui reseruetur. Facta hac euacuatione, si morbus perseuerabit, tunc iisdem remediis poteris vti, quibus vsus es in curatione melancholiæ sanguineæ: conuenient quippe & phlebotomia facta ratione infrigidationis, qua remittitur cholerica ebullitio*

Si vero melancholia fuerit ex adustione melancholiæ naturalis, eam curabis sequentibus ingeniis. *Primò de hoc melancholico non timebis: cùm ipse de vnaquaq; modica re timorem sibi acquirat. Si verò cognoueris ægrum esse plenum sanguine, ipsum phlebotomabis, & non aliter: quoniam curatio melancholiæ à melancholico humore, est multi, & boni sanguinis generatio. sed si expediet ipsum phlebotomare, phlebotomabis ex vena basilica lateris sinistri, cùm in tali morbo multum consentiat splen. Quoad quantitatē sanguinis missionis: si sanguis exierit clarus, & subtilis, siste sanguinis missionem: si vero turbidus, & crassus, sequere cum extractione sanguinis quatuor vnciarum ad plus, ne magis corpus infrigidetur & exiccetur. Et hoc intelligatur semper, præcedente clystere leniente,*

Deinde materiam digerere debes, continuando infrascriptum syrupum per septem dies: *Recipe syrupi de pomis compositi, de fumo terræ maioris, violati, de epithymo ana vnc. s. aquarum melissæ, buglossæ, borraginis ana vnc i misce.*

Assumptis quater his syrupis: *patienti cum sanguisugis aperias hæmorrhoides, cum extractione illius sanguinis melancholici. & fæcalis, pondere quatuor vnciarum.*

Septimo verò die, apparentibus signis concoctionis, pro sequenti die dabis ei medicinam infrascriptam: *Recipe quatuor florum cordialium ana M. s. myrobalanorum Indarum, chebularum ana drac. ij. epithymi, thymi folliculorum senæ, polypodij quercini ana drachm i. bulliant in sufficienti quantitate lactis caprini vsq; ad consumptionem medietatis: deinde colentur. & in colatura dissolue diasenæ lenitiui drachm. vi. confectionis Hamech drachm ij. epithymi subtiliter puluerizati pulueris hieræ simplicis Galeni ana drachm. i. s. & fiat potus.*

Sequentibus verò diebus laudo, vt omni septimana patiens capiat vnciam mediam infrascriptæ medicinæ in diluculo, dissolutæ cum aqua lactis caprini: *quæ medicina nominatur Tryphera de epithymo: Recipe tryphera magnæ vn. i. specierum hieræ simplicis Galeni vnc. i. s. epithymi vnc. s. pulverizentur puluerizanda & cum modico sacchari fiat mistura. Vltra enim quòd hæc medicina euacuabit humorem peccantem, prouocabit somnum, de quo medicus in melancholia debet esse maximè solicitus.*

Præterea

Præterea recordetur medicus confortare fontem, & radicem vitæ, epithemate cordiali infrascripto, mane, & vesperi, ante cibum: *Recipe aquæ melissæ, buglossæ, borraginis, rosatæ ana lib.s quatuor florum cordialium ana drach.i. ligni aloes, been albi, & rubri; ossis de corde cerui ana scrup. ij. croci scrup.i. aceti optimi vnc iij. vini albi odoriferi vnc. iiij. puluerizentur puluerizanda, & misce pro epithemate cordis.*

Ad idem, medicus patienti dabit bolum infrascriptæ misturæ, per tres horas ante cibum, mane, & vesperi: *Recipe diamusci dulcis, diamusci amari ana drach.ij. diabuglossati, diaborraginati, sacchari violati ana vnc i. misce cum syrupo de pomis: & fiat electuarium.*

Ad idem, & est expertum: si patienti melancholiam à melancholia ipsa, quolibet mane in dilucido dabis tria oua sorbilia, plurimum conferunt: totque diebus continuabis hæc oua, donec absumpserit oua centum, & vnum: sequenti puluere parumper super adsperso ipsi ouo: *Recipe epithymi, thymi ana drach ij. sacchari albissimi vnc. i. croci gran. iij. cinnamomi electi drach. i puluerizentur omnia subtilissime, & fiat puluis.*

Valet quoque ad expellendum melancholiam, *lætitia, & gaudium: stare in cantilenis, in ludis & sonis: & habitare cum personis domesticis, & familiaribus, & præcipue cum puellis iucundis.* Et hæc de melancholia.

## CAP. VII.

## *Ad dolorem aurium, tinnitum, & surditatem.*

PRimo euacuetur materia infrascriptis pilulis, aliis vniuersalibus præcedentibus: *Recipe pilularum sine quibus, aurearum Nicolai, agarici trochiscati ana scrup.i misce cum syrupo de stœchade: & fiant pilulæ quinque.* Post, auribus intus, & extra apponas sequens emplastrum, maxime anodynum: *Recipe sepam sub feruētibus cineribus coctam numero i. butyri recentis vnc. ij. olei camomillæ, olei rosati ana vnc.*i *croci drach.*i. *misce: & in mortario fiat emplastrū: quod calidum auribus apponatur diu, noctuque: omnem enim auris dolorem tollit, apostema soluit. & si ad suppurationem ducendum est apostema, hoc ipso emplastro id præstabitur.*

Aliud expertum in forti dolore, tinnitu, & surditate aurium: *Recipe olei de castoreo vnc. ij. olei rosati, amygdalarum amararũ ana vnc. i. aquæ ardentis vn. ij. misce & bulliant vsque ad consumptionem aquæ ardentis. Sub ingressum lecti quolibet vesperi infundatur prædicti olei calidi guttæ quatuor in foraminibus aurium, & obstruantur foramina bombace odoris musci. Est expertum.*

Aliud, surditati mirabiliter conferens, & dolori, & sibilo aurium: *Recipe cyclaminis, id est panis porcini, lib. s. scilicet de radice, & optime à cortice munditur, deinde fortiter, & minutissime trituretur: cui adde olei chamæmelini, olei rosati, amygdalarum amararum ana vnc. ij apponantur igni, & bulliant vsq; ad consumptionem medietatis olei. deinde cum forti expressione coletur oleum De hoc oleo in ingressu lecti imponantur foraminibus aurium gutt. quatuor calid. Post vero panem porcinum sic trituratum accipe, & more emplastri toti auri impone, & liga. Mane vero aurem mundato ab huiusmodi cyclamine, & modico vini albi odoriferi calidi aures abluito. Et sic per decem dies vel plus continuato: videbis optimum experimentum.*

Aliud ad idem, expertum: *Recipe aquæ vitæ vnc. iiij radicum cyclaminis vnc. s. nucleorum persicorum, amygdalarum amararum ana numero iiij infundantur hæc omnia triturata in prædicta aqua vit. per tres dies naturales continuos: deinde fiat fortissima expressio eorum: De prædicta aqua vitæ guttam vnam tantum vesperi sub ingressum lecti in foraminibus aurium stilla: & bombace claude. Sic continuando alternis dieb. in surditate, & tinnitu, videbis pulcherrimum experimẽum.*

Aliud: *Recipe radicum altheæ mundatarum, & subtilissime incisarum vnc. ij. radicum cyclaminis similiter trituratarum vnc. ij fœnugræci, seminum lini ana vnc s. bulliant in sufficienti quantitate aquæ: deinde colentur: & colaturæ adde, butyri recentis vnc. s. olei amygdalarum amararum, olei rosati ana vnc i. misce, & fiat emplastrum: quod die, & nocte calidum auribus ipsis apponatur.*

Aliud: *Recipe furfuris grossi, milij ana M. s. salis communis M. s. florum camomillæ, seminum lini, seminum cymini ana M. i. misce: in tegula lene calefiant, deinde irrorentur modico vini albi odoriferi: mane & vesperi fomententur aures.*

Aliud domesticum, mulieribus familiare, & optime exper-

expertum: *Recipe olei nucum lib.*I *bulliat in aliquo vase: & fumus qui emittitur propter ebullitionem per embotum foraminibus aurium excipiatur.*

## Cap. VIII.

## *Ad dolorem oculorum, & Ophthalmiam.*

SI oculorum dolor fuerit cum præsentia sanguinis circa oculos collecti, expertum remedium est *phlebotomia cephalicæ*: post vero *appositio sanguisugarum post aures; vel appositio ventosarum cum scarificatione in parte colli, qua iungitur cranio: & hoc præcedente ventris lenitione.*

Aliud: vbi fuerit dolor in oculo, vel cum sanguinis præsentia, vel sine, sedabitur remedio sequenti: *Recipe aquæ albuminum ouorum vnc ij. lactis mulieris vnc. iij. succi camomillæ vnc. i. madefiant petiæ lineæ, & oculo imponantur quousque calefiant, & iterato apponantur. Si vero vehementissimus esset dolor: his grana duo opij iũgito, & dolor sedabitur.*

Vel: *Recip. medullæ panis optimè tritæ vnc. i. medullæ pomorum dulcium bene tritorum vnc. ij. lactis mulieris vnc i. olei rosati vnc.s. misce omnia simul: & fiat emplastrum, quod oculo apponatur. Si vero vehemens dolor fuerit, ei adde croci, opij, ana gran. iij. & est expertum in sedatione doloris.*

Aliud, quod valet in dolore, cum defluxu sanguinis ad oculum: *Recipe mucillaginis sem. altheæ, mucillaginis sem. fœnugræci ana vnc. ij. lactis mulieris vnc.i. meliloti subtiliter pulverizati vnc. ij olei rosati, farinæ hordei ana vnc. i misce & fiat emplastrum*: *cui adde (si expedit) opij, croci ana gran, iij.*

Aliud, mirabiliter conferens in dolore oculi, in qualibet causa: *Recipe sief albi drac. s. dissoluatur in lacte mulieris, & oculo imponatur.* Vel: *Recipe vnguenti dicti alabastrini superius descripti vnc.i. lactis mulieris vnc. ij. misce, & infundãtur petiæ lineæ in dicto liquore, & oculo apponantur.*

Aliud remediũ, vbi cum dolore simul esset fluxus sanguinis ad oculum: *Recipe boli Armenæ, sanguinis draconis, pilorum leporis combustorum ana drach. ij. pulverizentur subtiliter, & cum albuminibus ouorum dissoluantur: demum cum patiens ibit dormitum, fiat linimentum in fronte, super supercilia oculi patientis: & supra oculum apponatur, & lige-*

*& ligetur medulla panis albi, madefacta in aqua rosacea, & sic moretur per totam noctem: est optimum experimentum.*

Si vero ob nimium dolorem patiens deueniret ad diminutam visionem, vtatur semel in septimana sequentibus pilulis sub ingressum lecti: *Recipe pilularum lucis, sine quibus, ana drach s. misce cum syrupo de stœchade, & fiant pilulæ quinque.* Et continue post assumptionem harum pilularum abluat patiens oculos infrascripta lotione, quæ valet in conseruando visum, in sedando dolorem, & confortando oculum: *Recipe aquæ verbenæ, aquæ rosatæ, aquæ feniculi ana vnc. iiij. vini albi potentis vnc iij. tutiæ præparatæ, sacchari candi ana drach. iij. aloes hepaticæ drach. ij. omnia simul, pulueriza tis puluerizandis, misceantur: & sic per diem naturalem in infusione permaneant: demum colentur, & colatura oculi abluantur.*

Aliud conferens & oculorum dolori, & maculis exsistentibus in eis: *Recipe succi feniculi succi verbenæ ana vnc. s. vnguenti alabastrini dicti drach. ij. misce, & cum pluma, cum patiens vadit dormitum, modicum de prædicto vnguento ponatur in angulis oculorum.*

## CAP. IX.

## *De fluxu sanguinis Narium.*

Expertum est ad fluxum sanguinis narium, *apertio hæmorrhoidarum per sanguisugas, consentiente ætate, & virtutis robore. Si vero qui patitur fluxum sanguinis narium fuerit puer, à septem ad quatuordecim annos: expertum est, quod appositio sanguisugarum post aures curat.*

Vel, *Recipe boli Armenæ, terræ sigillatæ, sanguinis draconis ana drachm. ij. acatiæ drach i puluerizentur subtiliter, & dissoluantur cum succo plantaginis, & albumine oui quantum sufficit: & fiat linimentum pro fronte, & gutture.*

Vel, *Recipe succi plantaginis, aquæ rosatæ, aceti optimi ana vnc iiij. albuminis oui optime conquassati vnc. ij. acatiæ cum prædictis dissolutæ vnc. s. misce, & liniatur frons, & guttur cum petia madefacta in prædictis.*

Vel: *Recipe succi artanitæ, succi plantaginis ana vnc. ij. thuris, aloes hepathicæ, myrrhæ ana drachm. i. s. puluerizentur puluerizanda, & misce. Infundantur postea ellychnia,*

*facta ex bombace, & imponantur naribus, ex quibus fluit sanguis.*

Vel, *Recipe aquæ panis porcini quantum sufficit, & ipsam patiens per nares trahat: & repentinum videbis iuuamentum.*

Vel, *Recip sanguinis humani illius scilicet, à quo fluit sanguis per nares, vnc i. vel i, qui sanguis super laminam ferream, igni appositam, vratur: deinde subtilissime puluerizetur: hunc puluerem naribus insufflabis: & optimum videbis experimentum.*

Vel, *Recip. aceti optimi, aquæ plantaginis ana lib. ij. madefiant petiæ lineæ in hoc liquore, deinde apponantur plantis pedum, volis manuum, & regioni hepatis: & statim tolletur fluxus sanguinis narium.*

## CAP. X.

## *De doloribus dentium.*

PRimo expertum est, si fiat euacuatio sequentibus pilulis sub ingressum lecti sumptis, plurimum conferre: *Recipe pilularum de hiera Nicolai, pilularum aurearum eiusdem, de agarico Mesuæ ana scrup. i. misce cum syrupo violato: & fiant pilulæ quinque.*

Aliud, *Recip hieræ picræ Gal vnc. s mithridati drach. ij. aquæ vitæ vnc s. misce, & fiat linimentum: quo persæpe in die liniatur dens dolens, & circa illum gingiua: hoc enim valet maxime in causa frigida.*

Aliud: *Recipe hieræ picræ Gal. vnc. s. mithridati drach. ij. aquæ vitæ vnc. s misce, & fiat linimentum: quo persæpe in die liniatur dens dolens, & circa illum gingiua: hoc enim valet maxime in causa frigida.*

Aliud ad idem: quod vtique in causa calida mirabile est: *Recipe succi semperuiui; succi solatri ana vnc. iij. lactis vaccini lib. i. olei rosati omphacini vnc. ij misce: & petiæ madefactæ hoc liquore applicentur maxillæ dentis dolentis.*

Aliud ad idem in causa calida: *Recipe medullæ pomorum dulcium. optime tritorum vnc. ij. furfuris grossi vnc iij olei rosati omphacini vnc. i. croci scrup. i misce: & fiat emplastrum loco dolenti applicandum.*

Aliud ad idem in vtraque causa: *Recipe vini albi potentis vnc. s. radicum hyoscyami albi vnc. i. bulliant simul vsq; ad consum-*

*consumptionem tertiæ partis, vel medietatis vini: & dicto vino calido abluatur tota gingiua dentis dolentis: & diu de prædicto vino in ore detineatur, iuxta dentem dolentem.*

Aliud: *Recipe aceti nigri fortissimi vnc. iiij. sandaracæ vn. s. bulliant simul vsque ad consumptionem tertiæ partis: & de dicto aceto calido aliqua quantitas detineatur in loco dentis dolentis.*

Aliud: *Recipe florum saluiæ, roris marini, betonicæ, stœchadis Arabicæ, maioranæ ana M. s. nigellæ, pyrethri ana drac. ij. bulliant in sufficienti quantitate vini albi vsque ad consumptionem medietatis, & colentur: prædictæ herbæ colatæ contundãtur, & veluti emplastrum, maxillæ dentis dolentis applicentur: dictum autem vinum calidum in ore retineatur.*

Aliud: si dens dolens esset perforatus, impleatur foramen sequenti mixtura: *Recipe theriacæ vnc. s. pyrethri, nigellæ ana drachm. s. aquæ vitæ drachm. i. misce, & impleatur foramen dentis. Nota tamen, quod omnibus his expertis non iuuantibus, singulis eorum posse addi duo grana, vel tria opij, vbi dolor multum infestaret cum perseuerantia: quæ modo prædicto deinde applicentur.*

## Cap. XI.

## *De fœtore Oris & Nasi.*

Si fuerit fœtor oris & nasi, per consensum à cerebro, quod cognoscimus fœtore eorum, quæ per palatum & nares exeunt, compertum est experientia, qualibet septimana semel sequens feliciter vsurpatum: *Recip. turbith boni, & gummosi drachm ij. agarici electi drachm. i. triturentur, & bulliant simul in sufficienti quantitate aquæ betonicæ, deinde colentur, & cum colatura duabus vnciis dissolue pulueris hieræ simplicis drachm. iij. syrupi violati vnc. i. & fiat potus. & exhibeatur patienti in medio noctis. Quatuor vel quinque assumptionibus huius potus curabitur à fœtore oris & nasi, à capite.*

Ad idem expertæ sunt hæ pilulæ: tribus enim vicibus assumptæ, curabunt fœtorem oris & nasi: *Recipe folij, nucis muscatæ, ligni aloes, caryophyllorum ana drac. i. specierum hieræ simplicis Galeni drach. s. pastæ pilularum masticinarum Conciliatoris vnc. i. misce cũ melle rosato: fiat pasta pilularum.*

De his

*De his pilulis patiens capiat drachmam vnam singulis decem diebus.*

Ad idem experta est sequens aqua; hanc quotidie, stomacho ieiuno, & mundo naso à superfluitatibus, sursum trahet æger, pro capite purgando: *Recipe aquæ rosatæ lib. i. s. aquæ violatæ lib i aquæ maioranæ lib s. nucis muscatæ, ligni aloes, cinnamomi, galangæ, zedoariæ ana drach ij. pulueriżentur pulueriżanda subtiliter, & cum prædictis aquis misceantur, & in alembico ponantur: destilletur aqua, quæ post destillationem aromatiżetur octo granis musci vini & purgato capite vsu prædictæ aquæ, videbis mirabilia in fœtore oris & nasi.*

Ad fœtorem qui oritur per consensum à stomacho, primo experta est hæc medicina: *Recipe hieræ simplicis Galeni vnc. i turbith boni, & gummosi subtiliter pulueriżati drach i s misce, & fiat bolus cum saccharo. Hanc medicinam capiat patiens in diluculo.*

Ad idem, facta purgatione, mirabile experimentum est hoc sequens: *Recipe vini albi potentis, & odoriferi lib. i. nucis muscatæ, caryophyllorum, cinnamomi macis ana drach. i. musci optimi scrup. i pulueriżentur pulueriżanda subtiliter, & infundantur in prædicto vino per duos dies naturales deinde coletur vinum à speciebus*: *cui vino adde aquæ rosatæ vnc. ij. Patiens quolibet mane, stomacho ieiuno, tria vel quatuor cochlearia prædicti vini assumat*

Aliud experimentum optimum est, *quolibet mane stomacho ieiuno fere immediate ante prandium vti pilula vna alephangina vel ad minus alternis diebus.*

Ad idem, optima experta est sequens mistura: de qua quolibet mane, stomacho ieiuno, patiens capiat ad quãtitatem castaneæ: *Recipe diagalangæ id est, electuarij de galanga vnc. ij specierum aromatici rosati. specierum diamusci dulcis ana drach. i. musci optimi gran. iiij misce cum succo pomorum dulcium & fiat electuarium.*

CAP.

## Cap. XII.

## De squinantia seu angina.

Compertum est experientia *phlebotomiam duarum venarum sub lingua esse iuuamentum praestantissimum squinantiae: praecedentibus tamen vna, vel duabus phlebotomiis: scilicet phlebotomia venae nigrae, & phlebotomia cephalicae: quod magis est necessarium.*

Ad idem expertum est, *quod, factis phlebotomiis praedictis, cucurbitulae appositae in collo ex opposito loco dolenti cum scarificatione, & sanguinis extractione, mirabiliter conferãt.*

Ad idem compertum est, *post phlebotomiam dictam, prouocationem sanguinis ex naribus, cum setis pungentibus, maxime conferre.*

Ad idem. Factis phlebotomiis, expertum est, medicinam hanc ex toto squinantiam curare: *Recip. turbith boni, & gummosi drach. i. bulliat in decem vnciis aquae destillationis gly cyrrhizae, vsque ad consumptionem medietatis: deinde coletur: & cum colatura dissolue mannae electae vnc iij vel cassiae nouiter tractae vn. i. s. & exhibeatur patienti qualibet hora, stomacho ieiuno. Praecedente clysteri lenitiuo, de die & nocte, meridie & in sero potest exhiberi.*

Ad idem, in principio bene expertus est sequens gargarismus: *Recipe aquae destillationis glycyrrhizae lib. ij. succi plantaginis. succi mororum Celsi, succi myrtillorum ana vnc. ij, misce, & bulliant simul forti ebullitione: deinde coletur; & relinquatur, vt infrigidetur. Et patiens eo vtatur leui gargarismo.*

Amplius in principio experientia compertum est, *puluerem foliorum plantaginis exsiccatorum, & subtiliter puluerizatorum, insufflatorum cum canna in guttur, multum conferre.*

Sed vbi indigemus resolutione, *valet oleum chamaemelinum, oleum violatum, oleum amygdalarum dulcium, & pinguedo gallinae, aequalibus partibus: inunguendo locum doloris, cum applicatione lanae succidae.*

Ad idem, expertum est sequens emplastrum: vbi apostema propter tumorem, & duritiem difficilem reddit anhelitum: quoniam emollit, & resoluit: *Recipe radicis althaeae, minutim incisae, & mundae, camomillae, florum violarum,*

*rum, foliorum malua cum radicibus ana M. i. bulliant omnia simul in sufficienti quantitate aqua, vsque ad consumptionem aqua: deinde adde farina hordei, farina fœnugraci, farina seminis lini ana P. i. pinguedinis gallina vnc. i. olei camomilla, olei amygdalarum dulcium ana quantum sufficit ad impinguandum emplastrum, quod pluries in die patienti applicetur.*

Ad idem, dum resoluere animus est, valet sequẽs gargarismus: *Recipe aqua destillationis althaa lib. i. syrupi de betonica vnc. iij. misce, & fiat gargarismus. Si vero syrupus non inueniatur: pradicta aqua misceatur cum conserua betonica, vel stœchadis.*

Si vero apostema squinanticum non toleret sui resolutionem, tunc præparetur citissime ad maturandum, vt rumpatur, ne obstruendo guttur, subito ægrum suffocet: Ergo ad maturandum apostema valet emplastrum sequẽs, appositum patienti calidum: *Recipe foliorum malua cum radicibus, radicum ireos, florum violarum, radicum althaa ana M. i. caricarum pinguium numero vi. bulliant in sufficienti quantitate aqua, vsque ad consumptionem duarũ partium aqua: deinde adde farina frumenti. M. i. pinguedinis porci vnc. i. s. butyri recentis vnc. s. lactis vnc. i. s. olei amygdalarum dulcium, liliorum alborum ana quantum sufficit ad impinguandum emplastrum.*

Ad idem, mirabile experimentum habetur in emolliendo, & maturando apostema squinanticum, ex sequenti gargarismo: *Recipe mucillaginis seminum malua, mucillaginis seminum caulium ana vnc. ij. mucillaginis ficuũ vnc. iij. butyri recentis vnc. i. aqua destillationis glycyrrhiza lib. iiij. misce omnia simul, & ipso igne fiat liquor, quo vtatur patiens sape, & gargarizando, & lambendo, calido.*

Postquam vero apostema squinanticum ad maturationem fuerit perductum: experientia compertum est, sequens emplastrum ipsum disrumpere: faciens quoque ad resolutionem reliquiarum: *Recipe nidorum hirundinum lib. i. olei amygdalarum dulcium, olei camomilla ana quantum sufficit ad formandum emplastrum: quod calidum gutturi applicetur.*

Ad apostema rumpendum, *fortem vociferationem, & fortem motum gutturis in transglutiendo ( sicut transglutire*

*crustam panis) multum conferre, inuentum est. Si vero huiusmodi non suffecerint ad eius disruptionem: patiens, vel chirurgus digitis suis, vel candela cerea subtili gutturi immissa, facile disrumpent. Si vero non suffecerint, & chirurgus oculo, vel tactu apostema percipiat: ferro disrumpat.*

Immediate post eius disruptionem seques liquor paulatine deglutiendus, vel gargarismi instar vsurpandus: *Recipe aquæ hordei lib. ij. mellis rosati colati vnc. iij. misce. & æger gargarizando quantum est possibile, ducat saniem ad os, ne ad membra spiritalia descendens nocumenta magna inferat: & sic æger mundificando vlcus ipsum consolidabit.*

## CAP. XIII.

## *De sputo sanguinis à pulmone.*

AD sputum sanguinis à pulmone compertum est experientia *phlebotomiam ex basilica, qualibet hora factã, iuuamentum præstare: & hoc experimentum maiorem habet efficaciam, si altero die à phlebotomia basilicæ, applicentur tres sanguisugæ hæmorrhoidibus.*

Ad idem, compertum est, quod facta phlebotomia, sequens medicina optime faciat: *Recipe reubarbari electi drac. ij. torrefiat parum, & subtiliter pulverizetur. & dissoluatur cum decoctione seminum acetosæ, seminum portulacæ, & seminum endiuiæ: & patienti exhibeatur in diluculo.*

Compertum etiam est experientia, si sputum sanguinis, sicut frequenter ex catarrho salso, & acuto contingere solet, tunicas venarum pulmonis frangeret, *cauterium actuale factum in commissura coronali vltimum præstare iuuamentum.*

Ad idem, expertum est sequens antidotum: *℞. succi portulacæ succi plantaginis ana vnc. i. coralliorum rubrorum drac. i. lapidis hæmatitis drac. s. puluerizentur puluerizanda: & totum hoc exhibeatur patienti qualibet hora, qua sputo sanguinis infestabitur.*

Ad idem, expertum sequens remedium: *℞. gummi Arabici, tragacanthæ, cornu cerui vsti, lapidis hæmatitis vsti, corallorum rubrorum vstorũ ana drac. s boli Armenæ scrup. ij. puluerizentur subtiliter, & cum duobus albuminibus ouorum crudis misceantur: & patienti totum exhibeatur qualibet hora sputi sanguinis.*

Ad idem, experimento hoc sequens remedium comprobatum est: *Recipe succi portulacæ (vel plantaginis; ubi non possemus habere succum portulacæ) unc. iiij. trochiscorum de Karabe drachm. ij pulverizentur trochisci subtiliter, & totum exhibeatur patienti, & statim consolidabitur vena.*

Ad idem, compertum est experientia sequens electuarium multum conferre: *Recipe lohach de portulaca unc. ij. tragacanthæ frigidæ unc. i. boli Armenæ, terræ sigillatæ, sanguinis draconis ana drach. i. hypocistidis, acatiæ, coralliorum rubrorum ana drach. s. pulverizetur pulverizanda subtiliter, & cum succo plantaginis conficiatur electuarium, de quo patiens qualibet hora portiunculam teneat in ore lambendo.*

Ad idem, expertum est, & secretum remedium sequens: *Recipe reubarbari electi drach. ij. seminum portulacæ, coriandrorum præparatorum ana drach. i. torrefiant bona torrefactione, deinde pulverizentur subtiliter: & illius pulveris drachmam unam sumito, & cum succo portulacæ quantum sufficit patienti exhibeto, hora sputi sanguinis.*

Ad idem, mirabile est, & secretum, sequens medicamentum: *Recip. succi millefolij unc. ij. lapidis hæmatitis ustæ drachm. ij. pulverizetur lapis subtiliter: & totum patienti exhibeatur frigidum. Expertum quippe est, omnia, quæ in fractura venæ pulmonis exhibentur, actu frigida esse debere.*

Ad idem, mirabile experimentum est sequens: *Recipe stercoris muris scrup. ij. anisorum drach. s. pulverizentur subtiliter, & cum aqua plantaginis quantum sufficit totum detur patienti: & videbis mirabilem effectum in consolidatione venæ ruptæ.*

Ad idem, secretum, & infallibile experimentũ, datum qualibet hora, & quocunque tempore ægritudinis: *Sume testam oui crudi, abiecta quæ intrinsecus membrana est, exsicceturq́ tali exsiccatione, ut possit subtiliter pulverizari: de quo pulvere sume drach. ij. aquæ plantaginis unc. iij. misce, & da patienti qualibet hora sputi sanguinis: & subitam videbis consolidationem. Si vero vis hoc remedium & citius, & efficacius operari, ut confidentiam habeas, quod in posterum non frangetur vena, per quinque dies continuos in diluculo dabis drachmas duas prædicti pulveris, dissoluti in sequenti syrupo: Recipe syrupi rosati de rosis siccis, de portulaca, myrtini ana un. s. misce.*

Ad idem, expertum est sequens medicamentum. *Recipe scoriæ ferri præparatæ vnc. i. cornu cerui vsti vnc. s. bulliant in decem vnciis aquæ plantaginis, vsque ad consumptionem medietatis: deinde coletur, & colaturæ adde succi portulacæ vnc. i. Patienti totum hoc duabus vicibus exhibeto.*

Securissimum quoque & expertum est remedium tam in curatione sputi sanguinis, quam in præseruatione ab eo, *quolibet mane, stomacho ieiuno, masticare scrupulum vnum reubarbari torrefacti.*

Ad idem, optimum videbis iuuamentum, si infrascripto vnguento inunges costas, & præcipue vbi percipitur punctura ex ruptura venæ. *Recipe trochiscorum de Karabe drachm. ij. olei citoniorum, olei rosati omphacini ana vnc. s. misce, & cum puluere ducantur, quousque fiat forma vnguenti.*

Ad idem expertum est, portare infrascriptum cerotum super costis: mirabile enim affert iuuamentum: *Recipe seminis portulacæ, seminis acetosæ, seminis plantaginis drach. ij. coralliorum rubrorum, seminum rosarum rubrarum ana drachm. i. hypocistidis, acatiæ, granorum myrti, balaustiorum ana drachm ij. s. gummi Arabici, tragacanthæ ana vnc. s. mastícis drachm. ij. omnia vnica torrefactione torrefiant: deinde subtiliter puluerizentur, & puluerizata incorporentur cum succo plantaginis, vel portulacæ: demum cum oleo rosato omphacino, cera, & pice quantum sufficit, fiat magdaleon: de quo tantam sumas quantitatem, quanta requiritur ad extendendum super corium, ad magnitudinem costarum.*

Ad idem expertum est, si vinum ex toto derelinquatur, & potetur infrascripta aqua: *Recipe amyli, corallorum rubrorum, gummi Arabici tragacanthæ ane drach. i. bullíant omnia in lib. x. aquæ chalybeatæ vsque ad consumptionem tertiæ partis: deinde coletur, & colatura vsui potus reseruetur.*

Præterea, si patiens quolibet die, sero, cum voluerit dormire, *sorbeat scutellam vnam ptisanæ, hordeaceæ, ex ea videbis mirabilem effectum in præseruatione, & curatione ruptæ venæ.*

CAP.

## CAP. XIV.

## *De vlceribus pulmonis, & sputo saniei.*

EXperientia compertum est, assidua succi hordei potatione sanari phthisin. Paretur autem hoc modo: *Recipe succi hordei vnc. iiij. amyli vnc. ij. misce, & dissoluantur cum iure pulli quantum sufficit: & patienti exhibeatur mane in diluculo, aut sero in ingressu lecti: & optimum iuuamentum tibi succedet.*

Ad idem, compertum est experientia, sequentem potionem phthisicis multum conferre: *Recipe pullam euisceratam, & bene mundam, amyli, tragacantha, gummi Arabici ana drach. ij. hordei mundi, & excorticati lib. s. infundantur hæc omnia, præter pullam, in aqua vngulæ caballinæ per noctem: deinde colentur, & prædicta ponantur in ventre pullæ: sinas deinde, vt bulliant in sufficienti quantitate aquæ, vsque ad consumptionem carnis pullæ: demum facta forti omnium expressione, ius pullæ reseruetur: de quo accipe libram mediam, syrupi de glycyrrhiza vnc. i. s. misce. Exhibeatur talis potus patienti phthisim per decem dies continuos, quolibet mane in diluculo: & videbis curationem completam in præseruatione à phthisi, & in curatione præsentis phthisis.*

Ad idem, optime confert condimentum sequens: *Recipe carnis testudinis nemoralis lib. ij. coquantur in aqua vngulæ caballinæ, demum optime contundantur & dissoluantur cum iure pulli: cui adde lactis amygdalarum dulcium, emulsionis seminum melonis, emulsionis fisticorum ana vnc. ij. farinæ amyli vnc. s. omnia apud ignem agitentur, quousque perfecte cocta erunt: demum patienti phthisim loco ferculi & in prandio, & in cœna exhibeantur.*

Ad idem, valet condimentum sequens: *Recipe caudarum cancrorum fluuialium lib. i. lactis vaccini, vel ouini lib. iiij. bulliant simul omnia vsque ad consumptionem medietatis lactis: demum caudæ optime contundantur, & cum optimo lacte dissoluantur: cui adde farinæ hordei, farinæ amyli ana P. i. lactis amygdalarum dulcium vnc. iiij. vitellum oui recentis numero i. sacchari albissimi vnc. iiij. misce: & apud ignẽ maneant vsque ad verã coctionem. De hoc patiens phthisim mane, & vesperi comedat, quantum conuenit appetitui suo: & est mirabile.*

Ad idem, expertum est solo sequenti condimento phthisicos sanari: *Recipe limacum nemoralium mundatorum optime à suis mucillaginibus lib. i. herbæ ungulæ caballinæ bene trituratæ unc. ij. lactis vaccini, à quo non sit extractum butyrum lib. ij. bulliant simul usque ad perfectam decoctionem limacum. Totum condimentum hoc, cum saccharo mixtum, detur patienti phthisim loco cibariorum.* Et hæc de *cibariis.*

Ad idem, patiens phthisim, omni septimana vtetur sequenti medicina magno commodo: *Recipe iuiubarum, sebesten ana numero x. glycyrrhizæ mundæ, passularum enucleatarum ana unc. s. bulliant omnia in sufficienti quantitate aquæ ungulæ caballinæ, usque ad consumptionem medietatis: deinde colentur, & cum colatura dissolue mannæ electæ vn. iij. vel floris cassiæ unc. i. & fiat potus. Detur, ut dixi, vel ad minus in duabus septimanis semel.*

Ad idem, valet sequens potio: qua æger debet vti quolibet mane, per tres horas ante cibum: *Recipe aquæ destillationis radicum petroselini, aquæ destillationis radicum fœniculi, aquæ destillationis radicum enulæ, aquæ destillationis radicum althææ ana lib. i. gummi Arabici, tragacanthæ ana drachm. iij. amyli unc. s. glycyrrhizæ mundæ unc. i. misce, & bulliant simul usque ad consumptionem tertiæ partis: demum coletur: & colaturæ adde tantum sacchari, quantum sufficit ad iuleb longum, de quo patiens uncias quatuor, quolibet die, prædicta hora, capiat.*

Ad idem, secretum & expertum habeo sequentem puluerem: *Recipe seminis papaueris albi drach. vi. seminum endiuiæ, seminum acetosæ ana drach. i. s. seminum citoniorum mundatorum drachm. ij. seminum melonum, cucurbitæ, citruli, cucumeris ana unc. i. s. gummi Arabici, tragacanthæ, amyli ana drachm. i. succi glycyrrhizæ drach. ij pulmonis vulpis drachm. i. s. penidiarum ad pondus omnium: misce, & torrefiant leui torrefactione omnia, deinde subtiliter puluerizentur. Tum recip. prædicti pulueris drachm. ij. syrupi de iuiubis unc. i. s. aquæ destillationis limacum unc. iij. misce, & tepidum exhibeatur in diluculo.*

Vel, *Recipe prædicti pulueris drachm. ij. syrupi de papauere, syrupi de iuiubis ana unc. i. aquæ ungulæ caballinæ unc. iij. misce,*

*misce, & tepidum patienti phthisim exhibeatur, sero, cum ibit dormitum.*

Si cum prædicto experimento simul vsurpetur sequens electuarium, complet curationem phthisis: imo hoc electuarium non solum curat phthisim, sed quam maxime corpus humanum restaurat: *Recipe carnis pulparum fasiani, carnis pulparum caponis, carnis pulparum perdicis ana lib. s. carnis testudinis nemoralis lib. 1. bulliant in sufficienti quantitate aquæ violatæ, vsque ad completam decoctionem, deinde optime contundantur, & dissoluantur cum aqua vngulæ caballinæ. Postea recipe amygdalarum dulcium mundatarum, pinearum, fisticorum, seminum melonum mundatorum, citruli, cucurbitæ ana vnc. iij. fiant omnium istorum emulsiones, quæ cum prædicta aqua dissoluantur, & carnibus commisceantur. Tandem recipe amyli, tragacanthæ, gummi Arabici ana drachm. ij. penidiarum vnc. ij. sacchari optimi quantum sufficit, & fiat electuarium: cui adde pulmonis vulpis vnc. s. cinnamomi electi drach. ij. incorporentur, & fiat electuarium. De quo patiens quater in die naturali capiat vnc. i. pro vice, scilicet per tres horas ante prandium, in meridie, immediate ante cœnam, & in medio noctis.*

Ad idem. Inter omnia ad phthisin medicamenta potus asinini lactis commendatur: si id patiens sumat mane, & parumper super dormiat: itemque vesperi sub ingressum lecti, vt sequitur: *Recipe lactis asinini recenter mulcti vnc. vi. sacchari albissimi vnc. s. misce, & sumat patiens modo dicto: quem potum continuet in vere per mensem, in autumno vero per viginti dies.*

Ad idem, expertum est, vbi cum phthisi non sit iunctum sputum sanguinis, cui tamen iungatur catarrhus salsus, remedium sequens: *Recipe succi glycyrrhizæ drac. ij. aloes lotæ drach. i. pastæ pilularum de cynoglossa drach. s. optime simul omnia contundantur, & cum syrupo violato fiat pasta pilularum: de qua patiens alternis diebus in ingressu lecti vnam capiat ad quantitatem scrupuli vnius: hæc enim mundificat vlcus à putredine, sistit catarrhum salsum fluentem à capite, & pectus à superfluitatibus mundat.*

## Cap. XV.

## *De Asthmate.*

IN principio asthmatis experientia compertum est sequentem medicinam excusare medicum ab vlteriori operatione, quoniam ipsa sanat ægrum: *Recipe glycyrrhizæ mundæ, passularum enucleatarum ana vnc. s iuiubarum, sebesten ana numero x. radicum enulæ mundæ vnc. s. radicum vngulæ caballinæ drachm. ij. bulliant in sufficienti quantitate aquæ, vsque ad consumptionem medietatis: deinde colentur, & cum colatura dissolue mannæ electæ vnc ij. vel floris cassiæ vn. i. s. & patienti exhibeto.*

Ad idem, expertum est syrupum sequentem non solum in digestione materiæ asthmatis, sed etiam in euacuatione ipsius, ob facilitatem sputi, multum conferre: *Recipe radicum enulæ, radicum hyssopi, radicum feniculi ana vnc. i. iuiubarum sebesten ana numero x. carnium prunorum damascenorum numero x. glycyrrhizæ, passularum enucleatarum ana vnc. s. capillorũ veneris, vngulæ caballinæ ana drac. vi. anisorum P. i. seminum cartami P. s. bulliant omnia in sufficienti quantitate aquæ vsque ad consumptionem medietatis: deinde colentur, & colaturæ adde amyli, penidiarum ana vnc. i. pulmonis vulpis grosso modo triti vnc. i s. misce & iterum bulliant vnica leui ebullitione: deinde colentur, & cum saccharo, vel melle quantum sufficit reformetur syrupus. De quo syrupo bis in die in diluculo scilicet, & in meridie, capiat infrascriptam mensuram per octo continuos dies. Recipe prædicti syrupi vnc. ij. aquarum hyssopi, capillorum veneris, vngulæ caballinæ ana vnc. i. misce.* Die vero nona per duas horas ante lucem capiat infrascriptas pilulas: *Recipe agarici trochiscati, pilularum cochiarum Almans. ana drach. s. misce cum succo de glycyrrhiza, & fiant pilulæ numero v.*

Ad idem, facta euacuatione præcedente, comperi sequentem potionem, mane sumptam, sanare asthma, dummodo eadem die vesperi iniiciatur sequens clystere: *Recipe gallum antiquum ad minus annorum trium, deinde ipsum per tempus flagellato, ipsum multum defatigando, non autem interficiendo: postea decollato, & immadefactum deplumato, demum à viscerib. bene mundato, & cum vino albo potenti abluito, modeste salito. Hinc recipe seminum cartami, seminum*

*num anisorum, ſeminum anethi ana drach. ij. radicum enulæ, radicum hyſſopi, radicum praſij ana vnc. s. glycyrrhizæ mundæ, paſſularum enucleatarum ana drach.* vi. *tartari albi vnc. s. pulmonis vulpis triturati drach ij omnia hæc groſſo modo cõtundantur, & in ventre galli ſuantur: tum gallum ipſum in quinquaginta libris aquæ coquito, vſq; quo caro ab oſſibus ſeparetur: deinde forti facta expreſſione, gallus abiiciatur: demùm decoctionem colato, & aëri eam exponito, vt pars clara reſidentia ſua ſeparetur: tandem partem hanc claram ipſius decoctionis in alio vaſe reſeruato: & ſic deinceps vtere ea: Recipe prædicti iuris clari vnc.* vi. *oxymellis ſimplicis vnc i. s. miſce, & ( vt dixi ) patienti dato tepidè.* Veſperi verò per horam ante cœnam ſequens clyſtere imponito : *Recipe iuris galli turbidi lib. i. vitellum oui numero i. hieræ ſimplicis Galeni drachm.* vi. *olei communis vnc. iij ſacchari rubri vnc. i. s. ſalis communis drach. ij. miſce & iniiciatur clyſtere: Et ſic continuabis per octo dies continuos: & optimum effectum in curatione aſthmatis inuenies.*

Ad idem, expertum eſt, & in paroxyſmo aſthmatis, & in preſeruatione ab eo: quolibet mane per tres horas ante prandium capere vnciam mediam infraſcriptæ mixturæ: *Recipe terebinthinæ optimæ lotæ ex aqua vngulæ caballinæ lib. i. caricarum pinguium lib s. penidiarum vnc. iiij. olei amygdalarum dulcium recentis vn. i. miſce ſimul omnia, & optime agitentur in mortario quouſq; fiat forma electuarij, quod patiens ſumat modo dicto.*

Ad idem expertum eſt, *vti alternis diebus ſolùm terebinthinæ vncia media.*

Ad idem, expertum eſt & ſecretum, vti ter in die ſequenti potione: *Recipe ſucci enulæ, ſucci hyſſopi ana vnc ij. aquæ vngulæ caballinæ lib. i. bulliant ſimul vna forti, & longa ebullitione, demùm cum ſaccharo quantum ſufficit fiat ſyrupus: de quo ſine aquis capiat vnc. ij. mane, in meridie verò vncias duas, & duas vncias in ingreſſu lecti.*

Ad idem, expertum eſt hoc remedium, adhuc ſtante paroxyſmo aſthmatis, & eſt ſecretum, quo multos releuaui à paroxyſmo: *Recipe ſulphuris viui lib. s pulverizetur ſubtiliter, & infundatur in aqua vngulæ caballinæ quantum ſufficit per diem naturalem: deinde benè abluatur cum prædicta aqua: demùm cum ſaccharo optimo quantum ſufficit fiat ele-*

*ctuarium: de quo capiat & manè & vesperi, stomacho ieiuno, unciam mediam, & in paroxysmo & extra paroxysmum, quoniam non solùm curat, sed præseruat etiam à paroxysmo. Si autem superueniet tibi timor de forti exsiccatione ipsius pulmonis, qua anhelitus intercipitur propter difficultatem: laudo, ut in ingressu lecti, & in diluculo eisdem diebus patiens capiat infrascriptum potum, nec ob hoc derelinquatur electuarium: Recipe aquæ hordei unc. iij. syrupi violati unc. ij. misce.*

Ad idem, præcipuè tempore paroxysmi, sequens experimentum est mirabile, & probatum: *Recipe oxymellis simplicis unc. ij. gummi Armoniaci guttas quatuor. misce, & totum patienti exhibeatur.*

Ad idem, experientia compertum est optimè conferre, & de repente asthma curare, si omni hora patienti exhibeatur tale medicamentum: *Recipe oxymellis simplicis unc. s. pulmonis vulpis subtiliter puluerizati drach. s. misce pro una vice & patienti exhibeatur.*

Ad idem, expertum est asthmati mirabiliter conferre, si patienti ter in die naturali exhibeatur uncia media sequentis mixturæ: scilicet per tres horas ante prandium, per duas horas ante cœnam, & medio noctis: continuando per tres, vel quatuor dies, & non plures, videbis ægrum sanari: *Recipe mannæ granatæ electæ unc. ij. floris cassiæ nouiter tractæ unc s. penidiarum unc. iij. olei amygdalarum dulcium recentis unc. i. pulmonis vulpis subtiliter puluerizati drach. ij. misce, & fiat electuarium cum syrupo de hyssopo.*

Ad idem, expertum, & pro pauperibus secretum: *Recipe althææ in umbra exsiccatæ lib. i. mellis cocti, & despumati lib. iij. misce, & apud ignem fiat forma electuarij: de quo patiens capiat frequenter: & bene valebit.*

Ad idem, valet pro pauperibus sequens condimentum: *Recipe aquæ fontis claræ lib. ij. porrorum subtiliter incisorum unc. iij. butyri recentis unc. ij. sacchari optimi unc. i. s. vitellum oui numero i. omnia simul bene agitentur in vase, prope ignem, & totum patienti exhibeatur & in prandio, & in cœna.*

Ad idem, secretum mirabile: quod sine dubio curat Asthma à quacunq; causa: & est electuarium apud me magistrale: appellaturq; Diabutyrum Benedicti: *de quo patiens*

*patiens debet assumere ter vnciam mediam, scilicet in diluculo, in meridie, & in ingressu lecti: Recipe butyri recentis perlucidâ aqua fontis decies eloti vnc iiij. caricarum, nucleorum pini, dactylorum, amygdalarum amararum ana vnc. ij. succi glycyrrhizæ, tragacanthæ ana vnc s. hyssopi, ireos, thymi, satureiæ, prasii, pulegii, seminum vrticæ ana vnc. s. cinnamomi, zinziberis, pyrethri ana drach iij. caryophyllorum, galangæ, piperis nigri, anisi, carui, cardamomi ana drach. ij. ligni aloës, nucis muscatæ ana drach i aquæ mellis lib. iiij. Sic conficito. Caricas, passulas, & dactylos benè tritos, in aqua mellis triduo infunde: postea lento igne coque, & violenter succum exprime cui succo adde butyrum & insuper adde mellis despumati lib.* vij. *& iterum lento igne ebullito vnica forti ebullitione: demum iterum cola: & colaturæ adde grana pini, & amygdalas, benè omnia contusa, & omnia in mortario sine intermissione bene ducito, alia verò omnia subtiliter puluerizata, prædictis immittito: tandem adde pulmonis vulpis subtiliter puluerizati vnc. ij. & diutius permiscendo apud ignem electuarium conficito, & vsui reseruato.*

Ad idem, valet sequens vnguentum, quo totum pectus manè, & vesperi ante cibum calido debet inungi: *Recipe succi hyssopi succi altheæ, butyri recentis, olei amygdalarum dulcium ana vnc. s. croci scrup. s. misce, & cum modico ceræ fiat vnguentum molle.*

Ad idem, optimè valet lotura capitis sequens, cum vt plurimùm asthma oriatur ob defluxum materiæ à capite ad membra pectoris: *Recipe foliorum hyssopi, foliorum betonicæ, foliorum saluiæ ana M. s florum camomillæ, rosarum rubrarum, granorum myrti ana. M. i. bulliant in sufficienti quantitate lixiuii dulcis: & eo caput abluatur semel in septimana.*

Ad idem, valet optimè sequens puluis, impositus commissuræ coronali vesperi in ingressu lecti, obseruato tamen, vt semper manè setulâ auferatur prædictus puluis à commissura coronali: *Recipe florum camomillæ, meliloti, sampsuchi ana drach. s rosarum rubrarum, granorum myrti ana drach. i. thuris, masticis, sandaracæ, corallorum rubrorum ana scrup. ij. caryophyllorum scrup. i puluerizentur omnia subtiliter, & fiat puluis subtilissimus.*

Ad idem expertum est multum conferre, *si in corpore patient a*

*patiente asthma, fiant duo cauteria, vnum in parte syluestri brachii dextri longè à iuncturis spatulæ per quatuor digitos. alterum in crure dextro in parte syluestri, distante à genu per quatuor digitos inter duos musculos.*

## Cap. XVI.

## *De Pleuritide.*

CVm pleuresis duplex exigat regimen, tentatiuum, & curatiuum: curatiuum regimen post habebitis, tentatiuum verò nunc. Tentatiuo acquiritur notitia: scilicet an sit pleuritis, an dolor ventosus. Et si fuerit humor paucus, aut ventositas: illum, vel illam resoluemus fomentis: & sic excusabimur à transeundo ad aliud genus curationis. Fomenta ergo in principio vel curant, vel docent curare. *Materia igitur exsistente pauca & apta per poros cutis resolui, si fuerit sicca, siue cholerica, siue melancholica, fomentis humidis resoluenda est: ex quibus filtrum siue spongia, in aqua calida infusa, optimè expressa, petia linea subtilissima conuoluta, & toti loco dolenti applicata & bis, aut ter iterata: semper post infusionem ipsius in aqua calida, cum optima expressione, & circumuolutione cum petia sicca: quæ remanet super loco tanto tempore quaque vice donec calor ipsius tepescat: & deinde reinfundi in aqua calida oportet vt suprà: quod aptius fieri poterit, si duæ spongiæ, aut duo filtra habeantur huic operationi deseruientia, vt vna earum remota, quamprimum altera superimponi possit: & apponatur debitè calida sed non acutè, siue intense.*

Aliud ad hoc conueniens: *Sacculus ex furfuribus frumenti magis, secundum loci dolentis quantitatem, bulliat in aqua, leui ebullitione, & loco dolenti, post fortem ipsius expressionem, applicatus, & secundum necessitatem reiteratus, vt suprà maximè confert.*

Hoc efficacior est spongia, siue filtrum infusum in aqua decoctionis infrascriptæ: *Recipe radiçum altheæ drach. ij. maluarum M. i seminum lini vnc. s. florum camomillæ, melilo. ana M i. radices lotæ, & non abstersæ, extracto ab ipsis meditullio, bulliant simul cum reliquis medicinis, in aqua fluuiali, quantum sufficit, vsque ad sufficientem decoctionem maluauisci: & fiat, vt ab initio dictum est.*

*Parietaria*

*Parietaria quoq; cum oleo in patella mortificata, & loco dolenti superimposita, est ad hoc efficax: & reiteretur secundum necessitatem, vt suprà.*

In materia autem humida, siue phlegmatica, siue sanguinea, *fomenta conuenientia erunt hæc: videlicet saccellatio facta ex milio, sale, aut furfure, debitè calefactis, & applicatis, vt supra. Si verò requiramus calefactoria medicamenta inter sicca, & humida: aspergemus res supra scriptas, cùm eas calefacimus, vino, aut aqua aut aceto, aut his simul mistis; deinde sic irroratas in sacculis ponemus: aut prius ex his simul mistis faciemus sacculos, quos calefaciemus super lateribus calidis, aspersis liquoribus suprascriptis: aut verò hos sacculos infundemus in huiusmodi liquoribus debitè calidis, & post sufficientem expressionem applicabimus. vt suprà.*

In materia grossa, humidis primo agemus, tandem ad sicca procedemus: in subtili, siccis. Ad resoluendum materiam profundam, fortius resoluentibus indigemus, quàm ad resoluendum superficialem. *In resoluendo cum his calefactoriis, ordo seruandus est, vt secundùm plurimùm ab humidis inchoemus, & à debilioribus gradatim procedamus ad fortius resoluentia, habito semper respectu materiæ resoluendæ: num subtilis sit aut grossa, posita in superficie, aut profundo; humida, vel sicca; calida, vel frigida.*

Cæterùm pleuresis vera, apta curari per resolutionem, sputionem, vel resudationem, sex principales intentiones requirit: nimirum debitam regiminis administrationem, diuersionem materiæ fluentis: digestionem, euacuationem: sputi facilitationem, resolutionem. Sed ad empiricam accedamus.

Ad pleuritidem, prima hora inuasionis doloris lateralis, compertum est experientia, *phlebotomare basilicam brachii oppositi multum conferre. Si verò quartâ vel immediatè post quartam fiat phlebotomia ex basilica eiusdem lateris, citissimam videbis euacuationem ipsius pleuritidis. Hic igitur est modus phlebotomandi, quem debetis seruare secundũ mentem Galeni. Et nota secundum documenta doctorum, vt instituatur phlebotomia, nisi præcedente ventris lenitione, vel cassiâ per os assumpta, vel enemate lenitiuo: quod in pleuritide debet esse tale: Recipe hordei mundi pu. i. violarum M. i. s. bulliant in sufficienti quantitate aquæ, vsq; ad consumptionẽ medietatis,*

*deinde*

*deinde de colatura accipe lib i. cui adde olei violati vnc. ij. saccharí rubri vnc. ij salis communis drach. iij. vitellum oui numero i. misce & fiat clystere. Si verò contingeret, vt pleuriticus occurrat medico post quartum diem, sicut plerunque contingit: oppositam venam non phlebotomabis, quoniam tunc æger moreretur: & etiam ex vna pleuritide duæ fierent, ob tractum materiæ putridæ ab vno latere ad alterum: sed consilio sociorum vestrorum eiusdem lateris venam secabitis.*

Ad idem, facta conuenienti phlebotomia, per diem naturalem post, est expertum experientia medicinam sequentem pleuritidem sanare, quanquam adhuc essemus ante quartam, quoniam ipsa euacuat materias in viis lateris, à quibus fouebatur apostema pleuriticum: *Recipe mannæ granatæ vnc. iij. dissoluatur cum decoctione communi pectorali.*

Descriptio decoctionis communis pectoralis talis est: *Recipe hyssopi foliorum, capillorum veneris, ficuum, dactylorum, sebesten passularum, hordei mundi, glycyrrhizæ rasæ ana P. æquales: bulliant in aqua quantum sufficit: & in hac (vt dixi) dissoluatur manna, & detur patienti in diluculo: vel loco mannæ pro pauperibus poteris assumere vnciam vnam & mediam floris cassiæ.*

Ad idem, compertum est, à principio, id est, ante quartam, vsum sequentis electuarii, frequenter lambendo ipsum, multùm in pleuritide conferre: *Recipe diatragacanthi frigidi, diapenidii sine speciebus ana vnc. i. diacodii cũ saccharo vnc. s misce. & cum syrupo violato fiat electuarium.*

Ad idem, à principio expertum est iuleb sequens multum conferre, si calidum lambendo pleuritico propinetur: *Recipe syrupi de iuiubis vnc. ij syrupi violati vnc. i. misce.*

Ad idem, à principio repertum est sequens vnguentum pleuritico multum conferre: si mane & vesperi, eo calido vngatur locus dolens: *Recipe mucillaginis seminum citoniorum, olei violati ana vnc. i. olei amygdalarum dulcium vnc. s. ceræ quantum sufficit: & fiat vnguentum molle.*

Ad idem, a principio, præcedentibus dictis euacuationibus, compertum est sequens emplastrum pleuritidem curare, vt non transeat quartam: *Recipe violariæ M. i. florum violarum M. ij. bulliant in sufficienti quantitate aquæ*

*vsque*

*vsque ad consumptionem aquæ: deinde adde farinæ hordei vnc. i. s olei violati, olei amygdalarum dulcium ana quantum sufficit ad impinguandum emplastrum.*

Ad idem, ante quartam compertum est syrupum sequentem pleuritico exhibitum, bis in die, in diluculo scilicet & in meridie, multum conferre: ℞. *syrupi violati, de iuiubis ana drac. vi. aquarum violarum, buglossæ ana vnc. i. s. misce pro vna vice*

Et nota hæc esse remedia, quæ melius exhiberi debēt vsque ad quartam, *eo quia tunc intentio medici est incrassare materiam, ne fluat ad membrum pectoris, & augeat apostema pleuriticum, vel idipsum inducat. Et omnes medecinæ iam enumeratæ talem exercent operationem.* Transacta vero quarta die ipsius pleuritidis, debet medicus mutare intētionem curatiuam: *quoniam prius erat ipsius intentio incrassare materiam: post quartam vero, est incidere, & resoluere materiam iam fluxam. Ideo imitatione Galeni cum fluxa materia indigeat euacuatione, expertum est phlebotomiam tunc factam ex brachio loci dolentis citissime curare pleuritidem: & sic laudo, vt fiat, adhuc non vrgente vehementi necessitate: licet hoc non semper sentiat Auicenna.*

Ad idem, post quartam compertum est sequens electuarium multum conferre, tepide lambendo vsurpetur: *Recipe diapenidii sine speciebus vnc. i. s diatragacanthi frigidi vnc. s. loch de pino vnc. i. misce cum syrupo de glycyrrhiza, & fiat electuarium.*

Ad hoc compertum est misturam sequentem in pleuritide conferre post quartam, eam calidam lambendo: *Recipe de glycyrrhiza vnc ij. syrupi iuiubini vnc. i. misce, & patienti exhibeatur.*

Aduerte, si pleuritico (sicut frequenter contingit) acciderit fluxus ventris, siue fuerit ante quartam, siue post: *in omni administratione Syruporum dandam esse de Syrupo myrtino sufficientem quantitatem: quoniam vltra hoc quod sistit fluxum, lenit partes pectoris, & facilitat sputum: quæ sputi facilitatio est reuera tota cura ipsius pleuritidis.*

Ad idem, compertum est experientia, veluti diuinum quoddam, omnem pleuritidem curare, & ægrum à morte releuare sequens medicamentum: quod ægrotanti applicari non debet, nisi in quarta, vel transacta quarta:

quarta : *Recipe dialthææ vnc. ij olei amygdalarum dulcium vnc. i misce: quo vnguento calido vngatur locus dolens, deinde superasperge loco dolenti, sic vncto, sequentem puluerem: Recipe cymini vnc i fiat puluis subtilissimus, & cribretur: quo puluere superasperso. sume folium caulis super cineribus ignitis calefactum, quod vnge butyro antiquo non salito, & loco dolenti calidum applicato: & mirabilis effectus tibi apparebit in sedatione doloris pleuritidis, & in resolutione materiæ apostematis: & hoc remedium tibi honorem conciliabit, ægro autem vtilitatem maximam. Et scias, quod hoc remedium valet in quolibet alio forti dolore, exsistente in toto corpore, à capite infra.*

Ad idem, post quartam, expertum est sequens vnguentum, quod dolori debet applicari, lana succida superposita: *Recipe olei decoctionis althææ vnc. ij. chamæmelini vnc i. olei amygdalarum dulcium vnc. s. ceræ quantum sufficit, & fiat vnguentum molle.*

Ad idem, expertum est sequens emplastrum curare apostema pleuriticum: imò si lateri pleuritico iungeretur vehemens dolor. huiusmodi emplastri applicatio dolorem sedat: *Recipe radicum althææ minutim incisarum & coctarum vnc ij florum camomillæ, florum violarum, meliloti ana M. ij. caricarum pinguium numero vi. bulliant omnia in sufficienti quantitate aquæ, vsque ad consumptionem medietatis: demum colentur: & colaturæ adde farinæ fœnugræci, farinæ seminum lini ana vnc. i. farinæ fabarum vnc. i. s. olei anethi, olei liliorum alborum, olei amygdalarum dulcium ana quantum sufficit ad impinguandum emplastrum.*

Ad idem, secretum est, & optime expertum (præcedentibus euacuationibus) si detur patienti infrascriptus potus: & præcipue, vbi medicus perciperet cum pleuritide iunctã esse ventositatem magnam, augmentantem pleuriticum dolorem: *Recipe olei seminum lini vnc. iiij. succi althææ vnc. ij. misce, & fiat potus: detur qualibet hora, & quolibet tempore ipsi pleuritico, stomacho ieiuno, mane & vesperi.*

Ad idem, consulo, vt post quartam digeratur materia, regulariter operando: & sequens syrupus est expertus multum valere tunc temporis: *Recipe syrupi de glycyrrhiza vnc. i. de iuiubis, de pomis dulcibus ana vnc. s. aquarum vngulæ*

*gulæ caballinæ, capillorum veneris, violarum ana vnc i. misce. Cum enim post quartam intentio non sit prohibere, quod fluit, incrassando, vel immobilitando ipsum sed incidere, quod fluxum est, & partim resoluere; & hæ intentiones in prædicto syrupo inueniantur: ideo est sciendum, ipsum esse conuenientem.*

Ad idem (quoniam adhuc post quartam, apparentibus signis digestionis, conuenit patientem purgare) cõpertum est sequentem medicinam pleuriticum curare: ℞. *iuiubarum, sebesten ana numero x. glycyrrhizæ rasæ, passularum enucleatarum ana vnc. s florum buglossæ, violarũ, borraginis ana vnc. s. dactylorum enucleatorum numero iij. bulliant omnia in sufficienti quantitate aquæ violatæ, vsque ad consumptionem medietatis: demum colentur: & colaturæ addẽ mannæ electæ vnc. ij. reubarbari electi infusi in prædicta decoctione secundum artem drach. ij. spicæ gran. vi. & fiat potus.* Et aduerte pro secreto, quod in pleuritide non debet dari reubarbarum in substantia: *quoniam sua stipticitate multa, prohibet facilem screatum: nec debet dari sine decoctione dactylorum: quoniam dactyli stipticitatem reubarbari tollũt: aliter in pleuritide non vtaris reubarbaro, nisi in infusione, vel decoctione dactylorum.*

Ad idem, optime expertum est, & reperi me abbreuiare curam pleuritidis, si mane & vesperi, per duas horas ante cibum, detur patienti infrascriptum pomum ad comedendum: *Recipe pomum dulce, sub cineribus bene decoctum, cui puluis sequens aspergatur: Recipe succi glycyrrhizæ, amyli, penidiarum ana drac. i misce, & fiat puluis subtilis superaspersus pomo.*

Si vero transacta septimana vsque ad vndecimam, & post ad decimamquartam, in pleuritide virtus ægrotantis bene constet, & dolor lateris adauctus sit, & membri grauedo, & febris, & alia accidentia pleuritidem sequẽtia incrementum susceperint: proculdubio credendum est apostema non obedire resolutioni. Quapropter medicus tunc temporis excusatus est, si maturatiuis vtatur, tentans ipsius apostematis suppurationem. nam in huiusmodi cura quatuor hæ sunt intentiones: prima, maturatio: secunda, ruptio: tertia, abstersio materiæ saniosæ; quarta, consolidatio. Igitur si harum prima vsus

D fuerit

fuerit medicus, excusabitur: (vt dixi) quoniam medicus, in quantum possibile est, deberet prohibere ipsius pleuritidis maturationem, cum ipsa sit via ad vlcera pulmonis, & ad phthisim, & inde ad mortem, per transitum saniei ab vlcere membranæ ad intrinsecas partes pulmonis. Sin autem aliter non posset fieri curatio: ad maturandum apostema pleuriticum sequens emplastrum expertissimum est: *Recipe foliorum maluæ cum radicibus, violariæ ana M, ij. radicum althææ mundatarum vn. ij. radicum liliorum alborum vn. i. radicum enulæ vn. s. florum camomillæ, meliloti ana M. i. bulliant omnia in sufficienti quantitate aquæ, vsque ad consumptionem medietatis · deinde colentur: & colaturæ adde farinæ fœnugræci farinæ frumenti ana P. i. fermenti drach. j. pinguedinis porci, butyri ana vn. s. olei amygdalarum dulcium, olei communis ana quantum sufficit ad impinguandum emplastrum: cui adde croci drac. s. Quod emplastrum loco dolenti applicetur calidum, & ter in die naturali permutetur.*

Ad idem, scilicet ad suppurandam pleuritidem, optime expertum est sequens vnguentum: *Recipe mucillaginis seminis caulium, mucillaginis seminis althææ ana vn. ij. mucillaginis ficuum vn. i. lactis vaccini unc. iij butyri recentis vn. ij. olei amygdalarum dulcium vn. ij. s. omnia simul misceantur, & leui igne bene decantur, & cum cera quantum sufficit, fiat vnguentum molle. Quod vtique extensum supra lanam succidam, loco dolenti applicetur, ter vel quater in die naturali.*

Ad idem, in maturatione apostematis, experta est sequens antidotus: *Recipe butyri recentis vn. iiij. mucillaginis ficuum vn. ij. olei amygdalarum dulcium recentis vn i misce, & omnia simul bene incorporentur, & cum sacchari quãtum sufficit, fiat loch: de quo frequentissime patiens in ore teneat lambendo.*

Ad idem, potus sequentis aquæ calidæ lambendo multum confert: *Recipe iuiubarum, sebesten, ana numero xv. glycyrrhizæ mundæ, passularum enucletarum ana vnc. s. radicum maluæ, radicum althææ, radicum enulæ ana vnc. s. dactylorum enucleatorum, caricarum pinguium ana numero ij. bulliant simul in sufficienti quantitate aquæ,*

vsque

*vsq; ad consumptionem medietatis: deinde colentur: & colaturæ adde olei amygdalarum dulcium vnc. i sacchari quantum sufficit, & fiat iuleb longum clarificatum: de quo patiens assumat ferè sine intermissione.*

Si verò post fortem dolorem lateris, dolor ipse notabiliter minuatur, & post febrem intensam febris valde dimittatur, & alia accidentia ipsius pleuritidis in se multùm remissa fuerint; dum tamen in membro læso remanserit sola grauitas, quam patiens ex ponderositate loci percipit: tunc medicus debet coniectare, naturam non posse apostema resoluere: & quoniam apostema est dispositum, & præparatum ad disruptionem, ideò medicus debet omni ingenio curare, vt apostema ipsum rumpatur. Quare ad rumpendum apostema pleuriticum, *præcipiat patienti, vt inordinato, & forti motu moueat membra thoracis: quoniam ex huiusmodi motu violento, & forti, rumpetur apostema*

Ad idem, valet sequens emplastrum: *Recipe radicum althææ coctarum vnc iij. in mortario optimè contundantur: quibus adde butyri vnc i. mellis vnc. i. s. stercoris columbini drac. ij. misce: & calidum loco præcisè applicetur: & subitam videbis disruptionem apostematis.*

Si verò apostema vel arte, vel natura disrumpatur: quod cognoscitur ex desinentia ponderositatis membri, & ex apparentia exitus saniei, per screatum, & per apparentiam saniei ex vrina: tunc medicus debet solicitus esse ne materia illa transeat ad pulmonem: & si transierit, vt non permaneat & figatur: necnon prohibeat etiam futuram phthisim: ad quod expertũ est sequens lambitiuum: *Recipe aquæ hordei lib. i. mellis rosati vnc. iij. radicum althææ vnc. s. misce. & bulliant ad consumptionem tertiæ partis: deinde coletur: & de colatura calida patiens lambendo sæpissimè capiat. Hoc enim remedio abstergitur sanies ab vlcere, & ad inferiores partes cutis tranfertur, & mundatur per viam sputi.*

Vel: *Recipe penidiarum vnc. ij. mellis rosati vnc. i. succi enulæ vnc. s. pulmonis vulpis puluerizati drach. iij. misce, & cum modico sacchari fiat loch: cuius quantitatem sæpissimè lambendo æger in ore teneat.*

Aliud secretum & valde expertum, ad idem: *si quater in*

*ter in die naturali bibat patiens uncias quatuor aquæ hederæ terrestris calidæ : videbis optimam curationem disrupti apostematis pleuritici, & eius mundificationem à sanie, & prohibitionem futuri empyematis & phthisis. Quo etiam faciunt ea, quæ dicenda sunt sequenti capite de tussi.*

## CAP. XVII.

## *De Tussi.*

SI fuerit tussis à causa calida( dignoscitur autem hoc à caliditate percepta in spiritalibus, à pruritu, & punctura eorundem, à perceptione materiæ subtilis in gutture prurientis, à rubedine faciei, & oculorum, & in eis caliditate apparente) compertum est, tanquam sublime remedium, *duas phlebotomias, alternis diebus factas, multùm conferre. Prima quidem ex vena nigra dextri brachii, cum extractione sanguinis quatuor unciarum: Secunda verò ex cephalica eiusdem lateris, cùm ferè tussis calida sit à defluxu materiei à capite.*

Ad idem, compertum est, medicinam sequentem tussim calidam curare: *Recipe iuiubarum, sebesten ana numero x. glycyrrhizæ, passularum enucleatarum ana unc s. bulliant in sufficienti quantitate aquæ: & cum colatura dissolue floris cassiæ nouiter tractæ unc. i electuarii rosati Mesue drach. ij misce, & fiat potus: & detur tussienti in diluculo.*

Ad idem, scilicet ad tussim calidam, optimè conferunt sequentes pilulæ, datæ patienti cum ibit dormitum: *Recipe pilularum aurearum Nicolai scrup. ij. pilularum assaieret scrup. i. misce cum syrupo violato, & fiant pilulæ numero* v.

Ad idem, expertum est, tanquam remedium efficax, sequentem potionem multum conferre: quam patiens debet frequentare per septem dies continuos in ingressu lecti: *Recipe aquæ hordei unc. v. diacodii cum sacchàro unc. s. misce, & apud ignem calefiant: & tussienti exhibeto.*

Ad idem, compertum est sequentem potum mirabiliter conferre patienti datum in ingressu lecti : *Recip. succi hordei extracti ex hordeo recenti, & mundo unc. ij. pulueris diatragacanthi frigidi unc. ij. misce, & dissoluantur cum aqua decoctionis glycyrrhizæ, iuiubarum, & passularum enucleatarum, quantum sufficit.*

Ad

Ad idem, optimè expertum, & secretum est in curatione tussis calidæ, & præcipuè cùm infestat ægrum, vt vix possit dormire, assumere alternis diebus vnam de sequentibus pilulis in ingressu lecti: *Recipe pilularum de cynoglossa descriptione Mesue drach. i. cum syrupo rosato, fiant pilulæ numero quinq; quarum vnam capiat modo dicto.*

Ad idem, experientia testatur, si patiens quolibet die ante prandium capiat vnam de infrascriptis pilulis, curari à tussi calida: *Recipe pilularum masticinarum Conciliatoris drach. i. agarici trochiscati drach. s. pilularum aurearum Nicolai scrup. ij. misce cum syrupo violato, fiant pilulæ numero x. quarum vnam capiat modo dicto.*

Aliud expertum: si patiens purgetur sequenti medicatione syruporum, & medicinæ, sanabitur à tussi calida. Syrupus, quem debet accipere per septē dies continuos, est sequens: *Recipe syrupi myrtini, violati, de iuiubis ana vnc. i. aquarum vngulæ caballinæ, plantaginis ana vnc. i. s. misce pro vna vice. Facta digestione materiæ, compertum est sequentem medicinam̄ tussim ipsam catarrhalem calidam curare: Recipe Corticum myrobalanorum citrinarum vnc. s. granorum myrti, iuiubarum, sebesten ana numero x. glycyrrhizæ mundæ, passularum enucleatarum ana vnc s. agarici ligati in petia drac s. bulliant omnia in sufficienti quantitate aquæ, vsq; ad consumptionem medietatis: & cum prædicta colatura dissolue mannæ granatæ electæ vnc. ij. & hoc pro diuitibus. Si verò pauper fuerit, cassiæ nouiter tractæ vnc. i vel penidiarum vnc. iij. electuarii rosati Mesue, electuarii de dactylis ana drach. i. s. misce, & fiat potus, & patienti tussim exhibeatur in diluculo.*

Ad idem, vbi tussi coniungeretur raucedo vocis, valet hæc mixtura sequens, pluries in die eam assumendo, & lambendo: *Recipe diatragacanthi frigidi, diacodii cum saccharo, diapenidii sine speciebus ana vnc. i. boli Armenæ subtiliter puluerizatæ drach. i misce, & cum iulep. violato fiat ad modum loch.*

Ad idem, multum valet sequens mixtura, bis in die sumpta, scilicet ante prandium, & ante cœnam per duas horas, quantitate cochleari: *Recipe mannæ electæ vn. i. s. floris cassiæ nouiter tractæ vnc. s. penidiarum vnc ij. pulueris tragacanthæ frigidæ, vnc. i. s. olei amygdalarum dulcium recentis vnc. s. misce, & fiat loch.*

Adidem, expertum eſt, ſi patiens veſperi, cùm ibit dormitum, aſſumat octo cochlearia infraſcriptæ mixturæ; ſanari tuſſim calidam: *Recipe aquæ fontis claræ unc. x. ſaccharì albiſſimi unc. ij. s bulliant ſimul uſq; ad conſumptionem tertiæ partis: deinde adde farinæ amyli, farinæ hordei ana quantum ſufficit ad incorporandam prædictam aquam ad formam liquoris denſi.*

Adidem optime expertum eſt, patientem aſſiduè teneri in ore lambendo vnum de infraſcriptis paſtillis: *Recipe ſacchari candi unc. iij. gummi Arabici, tragacanthæ, amyli ana drach. ij. ſucci glycyrrhizæ drach. i. farinæ hordei drac. iij omnia ſimul ſubtiliſſimè pulverizentur, & cum ſaccharo diſſoluto in aqua violata quantum ſufficit fiant paſtilli.*

Ad idem, experientia inuentum eſt, veſperi, cùm patiens ibit dormitum, in ore ſub lingua tenere vnã de infraſcriptis pilulis, multum conferre: *Recipe diacodii. pulueris diatragacanthi frigidi, penidiarum ana drach. ij. boli Armenæ drach. s. pulverizentur omnia ſubtiliſſimè & cum ſyrupo myrtino fiant formulæ, vel pilulæ ad modum lupinorum.*

Ad idem, optimum remedium, auferens tuſſim calidam: *Recipe paſſularum enucleatarum unc. ij bulliant in libra una aquæ uſq; ad conſumptionem tertiæ partis: deinde illi aquæ fortiter bullienti impone glycyrrhizæ raſæ recentis per fruſta diuiſæ un. ij. & omni hora teneat patiens fruſtum unum ipſius glycyrrhizæ bene maſticando.*

Si verò præcedentia remedia in tuſſi calida non ſuffecerint, iam credendum eſt, ipſam foueri à catarrho ad membra pectoris. Conſulo itaque, tanquam vltimum remedium, & ſublime, *fieri cauterium actuale in commiſſura coronali. Et quanquam materia ſit calida, cauterium tamen utilitatem præſtat: quoniam exſiccando, & cerebrum confortando, prohibet fluxum materiæ ad membra anhelitus.*

Ad tuſſim frigidam, cum præſentia materiæ pituitoſæ, fluentis à capite ad membra anhelitus, experta eſt ſequens medicina: *Recipe diaſebeſten lenitiui unc. i. electuarii de dactylis drach. ij, miſce, & fiat bolus cum ſaccharo: & capiat patiens per quatuor horas ante lucem.*

Ad idem, expertum eſt benè valere ſequens electuarium, frequentatum à patiente, ipſum lambendo: *Recipe terebinthinæ lotæ aquâ capillorum veneris unc. iij. caricarum*

*pinguium*

*Pinguium vnc. i. penidiarum vnc. iiij. olei amygdalarum dulcium recent s vnc. i. misce, & optimè in mortario agitentur, quousq; fiat electuarium.*

Ad idem mirabiliter confert sequens electuarium, si patiens ipsum frequentet lambendo: *Recipe succi althææ vnc iij. succi enulæ vnc. i penidiarum vnc. ij. s amyli vnc. i. sacchari quantum sufficit dissoluti cum aqua vngulæ caballinæ, & fiat electuarium.*

Ad idem, medicina hæc optimè experta est, si in ingressu lecti patiens de ea capiat decem cochlearia: *Recipe aquæ fontis claræ lib i. mellis albi vnc. iij. bulliant vsq; ad perfectam mellis despumationem: deinde paulatim infundatur farina amyli paulatim aquam sic bulliendo, & agitando, quousq; deueniat aqua ad succi densitatem.*

Ad tussim frigidam sequens purgatio confert, præcedente digestione materiæ; *Recipe syrupi de hyssopo, syrupi de glycyrrhizæ mellis rosati colati ana vnc. s. aquarum capillorum veneris, vngulæ caballinæ, betonicæ, ana vnc i. misce pro vna vice.* Quo syrupo continuato per septem dies, capiat patiens infrascriptam medicinam: *Recipe electuarii de cassia vnc. i penidiarum vnc. s agarici præparati drach. i. misce: dissoluantur cum aqua decoctionis glycyrrhizæ, & iuiubarum quantum sufficit.*

Ad idem, expertum est sequens medicamentum, per viam euaporationis: *Recipe aquæ limpidæ lib. i. masticis drach. i. s. thuris drach. ij. puluerizentur puluerizanda, & cum aqua misceantur, & bulliant ad ignem lentum: & cùm erunt in forti ebullitione, ab igne detrahantur: demùm cum emboto patiens capiat fumum illius aquæ per os, quousq; effumabitur aqua. Si verò materia sit multum frigida, fiat ebullitio harum rerum in vino odorifero.*

Ad idem, expertum est conditum sequens; si patiens per duas horas ante prandium comedat vnciam vnam, & in ingressu lecti vnciam aliam illius conditi: *Recipe pinearum mundatarum amygdalarum dulcium mundatarum ana vnc iij. penidiarum vnc. vi. olei amygdalarum dulcium recentis vnc. ij. sacchari quantum sufficit, & fiat in forma electuarii.*

Ad idem, expertum est sequens electuarium, si æger in ore lambendo ipsum teneat: *Recipe diapenidii sine*

*speciebus, loch sani & experti ana vnc.i. penidiarum vn. ij syrupi de hyssopo quantum sufficit ad incorporandum, & fiat electuarium.*

Ad idem, mirabiliter confert assumptio vnius vnciæ cum dimidia sequentis aquæ, in ingressu lecti, & per tres horas ante prandium: *Recipe agarici optimi, & electi drac ij. bulliant in libra vna aquæ limpidæ vsq; ad consumptionem medietatis: deinde coletur aqua: & de colatura dabis vnciam vnam cum dimidia patienti modo dicto.*

Ad idem, in omni ætate est expertum, tam in pueris, quàm in senibus, dare patienti tussim frigidam, cum ibit dormitum, pilulam vnam de sequentibus pilulis, quolibet vesperi: *Recipe agarici præparati drach. ij. thuris drach. i. s. pulverizetur thus, & cum succo de hyssopo, & cum agarico commisceatur, & fiant pilulæ numero x. quarum vnam capiat patiens modo dicto.*

Ad idem, expertum est optimè valere, si patiens frequentet lambitionem sequentis aquæ calidæ. *Recipe thuris, masticis, ana drach. i. s. amyli, glycyrrhizæ, passularum enucleatarum ana vnc s. radicum enulæ vn. i bulliant in sufficienti quantitate aquæ, vsq; ad consumptionem tertiæ partis, deinde colentur, & colatura vsui seruetur.*

Ad idem, expertum est, omnem administrationē olei amygdalarum dulcium recentis per os multùm conferre, & præcipuè, si oleum condiatur modo sequenti: *Recipe olei amygdalarum dulcium vnc. vi. sacchari optimi dissoluti in aqua vngulæ caballinæ quantum sufficit: & fiat iulep: de quo patiens pluries in die lambendo capiat cochlearium vnum: de quo etiam patiens frequenter capiat in suis ferculis.*

Ad idem, optimè valet condimentū sequens; assumptū & loco cibi & loco medicinæ: *Recipe butyri recentis sine sale lib. i. vitellos ouorum recentium numer iij. farinæ amyli vn. ij sacchari dissoluti in aqua violata vn. i misce: & optimè agitentur quousq; fiat condimentum gustui optimum.*

Si verò præcedentia hæc non contulerint, consulo, tanquam secretum experimentum, in sedatione tussis frigidæ à materia pituitosa, *cauterizare crus dextrum infra genu in parte syluestri, per quatuor digitos inter duos musculos cruris, & optimum videbis iuuamentum.*

Ad idem, per ea, quæ extrinsecus applicantur, valet

vnguen-

vnguentum sequens: quo calido totum pectus inungi debet: *Recipe butyri antiqui sine sale, olei amygdalarum dulcium, olei liliorum alborum ana vnc. i. mucillaginis seminum althaæ, mucill. seminum maluæ ana vnc. s. croci scrup. s. misce, & cum modico ceræ fiat vnguentum.* Et hæc de tussi calida, & frigida.

## Cap. XVIII.

## *De passionibus cordis, scilicet de tremore, saltu & pulsu cordis.*

AD cordis passionem, & præcipue cum fuerit antiqua, infallibile, & expertum est remedium (cum ipsa ægritudo vt plurimum sit diuturna) *facere phlebotomiam ex basilica oppositi lateris: sic enim hæc ægritudo ex toto curatur: dummodo corporis lenitio, & euacuatio phlebotomiã præcedat, hoc modo: Recipe diacatholici drachm. vj. confectionis Hamech drachm. ij. misce, & fiat potus cum aqua buglossæ. Sequenti vero die fiat phlebotomia modo dicto. Si vero patiens omni anno vtatur prædicta phlebotomia, certe nunquam cardiacam passionem percipiet.*

Ad idem, expertum, & in præseruatione à cardiaca passione, & in curatione præsentis cardiacæ, digerere materiam sequenti syrupo, & euacuare infrascripta medicina. Syrupus ad cardiacam passionem talis est: *Recipe syrupi de corticibus citri, syrupi de pomis dulcibus ana drach. vj. syrupi de epithymo drachm. ij. aquarum tormentillæ, dictamni albi, buglossæ ana vn. i. misce pro vna vice.* Continuato Syrupo per septem dies: octaua die patiens capiat medicinam sequentem: *Recipe florum buglossæ, borraginis ana M. i. folliculorum senæ, polypodij quercini ana drachm. ij. myrobalanorum Indarum drach. i. bulliant in sufficienti quantitate aquæ, vsque ad consumptionem medietatis: deinde colentur. & cum colatura dissolue diasenæ lenitiui drachm. vj. reubarbari subtiliter pulueri zati drach. i. s. misce: & patienti potus exhibeatur in diluculo.*

Facta phlebotomia prima, & alui purgatione, ad passionem cordis scias mirabiliter conferre *apertionem hæmorrhoidarum, quater in anno, secundum diuersitatem quatuor temporum: & talem apertionem hæmorrhoidarum in passionibus cordis semper vtilissimam deprehendi.*

Ad idem valet, & experta est sequens confectio si ante prandium capias per tres horas: *Recipe specierum pleres archonticon, specierum lætificantis, specierũ triasandalorum, specierum aromatici caryophyllati ana drach. i. sacchari albissimi dissoluti in aqua buglossæ quantum sufficit, & fiat confectio in rotulis duarum drachmarum: & patiens capiat vnam, superbibendo vnciam vnam vini maluatici.*

Ad idem, experta est sequens mistura multum valere in passionibus cordis: *Recipe diaborraginati vnc. iiij. diabuglossati, sacchari rosati ana vnc. ij. conseruæ acetositatis citri vnc i. corallorum rubrorum, been albi, & rubri, ossis de corde cerui ana drach. i. puluerizentur puluerizanda, & cum syrupo de pomis dulcibus fiat mistura: de qua patiens capiat, per duas horas ante cibum, dimidium vnciæ, & ante cœnam ad duas drachmas. Et scias, in omnibus passionibus cordis valere hanc misturam, etiam in febribus.*

Ad idem, secretum in passionibus cordis, & maxime in mulieribus, quę ex consuetudine cadunt in talem passionem: *Recipe corticum citri exsiccatorum, zedoariæ, doronici, calami aromatici ana drachm, i. cardamomi drach. s. radicum buglossæ exsiccatarum drach. ij. musci fini scrup. s. epithymi drachm. s. puluerizentur omnia subtilissime, & fiat puluis cribellatus; de quo puluere patiẽs capiat in diluculo drachmam vnam, & mediam, dissolutam aqua tormentillæ; vesperi vero, cum ibit dormitum, drachmam vnam, dissolutam eadem aqua: & videbis ante septimum diem curari à passione cordis.*

Ad idem, confectio hæc sequens mirabilis est, valens quoque in debilitate virtutis, propter febres incensiuas, & optima hæc est confectio tempore pestilentiæ, & in febribus pestilentialibus: *Recipe cinnamomi electi drach. ij. macis drach. s. hyacinthorum, smaragdorum, rubinorum ana drach. s. margaritarum perforatarum, & non perforatarum ana scrup. i. auri subtiliter puluerizati, argenti subtiliter puluerizati ana drach. s. omnia simul subtiliter puluerizentur, & cum saccharo optimo dissoluto in aqua rosata fiat confectio in rotulis duarum drachmarum. Vidi enim hac confectione multa corpora tempore pestilentiæ fuisse conseruata.*

Ad idem secretum, quo in passione cordis semper feliciter sum vsus; *Recipe succi buglossæ ad ignẽ depurati vn. ij.*

*sacchari*

*facchari albiſſimi drach. ij. miſce: & tepidum quolibet die in ingreſſu lecti patiens bibat: & antequam tranſibunt decem dies, patiens curabitur à cardiaca paſſione.*

Ad idem, expertum: ſi patiens cardiacam paſſionem à qualibet cauſa, capiat infraſcripti iulepi, ter in die, vncias quatuor, ſanabitur ab huiuſmodi paſſionibus: *Recipe radicum tormentillæ, radicum dictamni albi ana vnc. s. florum bugloſſæ, borraginis ana vnc. i. oſſis de corde cerui, been albi, & rubri ana drach. ij. corallorum rubrorum, ſeminum roſarum rubrarum, doronici, zedoariæ ana drach. i. s. granorum citri, granorum paradiſi ana drachm. ij. s. hyacinthorum, ſmaragdorum, vtrarumque margaritarum ana drachm. i. bulliant omnia in libris decem aquæ vſque ad conſumptionem medietatis: deinde colentur: & colaturæ adde vini granatorum muzorum vnc. x. ſucci pomorum dulcium vn. vi. iterum bulliant vnica forti ebullitione, & cum ſaccharo quantum ſufficit, fiat iuleb longum, & aromatizetur ſecundum totum ſequenti puluere: Recipe cinnamomi electi, macis, folii ana drac. i. muſci optimi ſcrup. i. ambræ chryſeæ drach. s. puluerizentur ſubtiliter, & ligentur in petia ſubtili munda cum filo, & ponantur in vaſe ad medium iulep, & tandiu permaneant in eo, quandiu ex toto bibentur pulueres. Et ſcias illud eſſe mirabile in præſeruatione à peſte, ſi patiens in diluculo capiat ipſius iulep quatuor vncias in meridie & in ingreſſu lecti totidem.*

Ad paſſionem cordis, per ea, quę extrinſecus applicantur, expertum eſt, in hora, qua affligitur patiens, *appoſitam ventoſam è directo cordis, derelictam per horam, eſſe remedium præſentaneum.*

Ad idem, mane & veſperi ante cibum, ſiue dolor adſit, ſiue non, ipſius cordis ſequens epithema multum conferre, inuentum eſt experientia: *Recipe aquæ roſatæ, aquæ borraginis, aquæ meliſſæ, aquæ acetoſæ ana vnc. vi. ſandalorum alborum, rubrorum, ſeminum roſarum rubrarum ana drachm. i. s. ligni aloes, oſſis de corde cerui, cornu cerui vſti ana drach. i. corallorum rubrorum, been albi, & rubri ana drach. s florum bugloſſæ, borraginis ana M. i. bulliant ſimul, puluerizatis puluerizandis, vſque ad conſumptionem tertiæ partis aquæ: deinde adde vini maluatici optimi vn. iij. aceti optimi albi vn. ij. croci ſcrup. i. miſce, & cum ſindone de grana, mane & veſperi ante cibum, epithemate calido fomentetur cor.*

Ad

Ad idem, secretissimum vnguentum est, quo mane & vesperi ante cibum debet inungi tota regio cordis: & hoc vnguentum inuentum est pro pauperibus, quibus non est copia coemere epithemata: *Recipe olei nenupharis citrinæ vnc. ij pulueris florum nenupharis citrinæ drachm ij. sandalorum rubrorum, corallorum rubrorum, seminum acetosæ ana scrup. i. margaritarũ, ligni aloes, ossis de corde cerui ana scrup. s. camphoræ gran ij. ceræ albæ lotæ aqua nenupharis citrinæ, quantum sufficit puluerizatis puluerizandis, fiat vnguentum molle. Et nota, quod præsens vnguentum, & dictum epithema, valent in febribus intensiuis, & in aliis, quibus iungitur debilitas in virtute.*

Ad idem, secretum est mirabile, & expertum, valens admodum in pestilentia, & in præseruatione, & in curatione: cum applicueris cordi mane & vesperi, sequentem mixturam, & continue ipsam deferes: *Recipe theriacæ optimæ vnc. i succi limonis vnc. s. croci scrup. i. vtrarumque margaritarum, corallorum rubrorum, seminum acetosæ ana drachm. s camphoræ gran ij. misce, & omnia simul bene ducantur cum duabus, vel tribus guttis vini albi odoriferi, quousque fiat linimentum, cuius linimenti quantitas extendatur super sindonem sericam chermesini, & cadide cordi applicetur.*

Ad idem: inuentum est sacculum infrascriptum cardiacæ passioni multũ conferre, si continue patiens ipsum ferat super cor: *Recipe florum borraginis, buglossæ ana M. s. seminum citri, seminum acetosæ ana drach. ij. folii drachm. s. corallorum rubrorum, seminum rosarum rubrarum, been albi, & rubri ana drach. i. omnium fragmentorum scrup. i. vtrarumque margaritarum ana drach. s. doronici, zedoariæ, calami aromatici ana drachm i. s. ossis de corde cerui, cornu cerui usti, ligni aloes ana drachm. i. musci optimi. ambræ optimæ ana scrup. i. puluerizentur omnia subtilissime: & ex prædicto puluere fiant duo, vel tres sacculi, ad magnitudinem cordis, qui antequam cordi apponantur, continue suffumigentur vino albo odorifero.*

Ad idem, experimentum mirabile, & præcipue conuenit pueris, dum patiuntur vermes: *Recipe aloes hepaticæ vnc. s. croci scrup. i. succi citri drach. ij. vini albi odoriferi drac. i. omnia simul bene misceantur: & extendatur hæc mixtura super petiam, & cordi applicetur.*

Aliud

Aliud contra vermes puerorum: *Recipe farinæ lupinorum amarorum, aloes hepaticæ, ana drachm. iij. ſucci abſinthii drachm. ij. omnia bene ſimul miſceantur: & extendatur hæc mixtura ſuper petiam, & vmbilico puerorum applicetur.*

## Cap. XIX.

## *De dolore ſtomachi.*

SI dolor ſtomachi proueniat à cauſa calida (cuius ſignum erit, ſtomachi inflammatio, dolor acutus, & pungitiuus, amaritudo oris, & vomitus cholericus) tunc expertum eſt, medicinam ſequentem curare dolorem ſtomachi: *Recipe reubarbari electi drach. ij. ſpicæ gran. x. diacatholici drachm. vi. electuar. roſati Meſue drachm. iij. miſce, & fiat potus cum decoctione communi florum, & fructuum: qui exhibeatur patienti in diluculo. Et hæc medicina excuſabit medicum à multo labore in auferendo dolorem ſtomachi à cauſa calida.*

Aliud compertum in dolore ſtomachi: nam ſi is proueniat à vehementia febris, propter cauſam calidam aſſiduam: ante aduentum doloris per vnam horam, ſequens potio mirabiliter confert: *Recipe medullæ panis furfuracei vnc. ij. ſuperaſpergantur vini granatorum muzorum, aquæ plantaginis ana vnc. iiij. Facta forti expreſſione, detur tale vinum mixtum cum aqua, patienti: & videbis mirabile experimentum in dolore calido ſtomachi.*

Ad idem: experientia compertum eſt, ſequentem purgationem, cum digeſtione materiæ, curare dolorem ſtomachi à cauſa calida. Syrupus, quem debet continuare per ſeptem dies, talis eſt: *Recipe ſyrupi acetoſitatis citri, ſyrupi roſati ana drachm vi. ſyrupi de abſinthio drachm. ij. aquarum acetoſæ, cichoreæ, bugloſſæ ana vnc. i. miſce.* Octauo vero die capiat infraſcriptam medicinam: *Recip. floris caſſiæ nouiter tractæ vnc. i. reubarbari electi drachm. ij. ſpicæ gran. x. reubarbarum cum ſpica ſubtiliter incidatur, & modico vini albi odoriferi irroretur, & miſceatur cum caſſia, & fiat bolus cum ſaccharo: qui exhibeatur patienti in diluculo.*

Ad idem: in dolore ſtomachi à cauſa calida, valet ſequens mixtura: cuius cochlear vnum detur patienti mane & veſperi ante cibum per vnam horam: *Recipe diaci-*

*toniten*

*zoniten sine speciebus cum saccharo unc. ij. sacchari rosati, conserua acetositatis citri ana un. i. misce cum syrupo de absinthio, & fiat electuarium molle*

Si vero ægrum dolor plurimum infestaret, sicut plerunque contingit in febribus cholericis, vt nimio dolore æger quasi syncopizet: expertum est, *iuuare phlebotomiam basilicæ lateris dextri, quæ mirabilis est in forti dolore non tantum stomachi, sed omnium membrorum naturalium. Nota, licet vrina non ostendat requiri phlebotomiam: regulariter tamen in forti dolore à causa calida esse faciendam phlebotomiam.*

Si vero dolor fortis à causa calida, nec sedari possit phlebotomia, nec prædictis remediis: consulo, tanquam expertum, & securum, patientem capere sequentem bolum in quacunque hora doloris: *Recipe electuarii de succo rosarum Nicolai drach. iij philonii Romani scrup. ij. misce, & fiat bolus, ex quo videbis cito notabile iuuamentum.*

Ad idem, expertum est sequens remedium. & est multum efficax, quando cogitur medicus succurrere fortissimo dolori, cui alia remedia non attulerint iuuamentum: *Recipe syrupi rosati, syrupi de absinthio ana unc. i. s. opij gran. 2. misce, & bulliant vnica leui ebullitione: deinde ipso permixto cum tribus vnciis iuris pullæ, dabis patienti in potu.*

Ad idem: per ea, quæ extrinsecus applicantur, optime expertum est *hora doloris apponere ventosam super regionem hepatis: & videbis dolorem sedari, quia vt plurimum prouenit à cholera demandata ab hepate ad stomachum.*

Ad idem, multum valet, fomentare stomachum sequenti sicca fomentatione: & plurimum confert: *Recipe rosarum rubrarum, florum camomillæ, absinthii, menthæ ana M. i. irrorentur vino albo tegulæ ignitæ: & prædictæ herbæ simul super ipsas calefiant, & stomacho sæpius applicentur.*

Ad idem, & præcipue, quando dolor in febrientibus corporibus reperitur, valet sequens vnguentum: quo mane & vesperi ante cibum totus stomachus debet inungi: *Recipe olei citoniorum, olei rosati, olei absinthii ana unc. s. corallorum rubrorum drach. i. ligni aloes drach. i. s. ceræ quantum sufficit, & fiat vnguentum molle.*

Ad dolorem vero stomachi à causa frigida, vel à ventositate, cum ab ea, vt plurimum, stomachi dolor proueniat,

niat, primo medicus, antequam instituat illius curationem, debet præmittere sequens clystere: *Recipe mercurialis, foliorum maluæ, florum camomillæ, absinthii, menthæ, ana M. i. furfuris grossi ligati in petia M. ij. bulliant in sufficienti quantitate aquæ, vsque ad consumptionem medietatis: deinde colentur: & de colatura accipe libram vnam, benedictæ vn. i. s. vitellum oui numero i. misce, & iniiciatur clystere, stomacho ieiuno.*

Sequenti die experientia compertum est, sequentem medicinam curare dolorem stomachi frigidum, vel ventosum: *Recipe agarici electi drach. ij. ligetur agaricus in petia, & bulliat in sex vnciis aquæ claræ vsque ad consumptionem medietatis, deinde facta forti expressione, coletur aqua & cum prædicta colatura dissolue diasenæ lenitiui drac. vi floris cassiæ nouiter tractæ vnc s. & fiat potus, qui exhibeatur patienti per duas horas ante lucem.*

Sequenti vero die optimum remedium erit, digerere materiam per sex dies continuos sequenti syrupo: *Recipe syrupi de absynthio de mentha, mellis rosati colati ana vnc. s. aquarum feniculi absinthii, cichoreæ ana vnc. i. misce.* Septima vero die capiat patiens per horam ante lucem infrascriptas pilulas: *Recipe pilularum alephanginarum, masticinarum Conciliatoris, agarici trochiscati ana scrup. i. misce cum syrupo de mentha, & fiant pilulæ numero quinque.*

Si vero patiens dolore intensissimo infestetur: consulo, vt loco pilularum, dato etiam, quod non præcesserint syrupi, capiat infrascriptum bolum qualibet hora doloris: & est secretum, & optime expertum: *Recipe electuarii de dactylis vnc. s philonij Romani scrup. iiij. misce, & fiat bolus: ex quo videbis ægrum citissime releuari à dolore cum purgatione ventris.*

Aliud expertum in curatione doloris stomachi à causa frigida, & in præseruatione ab eodem: *patiens alternis diebus antequam capiat prandium, scrupulos duos assumat pilularum de aloe lota.*

Ad idem est optimum, quolibet mane, & in curatione doloris, & in præseruatione ab eo, vti duabus vnciis infrascriptæ potionis: *Recipe aloes lotæ vnc. s. mellis rosati vnc. iij. bulliant in duabus libris aquæ vsque ad consumptionem*

*nem medietatis, deinde colentur, & colaturam patienti dato in diluculo modo dicto.*

Ad idem est expertum, si patiens capiat de inf. ascripto electuario per duas horas ante cibum, mane & vesperi vnciam mediam: *Recipe diagalangæ, diacymini ana vn. i. mithridati optimi drachm. i. misce, & fiat electuarium.*

Aliud: *si patiens capiat drachmam vnam & mediam mithridati optimi in diluculo, & immediate superbibas haustum vini maluatici: confestim curabitur à dolore frigido stomachi.*

Ad idem, vbi ex vehementia doloris necessitas vrgeret, expertum ex hora doloris dari patienti infrascriptũ bolum: nam subito releuabitur à dolore: *Recipe diagalangæ, diacymini ana drach. ij philonii Romani drach. i misce, & fiat bolus.*

Vbi patientis virtus esset fortis, experientia compertum est, *datas patienti drahmas duas Philonii Romani post vehementiam doloris, statim dolorem curare.*

Ad idem, secretum est, & expertum, in hora doloris dare patienti infrascriptum potum: statimq; releuabitur patiens à dolore: *Recipe aquæ destillationis camomillæ vn. v nucis muscatæ subtiliter puluerizatæ vnc. i misce, & calidus talis potus patienti exhibeatur.*

Ad idem: & maxime pro mulieribus patientibus dolorem stomachi per consensum à matrice: valet quoque in viris à causa frigida: *Recipe aquæ destillationis matricariæ li. i. spicæ. squinanti ana drac i. s. bulliant vsque ad consumptionem medietatis, deinde colentur, & de colatura quolibet mane in diluculo dabis patienti vncias duas.*

Aliud expertum, & secretum; *si patienti quolibet vesperi, in ingressu lecti dentur tria grana masticis ad transglutiendum: præseruant à dolore stomachi, atque ipsum curant.*

Præcedente euacuatione compertum est *omnes dolores frigidos sanari aqua balnei Porretani, si patiens, stomacho ieiuno, bibat illius aquæ tria bochalia: si vero non habuerit Porretanam aquam, sciat omnes aquas minerales, quarum minera est aluminosa, vel nitrosa, vel sulphurea, omnes stomachi dolores à causa frigida curare.*

Ad

Ad idem, compertum est, sequentem fomentationem dolorem stomachi efficacissime curare: *Recipe florum camomillæ meliloti menthæ, pulegii, calamenti, abrotani, fœnugraci, seminum lini ana M. i. rosarum rubrarum, spicæ, squinanti ana drachm. ij. dauci, carui, anisorum, anethi, feniculi ana M s. galangæ, zedoariæ, ana drach. ij. caryophyllorum, nucis muscatæ, ligni aloes, macis, corallorum rubrorum ana drach. i bulliant omnia in sufficienti quantitate aquæ, & vini albi odoriferi, vsque ad consumptionem tertiæ partis: deinde cum spongia infusa in prædicto liquore calido, mane & vesperi, ante cibum, stomachus fomentetur:* & immediate post fomentationem factam, quotidie vngatur stomachus sequenti vnguento: *Recipe olei spicæ olei masticis, olei absinthii ana vnc. i. nucis muscatæ, ligni aloes caryophyllorum, corallorum rubrorum ana drach. s. puluerizentur puluerizanda, & cum modico ceræ fiat vnguentum molle, pro stomacho.*

Ad idem, expertum est, fomentare stomachum mane & vesperi, & in hora doloris modo sequenti: *Recipe olei de spica facti in duplici vase lib i. tepefiat oleum, & cum lana succida, infusa in prædicto oleo, fomentetur stomachus: & vltima vice relinquatur lana succida super stomachum ligata.*

Ad idem, mirabilem effectum inuenies, si patiens cõtinue portet super stomachum sequentem sacculum: *Recipe absinthii, menthæ, pulegii calamenti ana M. s nucis muscatæ caryophyllorum, macis, ligni aloes ana drach. i puluerizentur omnia subtiliter & ex illis fiat sacculus: qui antequã stomacho applicetur, suffumigetur vino albo odorifero.*

Ad idem, efficacius videbis experimentum si patiens supra stomachum deferat continue sequens cerotum: *Recipe masticis vnc. iij macis, caryophyllorum, cinnamomi electi corallorum rubrorum, seminum rosarum rubrarum ana drachm. ij. absinthii sicci, menthæ siccæ ana M s. puluerizentur omnia subtiliter; & cum succo absinthii densentur pulueres: demum cum modico oleo de mentha, & cum cera, & pice, quantum sufficit. fiat cerotum secundum artem: cuius ceroti quantitas extendatur supra corium, & stomacho applicetur.*

Ad idem secretum, quod semper successit in curatio-

 ne

ne doloris ſtomachi, in hora doloris, & etiam in præſeruatione: patiens quolibet mane ante prandium, ſtomacho ieiuno capiat tria cochlearia ſequentis mixturæ *Recipe mellis roſati colati vnc. vi. nucis muſcatæ drac. i s aquæ vitis optimæ vn ij. bulliant ſimul vſque ad conſumptionem aquæ vitis, deinde colentur, & de colatura patiens capiat modo dicto.*

Ad idem eſt expertum, applicare ſtomacho patientis infraſcriptum remedium: *℞. cruſtam panis furfuracei numero i. & ſuperior, vel inferior pars torrefiat mediocri torrefactione, deinde cum vino maluatico calido madefiat talis cruſta panis & eidem ſuperaſpergatur puluis ſequens: ℞. maſticis, caryophyllorum, nucis muſcatæ ana drach. i macis cinnamomi ana drach. s. pulverizentur ſubtiliter & fiat puluis & videbis ex hoc experimento calido ſtomacho applicato, quam celerrime dolorem ſedari.*

Ad idem, eſt optime expertum, præcipue pueris, & infantibus patientibus dolorem ſtomachi, cuius ſignum erit infantium eructatio, & vomitus: *Recipe medullæ panis furfuracei vnc. iiij. torrefiant: demum ſubtiliter pulverizentur: addeſucci abſinthii, ſucci menthæ ana quantum ſufficit ad incorporandum pulueres: quibus addatur nucis muſcatæ drach. i. hiſque omnibus miſtis fiat vti vnguentum quod applicatum ſtomacho, dolorem ſedat, vomitum retinet, ſingultumq́; & eructionem tollit.*

## CAP. XX.

## *De apoſtemate ſtomachi.*

A Principio generationis apoſtematis ſtomachi, præcedente ventris lenitione, inuentum eſt, *phlebotomiam baſilicæ lateris dextri prohibere ipſius generationem, ſi quidem phlebotomia fuerit copioſa vſque ad ſex vncias ſanguinis:* ſequenti vero die compertum eſt, *appoſitionem ſanguiſugarum hæmorrhoidibus, maxime conferre prohibitioni generationis apoſtematis ſtomachi.*

Experientia compertum eſt, prohiberi generationem apoſtematis ſtomachi, *ſi patiens aſſidue ante prandium & cœnam immediate vncia media floris caſſiæ nouiter tractæ vtatur: imo dico tibi, quod qui vtetur tali aſſumptione caſſiæ, præſeruabitur ab omni mala ſtomachi affectione.*

Com-

Compertum est per experientiam, quod patiens timorem generationis apostematis, *si frequentabit quolibet mane masticare drachmam mediam reubarbari electi misti cum duabus drachmis passularum enucleatarum, manifeste dignoscet prohibitionem generationis apostematis, & cuiuslibet affectionis ipsius stomachi.*

Ad idem: si apostema generatum in stomacho esset à causa calida, à principio frequentare sequentem potum, prohibet generationem ipsius apostematis, tum repercutiendo materias è stomacho, tum prohibendo fluxum ab hepate ad stomachum: *Recipe aquæ plantaginis, rosatæ, acetosæ ana lib s. succi acetosæ, succi plantaginis, ana unc iij. sandalorum rubrorum, albcrum, ana drach. ij. rosarum rubrarum, granorum myrti ana unc. s. bulliant simul usque ad consumptionem medietatis aquæ: deinde coletur aqua, & colaturæ adde vini granatorum acetosorum lib. i. iterum bulliant leui ebullitione, & cum sacchari quantũ sufficit fiat iulep: de quo patiens frequenter in die capiat duo, vel tria cochlearia.*

Ad idem: in materia calida, confert assumptio sequentis liquoris pluries in die: *Recipe aceti passulati lib. i. sacchari albi lib. s. bulliant ad inuicem, quousque efficiatur forma iulep.*

Nota, si materia esset fluxa ad stomachum (quod dignoscemus dolore forti, & timore ad tactum apparenti, & grauedine in stomacho) remedia prædicta non conferre: quia illis compingeretur materia in loco: & esset causa citissimæ generationis apostematis. Si verò transactum fuerit principium generationis apostematis stomachi, & simus in augmento ipsius, quod prædictis signis dignosceretur: tunc temporis indigenus euacuatione, & digestione materiæ, quoniam intentio est semper prohibere factionem apostematis, atque eius magnificationem. Facta igitur prædicta phlebotomia, digerenda est materia sequenti Syrupo, & euacuanda sequenti medicina: Syrupus talis est: *Recipe syrupi de duabus radicibus, violati, mellis rosati colati ana unc. s. oxymellis simplicis drach. ij. aquarum feniculi, absinthii, capillorum veneris ana unc. i. misce pro singulis sex diebus.* Sequenti verò die, id est, septima, capiat patiens infrascriptam medicinam: *Recipe mannæ granatæ electæ unc. ij. s. reubarbari electi*

 *drach.*

*drach.ij. spicæ gran.x. misce, & fiat potus, cum decoctione communi florũ, & fructuum: qui potus detur patienti in diluculo.*

Aduerte, quod in dispositionibus stomachi, & præcipue in apostemate, non debes transcendere medicinam benedictam, quoniam medicinæ laboriosæ, & scammoneatæ, vltra hoc, quod agitant corpus, & membra, deducunt materias ad locum apostematis, & ideo ipsum augmentant: *idcirco caue ab exhibitione pilularum, & quorumcunque soluentium in stomacho diu morantium. Quapropter cassia fistulæ est sublime remedium in quocunque tempore apostematum stomachi.*

Facta euacuatione, tua intentio debet esse ad resolutionem materiæ facientis apostema: & ad hoc experientia inuentum est, quod si patiens capiat, stomacho ieiuno, quolibet mane drachmam vnam sequẽtis pulueris cum iure pullæ, resoluetur materia faciens apostema: *Recipe prassii sicci, absinthii sicci, menthæ siccæ ana drachm i. galangæ, ligni aloes ana drach s. misce, & fiat puluis subtilissimus: qui patienti detur modo dicto.*

Ad idem, compertum est multum conferre, si patiens frequentet misturam sequentem, stomacho ieiuno mane & vesperi: *Recipe diagalangæ vnc.i. aromatici rosati vnc. i. s. tria sandalorum vnc. s. penidiarum ad pondus omnium, misce, & cum syrupo de mentha fiat electuarium.*

Est etiam expertum, *si patiens capiat in diluculo, quolibet mane, vncias sex aquæ destillatæ camomillæ, curari ab incepto stomachi apostemate.*

Ad idem, sublime remedium est sequens conditum: *Recipe succi enulæ depurati vnc. iiij. succi absinthii nouiter facti vnc. ij sacchari quantum sufficit, & fiat ad modum loch: exhibeatur patienti modo dicto, scilicet mane & vesperi ante cibum.*

Ad idem, compertum est experientia, si patiens tribus diebus continuis, stomacho ieiuno, capiat infrascriptum potum, eum sanari ab apostemate stomachi, vbi tentamus materiæ resolutionem: *Recipe aquæ camomillæ, endiuiæ ana vnc. s. aquæ optimæ ardentis drachm. i. misce, & fiat potus.*

Ad idem est expertum, & optimum, dare patienti per sex dies continuos, stomacho ieiuno, infrascriptum potum:

potum: multum enim valet in resolutione apostematis stomachi: *Recipe vini maluatici vnc.s. aquæ endiuiæ drach. ij. olei vitrioli Romani guttas duas: misce, & detur patienti modo dicto.*

Ad idem (intentione habita ad resolutionem apostematis stomachi, per ea, quæ exterius applicantur) expertum est, sequentem fomentationem multum conferre, stomacho applicatam mane, & vesperi ante cibum: *Recipe florum camomillæ, meliloti, anethi, fœnugræci, seminum lini ana M.s. absinthii, menthæ ana M.i. nucis muscatæ, ligni aloes, caryophyllorum ana drac. ij. bulliant in sufficienti quantitate aquæ vsque ad consumptionem tertiæ partis, deinde cum spongia fomentetur stomachus.*

Ad idem, est expertum, applicare stomacho mane & vesperi, post prædictam fomentationem, sequens vnguentum: *Recipe mucillaginis althææ, mucillaginis fœnugræci, mucillaginis seminis lini ana drach. i. olei spicæ, olei absinthii ana vnc.s. caryophyllorum, macis, nucis muscatæ ana drachm. i. puluerizentur puluerizanda, & cum modico ceræ fiat vnguentum molle.*

Ad idem est secretum mirabile, si applicetur stomacho, etiam apostemato, sequens emplastrum: *Recipe mellis albi lib. ij. absinthii viridis vnc.s. radicum althææ vnc. i. s. omnia simul bulliant vsque ad perfectam decoctionem: deinde adde farinæ fœnugræci, farinæ seminum lini ana P. i. olei absinthii quantum sufficit ad inpinguandum emplastrum: quod stomacho apostemato applicetur continue, mane & vesperi mutando.*

Ad idem, & est expertum, & secretum, quo sæpius optimo successu vsus sum: *Recipe terebinthinæ lib. ij. succi absinthii, succi althææ ana vnc. iiij. butyri recentis vnc. i. croci drachm. i. olei absinthii vnc. ij. misce, & vnica bullitione bulliant: deinde filtro madefacto cum prædicto liquore calido mane, & vesperi fomentetur stomachus: & subitam materiæ resolutionem videbis.*

Vel: *Recipe emplastri de meliloto lib. i. olei amygdalarum dulcium lib.s. croci drach. i. misce, & iuxta ignem liquefiant, & cum lana succida madefacta in prædicto liquore calido, mane & vesperi apponatur ipsi stomacho.*

Aliud sæpius per me expertum, quod bene successit in

apoſtemate ſtomachi: *quolibet mane per ſeptem dies dentur, ſtomacho ieiuno, drachmæ duæ terebinthinæ lotæ cum aqua abſinthii:* & immediate ſtomacho applicetur ſequens cerotum: *Recipe œſypi ceroti vnc. i. emplaſtri de meliloto vnc. ſ. olei amygdalarum dulcium vnc. i miſce, & extendatur ſuper petiam, & calidum ſtomacho applicetur.*

Si vero prædictis ingeniis noluerit apoſtema ſtomachi obedire reſolutioni (cuius ſignum erit doloris augmentum, tumoris incrementum, & grauitas admodum aucta) tunc debet medicus ſequi ſuppurationem, intentam à natura: ad cuius apoſtematis ſuppurationem expertum eſt ſequens emplaſtrum: *Recipe radicum ireos vnc. ij. foliorum maluæ cum radicibus, violariæ ana M. i. radicum althææ mundatarum, & minutim inciſarum vnc. iij. florum camomillæ, meliloti ana M. i. bulliant omnia in ſufficienti quantitate aquæ ad conſummation ẽduarum tertiarum: deinde adde farinæ frumenti M. i. farinæ fœnugræci, farinæ ſeminum lini ana M. ſ. pinguedinis porci, butyri recentis ana vnc. i. lactis vaccini vnc. ij. olei amygdalarum dulcium, olei camomillæ ana quantum ſufficit ad impinguandum emplaſtrum: quod ſupra apoſtema ſtomachi continuo deferatur.*

Ad idem, optime expertum eſt ad maturationem apoſtematis ſtomachi *Recipe diachyloni magni drac. ij. vnguenti mollitiui vnc. i. mucillaginis althææ, maluæ ana vnc. i. mucillaginis caulium vnc. iij. croci drach. i. miſce, & iuxta ignem omnia bene liquefiant, & filtrum madefactum in illo liquore applicetur ſtomacho pluries in die.*

Ad idem, citam inuenies apoſtematis ſtomachi maturationem, ſi quater in die naturali ei applicaueris ſequens remedium: *Recipe farinæ frumenti lib. i. fermenti vnc ij. aquæ fontis lib. i. olei amygdalarum dulcium vnc. iij, croci drach ij. miſce, & apud ignem bene ducantur, quouſque fiat veluti vnguentum: & ipſum extenſum ſuper lanam ſuccidam, videbis optimam apoſtematis ſtomachi maturationem.*

Quo apoſtemate maturato (quod dignoſces per decrementum tumoris, doloris, & grauitatis membri, cum apparentia mollitiei ad tactum in loco doloris) debes procurare ipſum apoſtema diſrumpi: quod pluribus fit rationibus. *Primo præcipiendum patienti, vt forti motu moueatur, quo anhelitus augeatur, & adaucta neceſſitate euetationis,*

*tationis pellicula stomachi extendantur, & apostema disrumpatur.* Vel, *facta fricatione forti cum manibus, stomachus fricetur, & apostema disrumpatur. Aut prouocentur sternutationes frequentes cum pipere, pyrethro, nigella, vel elleboro albo.* Idem præstat *fortis vociferatio.* Nec non in eundem finem applicandum sequens emplastrum ipsi loco apostematis; *Recipe farinæ orobi frumenti ana M. i. fermenti vnc. s. saponis gallicani drach. ij. stercoris columbini vnc s olei de castoreo, de euphorbio ana drachm. ij. misce omnia, & iuxta ignem bene ducantur, quousque fiat forma emplastri: quod stomacho calidum applicetur, & mutetur per spatium decem horarum, & disrumpetur apostema sine dubio.*

Disrupto autem apostemate (quod vtique cognoscitur per exeuntia mutata, per vrinam subalbidam & turbulentam & per exeuntia per secessum sanguinolenta, & saniosa, & per vomitum sanguinolentum, & saniosum) repente mundificandum vlcus, ne profundetur, & stomachi tunicas penetret: ideo patientem iubebis, vt decies in hora capiat haustum vnum sequentis aquæ tepidæ: *Recipe aquæ hordei factæ cum hordeo non excorticato libr. ij. mellis rosati vnc. iij. misce, & bulliant vnica bullitione, & vsui patienti detur: & sic mundificato, & absterso optime vlcere, natura ipsum consolidabit, si Deus voluerit.*

CAP. XXI.

## *De Vomitu.*

AD vomitum cholericum, qui cognoscitur ab exeunte mutato, quod est cholera, cuiuscunque modi, & qualitatis fuerit, expertum est sequens medicamentum multum conferre: *Recipe floris cassiæ nouiter tractæ vnc. i. reubarbari electi drach. ij. spicæ gran. x. Reubarbarum cum spica subtiliter incidatur, & modico vini albi odoriferi irroretur: & dissoluantur omnia cum decoctione communi florum, & fructuum quantum sufficit. & exhibeatur patienti per horam ante lucem.*

Ad idem, expertum est, post euacuationem, mane & vesperi ante cibum datam patienti vnciam vnam sequentis liquoris; mirabilem effectum in sedatione vomitus cholerici præstare: *Recipe succi citoniorum libr. j. coral-*

*corallorum rubrorum, ſeminum roſarũ rubrarum ana drach. j. hypociſtidis, acatiæ ana drach. s. reubarbari electi drachm. i. omnia contundenda contundantur groſſo modo, & cum prædicto ſucco bulliant vſque ad conſumptionem tertiæ partis ſucci, & deinde colentur, & colatura vſui reſeruetur modo dicto. Et ſcias, hoc remedium eſſe ſecretum in curatione dyſenteriæ.*

Ad idem, optime expertum eſt; & præcipue ſi vomitus fuerit periodicus; dari patienti per horam ante acceſſum vomitus, vel in hora vomitus, infraſcriptum potum & cibum: *Recipe bucellam panis torrefactam, ſupra quam aſpergantur vini granati acetoſi unciæ quatuor. Comedat patiens bucellam panis, & bibat vinum.*

Ad idem, & eſt expertum, mirabiliter tollens vomitum cholericum: dare patienti mane & veſperi, ſtomacho ieiuno vnam de infraſcriptis formulis. *Recipe ſeminum acetoſæ, plantaginis, portulacæ ana drachm. i. granorum granatorum muzorum drachm. i. s. hypociſtidos, acatiæ, hyſſopi ana drachm. i. s. ſpecierum aromatici roſati ſcrup. ij. pulueriZentur omnia ſubtiliſſime, & cum ſaccharo diſſoluto in aqua roſata quantum ſufficit fiat confectio in rotulis drachmarum duarum pro qualibet.*

Ad idem, optime expertum eſt, inungere ſtomachum ſequenti vnguento, multum conferre in vomitu cholerico: *Recipe olei citoniorum, roſati ana vnc. i. abſinthii vnc. s. corallorum rubrorum, roſarum rubrarum ana drach. s. nucis muſcatæ drachm. i pulueriZentur pulueriZanda, & cum modico ceræ fiat vnguentum molle pro ſtomacho, cum quo mane, & veſperi ante cibum inungatur ſtomachus.*

Ad idem, & eſt ſecretum in ablatione vomitus, tam in febrientibus, quam in non febrientibus, à materia cholerica, dare patienti quolibet mane in diluculo infraſcriptum potum: *Recipe ſyrupi roſati de roſis ſiccis vnc. i. s. aquæ plantaginis vnc. iij. trochiſcorum de ſpodio cum ſeminibus acetoſæ drachm. i. pulueriZentur pulueriZanda, & miſce pro vna vice.*

Ad idem eſt optimum, applicare ſtomacho ſequens emplaſtrum: *Recipe citonium coctum ſub cineribus numero i. corallorum rubrorum, roſarum rubrarum ana drach. ij. pulueriZentur pulueriZanda, & omnia in mortario bene ducantur, & contundantur, & cum modico olei roſati, fiat emplaſtrum: quod calidum ſtomacho applicetur.* Si

Si verò vomitus quantumcunq; cholericus admodum ægrum infestaret *conueniente ætate, & robore virtutis, consulo, veluti remedium efficacissimum secare venam basilicam dextram patientis, & extrahere sanguinis vncias quatuor, vel quinq; ad plus.*

Si vomitus fuerit à causa frigida pituitosa, vel melancholica (quod cognoscitur ex exeunte ipso mutato, quippe album vel nigrum apparebit) tunc expertum est medicinam hanc a principio multùm conferre: *Recipe diasenæ lenitiui diacatholici ana vnc. s. epithymi drach. i. s. agarici præparati scrup. ij. misce, & dissoluantur omnia cum decoctione communi fiorum & fructuum quantum sufficit.*

Ad idem, mirabile est & secretum in sedatione vomitus pituitosi dare patienti infrascriptum condimentum quolibet mane stomacho ieiunio: *Recipe vitellum oui cocti numero i. thuris, masticis, ana scrup. i. puluerizentur puluerizanda, & pulueres aspergantur super ouum, quod patiens bibat.*

Ad idem, est mirabile, & expertum in vomitu frigido, & in curatione ventositatum stomachi, dare patienti manè, & vesperi ante cibum tria cochlearia infrascripti cōdimenti *Recipe succi citoniorum lib s. masticis, macis, caryophyllorum nucis muscatæ ana drach ij corallorum rubrorum, rosarum rubrarum ana drach. i. bulliant simul vsq; ad consumptionem tertiæ partis succi, deinde colentur cum forti expressione: colaturam vsui reserua modo dicto.*

Adidem, expertum est, dare patienti quolibet manè ante cibum vnam de sequentibus rotulis, multum conferre in vomitu frigido: *Recipe specierum diagalangæ, specierum aromatici rosati, specierum aromatici caryophyllati ana drach. i. sacchari dissoluti in aqua menthæ quantum sufficit, fiat confectio in rotulis duarum drachmarum pro qualibet vice, & statim patiens post sorbeat haustum vini maluatici.*

Quoniam vomitus frigidus, est diuturnus morbus: ideo expertum est, plurimum conferre, si patiens regatur digestione materiæ, & illius purgatione: continuet igitur infrascriptum syrupum per septem dies continuos in diluculo bibitum: *Recipe oxymellis simplicis, syrupi de mentha, mellis rosati colati ana vnc. s. aquarum feniculi, betonicæ,*

*menthæ, ana vnc.i. misce, & aromatizetur modico cinnamomi per noctem totam.* Octauo verò die per duas horas ante lucem capiat infrascriptas pilulas: *Recipe pilularum cochiarum pilularum stomachalium, alephanginarum ana scrup.i. diacrydij gran.i s. misce, & fiant pilulæ numero* v.

Corpore sic euacuato, expertũ est, dare patienti quolibet mane, per septem horas ante cibum, infrascriptum bolum: *Recipe citonii cocti vnc. i. s theriacæ magnæ drach.i. sacchari albissimi subtiliter puluerizati drac. ij misce, & fiat bolus: qui detur patienti per septem dies continuos, & magnum videbis iuuamentum in sedatione vomitus frigidi*

Ad idem, expertum est, & secretum, dare patienti quolibet mane per tres horas ante cibum, vncias duas infrascripti potus: *Recipe vini maluatici optimi vnc. vi caryophyllorum, cinnamomi electi nucis muscatæ ana drachm i. coriandorum præparatorum, seminum citoniorum, corallorum rubrorũ ana drach.s bulliant sq; ad consumptionẽ tertiæ partis vini: deinde coletur, & colatura vsui seruetur modo dicto.*

Ad idem est expertum, dare patienti immediatè manè, & vesperi ante cibum, tria cochlearia infrascripti liquoris, multum conferre: dato etiam quod adesset febris *Recipe miuæ citoniorum aromatizatæ vnc. ij. syrupi de mentha vnc.i. misce, & detur patienti modo dicto.*

Ad idem, experientiâ compertum est semper conferre, applicare stomacho patientis infrascriptum cerotum; & videbis ægrotum repentè releuari à vomitu frigido: *Recipe masticis vnc.iiij. olibani, macis, caryophyllorum, nucis muscatæ ana drach. i s. seminum portulacæ, coriandrorum præparatorum seminum acetosæ ana drach.i menthæ siccæ, absinthii sicci ana vnc.s puluerizentur omnia subtiliter, & cum oleo de mentha densentur pulueres. & cum pice, & cera quantum sufficit fiat cerotum: cuius quantitas sufficiens; extensa super corium, stomacho patientis applicetur.*

Ad idem, & est expertum optimè, si manè, & vesperi immediatè ante cibum detur patienti bis in septimana vna de infrascriptis pilulis, mirabiliter confert: *Recipe aloës lot. drach.ij. masticis drach.i. zinziberis drach s. diacrydij scrup.i agarici electi drach i.s. misce cum syrupo de mentha, resoluetur pasta pilularum. dosis est numero i, ad quantitatem vnius scrupuli.*

Quòd

Quòd si prædictis ingeniis non curetur vomitus frigidus, consulo, *vt patiens bibat per aliquot dies aquam alicuius mineræ, videlicet aquam sulphuream, vel aluminosam, secundum modum, & formam exhibitionis huiusmodi aquæ.* Et hæc de vomitu.

## CAP. XXII.

## *De singultu.*

AD singultum ortum ex repletione, compertum est multum conferre, si patiens capiat infrascriptas pilulas bis in septimana: *Recipe turbith boni & gummosi drac. ij. aloës hepaticæ drach. i. s. zinziberis, salis gemmæ ana gran x. speciebus hieræ simplicis Galeni, drachm. ij. agarici præparati scrup. iij. misce, & cum oxymelle simplici fiat p. sta pilularum. Dosis scrup. iiij. Ex his pilulis videbis ægrum citissimè releuari à singultu ex repletione.*

Ad idem, est expertum, dare patienti, quolibet manè, & vesperi ante cibum per duas horas vnc. j infrascripti liquoris, singultum curare: *Recipe vini albi odoriferi potentis lib i. galangæ subtiliter puluerizatæ drach i. misce, & fiat potus, qui calidus patienti detur modo dicto.*

Ad idem, expertum est in singultu optimè valere, dare patienti infrascriptum bolum per duas horas ante lucem: *Recipe mithridati optimi drach. i. s diagalangæ drach ij. misce & fiat bolus: qui exhibeatur patienti, & immediatè superbibat haustum vini optimi, & potentis.*

Ad idem, compertum est, multum conferre sequentem mixturam, si detur patienti manè & vesperi, ante cibum per horam, ad quantitatem nucis magnæ: *Recipe diagalangæ vnc. i. s diatrionpipereon vnc. i. specierum aromatici rosati drach. ij. misce cum syrupo de mentha, fiat electuarium, quod exhibeatur modo dicto.*

Ad idem, compertum est, semper conferre, & curare singultum de repletione, fomentare stomachum sequenti fomento: *Recipe masticæ, caryophyllorum cinnamomi, nucis muscatæ, ligni aloës ana drach. ij. absinthii, menthæ, pulegii ana M i squinanti, spicæ ana drach. ij. anisorum, coriandrorum præparatorum ana M. s. bulliant omnia in sufficienti quantitate vini rubri potentis, & etiã albi, omnibus subtiliter contusis,*

*contusis, & cum panno scarlatino fomentetur stomachus modo dicto.*

Ad idem, expertum est & secretum, date patienti quolibet mane per tres horas ante cibum, *radicem vnam zinziberis viridis: vt immediatè superbibat duos haustus vini maluatici: & videbis ægrum citissimè curari.*

## CAP. XXIII.

## *De dolore Hepatis.*

AD dolorem hepatis à sola ventositate pendentem, sublime remedium est, assumere infrascriptum electuarium manè, & vesperi ante cibum: *Recipe radicum galangæ, zedoariæ ana drach. ij. spicæ, squinanti ana drach. i. caryophyllorum, nucis muscatæ ana drach. s. puluerizentur omnia subtiliter, & cum melle despumato quantum sufficit fiat electuarium.*

Ad idem, compertum est fomentum sequens soluere hepatis ventositatem: *Recipe fœnugræci, semi. lini. florum camomillæ, meliloti ana M. i. spicæ, squinanti ana drac. ij bulliant in sufficienti quantitate aquæ vsq; ad consumptionem medietatis: deinde spongiâ fomentetur hepar.*

Si verò dolor hepatis fuerit à præsentia materiæ, oppilantis vias hepatis, vt sumus in cura doloris hepatis, per oppilationem, sicut frequenter contingit: expertum est *primo phlebotomare basilicam lateris dextri quoniam eâ fit materiæ deriuatio ad aliud membrum, & ideo extrahe sanguinis quantitatem vsq; ad sex vncias: est enim hæc phlebotomia optima cura oppilationum hepatis, & principale remedium. Neque propter hanc curam volo, vt in principio pleuritidis fiat phlebotomia ex eodem latere: quoniam in pleuritide ab alienis partibus fluunt humores ad membranam subcingentem costas: oppilatio verò & eius generatio in hepate, plurimum fit ab humoribus genitis in eo. Quapropter in principio pleuritidis vti debemus reuulsione: in oppilatione verò hepatis, vel illius apostematis, deriuatione vti debemus, vel euacuatione.*

Facta phlebotomia, & obseruato debito regimine, non augmentante oppilationem: cõsulo, vt tertio die patienti detur infrascripta medicina, qua ipsa sola oppilatio, & dolor hepatis optimè amoueri poterit: *Recipe diacatholici*

*vnc,*

*vnc i. reubarbari electi drach. ij spica gran. vij. infundatur reubarbarum cum spica secundum artem datam à Mesue, per x. horas: deinde fiat fortis expressio: & cum decoctione communi florum, & fructuum quantum sufficit fiat potus.*

Facta euacuatione expertum est, si patiens regatur in digestione materiæ oppilantis, cum sequenti syrupo, diebus septem continuis in diluculo assumpto, vnà cum infrascripta medicina: eum liberari ex toto ab hepatis oppilatione, & dolore Syrupus est sequens: *Recipe syrupi acetosi diarhodon. syrupi de cichori cum reubarbaro, syrupi bisantini, syrupi de enduuia ana vnc. s. aquarum cuscutæ, cichorii lupulorum ana vnc. i. misce, pro vna vice.* Octauo verò die per duas horas ante lucem capiat infrascriptum potum: *Recipe diacatholici diasebesten lenitiui diasenæ lenitiui, ana drach. ij. electuarii de psyllio drach. i. reubarbari electi modo dicto infusi drach. i s. spicæ gran. x. misce, cum decoctione communi florum, & fructuum quantum sufficit, & fiat potus.*

His euacuationibus factis, si patiens vtatur infrascripto electuario, indubitatè curabitur à dolore ex oppilatione hepatis: & est electuarium non habens par in tali dispositione: *Recipe limaturæ chalybis subtiliter puluerizatæ & præparatæ vnc. s. radicum galangæ, zedoariæ ana drach. ij. succi enulæ vnc. i s. amyli, cinnamomi, tragacanthæ, ana vnc. s. passularum enucleatarum vnc. i. puluerizentur puluerizanda, & contundantur contundenda, & cum saccharo optimo quantum sufficit secundum artem fiat electuarium: de quo patiens capiat manè, & vesperi per duas horas ante cibum vnc. s.*

Ad idem, expertum est multum conferre, si patienti ter in die naturali detur vnc. s. sequentis condimenti, manè stomacho ieiuno, & meridie, & in ingressu lecti: *Recipe passularum enucleatarum lib. i. hepatis lupi vnc. iiij reubarbari optimi, & electi vnc. s. spicæ gran. x puluerizentur pulverizanda, contundantur cõtundenda, & cum saccharo quantum sufficit fiat electuarium.*

Ad idem expertum est, sequentem mixturam multum conferre, si detur patienti manè & vesperi, ad quantitatem nucis, stomacho ieiuno: *Recipe diarhodon abbatis vnc. ij. triasandalorum vnc. i reubarbari electi, subtiliter puluerizati drach. i. misce, & cum syrupo de cichorio fiat electuarium.*

Ad

Ad idem, expertum est re vera conferens, *si patiens oppilationem hepatis vel dolorem quolibet mane stomacho ieiuno masticet drach s. reubarbari electi bene maturi, & immediate superbibat haustum vini albi potentis.*

Multa alia remedia in hac dispositione conferunt: quæ omnia tam externa, quam interna prosequar capite de hydrope.

## Cap. XXIIII.

## *De Apostemate hepatis.*

Attende quod curatio apostematis hepatis est prohibere ne fiat: si enim factum fuerit, eius cura vana est, & cassa, quoniam tunc cum hepar totum corpus fuit: quia hepar est membrum principale. Expertum igitur est ad principium generationis apostematis hepatis, *quod phlebotomia copiosa basilicæ lateris dextri prohibet hepatis futurum apostema: semper præmissa ventris lenitione, cum cassia, vel clysteri lenitiuo.*

Ad idem, expertũ est, & secretum, *si tertia die post phlebotomiam aperiantur hæmorrhoides, citissimum iuuamentum apparere in prohibitione generationis apostematis hepatis.*

Ad idem, multum valet, in prohibitione generationis apostematis hepatis, post phlebotomias factas, interposita die vna dare patienti infrascriptam medicinam: *Recipe reubarbari electi drach. ij. spicæ gran. x. diacatholici vn i. reubarbarum subtiliter incidatur cum spica, & modico vini albi odoriferi irroretur, & cum decoctione communi florum, & fructuum q. s. fiat potus, qui patienti detur in diluculo.*

Ad idem (quoniam magna pars curationis apostematis hepatis futuri cõsistit in apertione oppilationis ipsius hepatis, & in resolutione materiæ facientis apostema in hepate) expertum est, digerere materiam sequenti syrupo, & eam eradicatiuè euacuare sequenti medicina: Syrupus digerens materiam, generantem apostema hepatis est talis: *Recipe, syrupi de cichorio, bisantini, acetosi diarhodon, de endiuia completi ana vnc. s. aquarum lupulorum, cichorij, cuscutæ ana vnc. i misce pro vna vice* Continuet patiens syrupum istum per quinq; dies continuos: deinde eradicatiue purget materiam ab hepate, tali pharmaco:

*Recipe*

*Recipe electuarii de psyllio de dactylis ana drach. i. reubarbari el[illegible] ra[illegible] ij. spicæ gran. x. diacatholici vnc. s. infundatur reubarbarum cum spica in aqua endiuiæ, & modico vini albi odorife[ri] per x. horas. deinde fiat fortis expressio. & omnia simul cum electuario commu[ni] florum, & fructuum q. s. dissoluantur & fiat potus, qui exhibeatur patienti per duas horas ante lucem.*

P[illegible]co pore cum phlebotomia, tum pharmacia, si patiens cognouerit perseuerantiam generationis apostematis hepatis; optime expertum est, si quolibet mane in diluculo assumat quinque vncias infrascripti liquoris, procul dubio curari apostema hepatis futurum: *Recipe reubarbari optimi & electi drachm. i s aloes hepaticæ drach. ij galangæ drachm. i. aquæ cuscutæ lib. iiij. sacchari optimi vn. ij. bulliant omnia simul vsque ad consumptionem tertiæ partis aquæ, deinde coletur, & colatura vsui reseruetur.*

Ad idem, expertum est, si patiens vtatur quolibet mane ante cibum per duas horas infrascripta mixtura, sanabitur ab apostemate hepatis: *Recipe diarhodon abbatis vnc. iij. reubarbari electi subtiliter puluerizati drachm. ij misce cum syrupo de cichorea, fiat electuarium, dosis est drach. iij.*

Ad idem, experientia compertum est, si patiens vtatur infrascriptis pilulis, tribus scilicet ante prandium per duas horas, & tribus ante cœnam, sanari à futuro apostemate hepatis: *Recipe trochiscorum de spodio sine seminibus acetosæ trochiscorum de reubarbaro ana drac. ij. subtiliter puluerizentur cum syrupo bisantino, formentur pilulæ numero xxiiij.*

Ad idem (quoniam materia indiget resolutione) experientia comperimus, quod sequens fomentatio cum infrascripto vnguento tollit generationem apostematis hepatis: *Recipe fœnugræci, seminis lini, seminis anethi seminis acetosæ ana vnc s florum camomillæ, meliloti, absinthii ana M i s. spodii, galangæ, spicæ, squinanti ana drachm. ij. bulliant in sufficienti quantitate aquæ vsque ad consumptionem medietatis deinde spongia madefacta in prædicta aqua tepida, mane & vesperi fomentetur hepar.* Immediate vero post fomentationem vngatur regio hepatis sequenti vnguento

guento: *Recipe olei camomillæ olei spicæ, olei amygdalarum dulcium ana vnc.ij absinthii sicci, spicæ nardi ana drachm.i. puluerizentur puluerizanda, & cum modico ceræ fiat vnguentum molle*

Ad idem expertum: *Si patienti applicetur lana succida, intincta in oleo liliorum alborum, & oleo spicæ: curabitur ab apostemate futuro hepatis.*

Ad idem, optime expertum est, si sequens emplastrum hepati applicetur, ipsum continue mutando per diem naturalem, bene conferre: *Recipe emplastri de meliloto, œsypi ceroti, ana lib.s. olei amygdalarum dulcium, olei camomillæ, olei spicæ ana quantum sufficit ad incorporandum, & fi. gendum emplastrum.*

Quod si apostema generetur: tunc debes scire, quod aut patiens morietur, aut transibit in hydropem. Quare de curatione hydropisis modo dicturi sumus.

## Cap. XXV.

## *De Hydrope.*

Hydrops trium est specierum: à spiritu scilicet flatuoso: ab aqua inter cutem: à pituitosa materia naturæ rebelli in omnibus membris concentrata: prima species tympanites, secunda ascites, tertia vero hyposarca nominatur.

Ad curationem hydropisis à spiritu flatuoso, hepatis confortatio, & caloris ipsius viuificatio necessario requiruntur. Primo igitur procurabis hepatis confortationem, & spiritus flatuosi resolutionem, sequenti syrupo, per septem dies continuos: *Recipe syrupi acetosi, diarhodon, bisantini, mellis rosati colati ana vn.s. aquarum absinthii, feniculi, lupulorum ana vnc.i. misce.* Octauo vero die in confortatione hepatis, & resolutione spiritus flatuosi, expertum est, sequentem medicinam plurimum conferre: *Recipe anisorum, feniculi, cartami ana drach. ij. agarici ligati in petia drach. iij. bulliant in sufficienti quantitate aquæ vsque ad consumptionem medietatis, deinde coletur & cũ colatura dissolue reubarbari electi subtiliter pulueri zati drac. ij. spicæ subtiliter puluerizatæ gran. x. solda nellæ subtiliter puluerizatæ drachm ij & fiat potus: qui exhibeatur patienti*

duabus

*duabus horis ante lucem: & ex hac medicina tibi succedet optimum iuuamentum.*

Sic purgata materia, consulo, vt vtaris, tanquam secreto, infrascripto puluere: cuius quolibet mane in diluculo drachm. ij. dabis patienti, dissoluta aqua radicum sambuci, quantum sufficit: *Recipe absinthij sicci, eupatorii sicci, soldanellæ siccæ ana drachm. ij. spicæ scrup. ij. puluerizentur omnia subtilissime, & fiat puluis, qui exhibeatur, modo dicto.*

Ad idem, compertum est plurimum valere, & hydropem ventosum sanare: si euacuato corpore quotidie mane, & vesperi per duas horas ante cibum dentur patienti tres de infrascriptis pilulis: *Recipe trochiscorum de anisis, trochiscorum de capparibus ana vnc. ij. reubarbari electi drac. iij. spodij drac. i. spicæ scrup. ij. subtiliter puluerizentur omnia, & cum succo absinthij fiat pasta pilularum. Dosis, pilulæ iij. ex scrup. ij. confectæ.*

Ad idem, est expertum dare patienti quolibet mane per duas horas ante cibum mediam vnciam infrascriptæ mixturæ; ℞. *succi ireos vn. iij. galangæ, zedoariæ ana drach. ij. cinnamomi, caryophyllorum ana drac. s. soldanellæ vn. s. puluerizentur omnia subtiliter; & cum melle despumato quantum sufficit fiat electuarium.*

Ad idem, compertum est, si patienti dentur drach. ij. infrascripti pulueris, mirabiliter conferre in hydropisi ventosa: *Recipe vermium terrestrium in vmbra exsiccatorũ lib. s. sed antea abluantur vino albo potenti: galangæ drach. ij. anisorum drac. i. puluerizentur omnia subtilissime; & modo dicto exhibeatur patienti puluis iste dissolutus aqua decoctionis anisorum & radicis ireos.*

Ad idem, optime expertum est curare hydropem vẽtosum, si patienti propinetur quotidie vna de infrascriptis pilulis per tres horas ante lucem: *Recipe reubarbari electi drac. ij. spicæ gran. x. elaterij optimi drac i. puluerizentur omnia subtiliter, & cum succo ireos fiat pasta pilularum. Aduerte, ne supradicta pilula detur patienti febrem, neque patienti debilitatem virtutis: quoniam elaterium sæuissima inducit accidentia, vt tremorem, violentum vomitum, & quandoque epilepsiam.*

Mirabilem vidi effectum in curatione hydropisis vẽtosæ;

tosæ, si quolibet mane in diluculo detur patienti infrascriptus potus: *Recipe aquæ radicum ebuli unc. ij. sambuci un. iiij. misce: continuabis sic potum istum per triginta dies cõtinuos, & mirabile iuuamentum reperies.*

Ad idem, expertum est, imo secretum: Si patiens regatur infrascripto remedio, citissime curabitur ab hydrope ventoso: videlicet, si mane in ortu auroræ, capiat pilulã vnam de infrascriptis pilulis vnius scrup. demum post tres, vel quatuor horas applicet toti ventri tumido infrascriptum antidotum. Pilula hæc est: *Recipe pilularum aggregatiuarum scrup. ij. Elaterij optimi gran. iiij misce: & fiant pilulæ numero tres.* Antidotus talis est: *Recipe urinæ pueri non polluti lib. i. salis nitri præparati drach. vi. bulliant vnica forti ebullitione simul ad ignem palearum, vsque ad cõsumptionem tertiæ partis vrinæ. Deinde prædicta vrina calida fomentetur venter seu aluus, forti semper facta frictione cum manu: & ex hoc videbis iuuamentum optimum in hydrope ventoso.*

Ad idem, præeuacuato corpore, sublime remedium est sequens: *Recipe stercoris caprini, bouini ana lib i exsiccentur in furno vsque adeo ne comburantur: deinde subtiliter puluerizentur, & pulueres incorperentur cum succo absinthij, & cum oleo rutaceo quantum sufficit, ad formam linimenti. Demum illius certa quantitas extendatur super pannum lineum, quod calidum ventri applicetur: cum ibit patiens dormitum.* Mane vero sequenti venter sequenti vino calido fomentetur: *Recipe vini albi potentis & odoriferi lib. iiij. saluiæ, roris marini ana M. i. bulliant simul vsque ad consumptionem quartæ partis vini: & cum dicto vino fiat, vt supra dictum est.* Fomentato vero ventre, statim capiat bolum infrascriptæ mixturæ: *Recipe diagalangæ vnc i. aromatici rosati, triasandalorũ, diarhodon abbatis ana vnc. s. misce cum melle rosato, & fiat electuarium.*

Ad idem, & bene expertũ si fomentetur aluus patientis sequenti sacculo calido: *Recipe cymini, anisorum, milij, florum camomillæ, meliloti salis communis ana M. i. furfuris grossi M. ij. Calefiant omnia ista in vase stagnato, demum irrorentur vino albo optimo, & in sacculo reponantur, & dictus sacculus ventri applicetur.*

De

## *De Hydrope aſcite.*

AD Hydropem aſcitem compertum eſt experientia, *phlebotomiam, & quemlibet alium modum euacuationis ſanguinis ægrum interficere. Quapropter conſulo, ne in aſcite, vel in alia ſpecie hydropiſis, medicus ſit audax ſuper phlebotomiam.* In primis autem compertum eſt, quod confortare hepar, & digerere materiam peccantem, & ipſam digeſtam euacuare, valde ſit conueniens. Continuet igitur à principio patiens diebus ſeptem continuis, infraſcriptum ſyrupum: *Recipe ſyrupi de eupatorio de cichorio cum reubarbaro, biſantini, acetoſi diarhodon ana vnc. s. aquarum cuſcutæ, abſinthii, capillorum veneris ana vnc. i miſce. & detur patienti calidus in aurora.* Et expertum eſt, in cura aſcitis, quolibet die aſſumptionis prædicti ſyrupi, ſtomacho ieiuno mane ſequens clyſtere multum conferre: *Recipe ſoldanellæ M. i s mercurialis, florum camomillæ, foliorum maluæ ana M. i. aniſorum, feniculi, carui, dauci ana M. i bulliant omnia in ſufficienti quantitate aquæ, vſque ad conſumptionem medietatis aquæ. & de colatura recipe lib. i. olei rutæ vnc. iij. benedictæ vnc. i. electuarii de baccis lauri drach. i vitellum oui numero 1. ſalis communis drach iij ſacchari rubri vnc i s. & imponatur clyſtere. Hoc enim non ſolum euacuatur aqua citrina faciens aſcitem, ſed & ſoluitur ventoſitas quæ ſemper iungitur aquoſitati, & eſt cauſa doloris ipſius hydropici.* Continuatis ſyrupis & clyſteribus per vii. dies, octauo die purgetur aqua citrina, ſequenti medicina: *Recipe eupatorii omnium florum cordialium ana M. s. agarici ligati in petia drach. i. s bulliant in ſufficienti quantitate aquæ cuſcutæ, vſque ad conſumptionem medietatis. Deinde cum colatura diſſolue diacatholici drach. vi reubarbari electi drac. ij ſpicæ gran. x. pulueri zentur pulueriza nda & fiat potus, qui patienti exhibeatur per horam ante lucem. Et ſcias quòd hæc medicina non ſolùm euacuatur aquoſitas inter cutem: ſed virtus hepatis naturalis confortatur, & eius oppilatio tollitur: quæ ſunt neceſſaria in curatione aſcitis.* Et aduerte quod in aſcite, & etiam in alia ſpecie hydropiſis cauere debes à medicinis fortiter & laborioſè euacuantibus: *quemadmodum eſt ſcammonea, colocynthis, elleborus, elaterium, electuarium de pſyllio, & ſimilia; quoniam euacuando debilitant*

*multum virtutem naturalem hepatis, quæ est satis debilitata ex ægritudine. Quod si forsan fueris vsus prædictis medicinis, post euacuationem earum completam debes semper attendere confortationi virtutis hepatis, cum his, quæ infrà dicemus: aliter enim faciendo, virtus hepatis debilitata, tum ægritudine, tum pharmaco, caderet, & totum corpus rueret.*

Ad idem, post euacuationem in confortatione hepatis & eductione aquositatis citrinæ expertum est, si bis in septimana detur patienti ascitem sequens potus, Deo volente sanitatem restitui: *Recipe aquæ hordei, decoctionis radicum ireos vnc. iiij. mellis rosati vnc i. soldanellæ subtiliter puluerizatæ drach. ij. vel iij. secundum tolerantiam virtutis patientis imò vsq; ad vnc s poteris dare, si præcedens dosis non complete operata fuerit: misce, & fiat potus, qui patienti detur calidus modo dicto. Et attende, si patiens per mensem vsq; ad quadraginta dies, continuabit dictum potum, indubitatò sanari. Scias etiam quòd soldanella vltra hoc quòd euacuat aquam citrinam, habet proprietatem confortandi hepar.*

Ad idem: vbi patiens non assumeret supra dictum potum expertum est, assumere semel in septimana infrascriptum potum multùm cõferre: *Recipe succi ireos quantum capit media testa oui melicrati, vn. iiij. reubarbari electi subtiliter puluerizati drach. s. misce. Exhibeatur calidum patienti, in diluculo, & videbis mirabilem experientiam.*

Ad idem, consulo vt alternis diebus, quibus patiens non assumeret aliud solutiuum, per duas horas ante cibum, stomacho ieiuno, capiat infrascriptam pilulam, continuando per tres dies tantùm: *Recipe pilularum aggregatiuarum scrup. i elaterii, reubarbari electi ana gran. i. s. misce cum syrupo bisantino, fiat pilula vna, quæ exhibeatur patienti modo dicto.*

Ad idem, & est secretum, non reuelandum, nisi amicis; si bis in septimana dabitur patienti ascitem vnc. s. infrascripti secreti electuarii, ex eo bolum conficiendo: *Recipe eupatorii, cuscutæ, passularum, liquiritiæ, mirobalanorum citrinarum ana vn. s. radicum apii, feniculi, capparis, agarici, ana vnc. i. hæc omnia grosso modo contusa, coquantur vsq; ad consumptionem medietatis aquæ, & colentur: & in colatura ponantur mellis lib. s. sacchari vnc. iiij. iterum bulliant vsq; ad densitatem mellis: deinde adde reubarbari electi drach.*

*drach. i. turbith gummosi drach. ij foliorum mezereon infusorum in aceto drach. i. s. scammonii correcti scrup. ij. spicæ, zinziberis ana drach. s. Ex his omnibus fiat electuarium secundum artem. Aduerte, quòd maior dosis sit vnc. s. sed tuus consuetus modus sit minus dare, secundum tamen quod videbis ex eo debilem vel fortem euacuationem: & videbis ex isto electuario mirabile iuuamentum.*

Ad idem, bonam experientiam inuenies, si quolibet mane per quindecim dies continuos dabis patienti ascitem in diluculo tres de sequentibus pilulis, & immediatè post bibat infrascriptum syrupum: *Recipe trochiscorum de eupatorio trochiscorum de absinthio ana drach. ij. trochiscorum de reubarbaro, trochiscorum de lacca ana drach. i. pulue-rizentur omnia subtiliter, & cum syrupo bisantino fiant pilulæ numero* 30. Syrupus hic est: *Recipe syrupi de cichorio sine reubarbaro, de endiuia compositi, acetosi diarhodon ana vn. s. aquarum absinthii feniculi, cichorii ana vnc. i. misce.*

Ad idem, consulo, vt quolibet mane & vesperi ante cibum per tres horas patiens capiat de sequenti electuario v[illegible] & in curatione hydropisis videbis optimum effectum: *Recipe diacurcumæ vnc ij diarhodon abbatis vn. ij. s misce cum syrupo de endiuia fiat electuarium. Imò consulo, tanquam optimum, & expertum si detur patienti solùm diacurcumæ, non inueniet par in ascite.*

Ad idem, non debes negligere vsu quotidiano confortare virtutem hepatis infrascripto vnguento, mane & vesperi inungendo regionem hepatis *Recipe vnguenti sandalini vn. i. olei spicæ, olei camomillæ ana vnc s. misce.*

Ad idem, expertum est, si patiens vtatur infrascripto vnguento, manè & vesperi vngendo totam aluum, optimè conferre. *Recipe vnguenti aregon, vnguenti Agrippæ, vnguenti marciaton ana vn. i misce & fiat vnguentum.*

Ad idem, experientia compertum est, multum conferre sequens vnguentum: *Recipe succi ireos, succi ebuli, succi radicum sambuci ana vnc i succi cyclamini vnc. s. cardamomi calami aromatici, hyssopi ana drach. ij. puluerizentur puluerizanda, & cum modico ceræ fiat vnguentum molle.*

Ad idem, expertum est, optimè conferre, si totã aluum inungamus sequenti oleo: *Recipe terebinthinæ lib. i. thuris, mastichis, myrrhæ ana drach. ij. laudani drach. i nucis muscatæ,*

 caryo-

*caryophyllorum, galangæ, zedoariæ ana drach. i s. succi ebuli, succi cucumeris asini ana unc. i. puluerizentur puluerizanda, omnia simul misceantur, in alembico ponantur, & distilletur oleum: quod est secretissimum, non solùm ad tollendum tumorem ventris in ascite, sed etiam ad tumorem pituitosum cuiuslibet alterius membri corporis hominis, & est mirabile ad dolorem iuncturarum, & membrorum à causa frigida.*

Ad idem, expertum est multum conferre sequens linimentum, si eo inungatur tota aluus, demum superponatur lana succida: *Recipe aquæ ardentis lib. i, olei rutæ, olei destillationis terebinthinæ olei amygdalarum dulcium ana unc. v. butyri recentis unc. iij. olei de castoreo, de euphorbio ana un. i. s. bulliant omnia in sufficienti quantitate aquæ, lento igne, usque ad consumptionem aquæ: deinde adde succi ireos unc. ij. succi lapatii acuti unc. i. iterum bulliant unica ebullitione: & eo liniatur tota aluus.*

Ad idem, compertum est optimè valere sequens emplastrum: *Recipe herbæ pauarellæ lib. v. absinthii viridis, rutæ viridis, camomill. viridis, hyssopi viridis, prassii viridis ana lib ij butyri recentis lib. s mellis lib. viij. bulliant omnia simul lento igne usque ad omnium bonam decoctionem: deinde adde stercoris bouini exsiccati, & subtiliter puluerizati lib. i. puluerum galangæ, zedoariæ ana drach. s. olei rutæ unc ij misce, & omnia simul bene incorporentur, quousque fiat forma emplastri: quod mane & vesperi calidum applicetur toti aluo.*

Ad idem, expertum est, si patiens fomentetur sequenti fomentatione, scilicet aluus illius, multum conferre: *Recipe betonicæ saxifragiæ, chelidoniæ ana M. ij centaureæ vtriusque hyssopi, agrimoniæ, foliorum mezereon ana* M. s *florum camomill. meliloti, anisorum, fœnugræci, seminum lini ana M. i. bulliant in sufficienti quantitate vini albi odoriferi, usque ad consumptionem quartæ partis vini: deinde igniatur lapis marchasit. magn (loco marchasitæ si non habeatur pone spumam ferri vel lapidem molendini) & foramen in assere conficiatur ad quantitatem alui patientis hydropem, fomenteturque aluus.* Et hæc de hydrope ascite, &c.

CAP.

CAP. XXVI.

## *De Icteritia citrina.*

ICteritiam citrinam, à principio. i. spatio quatuor dierum. compertum est *phlebotomiam basilicæ lateris dextri, optime curare. Quòd si ipsa antiquata foret, nullatenus fieri debet; quoniam patiens repente caderet in hydropem.*

Facta phlebotomia expertum est, quòd si patiens regatur sequenti digestione materiæ, sequentiq; purgatione, excusabitur Medicus ab vlteriori operatione: Syrupus digestiuus in icteritia citrina talis est: *Recipe syrupi bisantini, de lupul . , de endiuia ana vnc. s aquarum lupulorum, seminum communium frigidorum . feniculi ana vnc. i. misce, & cum syrupo infundatur per noctem scrup. i. reubarbari electi, cum duobus gran spicæ, ipsis puluerizatis, & in petia subtili ligat . , qui syrupus continuetur per septem dies continuos in diluculo.* Octauo verò die detur patienti per duas horas ante lucem infrascripta medicina: *Recipe diacatholici vnc s. electuarii rosati Mesue drach. i. s. reubarbari electi drach i. s. spicæ gran. v ij. electuarii de psyllio drach. i. s. infundatur reubarbarum cum spica in aqua endiuiæ, & modico vini albi odoriferi per decem horas : deinde fiat fortis expressio , & omnia simul cum decoctione communi f. & fr. dissoluantur , & fiat potus.*

Facta euacuatione compertum est, & secretum, sumptam quolibet mane stomacho ieiuno drach. i. s. infrascripti pulueris mirabiliter conferre, & icteritiam ipsam sanare, continuando per quindecim dies continuos: *Recipe vermium terrestrium in vmbra exsiccatorum, prius cum vino præparatorum, vnc ij. reubarbari electi drach. i. stercoris can . exsiccati vnc. s. omnia subtiliter puluerizentur, & fiat puluis subtilis.*

Ad idem, expertum est, & secretum (siue icteritia proueniat à causa antecedente intrinseca, siue primitiua extrinseca, sicut contingit in vtentibus fortissimo exercitio, vel nimio coitu) si patienti detur quolibet mane per decem dies continuos infrascriptus potus, eum sanari: *Recipe marrubii vnc. ij lupulorum vnc. i. radicum buglossæ, radicum enulæ, radicum eupatorii ana drachm. s. reubarbari grosso modo incisi drach. i, ligni aloës drach. i. s. bulliant*

*omnia in lib. iij. vini albi potentis, & odoriferi, vsque ad consumptionem tertiæ partis, deinde coletur sine expressione, & de prædicto vino recipe vnc. ij s. sacchari albissimi drach. ij misce, & fiat potus, qui exhibeatur patienti quolibet mane in diluculo: isto enim videbis quam citissimè icteritiam citrinam curari. Et nota, si fuerit cum febre, vt fiat eorum decoctio, qua diximus in aqua endiuiæ, & in eadem dosi.*

Ad idem, compertum est experientia, si patiens manè, & vesperi, ante cibum ad minus per dimidium horæ, capiat tres de infrascriptis pilulis, optimè curari icteritiam citrinam: *Recipe trochiscorum de spodio drach. iij. reubarbari electi drach. i. puluer: vermium terrestrium drach. i. s. puluerizentur omnia subtiliter, & cum syrupo de prassio fiant pilulæ numero 30.*

Ad idem, expertum est plurimum valere, non solum in icteritia citrina, verùm & in hydrope, & in qualibet alia hepatis oppilatione, dare patienti quolibet mane, stomacho ieiuno, infrascriptum potum: *Recipe vrinæ pueri non polluti, complexione sanguineæ, & bene robusti vnc. v. sacchari albissimi vnc. s. misce, & fiat potus, qui continuetur per decem dies continuos in icteritia. & in hydrope continuetur per mensem, & videbis optimam experientiam.*

Ad idem valet, si sequens epithema manè, & vesperi imponatur toti hepatis regioni: *Recipe aquæ rosatæ vnc. iij. acetosæ, hepaticæ, ana vnc. ij. aquæ absinthii vnc. iiij. aquæ solatri vnc. iij. specierum ceroti triasandalini vnc. i. spodii drac. i s. spicæ scrup. s. aceti fortissimi vnc. ij. misce pro hepate.*

## CAP. XXVII.

## *De colica & iliaca passione.*

CVm plerunque colica, & iliaca passio sint in aliquibus morbi longi, in aliquibus vero morbi acuti, ideo in illius curatione duo capita habebitis: primum erit præseruationis à colica & iliaca: secundum verò curationis colicæ, iliacæ actu affligentis. Quoad caput primum, compertum est experientia, si aliquis vtatur bis in anno sequenti digestione materiæ cum infrascripto syrupo, eiusdemque materiæ purgatione cum infrascripta medicina, eum non cadere in passionem colicam vel iliacam.

Tempore

Tempore igitur veris, & autumni per vij. dies continuos vtatur sequenti syrupo: *Recipe radicum galangæ, radicum zedoariæ ana drach. ij. radicum enulæ, radicum buglossæ, radicum borraginis ana vnc. i. anisorum, carui, dauci, ana drach. iij. bulliant omnia in sufficienti quantitate aquæ vsque ad consumptionem tertiæ partis: deinde colentur, & colaturæ adde cinnamomi electi, caryophyllorum, nucis muscatæ, macis, ana drach. i rumpantur grosso modo species, & iterum bulliant vnica leui ebullitione: demum colentur, facta forti expressione, & cum saccharo, vel melle despumato quantum sufficit fiat syrupus: de quo recipe vnc. ij. aquarum feniculi, absinthii, betonicæ ana vnc. i. misce.* Octauo vero die capiat patiens infrascriptam medicinam per duas horas ante lucem: *Recipe benedict. simplicis drachm. ij. diacatholici vnc. s. electuarii de dactylis drachm. i s. electuarii de baccis lauri drachm. i. misce, & fiat potus, cum aqua decoctionis anisorum, & feniculi. quantum sufficit.*

Hac euacuatione facta, siue vernali, siue autumnali tempore, consulo, vt patiens bis in mense, in præseruatione a colica, vtatur tribus de sequentibus pilulis: *Recipe pulpæ colocynthidis drach. ij. scammoneæ præparatæ drach. i. aloes lotæ scrup. iij. anisorum cartami, feniculi, ana drach. ij. mirobalanorum citrinorum drach. i. s. reubarbari electi drac. i. spicæ, zinziberis, salis gemmæ ana gran. vi. turbith boni, & gummosi drach. ij. s. puluerizentur omnia, & cum succo absinthii fiat pasta pilularum. Dosis est scrup. i. in tribus pilulis: & experientia videbis, his à colica & iliaca seruari vtentes.*

Ad idem, compertum est, imo mihi secretum, si assuetus pati colicam, aut iliacam, bis in septimana capiat in diluculo infrascriptum bolum, certe præseruari ab illis: *Recipe Iustini optimi drach. ij. zucchari rosati drachm i. misce, & cum saccharo fiat bolus, qui exhibeatur patienti modo dicto.*

Ad idem, secretum est, à me bene expertum, in præseruatione à colica, si patiens bis in septimana stomacho ieiuno capiat infrascriptum potum: *Recipe vini albi potentis, & odoriferi vnc. ij nucis muscatæ, caryophyllorum ana drach. s. galangæ drach. i. rumpantur species grosso modo, & per noctem infundantur in vino prædicto: demum mane cum modico sacchari albi patienti exhibeatur.*

Ad idem, & est expertum in præseruatione ab vtraque

affectione, si patienti detur infrascripta confectio stomacho ieiuno, de mane, superbibendo haustum vini maluatici. Quod si timor fuerit de hepatis caliditate vel febre, superbibat tantundem de aqua endiuiæ: *Recipe specierum aromatici rosati, specierum diagalangæ, pul. diatraga-canthi frigidi ana drach. ij saccharí optimi, quantum sufficit, dissoluti in aqua menthæ, fiat confectio in rotulis duarũ drachmarum pro qualibet.*

Expertum est ad idem, & secretum, si patiens capiat infrascriptam confectionem, stomacho ieiuno, nunquam cadere in colicam vel iliacam passionem: *Recipe corticum raphani grosso modo excorticati lib. ij. mellis albi lib. iiij. bulliant simul vsque ad consumptionem medietatis mellis: deinde adde pulueris cinnamomi, caryophyllorum, nucis muscatæ, macis, piperis nigri ana drach. ij. misce, & omnia in vase recondantur: & quolibet mane capiat patiens vnc. s. de dictis corticibus.*

Ad idem, expertum est optime valere in torsionibus intestinorum, si patienti pluries detur infrascriptus potus: *Recipe olei amygdalarum dulcium recentis iulebizati cum saccharo vnc. i. aquæ ardentis drach. ij. aquæ camomillæ vnc. i. misce: & detur patienti modo dicto, & reperies ipsum nunquam molestari à doloribus stomachi, vel intestinorum.*

Ad idem, & præsertim cum patiens fuerit in actu doloris colici, seu iliaci, compertum est sequentem medicinam mirabiliter conferre: *Recipe electuarii de dactylis vn. s. philonii Romani drach. i. s. misce, & fiat bolus: qui detur patienti qualibet hora doloris stomacho ieiuno.* Et nota quod hanc *medicinam potes exhibere patienti, vrgente necessitate, ante digestionem materiæ.*

Ad idem, stante doloris vehementia, sine aliqua reprehensione poteris exhibere infrascriptum puluerem & videbis ægrum ab eo subito sanari: *Recipe foliorum mori Celsi albi siccatorum in vmbra drach. i. s. corticum raphani exsiccatorum in vmbra drac. i. ossium mespilorum drach. i. s. misce, & subtiliter puluerizentur, & patienti dentur drach. ij. prædicti pulueris cum vino albo odorifero: quod est præsentaneum remedium, optime conferens in colica.*

Ad idem, & est expertum, in breuissimo tempore huiusmodi

iusmodi dolores remoueri, si patienti detur infrascriptum medicamentum, dissolutum in aqua menthæ: *Recipe athanasiæ Nicolai drachm i. s. pulueris confectionis elescoph drachm. i. s. misce, & dissoluatur in vino potenti, & qualibet hora doloris detur patienti.*

Ad idem, & est expertum per me, quo curaui repente omnes intestinorum dolores, detur patienti infrascriptum bolum qualibet hora doloris: melius tamen est, si exhibeatur stomacho ieiuno. *Recipe diagalangæ, diabuglossati ana drachm. ij philonii Romani scrup. iiij misce, & fiat bolus, qui exhibeatur modo dicto.*

Ad idem, expertum in omni dolore intestinorum, sed maxime va[illegible] renum, & à ventositate, & a calculo: *Recipe vini albi potentis unc. viij. galangæ, cinnamomi, nucis muscatæ ana drach. s. bulliant simul usque ad consumptionem medietatis vini, deinde colentur, & colaturæ adde aquæ endiuiæ vnc. ij. confectionis elescoph vnc. s. & detur patienti.* Nota, si febris accesset, *confectionem elescoph solam dissolutam iure pulli exhibendam.*

Aliud ad idem, *Recipe corticum raphani vnc. i. infundantur in vnc. vi. vini albi odoriferi per quatuor horas: & cum modico sacchari patienti dabis.*

Ad idem, pro secreto in colica, & iliaca: dentur patienti quolibet mane vnc. vj. iuris galli antiqui, sequenti forma conditi: *Recipe gallum antiquum trium annorum, ad minus numero i. interimatur, eo præcisè modo, quo diximus capite de Asthmate: & in ventre illius ponantur infrascripta: Recipe anisorum, carui, dauci, ameos, polypodii quercini, carthami, ana drach. i. pulueris ossium mespilorum drach. i. s. enulæ vnc. s. galangæ, radicum zedoariæ ana drach. i. tartari vini albi, vnc. s. omnia simul contundantur mediocri contusione, & bulliat gallus, eo præcisè modo, quo diximus de asthmate. & de prædicto iure galli dentur patienti vnc. vi. & vnc. i. oxymellis simplicis, quolibet mane in diluculo: & videbis optimum remedium in doloribus intestinorum, & etiam est expertum.*

Ad idem, non exsistente febre, optimum remedium est, dare patienti in hora doloris infrascriptum potum: *Recipe vini maluatici vnc. ij. elisir vitæ drac. i. misce, & detur patienti. Cuius elisir descriptionem dabo in fine huius capitis.*

Ad

Ad idem, experimentum eſt mirabile, ſi in hora doloris, abſq; febre, detur patienti infraſcriptus potus: *Recipe vini maluatici optimi drach. ij. olei vitrioli Romani optimi drach. s. miſce, & fiat potus.*

Ad idem, expertum eſt, & bene confert, ſi patienti detur quolibet mane, ſtomacho ieiuno, infraſcriptus bolus: curat enim dolorem, & præſeruat ab eo: *Recipe mithridati optimi, vel theriacæ optimæ magnæ drachmã vnam, ſacchari roſati drach. ij. miſce, & detur patienti.*

Ad idem, & eſt expertum, ſi patienti detur in hora doloris ſequens potus: *Recipe aquæ deſtillationis florum geniſtæ, aquæ deſtillationis lappularum viridium inuentarum in frumentis ana vnc. ij. ſacchari optimi vnc. i. miſce, & detur patienti.*

Expertum eſt, ad idem, de quo debetis recordari in actu doloris dare infraſcriptum potum: *Recipe olei amygdalarum dulcium recentis vnc. iij. ſacchari vnc. s. nucis muſcatæ ſubtiliter puluerizatæ drachm. i. miſce, & dato patienti.*

Ad idem, optimum eſt dare patienti infraſcriptum bolum, in hora doloris, & ante, & poſt in præſeruatione: *Recipe terebinthinæ optimæ vnc. s. benedictæ ſimplicis drac. ij. miſce, & fiat bolus, qui patienti detur qualibet hora doloris.*

Ad idem, ſequens clyſtere expertum eſt, valere optime: *Recipe vini albi potentis, olei communis ana vnc. v. butyri recentis vn iij. vitellum oui numero i. ſalis communis drac. ij. ſacchari rubri vnc. i. s. miſce, & tepidum imponatur. Et nota quod antequam te applices curæ colicæ vel iliacæ, procedere debes cum enematibus; quoniam per enemata ſecura & optima fit eorum curatio: cum vero enemata non ſuffecerint, tunc viam habebis ad ea quæ per os aſſumuntur.*

Ad idem, ſequens enema fortius eſt, & eo colicam ſæpius curaui: *Recipe vini albi potentis vnc. xij. butyri recentis vnc. iij. olei communis vnc. vi. aniſorum, anethi, feniculi, carui, dauci, ameos, carthami ana drachm. ij. miſce, & bulliant vſque ad conſumptionem medietatis vini: deinde coletur, & colaturæ adde mellis roſati vnc. ij. ſacchari rubri vnc. i. s. ſalis communis drach. ij. vitellum oui numero i. miſce, & fiat clyſtere.*

Ad idem, vbi dolor eſſet vehemens, præcedentibus aliis clyſteribus, expertum eſt, & ſecretum, non ſtante

febre,

febre, ſequens enema colicam, & iliacam curare: *Recipe vini albi potentis lib.i.s. aquæ ardentis vnc. ij. bulliant ſimul vſque ad conſumptionem aquæ, deinde cum ſolo vino tepido fiat clyſtere.*

Ad idem, familiare, & domeſticum eſt ſequens clyſtere, quod ſecundum plurimum debet exhiberi à principio morbi: *Recipe florum camomillæ, foliorum maluæ, mercurialis, ana M.i aniſorum, pulegij, calamenti, feniculi, ana M.s. furfuris groſſi ligati in petia vnc.i.s. bulliant in ſufficienti quantitate aquæ vſque ad conſumptionem medietatis, & de colatura recipe lib i. olei communis vnc.iij. benedictæ vn.i. hieræ picræ vnc.s. ſacchari rubri vnc.i.s. ſalis communis drach.ij. vitellum oui numero i. miſce, & fiat clyſtere quacunque hora doloris.*

Vel, *Recipe Suprascriptæ decoctionis vnc. x. electuarii de baccis lauri, electuarii de dactylis ana drachm. ij. benedictæ drachm. vi. olei liliorum alborum vnc. iij. de reliquis, vt ſupra: fiat clyſtere.*

Vel, *Recipe prædictæ decoctionis lib. i. hieræ Logadii drach. vi. benedictæ vnc.i. olei rutæ vnc. ij. de reliquis, modo dicto: miſce, & fiat clyſtere.*

Ad idem, expertum eſt ſequens clyſtere vbi alia non contulerint, & vehemens neceſſitas fuerit in ſedatione doloris: *Recipe olei rutæ vnc. viij. olei de caſtoreo vnc. iij. philonii Romani drach. ij. benedictæ vnc i. de reliquis, vt ſupra; excepto quod modiciſſime de ſale debes imponere, vt virtus philonii poſſit in aluo morari: & fiat clyſtere.*

Ad idem, optimum eſt, & præcipue vbi colica vel iliaca fuerit cum retentione fæcum: *Recipe pinguedinis gallinæ vnc. iiij. electuarii de baccis lauri drachm. iij. de reliquis, vt ſupra: miſce, & fiat clyſtere.*

Ad idem, expertum eſt ſequens clyſtere, quo ſemper bene me habui: *Recipe fuſtorum alliorum ſiccorum M. ij. bulliant in ſufficienti quantitate aquæ, vſque ad conſumptionem medietatis & de colatura recipe lib.i. hieræ picræ drac. vi. de reliquis, vt ſupra, & iniiciatur clyſtere tepidum.*

Ad idem, elegantiſſimum remedium, & ſubito auferens dolorem, eſt ſequens enema: *Recipe aquæ thermarum ex ſulphure vel alumine, ſiue aquæ Porretæ, vel de Abano lib. ij. aniſorum, florum camomillæ, abſinthii, menthæ ana M.i.*

*M i. bulliant simul vsque ad consumptionem medietatis aquæ, & de collatura recipe lib. i. olei camomillæ vnc. ij benedictæ vnc. i. de reliquis, vt supra: & fiat clystere.*

Ad idem, experientia compertum est in colica, & iliaca passione, sequens vnguentum mirabiliter conferre, & est apud me secretum: *Recipe olei de castoreo, olei liliorum alborum, olei rutæ, olei de cheiri ana vnc. iij. succi artemisiæ ana vnc. iiij. aquæ ardentis vnc vi bulliant omnia simul vsque ad consumptionem aquæ: deinde adde nigellæ, masticis, cardamomi, galangæ ana drach. i s piperis, caryophyllorum, nucis muscatæ, ligni aloës ana drach. i. puluerizentur hæc omnia subtiliter, & iterum lento igne bulliant, & cum modico ceræ fiat vnguentum molle: quo locus dolorosus inungatur. & lana succida tepida superponatur. Et ex isto vnguento videbis mirabilem effectum.*

Ad idem, familiaris fomentatio, conferens optime, hæc est: *Recipe florum camomillæ meliloti, fænugræci anethi, seminum lini ana M i. absinthii, menthæ pulegii, calamenti, abrotani ana M s. bulliant in sufficienti quantitate aquæ, & vini albi odoriferi vsque ad consumptionem medietatis aquæ: deinde mane & vesperi, fomentetur locus: quem locum fomentatum immediate poteris inungere prædicto vnguento, & optimum est remedium.*

Ad idem, & à me sæpius expertum, fomentare locum dolorosum sequenti fomentatione: *Recipe terebinthinæ lib. i. butyri recentis lib s. olei communis vnc iij. croci drachm. i. s. misce: & filtro madefacto in dicto liquore calido locum fomentabis, & in hora doloris, & in præseruatione à dolore.*

Ad idem, est expertum, si locus doloris emplastretur sequenti emplastro: *Recipe parietariæ viridis lib. ij mellis lib. ij. vini maluatici lib. i. olei lib. s. bulliant simul omnia vsque ad decoctionem parietariæ. Deinde parietariam ipsam loco dolenti calidam apponito, ad modum emplastri.* Expertum est etiam multum conferre, præcipue præcedentibus enematibus, *madefacere in aqua ardenti calida, & loco dolenti applicare, & dolorem tollit.*

Idem quoque tibi succedet, *si locum dolorosum inunxeris oleo de vitriolo Romano.*

Ad idem, & est expertum, vbi alia non contulerint remedia, *ponere patientem ab vmbilico infra in balneo olei commu-*

*communis calidi, & in eo immorari per horam, vel minus, secundum quod æger potuerit. Deinde ipso exeunte ex balneo fiat illi clystere immediate ex prædicto oleo calido cum melle rosato ponderis vn ij. cum vitello oui, & salis drac. ij.*

Adidem, expertum est, & in omni tempore potest fieri, *applicare scilicet ventosam magnam vmbilico, & est de optimis remediis in torsionibus intestinorum.*

Elixir vitæ, meæ descriptionis: quo Pontifex maximus Clemens Septimus vsus fuit, in sui vltima ægritudine: *Recipe masticis, thuris masculi, macis ana lib. s. galangæ, zedoariæ ana vn. iiij. caryophyllorum, cinnamomi, xylobalsami, carpobalsami ana vnc. ij. zinziberis, cardamomi, piperis longi, piperis nigri ana vn. s. turbith, agarici, reubarbari ana drachm. ij radicum endiuiæ, radicum buglossæ, borraginis ana M. ij. betonicæ inæ florum stœchadis Arabicæ, maioranæ, saluiæ, roris marini ana M. s. omnia simul grosso modo contundantur, & ponantur in centum libris vini albi potentis, & odoriferi. & sic per tres dies continuos stent in infusione: deinde forti expressione coletur vinum, quod vinum subito ponatur in alembico, & destilletur aqua vitæ. Demum recipe sanguinis humani, corporis sani, bene carnosi lib i. ponatur in aqua destillationis primæ, & iterato ponatur in alembico, & destilletur aqua, & sic procede destillando, vsque ad nouem vices destillationis. Demum recipe folia auri finissimi & optimi numero* 100. *folia argenti finissimi numero* 50. *hyacinthorum, smaragdorum, rubinorum, granatorum, vtrarumq; margaritarum, corallorum rubr. rosarum, rubr. ana drachm. i. s musci optimi drachm s. misce: & omnia puluerizanda pulnerizentur: & ponantur in aqua vitæ, vltimo destillatæ: & stent in infusione per diem naturalem: deinde omnia ponantur simul in alembico, & decima vice destilletur aqua lento igne. quæ recondatur in vase vitreo grosso, bene obturato, quoniam aliter tota aqua conuerteretur in spiritum, & exhalaret. Quæ aqua ad omnes frigidas ægritudines intus, & extra, mirabiliter confert, si illius drachma vel guttæ iiij. cum modico vini albi odoriferi capiantur. Quod si ægritudo esset calida, & non esset febris, vt in doloribus pendentibus à materia calida, eam dabis aquæ endiuiæ permixtam, qualibet hora doloris. Hæc aqua ad miraculum, in extrema debilitate confert: si patiens assumat quinque ve-*

*vel sex guttas aquæ prædictæ cum modico vini odoriferi: statim enim virtus releuatur. Præterea in pestilentia nihil tutius est, & nihil magis hominem defensat à morbo epidemiali, quam ista aqua quam si temporibus pestilentiæ, quolibet mane, ante exitum è domo biberit quis ad quinque vel sex guttas, vel cum vino potenti, vel cum aqua endiuiæ: vel si octo aut decem guttis per se, vinoue mixtis abluat quis sibi nares intus, extraq́ꝫ, & totam faciem optime à pestilentia securabitur: & cum isto auxilio in pestilentia semper bene me habui. Valet etiam in apoplexia, & in epilepsia, fomentando collum, & nucham. Et nominatur hæc aqua Elisir vitæ Benedicti.*

## CAP. XXVIII.

## *De fluxu ventris colerico, scilicet diarrhœa cholerica.*

AD diarrhœam cholericam expertum est, & maxime obseruandum in actu practico, *quod phlebotomia basilicæ à principio diarrhœæ cholericæ ipsam curat existente corpore fortis roboris, bene carnoso, & densorum musculorum.*

Ad idem, expertum est sequens enema multum conferre in diarrhœa cholerica: *Recipe aquæ decoctionis hordei torrefacti lib. i. sacchari rubri vn. i. s. vitellum oui numero i. misce, & fiat clystere. Et recordare quod in enematibus ad fluxum ventris non conuenit ponere sal, propter eius mordacitatem, & acuitatem.*

Ad idem, post enema, compertum est à principio, si est fluxus cholericus, sequentem medicinam vsurpare: *Recipe seminum plantaginis, portulacæ, seminum acetosæ, seminum endiuiæ, florum omnium cordalium ana P. s. misce, & bulliant in sufficienti quantitate aquæ plantaginis vsque ad consumptionem medietatis: deinde cum colatura dissolue reubarbari electi drac. ij. diacatholici drac. vi. misce, & fiat potus, & detur in diluculo. Et nota, quod ipsi reubarbaro in fluxu non cõuenit spicam imponere: quippe nec ipsum reubarbarum dabis aliter quam in substantia: quoniam sic euacuando materiam cholericam, relinquit vestigium stipticitatis.*

Capta hac medicina compertum est, digestionem materiæ sequenti syrupo fieri: deinde sequenti pharma-

co eam purgare, multum confert: Syrupus conferens ad diarrhœam cholericam talis est: *Recipe syrupi rosati ex infusione rosarum siccarũ vn.i. syrupi de endiuia vn. s. aquarum plantaginis, acetosæ buglossæ, ana vn i. misce pro vna vice. Et recordare, tanquam optimum remedium, vt quolibet die assumptionis syrupi patiens assumat clystere vnum, veluti supradictum.* Continuata dosi g. tur syrupum per vi. dies cõpertum est experientia, sequentem medicinam curare fluxum cholericum: *Recipe corticum myrobalanorum citr. vn. s seminum plantaginis, seminum acetosæ, seminum portulacæ, seminum endiuiæ ana drach. ij florum omnium cordialium præter violas ana P. s. bulliant in sufficienti quantitate aquæ chalybeatæ : usque ad consumptionem medietatis: deinde cum colatura facta forti expressione, pro diuitibus dissolue reubarbari electi torrefacti drac. i s. diacatholici drach. vi. pro pauperibus reupontici torrefacti drac. ij. micletæ vnc. s puluerizentur puluerizanda, & fiat potus: cui adde syrupi rosati vnc. s*

Ad idem experientia compertum est, si patienti diarrhœam ...etur mane & vesp... b...l. s... sub...scripti electuarij, ... confert: *Recipe diacitoniten sine speciebus cum saccharo sac hari antiqui rosati ana vn i. coriandrorum præparatorum ... n s co...allorum rubrorum drac. ij. puluerizentur subtiliter omnia puluerizanda, & cum succo citoniorum fiat electuarium.*

Ad id... ex...erientia compertum est, si patiens vtatur ...nf...ascripto potu, per duas horas ante cibum, mane & v...er...bene confert: *Recipe succi citoniorum vnc. vi. succi endiuiæ succi acetosæ ana vnc. iij seminum acetosæ, seminum plantaginis ana drac. ij. corallorum rub. seminum rosarum rubrarum ana drac. i aquæ plantaginis, vn. iiij omnia simul bulliant vsque ad consumptionem tertiæ partis aquæ & succorum. deinde colentur facta forti expressione: & cum saccharo optimo quantum sufficit fiat syrupus, de quo patiens capiat vn ij. modo dicto.*

Ad idem, compertum est experientia, quod quotidie assiduare frequens clystere, etiam tempore quo patiens caret digestiu..., dia rhœam cholericam curat: *Recipe aquæ decoctionis hordei torrefacti vnc. viij succi plantaginis vnc. iiij. olei rosati omphacini vnc. ij. vitelli. in oui n. mero i*



*saccha*

*facchari rubri vn.i.s.misce, & fiat clystere. Et scias quod clysteria in fluxu ventris ad frigiditatem debent declinare: cum ipsum frigidum immobilitet humorem magis quam calidum, aut tepidum.*

Ad idem, expertum est sequens enema curare fluxum ventris cholericum, si patiens assiduet illud quotidie: ℞ *olei rosati omphacini vnc.vi. succi plantaginis vn.iij. vitellos ouorum num.ij. misce, & fiat clystere minus quam tepidum: ex isto enim clysteri indubitato curabis fluxum cholericũ, præmissa corporis euacuatione.*

Ad idem, expertum est, clystere sequens diarrhœam cholericam curare, si quotidie patiens eo vtatur: *Recipe lactis vaccini lapidati, vel chalybeati lib.i. succi plantaginis vn.iij. facchari rubri vn.i.s. vitellos ouorum numer.ij. misce, & fiat clystere.*

Ad idem, expertum est experientia, si quotidie sequẽti vnguento ventriculus, & aluus vngatur, quod æger curabitur à fluxu cholerico: *Recipe olei rosati omphacini, olei citoniorum, olei myrthini ana vn i. rosarum rubrarum, corallorum rubrorum ana drac.i. mastícis, nucis muscatæ ana drac.s. puluerizentur puluerizanda, & cum modico ceræ fiat vnguentum molle.*

Et quia magna pars curæ cholerici fluxus habetur ex curatione fluxus dysenterici: ideo transeo ad curam dysenteriæ, pendentis à materia cholerica corrodente, & vlcerante tunicas intestinorum.

## CAP. XXIX.

## *De fluxu dysenterico.*

ADuerte, licet fluxus ventris à principio non sit astringendus: si tamen euenerit vt sanguis egeratur, excusabitur tunc medicus, si constrictioni operam dederit: est enim sanguis vitæ & naturæ thesaurus. Ad dysenteriam igitur confert clystere sequens: *Recipe aquæ decoctionis hordei torrefacti lib.i. olei rosati omphacini vnc.iij. vitellũ oui num.i. facchari rubri vn.i.s. misce, & fiat clystere.*

Ad idem, si sanguinis multitudo effluat: compertum est *phlebotomiam venæ basilicæ fluxum dysentericum curare, & sic iubeo & consulo, vt stomacho ieiunio secetur vena basi-*

*basilica brachii dextri, cum extractione sanguinis, tenore virtutis, & ætatis.*

Ad idem, compertum est experientia, medicinam sequentem curare fluxum dysentericum: *Recipe mirobalanorum citrinorum vstarum drachm. vi. seminum plantaginis, seminum acetosæ, seminum endiuiæ, omnium torrefactorum ana drachm. iij. florum quatuor cordialium præter violas ana P. i. bulliant in sufficienti quantitate aquæ chalybeatæ, vsque ad consumptionem medietatis: deinde colentur, & colaturæ adde reubarbari electi torrefacti drach. ij s. philonii persici scrup iij. misce, & fiat potus.* Et ex hac medicina videbis *optimum experimentum: quinimo excusabit te ab vlteriori operatione.*

Ad idem, experientia compertum est, quod si patienti dentur tres de infrascriptis pilulis, mane & vesperi, ante cibum, indubitato curabitur à fluxu dysenterico: *Recipe trochiscorum de spodio cum seminibus acetosæ, trochiscorum de carabe ana drachm. ij. suffuf de granis myrti descriptionis Mesuæ in antidotario de suffuf drach. i. s pulverizentur omnia subtiliter, & cum succo citoniorum fiant pilulæ numero xxi. & sis audax in oblatione istarum pilularum, quoniam videbis mirabile iuuamentum.*

Ad idem, expertum est, si mane, & vesperi ante cibum per duas horas detur patienti vnc s. infrascriptę mixturæ, multum conferre: *Recipe confectionis de cornis, confectionis de sorbis, confectionis de mespilis ana vnc. ij. corallorum rubrorum, seminum rosarum rub. acatiæ, hypocistidis ana drach. s. misce, cum succo citoniorum fiat mixtura, pulverizatis pulverizandis.*

Ad idem, compertum est experientia, & in eo bene me reperi, si patienti dabitur infrascriptus puluis, dissolutus cum vino rubro stiptico, in ingressu lecti, absque dubio curabitur fluxus dysentericus: *Recipe thuris masculi, masticis ana drach. ij. boli armenæ drach. i corallorum rubrorum, cornu cerui vsti, ana drach. s. lapidis hamatitis vsti scrup. ij. pulverizentur omnia subtiliter: & de isto puluere detur drach i s ipsi patienti stomacho ieiunio, modo dicto*

Experientia etiam compertum est, & in fluxu dysenterico laudatum optime, *si quolibet mane patiens masticet drach. s. reubarbari torrefacti, stomacho ieiuno.*

Ad idem, etiam est expertum, si pacienti quolibet mane detur infrascriptus potus, stomacho ieiuno: *Recipe vini citoniorum, vini rubri stiptici ana unc. vi. reubarbari torrefacti drach. i.s. boli armenæ drach. i.s. coriandrorum præparatorum torrefactorum drachm iij. contundantur contundenda, & bulliant simul usque ad consumptionem tertiæ partis vini, deinde colentur, & de colatura dabis patienti unc. ij. modo dicto.*

Ad idem, expertum est, si dabis patienti fluxum dysentericum, mane stomacho ieiuno, duo cochlearia infrascriptæ mucillaginis; *Recipe mucillaginis seminum citoniorum unc. iij. mucillaginis seminum acetosæ, mucillaginis seminum psyllii ana un. i. pulueris corallorum rubrorum drac. ij. sacchari albissimi quantum sufficit, & fiat ad modum loch: exhibeatur modo dicto.*



Ad idem, si cum dysenteria fuerit coniunctus dolor ventris, sicut plurimum contingit, ob intestinorum corrosionem; compertum est, & secretum, dare patienti, tribus diebus continuis, infrascriptum potum, & continuo statim curabitur à fluxu ventris dysenterico: *Recipe lactis caprini, vel ouini chalybeati unc. iij. succi plantaginis unc. i.s. specierum aromatici rosati drach. i. misce, & fiat potus pro una vice.*

Ad idem, præcipue cum adsit dolor fortis, compertum est experientia infrascriptum cibum curare dysenteriam, & illius dolorem sedare: *Recipe turturem depilatum numero i. granorum myrti drach. ij. seminum acetosæ, seminum plantaginis ana drach. ij. thuris masculi gran iij ceræ nouæ citrinæ drach. ij. cinnamomi scrup. ij, omnia simul in ventre turturis imponantur, & suantur: deinde lento igne coquantur & detur patienti turtur ad comedendum, tribus diebus, vel quinque continuis: & sic sanabitur æger. Vel ex carne turturis fiat contusum.*

Ad idem, expertum est experientia, quod si patienti fiat sequens clystere, curabitur: *Recipe caput castrati bene mundum & lotum aqua plantaginis numero i. foliorum plantaginis M. ij. hordei torrefacti M. i. bulliant simul usq; ad completam decoctionem capitis castrati in aqua chalybeata: deinde colentur, & de colatura recipe lib. i succi plantaginis unc. iij. olei rosati omphacini unc i. vitellum oui numero i. sacchari*

rubri

*rubri vnc. i. s. misce, & fiat clystere. Et scias quod istud est de melioribus clysteribus, ac securioribus, qui possint fieri in fluxu dysenterico, & cholerico*

Ad idem, expertum est sequens clystere multum conferre: *Recipe aquæ hordei tor. efacti vnc. viij. prius tamen chalybeatæ, succi plantaginis vnc. iiij. olei rosati omphacini vnc. ij. pinguedinis hirci vnc. ij. vitellum oui numero i. sacchari rubri vnc. i. misce, & fiat clystere.*

Ad idem, sequens clystere est multum conueniens, & eo fere semper vsus aui fluxum dysentericum: *Recipe lactis vaccini lapidati vnc. viij. succi plantaginis vnc. iiij. olei rosati omphacini vnc. ij. vitellum oui nume. i sacchari rubri vnc. i. s. misce, & fiat clystere minus quam tepidum, & conetur patiens diu retinere.*

Quod si cum fluxu dysenterico copuletur fortis corrosio intestinorum, & vlceratio, tunc aduerte quod in omnibus præcedentibus enematibus addatur puluis sequens: *Recipe trochiscorum de carabe puluerizatorum drach. iij. & modo dicto imponatur.*

Ad idem expertum est, præcedentibus euacuationibus iam dictis, lotiones infrascriptas à genu infra, & à cubito infra, patienti multum conferre: *Recipe granorum myrti, balaustiorum, corticum granatorum, gallarum, hypocistidis ana M. i. bulliant in sufficienti quantitate vini nigri stiptici, vsque ad consumptionem tertiæ partis: deinde mane & vesperi ante cibum fiat lotio, dum etiam alia remedia patienti applicabuntur. Vnde notare debes quod eadem die non inconuenit multa diuersa remedia patienti dysenteriam applicare.*

Vel: *Recipe foliorum mespilorum, foliorum sorborum, foliorum citoniorum ana M. ij. (&, si folia non possent inueniri, tunc accipe fructus) seminis plantaginis, seminis acetosæ, seminis portulacæ ana vnc. s. & si possis habere herbas, loco seminum, multo efficacius operabuntur: bulliant omnia in sufficienti quantitate aceti fortissimi vsque ad consumptionem tertiæ partis: deinde [illegible] reseruentur.*

Vel: *Recipe scoriæ ferri cum aceto præparatæ, limaturæ chalybis aceto præparatæ, ana lib. [illegible] bulliant in libris x aceti fortissimi chalybeati vsque ad [illegible] deinde mane & vesperi per [illegible] horam patiens detineat*

*plantas pedum, & volas manuum in aceto prædicto, & videbis effectum mirabilem, imo secretum ad sistendum fluxum dysentericum.*

Ad idem, experientia optime comprobatum est, si patientis anus suffumigetur sequenti suffumigio: *Laminam ferream ignire debes, demum super ipsam ponere terebinthinæ optimæ unc. i. & mane & vesperi patiens sedendo super sellam, recipiat fumum: & sic continuando per tres vel quatuor dies videbis dysenteriam curari.*

Vel: *Recipe stercoris asini iuuenculi lib. ij. contundatur optime, & in furno exsiccetur, aduertendo ne vratur: demum portione illius pulueris, mane & vesperi, super ignitos carbones posita in sella, dum sedebit patiens, suffumigabis ipsum. & scias quod hoc est mirabile in fluxu dysenterico puerorum, semper præcedente euacuatione facta cum reubarbaro.*

Ad idem, optime expertum est, si patiens suffumigetur sequenti suffumigio: *Recipe resinæ pini unc. i. pone super laminam ignitam: & in sella suffumigetur patiens.*

Ad idem, expertum est, & multum valet ad tollendam dysenteriam, si suffumigetur patiens sequenti suffumigio: *Recipe laminā ferream ignitam, & superasperge acetum nigrum fortissimum, & patiens recipiat in sella fumum ipsum, & erit optimum.*

Ad idem, sequens suffumigium est optimum & expertum: *Recipe corticum pinearum M ij. bulliant in lib. iiij. aceti fortissimi, & fumo suffumigetur patiens: & cum incipit tepefieri acetum, tunc ferrum ignitum in eo extinguetur, vt iterato eleuetur fumus, & ipsum recipiat patiens.*

Ad idem, expertum est & secretum: *Recipe melissæ lib. i tapsi barbati M. i. bulliant in vino nigro stiptico, & aceto fortissimo, ana quantum sufficit, vsque ad consumptionem tertiæ partis: deinde coletur ab aceto, & vino, & ponatur in sacculo oblongo, & sacculus calidus ano applicetur mane & vesperi: & sic continuando videbis optimum experimentum.*

Ad idem experientia compertum est, vbi alia nō contulerint, & virtute exsistente forti, *si patienti imposueris suppositorium de lycio descriptione Rasis in nono ad Almansorem: & recordare quod propter virtutem opii exsistentis in eo, non permittes tale suppositorium in ano stare, nisi per dimidium*

*horæ*

*hora, vel minus: ideo debes alligare filum, vt ipsum possis extrahere semper ad libitum.*

Ad idem experientia compertum est, quod si tota aluus inungatur sequenti vnguento, deinde puluis infrascriptus superaspergatur toti aluo inunctæ, mirabilem videbis effectum in dysenteria: *Recipe olei masticis, olei rosati omphacini, olei citoniorum ana vnc. s. misce: Et tota aluus inungatur mane & vesperi. Puluis superaspergendus talis est: Recipe granorum myrti torrefactorum, corticum granatorum, balaustiorum, gallarum ana drach. ij masticis, thuris, nucis muscatæ, corallorum rubrorum ana drachm. s. hypocistidis, acatiæ ana scrup. ij puluerizentur omnia subtiliter & vsui seruentur, modo dicto.*

Ad idem, expertum est, imo secretum in dysenteria, si patienti inungatur venter sequenti vnguento: quod omnem dysenteriam, quantumcunque malam, curat: *Recipe trochiscorum de carabe, trochiscorum de terra sigillata ana drach. ij. galli muscatæ gallia alefanginæ ana drach. i. s. corallorum rubrorum, seminum rosarum rubrarum, masticis, thuris, ana drachm. i. puluerizentur omnia subtiliter, & infundantur in aceto rubro fortissimo, per diem naturalem: deinde vel apud ignem, vel in sole ardentissimo exsiccentur: demum iterum subtiliter puluerizentur: & pulueribus adde olei citoniorum, olei rosati omphacini, olei masticis ana vnc. ij. ceræ albæ quantum sufficit, & fiat vnguentum molle, quod tenebis pro secreto.*

Ad idem, & est optime expertũ, vbi dysenteriæ iungeretur dolor vehemens intestinorum, frequentare sequens remedium, multum confert: *Recipe zirbum castrati numero i. ponatur in patella, & vnica frixione frigatur cum sua pinguedine, & non cum alia: demum super ipsum asperge puluerem sequentem: Recipe tapsi barbati vnc. ij. trochiscorum de carabe subtiliter puluerizatorum vn. ij. & ipsum calidum aluo apponito, sæpius in die.*

Ad idem, vbi etiam dysenteriæ iungeretur fortis dolor: *emplastrum diaphœnicon descriptionis Mesuæ aluo apponito: mane & vesperi ipsum permutando: ex quo videbis optimum effectum.*

## CAP. XXX.

## *De fluxu hepatico.*

FLuxus hepaticus cognoſcitur primo ex parte excrementitiæ ſuperfluitatis, quoniam eſt liquida, & loturæ carnis ſimilis: & quoniam de nocte magis affligit patientem quam de die: ad cuius curationem expertum eſt digerere materiam ſequenti ſyrupo, & eam euacuare infraſcripta medicina, multum conferre: Syrupus talis eſt: *Recipe ſyrupi myrtini, ſyrupi de cichorio, ſyrupi roſati de roſis ſiccis ana vnc. s. aquarum plantaginis, cichorii, epaticæ ana vnc i reubarbari electi ſubtiliter puluerizati ſcrup ij. miſce cum ſyrupo per horas xxiiij. deinde mane in diluculo totum patienti dato, etiam cum ſubſtantia reubarbari & ſic continuabis per vj. dies continuos cum dicto ſyrupo, & videbis bonum effectum.* Medicina hæc eſt: *Recipe reubarbari electi drachm. ij. myrobalanorum citrinarum drachm.i.s.puluerizentur ſubtiliter, & diſſoluantur in aqua deſtillationis plantaginis: & detur patienti.*

Ad idem, expertum eſt multum conferre in fluxu hepatico, ſi quolibet mane patienti detur vnc.s. infraſcriptæ mixtionis *Recipe triaſandalorum, diarhodon abbatis ana vnc. ij. reubarbari electi drach i.s. hepatis lupi drac. i. puluerizentur omnia ſubtiliter, & cum ſyrupo de cichorio fiat electuarium.*

Ad idem, experientia compertum eſt, quod ſi patiens continuet infraſcriptum potum per quindecim dies, ſanabitur à fluxu hepatico: *Recipe lactis vaccini chalybeati vnc. v. detur in potu patienti, modo dicto.*

Ad idem compertum eſt experientia *ſi fluxus hepaticus fuerit recens, phlebotomare baſilicam dextram, cum extractione ſanguinis vnc. iiij multum conferre.*

Ad idem, experientia docet, ſi quolibet mane detur patienti ſequens potus, multum conferre; *Recipe ſucci hepaticæ depurati vnc. iij ſacchari albiſſimi vnc s miſce, & detur patienti: ſuper quem aliquantulum dormiat.*

Ad idem expertum eſt; ſi patientis hepati applicetur infraſcriptum cerotum, continue illud ſuper hepar portando, curabitur patiens à fluxu hepatico: *Recipe ceroti triaſandalini vnc. i. extendatur ſuper corium, & regioni hepatis apponatur,*

Nota

Nota quòd ferè omnia remedia dicta in capite de Dysenteria, competunt huic fluxui, si addantur aperientia hepatis oppilationem, sicut per maxime est reubarbarum: & aduerte quòd clysteria de lacte maximè in hac dispositione conferunt.

## CAP. XXXI.

## *De tumore, & oppilatione splenis.*

Consulo tanquam expertum, si hæ dispositiones splenis fuerint recentes, *vt fiat phlebotomia basilicæ lateris sinistri: & videbis ilico ægrum curari ab his.* Quod si dispositiones fuerint antiquatæ *nullam facies phlebotomiam, quoniam tumores splenis per maximè efficerentur duri.*

Ad idem expertum & secretum: *facta phlebotomia basilicæ sinistræ, die sequenti aperiantur hæmorrhoides: & vbi hæmorrhoides haberi non possent, incidatur saphena sinistri pedis, & ex his bonum iuuamentum tibi succedet.*

Ad idem: factis phlebotomiis, digeratur materia sequenti syrupo, & euacuetur infrascripta medicina: Syrupus talis est: *Recipe syrupi acetosi, diarhodon, syrupi de lupulo, mellis rosati colati ana vnc. s. aquarum cuscutæ, lupulorum melissæ ana vn. i. misce pro vna vice: quē syrupum patiens continuet per vij. dies continuos.* Medicina hæc est: *Recipe diasenæ lenitiui vnc. s. diacatholici drach. ij. confectionis Hamech drach. ij. s. dissoluantur cum decoctione communi f. & f. in qua præbullita sint myrobalanorum indarum, chebularum, emblicarum ana drach. i. agarici ligati in petia drach. i. s. & fiat potus, qui exhibeatur patienti per duas horas ante lucem.*

Ad idem, expertum est, si patiens vtatur infrascripto electuario quolibet mane per tres horas ante cibum, bene conferre: *Recipe limaturæ ferri præparatæ vnc. s. specierum diarhodon abbatis, specierum diacurcumæ ana drach. ij. epithymi, thymi ana drach. ij. puluerizentur puluerizanda, & cum melle despumato quantum sufficit fiat electuarium. Dosis est drach. ij pro vice.*

Ad idem, expertum est, si patienti detur cochlearium vnum infrascriptæ mixturæ, per tres horas ante cibum, multum conferre: *Recipe succi althææ depurati vnc. ij. s. succi*

*calamenti ana n.ij folliculorum senæ exsiccatorum drach. ij. misce cum melle despumato quantum sufficit, fiat electuarium.*

Ad idem, experientia compertum est, si in hac dispositione splenis, quotidie fomentetur splen sequenti fomento, multùm conferre: *Recipe radicum althææ, radicum maluæ ana unc ij seminum fœnugræci seminum lini florum camomillæ meliloti ana M.i calamenti melissæ, cuscutæ pulegii, anisorum, carui, feniculi ana M.i. bulliant omnia in sufficienti quantitate aceti albi fortissimi: deinde splenis regio fomentetur modo dicto*

Ad idem, optimum & expertum, & secretum est, si quotidie manè, & vesperi splen vngatur sequenti vnguento: *Recipe olei rutæ, olei de capparibus, olei camomillæ ana lib.i. vini potentis albi optimi lib. s. radicum althææ, radicum maluæ, radicum filicis ana unc. s. triturentur optime radices, & simul bulliant usque ad consumptionem vini: deinde colentur forti expressione: & oleis colatis adde aceti albi fortissimi optimi lib.i cyclaminis optimè triturati, & mundi unc. i. iterum bulliant forti ebullitione usque ad consumptionem aceti: & iterum colentur forti expressione: quibus oleis sic colatis, adde opopanacis, bdellij, galbani, armoniaci, ana drach. ij dissoluantur gummi in aceto forti & cum aliis misceantur: & iterum una leui ebullitione bulliant, ne gummorum virtutes euanescant: deinde cum cera optima citrina quantum sufficit, fiat unguentum molle.*

Expertum est & per se ipsum solum curat tumorem splenis, *si fomentetur splen aceto fortissimo extinctionis marchasitæ: demum in eodem madefiat filtrum, & ipsi spleni applicetur. Et hæc fomentatio excusabit te ab vlteriori operatione.*

Ad idem expertum est, & secretum, si patienti exhibeatur infrascriptus potus per xv. dies continuos, soluetur omnino splenis durities: *Recipe radicum filicis unc. s. radicum cuscutæ drach. ij misce, & bulliant in unciis viij. vini albi potentis, usque ad consumptionem tertiæ partis vini, deinde coletur, & colatura patienti detur modo dicto.*

CAP.

## CAP. XXXII.

### *De dolore, tumore, & ventositate matricis.*

AD dolorem matricis, cùm secundum plurimum ab oppilatione viarum eius pendeat, si non fuerit cum superfluo fluxu menstruorum, *fiat phlebotomia ex saphena pedis dextri.* Si verò fuerit cum præsentia ventositatis tendentis ad tunicas matricis, *tunc prætermittatur phlebotomia tanquam nocua ipsi matrici. Facta phlebotomia, vbi expedit, ad dolorem matricis etiam si à ventositate esset, expertum est, digerere materiam afficientem matricem, & eam euacuare, peridoneum esse.*

Syrupus valens ad dolorem matricis, cum confortatione eius, in præparatione apertionis viarum eius, talis est: *Recipe syrupi de matricaria vnc. i. syrupi de duabus radicibus, mellis rosati colati ana vnc. s. aquarum artemisiæ, feniculi, calamenti ana vnc. i. misce.*

Continuato syrupo per vij. dies: medicina sequens octaua die danda est, & multum experta est: *Recipe diacatholici, diasenæ lenitiui ana vnc. s. electuarii elescoph drach. ij. specierum hieræ simplicis Galeni drach. i. misce: & fiat potus cum aqua decoctionis florum cordialium & artemisiæ, qui exhibeatur patienti per horam ante lucem.*

Facta euacuatione, in sedatione doloris, compertum est, quòd si mulier capiat quolibet mane in diluculo infrascriptum potum, proculdubio sanabitur à dolore, & à ventositate matricis, & est secretum mulierum Bononiæ: *Recipe aquæ artemisiæ lib. ij. spicæ, squinanti ana vnc. s. bulliant simul vsq; ad consumptionem tertiæ partis aquæ, deinde colentur sine expressione: deinde recipe colaturæ prædictæ vnc. iij. mellis rosati vnc. s. misce, & detur patienti per nouem dies continuos: & aduerte quòd hæc potio multum vtilis est, & optima ad impregnandam mulierem.*

Ad idem, expertum est, quòd si mulieri patienti etiam dolorem matricis à ventositate, detur infrascriptus potus per x dies continuos, sanabitur à dolore matricis: & scias quòd est secretum memoriæ mandandũ: *Recipe radicum matricariæ vnc. i. dauci vnc. s. mellis albi vnc. ij. misce: & bulliant bene spumando mel, vsque ad mellis decoctionem*

deinde

*deinde forti expressione coletur: & prædicti mellis recipe unc. ij. iuris pullæ, decoctionis anisorum ana unc. iij. misce, & detur patienti modo dicto.*

Ad idem, expertum est à mulieribus: *Recipe nucis muscatæ drach. i radicum matricariæ drachm. i. s spicæ scrup i. bulliant in unciis vi. vini albi potentis, usque ad consumptionem tertiæ partis: deinde coletur: & colaturæ adde sacchari albissimi drach ij & detur patienti mulieri in diluculo & qualibet hora, qua dolor infestabit.*

Ad idem, & est expertum multum conferre, si patienti exhibeatur infrascriptum medicamentum: *Recipe diacymini, diagalangæ ana drach. ij. diabuglossati drach. i. misce, & detur patienti qualibet hora doloris, & immediatè bibat haustum vini albi potentis.*

Ad idem, ubi dolor vehementer infestaret mulierem, & timor esset de debilitate virtutis futura sequens remedium inuentum est sedare dolorem matricis: *Recipe philonii romani drach. i. diacymi. i. diagalangæ ana drach. s. misce, & fiat bolus qui detur patienti qualibet hora doloris.*

Ad idem, & est remedium mulierum, & optimè valens in dolore matricis, & etiam à ventositate liberat: *Recipe pomum dulce euisceratum numero i. in cuius concauo ponantur infrascriptæ species: recipe nucis muscatæ, macis cinnamomi, ana drach. s. caryophyllorum scrup. s omnibus pulverizatis, cum modico saccha. i coquantur in dicto pomo, cineribus ignitu apposit. Demum mulieri detur qualibet hora doloris. Quòd si dolor esset tantæ vehementiæ, ut in periculo sit vita mulieris cum prædictis apponito gran. duo opii, & citam videbis sedationem doloris.*

Ad idem, & est expertum: *Recipe galangæ, zedoariæ, artemisiæ ana drach i spicæ, zinziberis, ana scrup i, nucis muscatæ, macis cinnamomi, caryophyllorum ana drach. s. sacchari albissimi unc. s. misce & fiat puluis subtilissimus: de quo puluere quolibet manè stomacho ieiuno dabis drach. ij. cum duobus ouis sorbilibus.*

Ad idem, & est expertum dare mulieri qualibet hora doloris infrascriptum medicamentum multum conferre: *Recipe seminis dauci subtiliter pulverizati drach. i. mellis rosati colati unc. ij. misce & detur patienti dolorem talem.*

Ad idem, & est expertum, si mulieri manè, & vesperi

abluantur

abluantur pedes infrascripta lotione, multum conferre: *Recipe calamenti, matricariæ, florum camomillæ, saluiæ, roris marini ana M.i bulliant omnia in sufficienti quantitate lixiuii, vel aquæ cineris, usq; ad consumptionem tertiæ partis: & ea abluantur crura ipsius mulieris à genu infrà.*

Ad idem multum conferent *frictiones factæ in totis cruribus, incipiendo à supremo coxæ, usq; ad clauiculam pedis, cum panno aliquantisper aspero.* Conferunt etiam in eodem casu *appositiones ventosarum super coxas.*

Ad idem, & est expertum, si patienti dolorem matricis assiduo apponatur infrascriptus sacculus toti regioni matricis die noctuq;, conferre: *Recipe florum camomillæ, meliloti, anethi fœnugræci, seminum lini ana M.ij. artemisiæ, calamenti pulegii, abrotani ana M.i anisorum, feniculi, ameos polypodii quercini ana P i. misce. Et contundantur grosso modo: & ex his fiat sacculus, quo patiens utatur modo dicto.*

Ad idem, potens fomentare matricem sequenti fomento sicco, & erit valde utile: *Recipe artemisiæ, florum camomillæ, menthæ, calamenti ana M. i. igniatur regula, & superaspergatur vinum odoriferum. Deinde ponantur prædictæ herbæ super dictam tegulam, & ipsa calefactæ apponantur matrici qualibet hora doloris, & aduerte ne matrici applicentur fomentationes humidæ, quoniam humiditas multum nociua est matrici.*

Ad idem, & est secretum, & experientia compertum est, si ipsius patientis mulieris interiora coxarum versus uuluam, usque quo tangamus collum matricis, inungamus sequenti oleo: *Recipe olei sesamini vn.i. musci fini gran. x ambræ gran.ij. dissoluantur hæc in oleo prædicto: & eo calido ungatur, sicut dictum est.*

Ad idem, & est optimè expertum, inungere totam regionem matricis sequenti oleo, & in eo madefacere filtrum, & calidum matrici applicare, conferre: *Recipe olei de cheiri lib i. olei sambucini vnc. iiij. misce, & cum eo calido fiat, ut dictum est. Et nota quòd applicare dictum filtrum calidum madefactum in prædicto oleo ventri mulieris patientis dolorem ex partu, mirabiliter illos dolores sedat.*

Ad idem, & est expertum, si mulieri patienti dolorem matricis assiduetur sequens clystere, multum conferre: *Recipe artemisiæ, florum camomillæ, meliloti, anethi, fœnugræci,*

*graci, semin. lini. anisorum ana M. i. bulliant in sufficienti quantitate aquæ vsq; ad consumptionem tertiæ partis, deinde colentur & de colatura recipe vnc. x benedictæ vnc i. hieræ simplic. vnc s. olei de cheiri vnc. iij. vitellum oui numero i. sacchari rubri vnc. i s. salis communis drach. iij. misce, & fiat clystere.*

Quòd si mulier patiens dolorem sit in partu, sicut plerunq; contingit, non debes transire tale clystere, quale est infrascriptum: aliter mulieri enixæ nocumentum induceres non paruum: *Recipe iuris pullæ lib. i. artemisiæ, anisorũ, florum camomillæ ana M. s. bulliant simul vsq; ad consumptionem tertiæ partis iuris; deinde colentur forti expressione & colaturæ adde olei de cheiri vnc. iij. vitellum oui numero i. sacchari rubri vnc. i salis communis drach. ij & fiat clystere.*

Ad idem, & est experientia compertum; si dolor matricis diuturnus erit, applicare regioni matricis infrascriptum cerotum multum conueniens fore: *Recipe matricariæ siccæ. florum cheiri exsiccatorum ana vnc. i galliæ muscatæ Mesuæ, vel alefanginæ pro pauperibus, vn s. galbani bdellii, serapini ana drach. ij. olibani, masticis, ana drach i s. dissoluantur gummi in oleo de cheiri. & alia puluerizanda puluerizentur & cum pice, & cera, & modico olei sesamini fiat cerotum: cuius quantitas extensa super corium, regioni matricis applicetur, & permutetur singulis octo diebus.*

## CAP. XXXIII.

## *De retentione menstruorum.*

CVm medicus accersitus fuerit ab initio retentionis menstruorum, si modum curæ sequentis obseruabit, proculdubio menstrua aperientur. Igitur primo detur mulieri infrascriptus bolus in diluculo: *Recipe cassiæ nouiter tractæ drach x specierum hieræ simplicis drach. ij. misce, & fiat bolus cum saccharo.*

Sequenti verò die per horas tres ante prandium, vt virtus exoneretur à materia stante sub forma causæ antecedentis, seu ab oppilatione existente in ambitu totius corporis ipsius mulieris, *ordina ei phlebotomiam basilicæ brachii dextri cũ extractione sanguinis vnc. iiij.* Deinde duobus transactis diebus per duas horas ante cœnã *phlebotomiam*

*miam statue ex saphena cruris dextri, cum extractione sanguinis vnc.* VI.

Demum per tres cõtinuos dies in diluculo detur mulieri patienti retentionem menstruorum, infrascriptus potus: *Recipe aquæ decoctionis cicerum rubrorũ vn.* viij *croci gran iij. misce, & tepidum exhibeatur.*

Nota tamen quod hic modus curæ non fiat à medico, nisi cum mulier appropinquauerit tempori mẽstruorum consuetorum, & per octo dies ante aduentum eorum hic modus curæ exerceatur.

Vbi vero his menses non reserarentur: sequenti die *saphena in talo pedis sinistri secetur*: & si fuerit necesse, post phlebotomiam hanc, aperire adhuc menstrua retenta, probo digestionem materiæ, & illius purgationem, cõsuloque vt per vij dies continuos mulier in diluculo capiat infrascriptum syrupum: *Recipe syrupi de quinque radicibus vnc. i. de artemisia, mellis rosati colati ana vnc. s. aquarum matricariæ, feniculi, luporum ana vn. i. misce.* Octauo vero die purgetur materia obstruens meatus matricis, sequenti medicina: *Recipe diasebesten lenitiui, diacatholici ana vnc. s agarici electi drach. ij. reubarbari drachm. i. s. infundatur agaricus in oxymelle simplici cum modico zinziberis & salis gemmæ per x. horas. Infundatur quoque reubarbarum cum modico spica in aqua endiuiæ, & cum modico vini albi odoriferi per totidem horas. Deinde eorum omnium fiat fortis expressio, & cum decoctione communi florum, & fructuum, cum qua bulliat aloes lota ligata in petia drachm. i. & fiat potus, qui exhibeatur patienti per duas horas ante lucẽ.*

Factis his purgationibus, si per eas menstrua non aperirentur, ad eorum maiorem apertionem expertum est multum conferre, si dabitur patienti infrascriptus potus, vesperi, cum mulier ibit dormitum, & in diluculo: ad minus per horam superdormiendo: *Recipe succi sauinæ vn. ij. purificetur succus, cui adde cassiæ ligneæ subtiliter pulnerizatæ drach ij croci gran iiij. aquæ destillationis raphani vnc. ij. misce pro duabus vicibus cum modico sacchari. Et scias quod istud est forte aperitiuum menstruorum: quo fit, vt cauere debeas ne mulieri prægnanti ipsum des, quoniam quæcunque prouocant menstrua, faciunt abortum.*

Ad idem, est secretum, & optime expertum in apertione menstruorum, & prouocatione abortus, dare mu-

lieri bis in die, in ingressu lecti, & in diluculo, sequentem potum: ℞. *aquæ pimpinellæ vn. iiij. croci gran. ij. sacchari dra. ij misce, & fiat potus pro vna vice.*

Ad idem, est secretum, & expertum, in prouocatione menstruorum, & in exitu fœtus mortui, & in prouocatione abortus, & in facilitando partum: ℞. *boracis mineralis drach ij. cassiæ ligneæ scrup ij. croci gran. iij puluerizentur omnia subtilissime, & cum quinque vnciis aquæ matricariæ exhibeantur semel in septimana*

Ad idem, expertum est, semper valere in apertione menstruorum, dare mulieri alternis diebus immediate ante prandium tres de sequentibus pilulis: certissime menstrua aperientur: *Recipe aloes lotæ drac. ij. cum succo sauinæ fiant pilulæ numero xxx. de quibus tres dabis mulieri modo dicto, & est expertum.*

Ad idem, & est prouocatiuum menstruorum expertum: Quod si mulier fuerit prægnans, menstrua non aperiet: Si vero non prægnans fuerit, mox menstrua aperiet. *Recipe betonicæ, squinanti, cinnamomi, cyperi, asari, nigellæ cassiæ ligneæ, ireos ana drach i. ex his fiat puluis subtilis, demum cribelletur; & pars grossa quæ remanet, ponatur in vnciis xij. vini albi subtilis. & dimittatur in infusione per diem naturalem: deinde vinū sine expressione coletur, & diuidatur in sex partes: vnicuique parti vini appones partem vnam pulueris subtilis: & continuabis per sex dies in diluculo, vel (quod melius est) in vesperi cum mulier ibit dormitum: sic per sex vices: & videbis apertionem menstruorum sine nocumento*

R medium domesticum in prouocatione menstruorum est, *quolibet mane, & quolibet vesperi in ingressu lecti continuare frictiones, incipiendo à coxis, vsque ad clauiculas procedere, fortiter & dolorose fricando: & si frictiones solæ non contulerint, remedium est apponere ventosas in domestica parte coxarum, & in plicatura genuum. Quod si vtile fuerit, eas scarificabis.*

Ad idem expertum est, si vesperi in ingressu lecti, & mane fiant infrascriptæ lotiones, à coxis infra: proculdubio aperientur menstrua: si cum ipsis lotionibus in diluculo detur patienti infrascriptus potus: *Recipe calamēti pulegii saluiæ, artemisiæ, roris marini ana M. i. radicum*

*ireos,*

*ireos, radicum ebuli, radicum sambuci ana M. s. bulliant omnia in sufficienti quantitate vini albi potentis, usque ad consumptionem tertiæ partis, & fiant dictæ lotiones.* Potus quem debet mulier assumere in diluculo quolibet die, quo fiūt lotiones, talis est: *Recipe theriacæ antiquæ drac. i. croci gran. iij. aquæ artemisiæ vn. ij misce, & fiat potus. Et nota quod isto potu indubitato aperientur menstrua, si quinque vicibus mulier ipsum capiat, super factis lotionibus prædictis.*

Ad idem & est expertum, & mirabiliter aperit menstrua, si ori matricis imponatur sequens suppositoriū: *Recipe succi mercurialis vn. ij salis nitri, salis gēmæ ana drac. i. fiat suppositorium longum, de bombace, & ipsum madefactū in huiusmodi succo ori matricis impone, & repentinam videbis menstruorum apertionem.*

Ad idem, secretum est, & expertum, si mulieri in ore matricis imponatur sequens pilula: *Recipe theriacæ antiquæ vn. i succi sauinæ scrup. i. misce, & fiat ad formam pilulæ: & digitis imponatur ori matricis, & citissime apparebunt tibi menstruorum apertiones.*

Ad idem, si cum traiectorio in maricem proiiciatur sequens liquor, statim videbis apertionem menstruorū: *Recipe succi sauinæ vn. iij. succi ebuli vn i. croci drachm. i. aquæ matricariæ lib. s. misce, & cum traiectorio impellatur dictus liquor.*

Ad idem *si fuerit virgo, cuius menstrua retineantur, viro copuletur & sanabitur: si vero monialis fuerit appone ori matricis mercurialem, & menstrua apparebunt.*

## CAP. XXXIV.

## *De superfluo fluxu menstruorum.*

OCcurrente tibi muliere à principio, cuius menstrua præruptæ sint plusquam oporteat, consulo, vt tua intentio primo sit ad oppositam regionem sanguinem ipsum reuellere: & istud facies, & bene tibi succedet, & pluribus vteris ingeniis: *Vno phlebotomia per apertionē venarum superiorū. sic igitur phlebotomabis primo basilicam lateris dextri, & paululū de sanguine extrahes, sed tribus continuis diebus eandem reiterabis phlebotomiam, vt & successiuā cōtinuata, & paulatina sanguinis diuersione natura assuescat*

 ad

*ad oppositam regionem. Quòd si hac phlebotomia non obserentur menstrua: consulo, vt aperiantur phlebotomo, vel alio ingenio, narium venæ. Et hæc est optima cura menstruorum superfluentium.*

Secundum ingenium, quod omnino debes operari, *est apponere ventosam magnam supra hepatis regionem, alteramque supra splenem, quoniam non solum fiet reuulsio sanguinis à matrice, sed & in opposito loco fiet eiusdem retentio. Et nota, quod diu non debes huiuscemodi ventosam sinere supra hepar, maxime cum timor est quod sanguis detentus ab operatione naturæ derelictus in hepate, phlegmonem generet. Igitur in malis dispositionibus hepatis, & stomachi non debes sic apponere huiuscemodi cucurbitulas, quoniam vidi multoties apostemata generari ex his: & ideo melius est iterare appositionem earũ, quam quod longo tempore in illis membris detineantur.*

Ad idem, tene pro certo: *deriuare sanguinem ad particulam propinquam matricis, est de his quæ maxime astringunt menstrua, veluti si mulieri patienti profluuium menstruorum prouocentur hæmorrhoides cum appositione sanguisugarum.*

Quod si hæc non contulerint, consulo, vt digeratur materia his, quæ sanguinem ingrossant, vt sequenti syrupo: *Recipe syrupi de succo plantaginis, syrupi de succo acetosæ, syrupi rosati de rosis siccis ana vn. s. aquarum acetosæ, plantaginis, portulacæ ana vnc. i. misce.* Continuato syrupo per septem dies, detur mulieri patienti profluuium menstruorum infrascripta medicina: *Recipe seminum plantaginis, seminum acetosæ, seminum portulacæ ana drach. ij. myrobalanorum citrinorum drach. ij. s seminum citoniorum, corallorum rubrorum, seminum rosarum rubrarum ana drach. i bulliant in sufficienti quantitate aquæ chalybeatæ vsque ad consumptionem medietatis, & colentur forti expressione: & cum colatura dissolue electuarij rosati Mesuæ drachm. iij reubarbari electi drachm. ij. boli armenæ scrup. ij. puluerizentur puluerizanda, & fiat potus, qui patienti exhibeatur per horam ante lucem.*

Vbi autem hæc non contulerint, volo vt habeas pro experto, & secreto, quod si patienti profluuium menstruorum per septem dies continuos in diluculo dabis infrascriptum bolum, optimum tibi suucedet iuuamentum:

tum: *Recipe philonii persici scrup. iiij. boli armenæ scrup. i. misce, & fiat bolus qui exhibeatur patienti modo dicto.*

Ad idem volo vt habeas istud pro secreto in obserando superflua menstrua, dare patienti infrascriptum succum, optimam videbis operationem: *Recipe succi millefolii vnc. ij sacchari albissimi drach. i. misce, & detur patienti in diluculo.*

Ad idem, expertum est, & te excusabit ab vlteriori operatione: *Recipe trochiscorum de terra sigillata scrup. i trochiscorum de carabe drach i. misce, & fiat puluis subtilis, qui exhibeatur mulieri tribus diebus alternatis in diluculo dissolutus in vino nigro stiptico quantum sufficit.*

Ad idem, expertum est: si detur mulieri drac. i. sequentis pulueris, citam videbis menstruorum clausionem: *Recipe pelliculorum interiorum corticum nucis auellanæ syluestris immediatè super nucleum existentis vnc. s fiat puluis subtilissimus, qui exhibeatur modo dicto.*

Ad idem: *Si mulieri patienti diuturnum profluuium menstruorum applicetur ventosa magna in hepatis regione continue per xv. dies continuos hora vna, sanabitur à profluuio menstruorum.*

Ad idem, expertum: si mulieri patienti diuturnum fluxum menstruorum applicetur intra duos renes cerotum sequens, & pectini mulieris patientis profluuium menstruorum, multum conferre *Recipe boli armenæ, terræ sigillatæ sanguinis draconis ana vnc. s thuris, masticis, myrrhæ, ana drach. ij. pilorum leporis combustorum, pilorum talpæ combustorum ana drach i. s. acatiæ, hypocistidis ana drach. i. seminis acetosæ, seminis plantaginis. seminis portulacæ, seminis citoniorum ana drach ij. s. puluerizentur omnia subtiliter, & cum oleo rosato omphacino incorporentur pulueres, & deinde cum pice & cera quantum sufficit fiat magdaleon, cuius quantitas extensa super corium apponatur dictis partibus mulieris: & non remoueantur per sex dies continuos, deinde reiteretur.*

Ad idem, expertum est, quod si mulier per decem dies continuos, cuius fluxus menstruorum est diuturnus, capiat manè, & vesperi ante cibum vnam de infrascriptis pilulis, sanabitur à fluxu menstruorum: *Recipe olibani, myrrhæ, masticis, ana drac. i. boli armenæ drach. s. puluerizentur omnia subtiliter, & cũ succo citoniorũ fiant pilulæ num. x.*

Ad idem, expertum, si mulier suffumigetur sequenti suffumigio, multum conferre: *Recipe vngulæ asini, vel equi vnc. i pellis anguillæ exsiccatæ vnc. s. thuris, masticis ana drac. ij. puluerizentur omnia subtiliter & cum succo citoniorum fiant pilulæ ad formam auellanæ. Deinde manè, & vesperi in sella suffumigetur vulua mulieris.*

Ad idem, expertum; si mulier quolibet vesperi in ingressu lecti inungat sibi plantas pedum sequēti linimento, curabitur à profluuio menstruorum: *Recipe succi plantaginis succi solatri, succi semperuiuæ, ana vnc. s. corallorum rubrorum, thuris, masticis, ana drach. i. s coriandrorum præparatorum, seminum rosarum rubrarum ana scrup ij. seminum iusquiami albi, corticum radicum mandragoræ ana dra. s. aceti nigri fortissimi vnc. s puluerizentur pulueriżanda subtiliter: & omnia misceantur, & eo tepido liniantur plantæ pedum modo dicto, & optimam videbis experientiam.*

Ad idem, expertum est, & secretum, si mane, & in ingressu lecti, mulier capiat tres de infrascriptis pilulis, & superbibat haustum vini nigri: *Recipe trochiscorum de carabe, de terra sigillata, de spodio, ana drachm i. misce. Et cum succo citoniorū fiant pilulæ numero* xviij. *& capiat modo dicto.*

Ad idem; *dare mulieri per septem dies continuos in diluculo drach. ij tripheræ descriptione Phanonis, multum valet.*

## CAP. XXXV.

## *De matricis præfocatione.*

AD præfocationem matricis; si fuerit ex retentione menstruorum, sicut frequenter contingit, tunc curam habeas aperiendi menstrua: si verò fuerit ex apostemate matricis, curam videbis cùm loquemur de apostematibus matricis. Si verò fuerit ex retentione spermatis, curam habebis hoc capite proponendam.

Ad præfocationem ex retento spermate, sublimis cura; & infallibilis, & bene experta est, prohibere spermatis generationem syrupis appropriatis digerentibus; & euacuatione, de qua dicemus modo. Et aduerte, quod in præfocatione matricis à spermate recento, *non debes vti phlebotomia, quoniam ipsa mirum in modum infrigidat matricem: & sicipsa magis infrigidata minus poterit resistere generationi*

*perationi malorum vaporum à spermate : & hoc tibi dico in actu præfocationis matricis.* In præseruatione verò ab ea, consulo quod docet experientia, *vt mulier, solita pati talem præfocationem, quater in anno phlebotometur & quinquies vel sexies, secundum abundantiam sanguinis in ea: quoniam diminuto sanguine, minuetur propria materia generationis spermatis: cùm verò mulier fuerit prægnans, non phlebotomabis eam, quia accidentia sæuiora inualescerent.*

Ad idem, expertum, vbi, adhuc stante fluxu mēstruorum, mulier esset præfocata à sola spermatis retentione: si dabitur mulieri infrascripta confectio multum conferre, immediatè superbibendo infrascriptum potum: *Recipe seminum agni casti, seminum portulacæ, seminum acetosæ ana drach. i. seminum menthæ, seminum calamenti, ana scrup ij puluerizentur omnia subtiliter. & cum saccharo dissoluto in aqua menthæ quantum sufficit fiat confectio in rotulis, ij drach pro qualibet: de his vna manè & vesperi ante cibum per horam detur patienti mulieri.* Deinde superbibat immediatè infrascriptum potum : *Recipe aquæ menthæ vnc. iij. vini citoniorum vnc s. misce, & fiat potus.*

Ad idem, cùm fuerit à spermate retento : *Recipe aceti fortissimi vnc. ij. salis gemmæ, salis nitri ana drach. ij. misce & in hoc liquore intingatur suppositorium magnum, & factum ex bombace & matrici imponatur. valet hoc, & bene expertum est.*

Ad idem: si mane & vesperi abluantur crura mulieris sequenti lotione, multum conferet: *Recipe radicum ireos, radicum calamenti, radicum cyclaminis ana M. i. bulliant in sufficienti quantitate vini potentis vsq; ad consumptionem medietatis, deinde colentur, & colatura vsui seruetur.*

Ad idem, expertum non solum in præfocatione à spermate, sed à quacunq; alia causa, vbi patiens vtatur infrascripto balneo, sededo in eo mane & vesperi, per tempus ad minus vnius horæ: *Recipe matricariæ, florum camomillæ, calamenti, abrotani, anisorum, carui, dauci ana M. i. seminum agni casti, coriandrorum præparatorum ana M s. bulliant in sufficienti quantitate aquæ vsq; ad consumptionem quartæ partis. deinde mulier sedeat in dicta decoctione.* postquam exierit ex huiusmodi balneo; inungat sibi immediatè partes domesticas coxarum, sequenti vngento : *Recipe galliæ*

*muscatæ drach.i.olei sesamini drach i. s. ceræ albæ quantum sufficit, & fiat linimentum: quo non solum coxas, sed & int-insecas partes vuluæ, usque ad collum matricis, inunges.*

Ad idem, a quacunque causa, & est expertū, & secretum, dare patienti quolibet mane vnam de sequentibus pilulis, stomacho ieiuno, multum conferre: *Recipe assæ fœtidæ drach.i.dauci drach s. omnia simul misceantur cum melle rosato, & fiant pilulæ numero v. Et istud valet in curatione, & in præseruatione à præfocatione matricis.*

Ad idem expertum est, ut dentur qualibet septimana vna v ex sequentes pilulæ: *Recipe pilularum aggregatiuarum drach.s assæ fœtidæ castorei, ana scrup.s. misce, & cum melle rosato fiant pilulæ numero iij.*

Ad idem: valens ad præfocationem in effectu, & ne mulier cadat in eam, dare quotidie per tres horas ante lucem in præseruatione, & qualibet hora in curatione, infrascriptam pilulam multum confert: *Recipe assæ fœtidæ scrup.i.mithridati optimi scrup.ij.misce, & fiant pilulæ numero tres, quarum vna detur modo dicto.*

Ad idem, & mulieri præfocatæ, & in præseruatione à præfocatione valet, dare infrascriptum bolum: & multum confert: *Recipe terebinthinæ lotæ cum aqua matricariæ drach.ij.dauci scrup.i. misce cum modico mellis rosati, & fiat bolus, qui exhibeatur modo dicto.*

Ad idem, & à quacunque causa prouenit, secretum est, dare mulieri infrascriptum bolum alternis diebus, & in curatione, & in præseruatione: *Recipe agarici electi scrup.ij. terebinthinæ drach. ij. seminum dauci, assæ fœtidæ ana scrup.s. misce, & fiat bolus, qui exhibeatur modo dicto.*

Ad idem, si dabis mulieri infrascriptum potum, liberabis eam à præfocatione actuali, & præseruabis à futura: *Recipe aquæ destillationis radicum dauci.i. pastinacæ syluestris vnc.v.mellis rosati vnc.i s misce. & huiusmodi potus excusabit te ab exhibitione aquæ balnei ipsis præfocatis.*

Ad idem, si suffumigabis nares ipsius mulieris in hora præfocationis sequenti suffumigio, statim releuabitur mulier à præfocatione: *Recipe castorei drach. ij. capillorum dictæ mulieris præfocatæ drach. i. misce cum resina pini, fiant pilulæ ad modum auellanæ, quarum vnâ suffumigetur mulier modo dicto.*

Ad

Ad idem: *Recipe assæ fœtidæ, euphorbii, castorei ana drach. i. misce, & fiat pilula ad formam auellanæ, & suffumigetur modo dicto.*

Ad idem valet, si mulieri quolibet mane per quatuor horas ante cibum, detur infrascriptus potus: *Recipe aquæ rosatæ vn. iij syrupi de corticib. citri vn. i. specierum aromatici rosati vnc. i. s. musci optimi gran. ij. misce, & fiat puluis, qui cum prædicta aqua detur mulieri modo dicto.* Et de his satis.

CAP. XXXVI.

## *De exitu matricis.*

AD exitum matricis compertum est, si mulier digitis inunctis sequenti oleo pellat sursum collum matricis, demum imponendo infrascriptum puluerem in collo ipsius matricis, mirabiliter conferre: *Recipe olei mastiicis, olei rosati omphacini, ana vnc. ij prædicto oleo impellatur matrix sursum.* Puluis, quo debet collum matricis superaspergi, talis est: *Recipe cupularum glandium, balaustiorum, corticum granatorum, granorum myrti ana scrup. i. thuris, mastiicis, acatiæ, hypocistidis ana drach. s. misce, & fiat puluis subtilissimus.*

Ad idem, si regioni matricis in aluo mulieris imponatur sequens cerotum, idem quoque ponatur in dorso mulieris è directo matricis, vsque ad duas anchas, satis valet: *Recipe seminum acetosæ seminum plantaginis, coriandrorum præparatorum ana drach. ij. corallorum rubrorum, seminum rosarum rubrarum ana drach i. hypocistidis, acatiæ, thuris, ana drach. i. s. gallarum, corticum granatorum, balaustiorum ana drach. ij. puluerizentur omnia subtiliter, & densentur pulueres cum oleo rosato omphacino, deinde cum cera & pice quantum sufficit fiat cerotum, quod extensum super corium, locis dictis imponatur.*

Ad idem, si mulieri patienti exitum matricis, quolibet mane assumpto infrascripto liquore confestim *imponatur magna ventosa infra vmbilicum immediatè, & ipsam per horam detineat,* bene confert. Liquor talis est: *Recipe succi citoniorum, succi myrtillorum ana vnc. ij. corallorum rubrorum, boli armenæ ana drach. i. puluerizentur omnia puluerizanda, & detur mulieri.*

Ad idem: *apponere cerotum factum ex gallia muscata Mesuæ ipsi vmbilico, plus tamen stomachum versus, multum valet.*

## CAP. XXXVII.

## *De Apostemate matricis.*

AD apostema matricis, si apostema in initio sui fuerit *phlebotomabis mulierem ex vena nigra brachii dextri & eò copiosius, quo magis abundauerit mulier malis humoribus. Tali enim euacuatione sanguinis totum exonerabitur corpus à causa antecedente ipsius apostematis: vt inde residuum materiæ existentis in matrice, natura valeat resoluere. Deinde, intercedente die, phlebotomabis saphenam dextri pedis: & tantò plus de sanguine extrahes, quantò mulier magis erit sanguineæ temperaturæ, & abundantior erit materia in matrice.*

His celebratis phlebotomiis, expertum est, digerere materiam facientem apostema infrascripto syrupo, & eam euacuare infrascripta medicina, multum conferre: Syrupus talis est: *Recipe syrupi de duabus radicibus (& hoc si materia apostematis fuerit frigida, sicut in pluribus contingit: quoniam materia generationis apostematis matricis vt plurimum est melancholica) syrupi matricariæ mellis rosati colati an. vnc. s. aquarum artemisiæ, lupulorum, buglossæ ana vn i. misce, & vtere per septem dies continuos.* Octauo verò die purgetur muliere sequenti medicina: *Recipe diasenæ lenitiui vnc. i confectionis Hamech drac. ij. electuarii indi maioris drach i vel minoris, secundum fortitudinem virtutis patientis, dissoluantur omnia cum decoctione matricariæ, epithymi, polypodii, folliculorum senæ quantum sufficit, & fiat potus.*

Ad idem, si mulier vtatur semel in septimana infrascripta potione, præseruabitur ab apostemate matricis, & curabitur ab instante apostemate: *Recipe succi lupulorum vn. s. succi buglossæ vn. s. epithymi subtiliter puluerizati drach. ij. aquæ decoctionis polypodii, & senæ vnc. ij. & fiat potus, qui calidus patienti exhibeatur*

Ad idem *si detur mulieri patienti apostema matricis, bis in septimana vn ij succi fumiterræ cum vn. iiij. aquæ tormentillæ ipsam curabis.*

Ad

Ad idem: *Si mulier quotidie stomacho ieiuno vtatur de coctione mirobalanorum indarum, & emblicarum cum vnc. i. succi fumiterræ, subito proculdubio præseruabitur à futuro apostemate matricis, & à præsenti curabitur.*

Ad apostema matricis, quod vtique terminandum est per viam resolutionis, & non per viam suppurationis, expertum: *si frequententur cucurbitulæ super coxas, & in plicatura genuum, ad minus bis in septimana cum scarificatione, multum conferre*

Recordare quod in curatione apostematis matricis non debes vti frigidis repercussiuis: quoniam matrix est membrum neruosum, cui frigida admodum nocua sunt: tum etiam quod in ipsis frigidis materia magis compingitur, & apostema concrescet. Quapropter expertum est, si matricis apostemati applicetur sequens emplastrum, multum conferre ad ipsius resolutionem: *Recipe florum camomillæ, meliloti, matricariæ, foliorum maluæ cum radicibus, violariæ, branchæ vrsinæ ana M. i. radicum althææ minutim incisarum vnc. iij. bulliant in sufficienti quantitate aquæ, vsque ad consumptionem medietatis: deinde adde farinæ seminis lini, farinæ fœnugræci ana M. i. butyri, pinguedinis anatis, pinguedinis gallinæ ana vn s. olei anethi, decoctionis matricariæ, ana quantum sufficit ad impinguandum emplastrum. Et recordare quod fomentationes humidæ (vt expertum est) in ægritudinibus matricis nocuæ sunt. Ideo in actu practico quantum potes illas caue.*

Ad idem, est expertum, si mulier assiduet sequens emplastrum, apostema matricis resoluetur: *Recipe succi camomillæ viridis, succi matricariæ ana vnc. ij. emplastri de meliloto lib. i. misce, & loco apostemato applicetur.*

Ad idem, si apostema matricis vngatur sequenti vnguento, demum ei superaspergatur puluis sequens, illius apostema resoluetur. Vnguentum tale est: *Recipe succi althææ, succi ireos, succi matricariæ ana vnc. ij. bdellii, opopanacis, galbani drach. ij. dissoluantur gummi cum prædictis succis, & cum modico ceræ fiat vnguentum molle. Vngatur isto vnguento calido tota matricis regio, & statim superaspergatur ei* puluis sequens: *Recipe radicum zedoariæ exsiccatarum, galangæ ana drachm. ij. ligni aloes, macis, nucis muscatæ*

*ana drach.i. carui, dauci, ameos ana drachm.i.s. misce, & fiat puluis subtilis.*

Ad idem, si mulieri applicetur sequens cerotum, loco apostematis matricis, multum confert: *Recipe diachylon sine gummis vnc.vi aroti œsypi vnc.i. croci drach.ij. succi matricariæ vnc.i.s. cum cera & modico resinæ pini, fiat cerotum, quo vtere modo dicto.*

Ad idem, si sequens liquor sæpius in matrice mulieris imponatur, plurimum confert: *Recipe succi althææ vnc.iij. lactis ouini vnc.ij. croci drac.i. misce, & imponatur modo dicto.*

Quod si apostemata matricis noluerint obedire resolutioni, sed ad suppurationem peruenerint: tunc disrupto apostemate his medicaminibus, quibus vtebamur ad disruptionem apostematis stomachi; curabimus matricis vlcera, vt sequenti capite docebitur.

## Cap. XXXVIII.

## *De vlceribus matricis.*

AD vlcera matricis, facta quidem ex suppurato & disrupto apostemate, primum remedium debet esse abstersiuum, mundificatiuum, lotiuum, & in hoc expertum est sequens medicamentum: *Recipe aquæ fontis claræ lib.ij. hordei non excorticati vnc.iij. mellis rosati vnc.iiij, misce, & inuicem bulliant quousque tertia pars aquæ consumpta sit: deinde colentur: & quater in die cum proprio iniectorio iniiciatur aqua ista tepida. Aduerte, quod quæ frigida sunt, non debent intra matricem afferri: quia matrix neruosa est, cui frigiditas nocua est.*

Continuata iniectione prædicta aquæ per tres dies cótinuos, intentio tunc temporis sit ad consolidandum: ad quod expertum est per me sequens medicamentum multum conferre: *Recipe lactis mulieris vnc.iiij. olei rosati completi vnc.ij. tutiæ præparatæ vnc.s. aloes drach.ij. omnia simul in mortario plumbeo bene ducantur, quousque fiat vnguentum molle: cuius portio aliqua dissoluatur in aqua hordei, & pluries in die in matricem iniiciatur per collum eius.*

Ad idem confert, si sequens medicamentum in matricem mulieris iniiciatur: *Recipe terebinthinæ lotæ cum aqua matricariæ vnc.iij, olei rosati vnc.ij. lithargyrii argentei vn.i. myrrhæ,*

*myrrhæ, aloes ana drachm. ij. tutiæ drachm. i s. omnia simul in mortario plumbeo bene ducantur, quousque fiat vnguentum molle: cuius portio dissoluta in lacte ouino vel vaccino imponatur, & videbis iuuamentum.*

Ad idem valet, si matrix syringetur sequenti liquore: *Recipe vnguenti de tutia communis vnc. ij. lactis ouini vnc. viij. misce, & vnguentum optime dissoluatur, & prædicto matrix syringetur.*

Ad idem, si mulier tempore quo fiunt remedia localia prædicta, alternis diebus vtatur stomacho ieiuno de mane per quatuor horas ante cibum infrascripto bolo: *Recipe terebinthinæ ter lotæ in aqua matricariæ drach. iij. hyssopi sicci subtiliter puluerizati drach. i s. mellis rosati drach i. misce, & fiat bolus, qui exhibeatur modo dicto.*

Ad idem valet, si per tres horas ante cibum stomacho ieiuno mulier capiat decem dies continuos potum infrascriptum: *Recipe lactis ouini recentur mulcti vnc. vi. mellis rosati vnc. i. misce, & detur patienti vt supra.* Et hæc de vlceribus matricis.

## Cap. XXXIX.

## *De superfluo fluxu superfluitatum albarum à matrice.*

Svperfluitates albæ solent per viam menstruorum à matrice defluere. Eorum coniuncta causa, est mala concoctio facta in ipsa matrice: quia id quod ad nutriendum matricem transmittitur non debite concoctum, conuertitur in talem albam superfluitatem: vel ad ipsam matricem per consensum à superioribus membris, capite videlicet, stomacho & hepate confluunt superfluitates, quas natura matricis imbecillis nequit resoluere, sed ipsæ derelictæ ab opere naturæ conuertuntur in superfluitates albas, & exeunt huiusmodi superfluitates. Medicus autem debet dignoscere complexionem harum superfluitatum, & ex colore maxime. Nam si superfluitates illæ fuerint albæ, vel albæ & aquosæ, significabunt dominium humoris pituitosi in matrice abundantis, quem natura nequit regulare. Si vero citrinæ fuerint, dominium biliosi humoris in matrice existentis, qui defectu

virtutis

virtutis matricis vertitur in superfluitates matricales. Si vero fuerint nigri coloris, humorem melancholicum denotabunt. Quapropter secundum dominium humoris peccantis, medicus debet curare superfluitates albas exeuntes à matrice: quæ licet albæ dicantur (cum fere semper aliquid humoris pituitosi per viam indigestionis illis misceatur) euacuatio tamen directa erit ad humorem, quem manifestabit color illarum superfluitatum.

Quapropter ad superfluitates albas subrubeas effectas, sublime remedium est *phlebotomia basilica, assiduè quidem facta semel in mense, tribus continuis mensibus. Deinde rectificare oportet sanguinis complexionem, & fortificare virtutem hepatis, vt sanguis ab eo fluens, sit pro alimento idoneus, & non pro generatione superfluitatum.*

Sed quia rarissime superfluitates sanguineæ albæ à matrice nascuntur: ideo de his non tantam habebit medicus solicitudinem: quantam de superfluitatibus albis à dominio choleræ vel à dominio phlegmatis, cum magis contingant mulieribus. Primum ergo in cura superfluitatum albarum ad choleram citrinam vergentium, euacuationem vniuersalem instítues, exonerantem membra à communibus: deinde concoques materiam facientem morbum, quæ est cholera: tum euacuabis eradicando materiam illam: tandem confortabis membra, tam per ea quæ intus assumuntur, quam per ea quæ extrinsecus applicantur: obseruando, vt tota intentio sit in vigorando facultatem concoctricem ipsius matricis.

Primo igitur lenias ventrem mulieris sequenti medicina: *Recipe floris cassiæ nouiter tractæ vnc.i. myrobalanorum citrinarum subtiliter puluerizatarum drach.ij. misce, & fiat bolus cum saccharo: qui exhibeatur mulieri in diluculo.* Et septem diebus continuatis, sequenti die dabis ei infrascriptum syrupum: *Recipe syrupi de succo acetosæ, syrupi rosati de rosis siccis, syrupi myrtini, mellis rosati colati ana vnc.s. aquarum plantaginis, acetosæ, endiuiæ ana vnc.i. misce.* Nota in syrupis conuenientibus superfluitati albæ cholericæ, ex matrice fluenti, spectandas esse tres intentiones: primum, alteranda mala complexio calida hepatis, generantis choleram: deinde corrigenda malitia phlegmatis, quod semper peccat, etsi in his superfluitatibus cholericis

lericis minus abundet, quam bilis: tertio syrupus semper aliquod vestigium stipticitatis derelinquat in membris, & humoribus Et sic in prædicto syrupo istæ tres intentiones apparent. Octauo vero die mulieri patienti detur infrascripta medicina: *Recipe diacatholici drach. vi. electuarii succi rosarum drac i. s. reubarbari electi drach. i.* ( non apponas spicam, quoniam præparat reubarbarum vt magis aperiat, nos autem attendimus stipticitati) *myrobalanorum citrinarum drac. i. s. pulverizentur pulverizanda subtiliter, & cum decoctione communi florum, & fructuum quantum sufficit, fiat potus.* Et hæc pro digestione, & euacuatione causæ antecedentis superfluitatum à matrice cholericarum.

Si vero ( sicut plerunque contingit ) superfluitates istæ matricales albæ ab abundantia pituitosi humoris initium trahant, tunc principium curæ sit primo leniendo, & vias communes exonerando: secundo digerendo: tertio abundantiam pituitæ euacuando. Primo igitur dabis patienti infrascriptam medicinam: *Recipe diasebesten lenitiui drach. vi medullæ carthami drach. i. s. misce cum melle rosato, & fiat bolus, qui exhibeatur in diluculo.* Sequenti vero die, & per septem dies continuos dabis patienti infrascriptum syrupum: & multum valet hic syrupus in phlegmate, & in confortatione capitis, & stomachi, à quibus potissimum oritur pituita: *Recipe syrupi de betonica, de duabus radicibus, mellis rosati colati ana vnc. s. aquarum betonicæ, saluiæ, feniculi ana vnc. i. misce.* Octauo vero die dabis patienti infrascriptam medicinam: *Recipe diarob cum turbith vnc. s. dissolue cum aqua decoctionis capillorum veneris, saluiæ, hyssopi, & betonicæ; & patienti detur.*

Si vero tibi occurrant superfluitates albæ matricales vergentes in fuscum, liuidum, vel nigrum colorem, diiudicabis illas oriri à melancholia: quæ dispositio etsi deterior cæteris sit, eius tamen curationem negligere non debes. Dabis igitur patienti mulieri infrascriptam medicinam: *Recipe diasenæ lenitiui vnc. i. myrobalanorum indarum pulverizatarum drachm. ij. misce, & fiat bolus cum saccharo.* Sequenti vero die dabis per septem dies continuos patienti melancholicas superfluitates matricis, in-

frascri-

frascriptum syrupum: *Recipe syrupi Sabor regis, de epithymo, de lupulis, mellis rosati colati ana unc. i. s. aquæ melissæ, buglossæ, lupulorum ana unc. i. misce.* Octauo vero die patienti dabis infrascriptam medicinam: *Recipe diasenæ lenitiui, diacatholici ana unc. s. myrobalanorum indarum drach. i. s. confectionis Hamech drach. ij pulverizentur pulverizanda, & cum decoctione communi florum, & fructuum, cum qua bulliant folliculorum senæ, polypodii ana drachm. ij. fiat potus, qui detur patienti per duas horas ante lucem.*

Ad fluxum superfluitatum albarum à matrice à quacunque causa, expertum est, sequentem confectionem conferre: *Recipe coriandrorum præparatorum, seminum acetosæ, seminum plantaginis, semium agni casti, ana drachm. i. terræ sigillatæ, boli Armenæ ana drachm. s. specierum aromatici rosati drachm. ij. specierum diatragacanthi frigidi drach. i. pulverizentur omnia subtiliter, & cum saccharo dissoluto in aqua plantaginis quantum sufficit, fiat confectio in rotulis drachmarum duarum pro qualibet: quarum una quolibet mane per tres horas ante cibum detur patienti: super quam immediate capiat haustum vini nigri stiptici, & tantundem vesperi ante cibum.*

Ad idem, expertum est, sequentem confectionem breuissimo tempore ægritudinem illam curare, si patienti mulieri dabis, eodem modo, quo primam: *Recipe gummi arabici, tragacanthæ, amyli ana drach. ij. masticis drachm. i. pulverizentur omnia subtiliter, & cum saccharo optimo dissoluto cum succo citoniorum fiat confectio in rotulis duarum drachmarum pro qualibet.*

Ad idem, & est expertum, optime curare ægritudinem istam, si detur patienti mane, & vesperi bolus infrascripti electuarii: *Recipe scoriæ ferri præparatæ, & subtilissime pulverizatæ unc. ij. pulueris trochiscorum de carabe drach. ij. omnia subtilissime pulverizentur, & cum melle decoctionis seminis acetosæ fiat electuarium: ex quo videbis optimam experientiam in his superfluitatibus albis.*

Ad idem, & est expertum, optimè valere, imo secretum est, quo curaui multas mulieres ab hac dispositione, si mulieri, quolibet mane, stomacho ieiuno, detur bolus infrascriptus, per sex horas ad minus ante cibum: *Recipe albumina ouorum recentium, & non coctorum num. ij.*

*thuris*

*thuris masculi, boli Armenæ, terræ sigillatæ ana drachm. s. puluerizentur puluerizanda, & misce: & patienti exhibeatur.*

Ad idem, & est expertum, & secretum, & eo indubitato curabis hanc ægritudinem, si patiēti mulieri dabis per xv dies continuos in diluculo infrascriptum potum: *Recipe vini rubri stiptici, extinctionis chalybis pluries in eo, unc. iij. gummi arabici, agacanthæ ana drac. s. misce, & fiat potus, qui detur modo dicto.*

Ad idem confert puluis sequens, si mulier patiens ceperit drachm. j. in diluculo, aliam vero drachmam in ingressu lecti dissolutam in vino rubro stiptico: *Recipe lapidis hematitis torrefacti, cornu cerui usti, corallorum rubrorum ana drachm. i. s. misce, fiatque puluis subtilissimus.*

Ad idem, expertum est, si dabitur patienti sequens puluis modo prædicto, sanabitur à superfluo fluxu menstruorum alborum: *Recipe ossium dactylorum subtiliter pulverizatorum unc. s. sanguinis draconis drach. i. misce, & fiat puluis subtilis.*

Ad idem, bene expertum est, si detur sequens puluis modo prædicto: *Recipe ossium granorum granatorum acetosorum torrefactorum un. ij. thuris drac. ij. misce, & fiat puluis subtilissimus.*

Ad idem, & est expertum, & re vera multum confert in ablatione menstruorum alborum, & est, si mulier suffumigetur in vulua sequenti suffumigio: *Recipe aceti nigri fortissimi lib. ij. marchasitæ lib. i. corticum pinearum lib. s. bulliant omnia simul: & mane, atque vesperi ante cibum suscipiat mulier fumum per embotum usque ad collum matricis.*

Ad idem, & istud est bene expertum, & bene valet. si mulier mane, & vesperi abluat sibi vuluam, usque ad os matricis, sequenti vino: *Recipe vini nigri stiptici lib. ij scoriæ ferri lib. i. bulliant simul usque ad consumptionem tertiæ partis vini: deinde colentur: & vino calido abluatur membrum, ut dictum est.*

Et aduerte, quod in quantum possibile est debemus cauere mulierem sedere in aqua, vel in alia re frigida, & humida, quoniam per ea laxabuntur ligamenta matri-

cis,

cis,& præcipitabitur matrix, & est pessimus lapsus.

Ad idem expertum est, sequens vnguentum bene valere, si eo inungatur dorsum mulieris, & pecten: *Recipe succi solatri, succi semperuiuæ; succi plantaginis ana vn. i. olei myrtini olei rosati omphacini, olei masticis ana vn. s. corallorum rubrorum, seminum rosarum rubrarum, serici combusti ana drach. i. boli armenæ terræ sigillatæ, pilorum leporis combustorum ana scrup ij. omnia subtiliter puluerizentur, & cum modico ceræ fiat vnguentum molle.*

## CAP. XL.

## *Ad facilitandum partum, & ad mitigandum eius dolorem.*

AD facilem partum reddendum; consulo vt nullus medicus se intromittat, nisi posteaquam prægnans egressa fuerit lunam noni mensis suæ impregnationis. Tunc temporis expertum est, *si quotidie vesperi in ingressu lecti ceperit grana septem lauri, mirabiliter in ea facilitabitur partus, quia eorum aromaticitate, & caliditate mitigabitur ipsius partus dolor.*

Ad idem, & est expertum, imo secretum singulare, dicta hora alternis diebus si in cœna ceperit infrascriptum condimentum, mirabilem inueniet effectum: *Recipe grana iuniperi, grana lauri ana numero* vij. *cassiæ ligneæ ana drachm s cinnamomi integri drachm. i omnia simul ponantur in ventre turturis pinguis, & carnosi deinde coquatur in veru cum pinguedine pulli, & patienti mulieri pro esu dabis.*

Ad idem, est expertum, si quolibet mane detur mulieri in mense partus per tres horas ante cibum vnc. s. infrascriptæ mixturæ, optimum inueniet remedium: *Recipe succi hyssopi, succi enulæ, succi althææ ana vnc. i. cinnamomi electi drachm. i. s. puluerizetur cinnamomum, & cum saccharo dissoluto cum aqua feniculi, & matricariæ fiat electuarium*

Ad idem, expertum est, si mulieri mane, & vesperi inungatur pecten, dorsum, & alchatin, sequenti vnguento, optimum præsidium inueniet in facilitate partus: *Recipe olei amygdalarum dulcium, olei liliorum alborum, olei*

*camo*

*camomillæ ana vnc.i.s.succi althææ, succi radicum maluæ ana vnc.i.croci scrup.s.mucillaginis sem. caulium, mucillaginis sem.fœnugræci, mucilaginis meliloti ana vn.s.misce, & cũ cera alba lota cum aqua violata quantum sufficit fiat vnguentum.*

Ad idem, expertum est, si cum mulier appropinquauerit partui, quotidie bis imponat in sequenti liquore petiam lineam, ipsamque applicet collo matricis, miram partus facilitatem videbis: *Recipe butyri recentis loti aqua violata vn iij. mucillaginis caulium vnc. ij. mucillaginis althææ, mucillaginis ficuum ana vn. s. misce, & collo matricis apponito.*

Ad idem, expertum est, si semel quotidie fomentetur pecten, & vulua mulieris prægnantis sequenti fomentatione, hoc peridoneum erit: *Recipe foliorũ maluæ cum radicibus, florum camomillæ, violariæ, fœnugræci, sem. lini ana M.i foliorum caulium M. s. bulliant in sufficienti quantitate aquæ vsque ad consumptionem medietatis: Deinde cũ spongia madefacta in dicto liquore fiat fomentum modo dicto.*

Ad idem, est expertum, quod si mulier cum se appropinquet partui abluat sibi crura vel mane vel vesperi, semel in die, sequenti lotione, facilitabitur partus: *℞. vini albi odoriferi lib.* VI. *calamenti, saluiæ, roris marini ana M. s. bulliant simul vsque ad consumptionem quartæ partis vini, & vtatur hac lotione modo dicto.*

Ad idem, & expertum est optime, si pluries die prægnans sibi fricauerit collum matricis sequẽti oleo, multum valebit ad facilitandum partum: *Recipe olei amygdalarum dulcium vn iiij. seminum althææ, seminum caulium ana drach.ij.butyri recentis vn.i.misce, & bulliant vsque ad consumptionem medietatis, deinde colentur, & colatura vsui reseruetur.*

Ad idem, & est expertum, quod non solum facilitabitur partus, verum etiam sine dolore mulier pariet, si per x. dies vel x v. ante partum alternis diebus capiat infrascriptum, per tres horas ante cibum de mane: *℞ theriacæ magnæ scrup. i. pulueris liquiritiæ, pulueris cinnamomi ana gran.iij.vini albi pauciferi vn.i.s. misce fiatque potus, qui detur modo dicto mulieri prægnanti.*

Ad idem, si mulier esset in hora partus, & cum diffi-

 culta-

cultate pareret, vtatur sequēti remedio, & statim pariet, & est secretum: *Recipe corticum raphini, mercurialis ana vn i. croci gran. iij. cassiæ ligneæ subtiliter puluerizatæ drach. i. succi sauinæ drac. ij. misce, & simul omnia bene contundantur: & hoc totum contusum ligatum in petia subtili iungatur collo matricis, & statim parturiet.*

Ad idem, & est optimum, & expertum, sed non dabis nisi vrgente magna necessitate, vel vbi fœtus esset mortuus: *Recipe succi sauinæ vn. ij. boracis mineralis subtilitate puluerizati drac. i. vini albi odoriferi vn. i. misce, & potui dato, & subitum effectum dignosces.*

Ad idem, valet sequens potus, si mulier non poterit habere fœtum vel viuum, vel mortuum: *Recipe boracis mineralis drac. ij. aquæ matricariæ vnc. v. misce pro vna vice, & mulieri patienti dato.*

## CAP. XLI.

## *De ardore vrinæ.*

Cum ardor vrinæ potissimum à calore pungente, vel à phlegmate salso originem trahat: quo fit vt collū vesicæ, & canalis virgæ vlcere afficiantur corrosiuo: ideo experientia compertum est, si humor ille, ardorem faciens, deriuetur ad aliam regionem suæ euacuationis, videlicet ad anum, optimam perfici curam. Primo igitur detur patienti infrascriptus bolus, videlicet: *Recipe cassiæ nouiter tractæ vnc i. liquiritiæ subtiliter puluerizatæ drac. i. diaprunis solutiui drac. i. s. misce, & fiat bolus cum saccharo, qui patienti exhibeatur in diluculo.*

Ad idem, expertum est, quod digerere materiam cholericam sequenti syrupo, remittente acuitates humoris facientis ardorem, multum confert: *Recipe syrupi violati, de nenufare, aquarum plantaginis, portulacæ, semin. communium frigidorum ana vn. i. misce.*

Ad idem, expertum est, quod solicitare infrascriptum potum ante prandium per tres horas, & in meridie, multum confert: *Recipe aquæ maluæ vn. iij. syrupi violati vn. ij. misce, continuabit per septem dies hos potus.* Octauo vero die capiat infrascriptam medicinam: *Recipe diasebesten lenitiui vn. i. diaprunis solutiui drac. i. s. misce, & fiat potus cum aqua decoctionis pectoralis.*

Ad

Ad idem, est expertum, quod euacuato corpore si eger assiduabit per x dies continuos infrascriptum potum, proculdubio sanabitur: *Recipe aquæ fontis claræ lib. x. cicerum rubrorum lib. 1. s. bulliant simul vsque ad consumptionem tertiæ partis aquæ: deinde colentur: & colaturæ adde liquiritiæ rasæ subtiliter incisæ vnc. i. foliorum maluæ cum radicibus althææ mundarum, radicum graminis, agrimoniæ, cuscutæ ana M i. iuiubarum, sebesten ana numero x. seminum melonum mundatorum vnc. ij. granorum alchechengi M s. granorum salatri vnc s. ossium mespilorum contusorum drac. ij. milii solis vnc s. bulliant omnia vsque ad consumptionem tertiæ partis aquæ, & sic vtere: Recipe iuris prædicti colati vnc. vi. sacchari vn i. s. misce, & detur patienti in diluculo, & superdormiat per horam.*

Ad idem, & est expertum *si hæmorrhoides consuetæ essent in patiente ardorem vrinæ, earum apertionem ipsum sanare.*

## Cap. XLII.

## *De gonorrhœa.*

Ad gonorrhœam primo expedit corpus euacuare, vt materia ad oppositam regionem deriuetur, sequenti medicina: *Recipe floris cassiæ nouiter tractæ vnc i. electuarii succi rosati drach. ij misce, & fiat bolus cum saccharo.*

Deinde digeratur materia, vt melius purgetur sequenti syrupo: quæ materia cum secundum plurimum sit cholerica, vel ad minus calida, propter putredinem spermati acquisitam, cõueniet syrupus digestiuus materiæ cholericæ, in quo sit facultas stipticandi vias, per quas transit semen ipsum. *Veluti recipe syrupi myrtini, citoniorum, de succo acetosæ ana vnc. s. aquarum plantaginis, portulacæ, acetosæ ana vnc s. misce.*

Quod si materia exiens fuerit frigida, sicut contingit aliquando, cum gonorrhœa sit ex aliquo spermate aquoso facto: & tunc cognosces hoc, quoniam in exitu spermatis non percipies caliditatem, non pruritum, non ardorem, non mordacitatem, immo insensibiliter ex virga exit: tunc dabis infrascriptum syrupum: *Recipe syrupi de stœchade vnc. i. syrupi rosati, mellis rosati colati ana vnc. s. aquarum betonicæ, saluiæ, buglossæ ana vnc i. misce.*

Et nota cum secundum plurimum materia faciens gonorrhœam sit mixta ex subtili calida, & aquosa frigida, propter hoc dabis secundum plurimum syrupos mixtos ex habentibus respectum ad aquositatem frigidam spermatis, & ad aliqualem cholericitatem eiusdem. digesta igitur materia dabis patienti infrascriptam medicinam per horam ante lucem: *Recipe sem. plantaginis, semin. acetosæ, seminum agni casti, coriandrorum præparatorum ana drachm ij. corticum myrobalanorum citrinarum, indarum, chebularum, ana drach. iij. turbith gummosi subtiliter puluerizati, & ligati in petia drach. i. bulliant omnia in sufficienti quantitate aquæ chalybeatâ, vsque ad consumptionem medietatis, & cum colatura dissolue, reubarbari electi subtiliter puluerizati drachm. ij. diacatholiconis vnc. i. fiat potus, & detur patienti modo dicto. Et hæc medicina valet in gonorrhœa calida, & frigida, & plurimum valet, cum contingit illi incendium, & ardor.*

Ad idem, & expertum est, quando gonorrhœa est à materia frigida aquosa, si dentur patienti bis in die ante cibum per duas horas, drachm. ij sequentis confectionis, statim bibendo super eam vnc. ij. aquæ plantaginis: *Recipe pinearum mundatarum lotarum cum aqua rosata, fisticorum, semin. cucurbitæ mundatorum ana vnc. s. passularum vnc. i. zinziberis, cinnamomi, macis, semin. agni casti, anisorum ana drach. i. croci scrup. i. sacchari quantum sufficit: paretur electuarium secundum artem, quo patiens vtatur modo dicto.*

Si vero gonorrhœa fuerit à materia acuta calida mordicante, tunc detur patienti infrascriptum electuarium modo dicto: *Recipe semin. melonum mundatorum vnc. ii. sem. cucurbitæ mundatorum vnc. i. sem. agni casti, vnc. s. acatiæ, corallorum rubrorum ana drach. i. been albi, & rubri, ana scrup. ij, omnia simul pulverizanda pulverizentur, & contundantur contundenda, & cum saccharo quantum sufficit fiat electuarium.*

Ad idem, & expertum est, si gonorrhœæ adfuerit dolor, & ardor, detur patiēti infrascriptus potus, per septem dies continuos, & sanabitur: *Recipe lactis ouini vnc. iij. aquæ plantaginis, vel succi eius vnc. i. boli Armenæ drachm. i. misce, & tepidus patienti detur.*

Ad idem, & est expertum, si patienti detur infrascriptus

ptus potus bis in die per duas horas ante cibum mane, & vesperi, proculdubio sanabitur: *Recipe lactis ouini vnc. iiij. pilorum leporis combustorum, & subtilissime puluerizatorum drach. ij. misce, & detur patienti.*

Ad idem, & expertum est, si mane, & vesperi sequenti vnguento vngantur renes, dorsum, ilia, & pecten, curam optimam videbis; *Recipe olibani vnc. ij. acatiæ, hypocistidis ana drachm. ij. gallarum drach. i. laudani drach. s. olei masticini, olei spicæ, olei myrtini ana vnc. s. puluerizentur puluerizanda subtilissime, & cum cera quantum sufficit fiat vnguentum molle: sub finem adde camphoræ scrup. s. & eo vteris, quoniam est expertum.*

Est etiam puluis mihi secretus: cuius quantitatem lacte mulieris solutam, si imposueris cum syringa vsque ad collum vesicæ in virga, quater aut quinquies, imo decies in die, quam breuissime sanabitur à gonorrhœæ ardore, & vlceratione, si esset in virga, & in collo vesicæ: *Recipe tutiæ præparatæ vnc. s. sarcocollæ ablutæ, aloes hepaticæ, sacchari candi ana drachm. iij. misce, & fiat puluis subtilissimus, cuius drachm. i. pro vice dissoluatur cum prædicto lacte, & patiens syringetur.*

## CAP. XLIII.

## *De mictu sanguinis.*

AD mictum sanguinis, si fuerit criticus, quemadmodum quandoque contingit: (sicut & fluxus sanguinis narium critice plerunque aduenit corpori humano, sicut & critice sanguis menstruus ex mulieribus fluit) tunc curatio eius derelinquatur naturæ, quoniam eius constrictio esset grauare naturam, & ipsam præparare ad malos lapsus. Si vero sanguinis mictus non habuerit criticum euentum, sed symptomaticum: tunc initium curæ erit *sanguinem ipsum diuertere sursum trahendo, per phlebotomiam venæ nigræ, & basilicæ, paulatim, & pluries factam, vt natura melius assuescat ad oppositam regionem. Si vero non inueniantur hæ venæ: secetur cephalica, quæ inuenta est multum conferre. Quod si patienti aliquando prouocetur fluxus sanguinis narium optima hæc curatio erit, euacuando, & diuertendo: & hoc est optimum secretum.*

Ad idem, expertum est: si materia subtilians sanguinem, & ipsum exacuens, digeratur sequenti syrupo, & euacuetur sequenti medicina, multum patienti erit vtile: *Recipe syrupi rosati de rosis siccis, myrtini, de succo acetosæ ana vnc.s. aquarum plantaginis, acetosæ, portulacæ ana vnc.i. & continua per septem dies.* Octaua vero die capiat sequentem medicinam: *Recipe reubarbari vsti drachm.i.s. diacatholici drach.vi. misce, & fiat potus cum decoctione communi florum, & fructuum quantum sufficit.*

Digesta materia, & euacuata, experientia docebit, si patienti quolibet mane per decem dies continuos detur infrascriptus potus, sanari: *Recipe millefolii pulueriżati vnc.i. lactis ouini recenter mulcti vnc.v. boli Armenæ subtiliter pulueriżatæ drachm.i misce pro vna vice.*

Ad idem, experientia compertum est, quod si per quatuor dies continuos detur patienti infrascriptus liquor, curabitur ab indispositione mictus sanguinis: *Recipe philonii persici scrup. iij succi plantaginis vnc. s. aquæ portulacæ vnc iiij. misce pro vna vice, & detur patienti in diluculo.*

Vel: *Recipe diacitoniten sine speciebus cum saccharo vnc. i. emulsionis papaueris albi vnc.s. trochiscorum de carabe drach. i. pulueriżentur pulueriżanda, & omnia simul bene misceantur, & mane, & vesperi per duas horas ante cibum quotidie detur patienti ad quantitatem nucis.*

Vel: *Recipe lapidis hæmatitis torrefacti drachm. i. & pulueriżetur subtiliter, & cum succo plantaginis quantum sufficit dissoluatur, & potui detur.*

Ad idem, experientia compertum est, quod si patientis hepar epithemetur sequenti epithemate, mane & vesperi ante cibum, multum confert: *Recipe aquæ plantaginis, solatri, acetosæ, endiuiæ, absinthii ana vnc. iiij. been albi, & rub. rosarum rub. ana drachm.i s. spodii drach. ij. spicæ gran.x. aceti optimi vnc. iij. pulueriżentur pulueriżanda, pro epithemate hepatis, misce.*

Ad idem, expertum est, quod si sequenti vnguento vngantur renes patienti, à principio ancharum vsque ad pectinem, & radicem virgæ, iuuamentum optimum consequetur patiens: *Recipe succi plantaginis, succi solatri succi acetosæ ana vnc.i. olei rosati, olei myrtini ana vnc. s. hypocistidis, corallorum rubrorum, rosarum rubrarum ana drach.i.*

*puluer-*

*pulverizentur pulverizanda, & cum modico ceræ fiat vnguentum molle.*

Ad idem, expertum optime eſt, ſi ſequens cerotum applicetur renibus patientis: *Recipe ſeminum plantaginis, ſeminum acetoſæ, ſeminum portulacæ ana drachm. ij. gummi arabici, tragacanthæ ana drach. i s. hypociſtidis, acatiæ boli Armenæ ſerici combuſti, ana drachm. i. s. terræ ſigillatæ, pilorum leporis combuſtorum ana drachm. i. pulverizentur omnia ſimul ſubtiliter, & cum oleo roſato omphacino, & cera, & pice, quantum ſufficit fiat cerotum.*

Ad idem, expertum eſt, & optime valet, ſi patienti detur infraſcriptus potus: *Recipe oſſium dactylorum combuſtorum drach. i ſerici vſti drach. s. diſſoluantur cum vino nigro ſtiptico, & patienti detur.*

## CAP. XLIV.

## *De calculis renum.*

CAlculorum renum cauſa efficiens eſt caliditas hepatis & renum: materialis vero, eſt humor pituitoſus & viſcoſus. Ad præſeruationem igitur primum materias communes euacuabis à ſtomacho, & ab inteſtinis: deinde materiam prædictam concoques, remittendo malam complexionem hepatis & renum; tandem digeſtam materiam eradicatiue euacuabis.

Ideo à principio, in cura generationis lapidis renum, digeſtio materierum ſit ſequens: *Recipe ſyrupi de iuiubis, ſyrupi violati, de endiuia ana drach. iij. ſyrupi de duabus radicibus drachm. vij. aquarum ſeminum communium frigidorum, endiuiæ, capillorum veneris ana vnc. i.* Continuato ſyrupo vel vii. dies continuos, octaua die dabis patienti infraſcriptam medicinam per duas horas ante lucem: *Recipe pulpæ ſebeſten vnc. s. medullæ carthami drachm. iij. diacatholici, confectionis Hamech ana drachm. ij. miſce, & fiat potus, cum decoctione communi pectorali.*

Purgata materia ad idem expertum eſt: *ſi patiens quotidie ante prandium ingurgitet drach. iij. caſſiæ nouiter tractæ, nunquam cadet in calculi generationem.*

Ad idem, & eſt expertum indubitato conferre, ſi patienti dabitur bis in ſeptimana ſequens bolus: non ſo-

lum eo præseruabitur patiens à generatione calculi, imo nunquam percipiet intestinorum colicam vel iliacam: *Recipe iustini optimi drac.ij. sacchari violati drach.i.s. misce, & fiat bolus.*

Ad idem, & est expertum in præseruatione à calculo, si patienti bis in septimana in ingressu lecti detur infrascriptus potus, non obstante cœna: *Recipe semin. melonum mundatorum vnc.i. succi graminis vnc s. iuleb violati vnc.s. misce, & omnia dissoluantur in aqua decoctionis liquiritiæ, quantum sufficit, fiat potus pro vna vice.*

Ad idem, in curatione lapidis renum præsentis, vel in renibus exsistentis, vel in vreteribus, si patiens pateretur vrinæ stranguriam: optimum, & expertum est, dare patienti infrascriptum bolum, quacunque hora molestetur: *Recipe terebinthinæ lotæ cum aqua violata vnc.s. benedictæ drach.ij. misce, & fiat bolus, qui detur patienti modo dicto.*

Ad idem, & est expertum optime, si patienti detur totus infrascriptus puluis vna sorbitione: *Recipe nucleorum persicorum torrefactorum vnc.s. ossium mespilorum drachm. i. puluerizentur omnia subtilissime, & cum aqua saxifragiæ, quantum sufficit ad dissoluendum prædictum puluerem, dabitur patienti, qua hora molestabitur.*

Ad idem, & est expertum, si patienti dabis infrascriptum potum, antequam transibunt sex horæ, patiens proiicit lapidem: *Recipe corticum raphani fortissimi vnc.i. vini albi odoriferi vnc.viij. misce, & stent in infusione per xij. horas: deinde coletur vinum, & ipsum tepidum exhibeatur patienti.*

Ad idem, & est expertum, si patienti dabitur infrascriptus bolus, proculdubio eiiciet lapidem, vel franget, ac puluerizabit ipsum: *Recipe electuarii lithon tribon descriptione Nicolai drac.iij. iustini drach.i. misce, & detur patienti cum molestabitur.*

Ad idem, & expertum est, cum patienti dabis infrascriptum puluerem: *Recipe lapidum inuentorum in capitib. cancrorum vn.s. torrefiant, & subtiliter puluerizentur: & cum aqua saxifragiæ tepida dissoluatur puluis, & detur patienti.*

Ad idem, *Pinguedine gallinæ, butyro recenti mixta, & calefacta vnges locum à suprema ancharum directe vsque ad principium virgæ, cum forti frictione manu calida: quoniam*

per

*per huiusmodi spatium deriuantur ad collum vesicæ pori vreteres versus dorsum post in eodem spatio applicabis duas cucurbitulas vel etiam tres: illis enim attrahentibus eleuabitur, & dilatabitur tunica pori vreteris: & sic teneas dictas cucurbitulas applicatas per spatium horæ vnius*: & subito remotis cucurbitulis, [illegible] patienti infrascriptum potum: *Recipe seminum naporum, seminum vrticæ ana drach ij. radicum graminis, radicum saxifragæ ana drach. iij. bulliant in sufficienti quantitate aquæ vsque ad consumptionem medietatis: deinde colentur & colaturæ adde lactis nucleorum persicorum drach. i. & dabis patienti post cuius assumptionem aliquantisper dormiat & videbis ipsum repente mingere lapidem.*

Ad idem, & expertum est, multoties in hoc bene me habui, patienti pluries in die sequentem fomentationem adhibere: *Recipe olei scorpionũ confecti ex oleo amygdalarum amararum, terebinthinæ, butyri recentis ana lib. s. croci scrup. i. calefiant omnia in tegula simul ad ignem*: *& filtro his madefacto calido, in antedicto spatio ipsius alui apposito, fomentabis.*

Ad idem, & est expertum, si antedicto spatio applicetur sequens emplastrum: *Recipe radicum althææ minutim incisarum lib. i. parietariæ lib s. bulliant omnia in oleo scorpionum quantum sufficit, deinde adde croci drac. i. ad modum emplastri applicetur.*

Ad idem: *Recipe sanguinis hircini præparati drach. ij. dissolue cum aqua destellationis florum genistæ quantum sufficit, & patienti dabis.*

Ad idem, expertum est, & præsertim vbi esset vrinæ suppressio, si hora qua æger afficitur, potaret infrascriptum potum, multum conferre: *Recipe olei vitrioli romani drac i. vini maluatici vnc. i. misce.*

Ad idem, est expertum, & multum valet, si ægro in hora afflictionis detur sequens potus: *Recipe succi limonis immaturi vnc. i. vini maluatici vnc. ij. misce, & totum detur patienti.*

## CAP. XLV.

## *De superfluo mictu inuoluntario, vel de diabetica passione.*

CVm diabetica passio secundum plurimum contingat à caliditate, tum dilatante vias vrinales, tum eliquante corporis humiditates per fluxum earum ad vias vrinæ: ideo prius laudo, vt tollatur mala complexio calida hepatis, & renum, his quæ virtute stiptica conferunt eisdem membris.

Primò igitur digeratur materia, prædictorum membrorum temperaturam alterando, sequenti syrupo: *Recipe syrupi de succo acetosæ, syrupi myrtini, syrupi rosarum de rosis siccis ana vnc s. aquarum plantaginis, acetosæ, buglossæ ana vnc. i. misce.* Et sequenti puluere syrupus aromatizetur: *Recipe myrobalanorum citrinarum, corallorum rubrorum ana scrup ij. misce, & fiat puluis subtilis, qui ligetur in petia rara, & subtili, per noctem moram trahat in syrupo.* Continuato verò syrupo sic aromatizato per septem dies continuos, capiat patiens medicinam hanc: *Recipe florum rosarum, florum borraginis florum buglossæ ana vnc. s. seminum acetosæ, seminum plantaginis, seminum portulacæ ana drac. ij. corticum myrobalanorum citrinarum vn. s. bulliant in sufficienti quantitate aquæ plantaginis, vsq; ad consumptionem medietatis, deinde colentur, & colaturæ adde floris cassiæ nouiter tractæ drac.* vj. *reubarbari drac. i. s. myrobalanorum citrinarum drac. i. s. puluerizentur subtiliter pulverizanda, & fiat potus: qui patienti exhibeatur duabus horis ante lucem.*

Ad idem, corpore euacuato compertum est, quòd si patiens vtatur per mensem continuum infrascripto electuario, sanabitur à diabetica passione: *Recipe mucillaginis seminis psyllii omni cautela confectæ, mucillaginis seminum citoniorum ana vn. i. (& aduerte, quòd si cautius in cura procedere volueris, poteris derelinquere mucillaginem seminum psyllii, tanquam timorosam, & multiplicare quantitatem mucillaginis seminum citoniorum) myrobalanorum citrinarum, ossium dactylorum, corallorum rubrorum ana drac. ij pulucrizentur pulverizanda, & cum saccharo quantum sufficit fiat electuarium, dosis est vn. s. mane tribus horis ante prandium.*

Ad idem, compertum est optimè, valere, si quotidie patiens

patiens capiat tres de infrascriptis pilulis, stomacho ieiuno, per tres horas ante prandium: *Recipe trochiscorum de spodio cum semine acetosæ drach. iij. puluerizentur subtiliter, & cum succo citoniorum fiant pilulæ num.* xv.

Ad idem, & est expertum, vbi diabetica passio plurimum infestabit, vt de nocte dormire nequeat; si patiens vtatur alternis diebus, stomacho ieiuno, ieiunando scilicet post assumptionem huius boli per quinq; horas: *Recipe philonii persici scrup. iiij. sacchari rosati antiqui vn. i misce, & fiat bolus, qui exhibeatur modo dicto.*

Ad idem, & est expertum, si patienti detur ter in septimana sequens potus per mensem, sanabitur à diabetica passione: *Recipe granorum myrti, ossium granorum granatorum ana vnc. s balaustiorum, corticum granatorum, hypocistidis ana drac. ij. seminum citoniorum, seminum acetosæ, seminum rosarum rubrarum ana drach i. corallorum rubrorum drach. s been albi, & rubri ana drach i. s. bulliant in sufficienti quantitate vini nigri stiptici vsq; ad consumptionem tertiæ partis: demum coletur: & recipe vini prædicti vnc. iij. myrobalanorum citrinarum subtiliter pulueri zatarum drach. i. s misce, & detur patienti modo dicto.*

Ad idem, & est efficax, & multum conueniens si patiens solicitetur assumere bolum infrascripti electuarii: *Recipe diacitoniten sine speciebus cum saccharo, sacchari rosati vetusti, ana vnc. ij. spodii drachm. ij. corallorum rubrorum drach i. s. myrobalanorum citrinarum drach i pulueri zentur pulueri zanda subtiliter, & cum succo citoniorum quantum sufficit, fiat electuarium.*

Ad idem optime expertum est, *si patienti quolibet manè myrobalanus vna citrina optimè condita detur.*

Et quoniam ægritudo hæc plurimum à mala complexione hepatis, & renum prouenit: ideo consulo, vt quotidie epithementur hepar, & renes sequenti epithemate, prius ebullito, & post infrigidato: *Recipe aquæ plantaginis. aquæ rosatæ, acetosæ, solatri ana lib s. aquæ absinthii vn. iiij. specierum ceroti tria sandalini vnc. i. spodij drach ij. corallorum rubrorum, seminum rosarum rubrarum, seminum acetosæ seminum plantaginis ana drach. ij. spicæ gran x. aceti optimi vnc iij misce, & cum petia alba linea madefacta in dicto liquore, & bene expressa, epithementur hepar, & renes.*

Ad

Ad idem:facto epithemate, mox vngantur renes, & hepar, sequenti vnguento: *Recipe olei rosati, olei myrtini, olei citoniorum ana vnc. i. sandalorum alborum, & rubrorum. rosarum rubrarum, spodij: corallorum rubrorum ana drach. i. succi plantaginis, succi semperuiuæ ana vn. s. pulverizentur pulverizanda, & cum modico ceræ fiat vnguentum molle.*

Ad idem, & est expertum, si patiens diabeticam passionem mane stomacho ieiuno sedeat in infrascripta decoctione, & in ea moram trahat per spatium vnius horæ: *Recipe granorum myrti, balaustiorum, corticum granatorum, gallarum, corticum pinearum, hypocistidis, acatiæ ana M. i. spodii drach. iij. rosarum rubrarum, coriandrorum præparatorum ana M. s bulliant in sufficienti quantitate aquæ chalybeatæ vsq; ad consumptionem tertiæ partis: deinde coletur, & colatura vsui seruetur.*

## CAP. XLVI.

## *De lapide vesicæ.*

AD prohibendum lapidis generationem in vesica, debet teneri corpus mundum à multitudine humoris pituitosi, ex quo, vt materia, generatur huiusmodi lapis. Debet quoq; alterari temperatura hepatis, & renum, ad frigidum; & confortari virtus concoctrix ipsius ventriculi, ne ex diminuta concoctione multiplicetur humor pituitosus.

Non ab re igitur, consulo, vt digeratur materia prius sequenti syrupo: *Recipe oxymelitis simpl. syrupi de liquiritia, de duabus radicibus, mellis rosati colati ana vnc. s. aquarum de endiuia, betonicæ, hyssopi, ana vnc, i. misce.* Post septimum verò syrupum purgetur patiens, in præseruatione à futuro lapide vesicæ, sequenti purgatione: *Recipe electuarii Indi Almansoris, confectionis Hamech ana scrup. iiij. diasebesten lenitiui, diacatholici ana vnc s. misce: & dissoluantur cum decoctione communi florum, & fructuum, facta in aqua euphragiæ quantum sufficit, & detur patienti ante diluculum.*

Ad idem, vt præseruetur patiens à generatione lapidis vesicæ, laudo vt bis vel ter in mense capiat pilulas infrascriptas per duas horas ante lucem: *Recipe pilularũ de lapide lazuli, pilularum indarum, cochiarum Almansoris ana scr. i. misce cum syrupo de liquiritia, & fiant pilulæ num. v.*

Ad idem, confert multum, estq; secretum, si patienti detur infrascriptus bolus per decem dies cōtinuos, quolibet mense mane in diluculo super quē parum dormiat: *Recipe lithon tribon drach. iij. amygdalarum amararum, nucleorum persicorum ana numero x. omnia simul bene contundantur, & fiat bolus cum saccharo: qui detur patienti: & videbis idoneum effectum.*

Ad idem, & est expertum in præseruatione à generatione lapidis, mirabile: *Recipe succi saxifragiæ vn. i. mithridati optimi drac i. misce, & dissoluatur cum vino optimo potenti, & exhibeatur patienti semel in septimana, stomacho ieiuno per tres horas ante cibum.*

Ad idem, & est expertum, & mirabile, ad præseruationem generationis lapidis renum, & vesicæ: si patienti bis in septimana detur infrascriptus potus, sic continuando per duos menses: *Recipe glycyrrhizæ mundæ, radicū althææ, radicum maluæ ana vn. i. milii solis vn. i. bulliant in sufficienti quantitate aquæ saxifragiæ, vsq; ad consumptionem medietatis: deinde coletur: & de colatura recipe vn. iiij. ossium mespilorum subtiliter puluerizatorum drach. ij. misce, & tepidus detur patienti hic potus.*

Ad idem, & est expertum, & secretum, & bene menti tenendum, in præseruatione à generatione lapidis, & in disruptione lapidis geniti: *Recipe terebinthinæ vn. iiij. aduratur super laminam ferream ignitā, donec possit puluerizari: deinde recipe prædicti pulueris drach. ij. aquæ saxifragiæ vn. iiij misce, & fiat potus: qui exhibeatur patienti in diluculo bis in septimana. Quod si patiens sic continuabit per duos menses continuos, proculdubio præseruabitur à generatione lapidis vesicæ.*

Ad idem: *Recipe terebinthinæ non lotæ vn. s. lithon tribon dra ij. misce, & fiat bolus, qui detur patienti, vt dictum est.*

Ad idem, & est expertum optimè conferre, si detur patienti modo dicto hic bolus: *Recipe terebinthinæ decies lotæ ex aqua drac.* vj. *& cum succo saxifragiæ fiat bolus, cum modico sacchari, & detur patienti*

Ad idem: *Si patienti detur sanguis hirci præparatus optimè, optimum videbis iuuamentum.*

Modus verò exhibitionis sanguinis hirci præparati, est triplex: nimirum, *Recipe sanguinis hirci præparati vn. s. dissoluatur in vino albo potenti, & detur stomacho ieiuno.*

Vel

Vel: *Recipe sanguinis hirci præparati dra. ij. succi saxifragiæ vn i.s misce sanguine puluerizato, & patienti detur.*

Vel: *Recipe sanguinis hirci præparati dra. ij olei amygdalarum amararum, vel olei confecti ex nucleis persicis, quoniam melius, vn. iiij sac hari vn. s. misce, & detur patienti. Et scias quòd etsi sanguinis hircini exhibitio, hu modo, conferat in præseruatione à generatione lapidis vesicæ; plus tamen confert ad disruptionem eiusdem, si natus est disrumpi: quòd si non, tunc committatur officio chirurgici.*

## Cap. XLVII.

## *De curatione doloris hæmorrhoidum.*

Dolor hæmorrhoidum plerunq; contingit ex multiplicato sanguine melancholico, ad ipsas hæmorrhoidas, vt nihil ipsius extra exspiret, sed reddantur cæcæ & surdæ hæmorrhoides: quæ sic dicuntur, quoniam ab ipsis nihil sanguinis profluit: & sic quia propter densionem factam, sanguis exire non potest, oritur dolor intensus hæmorrhoidum.

Primum ergo curabimus hæmorrhoidum cæcarum & surdarum dolorem. Ad quem sedandum ab initio clystere lenitiuum, secundum sequentem descriptionem, iniiciatur: *Recipe olei violati vn iiij. decoctionis foliorum caulium vn.* vij. *vitellum oui numero i. sacchari rubri vn. i s salis communis scrup. ij. & fiat clystere.* Quòd si tantum ex hæmorrhoidibus circulus obseratus fuerit, vt minimè clystere possit imponi: dabis per os ipsi patienti *floris cassiæ nouiter tractæ vnc, s.*

Facta solutione vel lenitione, *debes solicitare phlebotomiam basilicæ lateris dextri: quoniam diuertit & euacuat fluentem sanguinem ad hæmorrhoidas. Facta verò phlebotomia, si adhuc perseueret doloris vehementia: hortor vt die interposito deriuetur sanguis per saphenam lateris dextri sectam. Qua phlebotomia celebrata, si adhuc dolor infestat, cum sint hæmorrhoides cæcæ: die quidem interposito hæmorrhoidas aperies, vel cum aspera petia fricando, vel cum foliis ficuum, vel cum phlebotomo. Sed quoniam plerunq; disrumpunt venas*

*venas plusquam sit opportunum, quo fit vt vlcera in hæmorrhoidibus signentur; ideo consulo securius aperiri sanguisugis bene purgatis, extremitatibus hæmorrhoidum appositis: & duas, vel tres, secundum quod expediet applicabis.* *Heic nota, quod prima phlebotomia ex basilica, & secunda ex saphena debent esse abundantes: cum sanguisugis vero non transibus quãtitatem sanguinis quatuor vnciarum, propter debilitatem corpori acquisitam ex præcedentibus copiosis phlebotomiis. Et quia sanguis hæmorrhoidalis crassus est & melancholicus: ideo ea hora auferendus est, qua humores crassi & melancholici mouentur. Quapropter in curatione hæmor*[illegible] *per phlebotomiam* [illegible] *appositione* [illegible] *sanguisugarum, consule sanguinem* [illegible]

Quod si adhuc perseuerabit dolor, materiam & sanguinem ad hæmorrhoidas ipsas ducens: digerenda est materia, quæ secundum plurimum est biliosa, vel humor putritosus sati aquosus. Syrupus itaque digerẽs hic erit: *Recipe syrupi violati, de liquiritia, de iuiubis, mellis rosati colati ana vnc s. aquarum lupulorum, borraginis, seminum communium frigidorum ana vnc i. misce. Et nota quod positi syrupi sunt lenientes partes alui, & emollientes tunicas venarum hæmorrhoidalium: quoniam medicus in doloribus hæmorrhoidum totus intentus esse debet ventris lenitioni, & hæmorrhoidum emollitioni: & his sanabitur dolor hæmorrhoidum.*

Continuato isto syrupo per septem dies continuos: corpus purgare debes medicina, cuius facultas sit ventrem lenire, & humores melancholicos euacuare. Cum enim mundificabitur ab his sanguis, dolorem non causabit in hæmorrhoidibus. Medicina hæc est. *Recipe diasenæ lenitiui drachm. vi. pulpæ sebesten vnc. s. diacatholici medullæ cartami ana drachm. ij. confectionis Hamech drachm. ij. misce & dissoluatur in decoctione communi pectorali quantum sufficit, & fiat potus: qui patienti detur per duas horas ante lucem.*

Facta corporis purgatione: consulo, vt bis vel ter in die vngantur hæmorrhoides sequenti vnguento: quod plurimum valet in doloris sedatione. Et aduerte quod dicendum vnguentum non habet par in sedatione doloris

loris hæmorrhoidum in mulieribus prægnantibus, quæ propter retentionem menstruorum fere semper molestantur hæmorrhoidib⁹, satis dolorosis: ℞.*olei violati loti aqua violata, butyri recentis loti, ana vn. i. vitellum ouinum. i. olei de seminibus lini, vn. s cera quantum sufficit : fiat vnguentum molle.*

Ad idem expertum est, si assiduè sequenti oleo vngatur circulus, & lana succida madefacta in tali oleo intus ponatur, ad locum hæmorrhoidum : *Recipe olei de semine lini, olei de chrysomelis ana vnc. iiij. porcellionum, vermium terrestrium ana vnc. i. bulliant simul vsque ad perfectam coctionem animalium: deinde colentur forti expressione, & vsui seruentur.*

Ad idem est expertum, si infrascriptus sacculus calid⁹ frequenter hæmorrhoidibus vel ano applicetur : *Recipe tapsi barbati bene triti, melegæ seu sorgi ana M s. bulliant in vino albo potenti; vsque ad consumptionem medietatis vini. deinde ponantur in sacculo oblongo ad similitudinem virgæ, & facta forti expressione ano apponatur. sic reiterando sæpius in die, optimum videbis effectum.*

Ad idem, multum confert sequẽs emplastrum, si eius applicatio ad anum solicitetur : *Recipe medullæ panis furfurei lib. i. lactis ouini, vel vaccini, vel caprini lib. ij. bulliãt simul vsque ad consumptionem duarum tertiarum lactis: deinde adde pinguedinis renum caprarum vnc. ij. pulueris vermium terrestrium vn. i. bene misceantur omnia, & calidum ano applicetur.*

Ad idem, & est optimum & mirabile, si patiens bis in die, mane scilicet & vesperi, ante cibum, sedeat in infrascripto balneo calido: *Recipe foliorum maluæ cum radicibus, radicum althaæ, bis maluæ, violariæ brassicæ, florum tapsi barbati camomillæ, meliloti, fœnugræci, seminum lini ana M. i. s. bulliant omnia in sufficienti quantitate aquæ fluminis vel alterius aquæ dulcis, vsque ad consumptionem medietatis: demum bis in die patiens moram trahat per spatium vnius horæ modo dicto.*

Aliud balneum, quo multoties bene me reperi in sedatione doloris hæmorrhoidum: *Recipe olei oliuarum lib. xxx. radicum althaæ vn. iij. bulliant simul vsque ad consumptionem quartæ partis [illegible]: deinde patiens sedeat bis in die in dicto*

*dicto oleo per horam · cum vero exierit balneo, statim lanam succidam, oleo dicto madidam, circulo calidam applicabis, simul & femori: & dictam lanam ad minus per duas horas loco dicto tenere conetur applicatam.* Statim quoque cum exierit balneo prædicto, capiat patiens infrascriptum bolum confectionis, & non comedat, neque cibum aliquem accipiat nisi transactis duabus horis sequentibus: *Recipe succi radicum tapsi barbati vnc. iij. penidiarum vnc iij. pulueris liquiritiæ vnc. s. sacchari quantum sufficit, & fiat electuarium.*

Aduerte quod secundum plurimum in doloribus hæmorrhoidum cœcarum aluus obstructa est: ideo consulo vt eo ipso tempore, quo alia medicamenta exercentur, alternis diebus adminus patiens vtatur sequenti clysterio: reperiet enim in ipso non solum alui lenitionem, quin imo & certam doloris ablationem: *Recipe olei oliuarum, decoctionis radicum althææ ana vnc. v. butyri recentis vnc. iij. succi foliorum porrorum vnc. i. s. sacchari vnc. ij. vitellum oui numero i. salis communis drachm ij. Et nota si hæmorrhoides essent vlceratæ, nullatenus apponendum sal in clysterio.*

Vel: *Recipe florum tapsi barbati, foliorum caulium, foliorũ maluæ, violariæ, fœnugræci, seminum lini ana M. i furfuris grossi ligati in petia M. i. bulliant in sufficienti quantitate aquæ, vsque ad consumptionem medietatis: deinde colentur, & de colatura recipe vnc. x. olei oliuarum vnc. iij. butyri recentis vn ij. succi apii vn. i. s. vitellum oui num. i. salis communis, & sacchari quantum expedit, & fiat clystere.*

Ad idem, & est medicamen in cuius experientia ego edoctus sum; si triginta diebus continuis sequentem liquorem calidum per circulum in loco hemorrhoidum cum syringa, vel lana succida bis in die applicabis; procul dubio sana[bi]tur dolor hæmorrhoidum: *Recipe succi porrorum vn. ij. succi apii vn. i. butyri vaccini, olei nucum, olei decoctionis cataputiæ ana vnc. i. s. olei raphani vnc. i. sepi renum caprarum vn. i. s. omnia simul in mortario bene ducantur, & totum vsui seruetur.*

Ad idem, & est vnguentum optimum, & à me expertum, quo hæmorrhoides dolentes sanantur, vbi adhuc

essent vlceratæ, si dicendo vnguento sæpius in die hæmorrhoides vngantur: *Recipe succi corticum medianorum sambuci vn. ij. succi apii vnc. i. succi chelidoniæ vnc. i. s. butyri recentis, sepi renum caprarum ana vn i. maxillarum lucii exsiccatarum, porcellionum (qui à Galeno dicuntur ὀνίσκοι) terrestrium exsiccatorum, vermium terrestrium exsiccatorum ana vnc. i. olei decoctionis cataputiæ vn. s pulverizentur pulverizanda subtiliter, & cum modico ceræ albæ fiat vnguetum molle, cuius portio cum lana succida loco hæmorrhoidum imponatur; vel lacte vaccino dissoluta anus syringetur.*

Ad idem, & est expertum: si hæmorrhoides (dato etiam quod essent vlceratæ) sequenti vnguento vngantur, & eo patiens vtatur frequenti vsu, indubitato sanabitur. *Recipe succi chelidoniæ, pinguedinis colli hinnuli vbi exstant renes, ana vn iij. misce, & eius portionem syringa, vel lana succida loco patienti imponito.*

Quod si tanti vigoris esset dolor, qui iam suprascriptis medicamentis solui non possit: *vnicuique vnguentorum dictorum gran iiij. opii apponantur, cum gra. iij. croci.*

Ad idem est expertum, multum conferre patienti si *frequenter sessionem super tabula calida, bene tersa, de ligno pini, inuncta pinguedine renum caprarum, & mirabilem assequemur effectum.*

Et omnibus his remediis celebratis, vbi dolor solutus fuerit, omni ingenio debes præseruare, ne iterato patiens cadat in talem affectionem hæmorrhoidalem, ob quam rem consulo, vt homo præseruandus, alternis diebus quolibet mane per tres horas ante prandium capiat bolũ infrascripti electuarii, immediate superpotando vnc. iv. iusculi cicerum rubrorum: *Recipe mirobalanorum indarũ, belliricarum, emblicarum electarum ana drach. s. (aqua buglossæ abluantur, vt amaritudo remoueatur) radicum tapsi barbati drach.* vi. *ameos, spicæ, squinanti ana scrup i zinziberis, cinnamomi, galangæ, nucis muscatæ ana scrup. ij. scoriæ ferri præparatæ drach.* vi. *penidiarum vnc. iiij. sacchari quantum sufficit, fiat electuarium.*

Hactenus de cæcis hæmorrhoidibus: nunc defluentibus plusquam oportet, & de dolore illi fluxui iuncto. Vbi notandum, *hæmorrhoidibus fluentibus, non omnes obseruandæ*

randas esse sed cum ab illis totum corpus expurgetur à fæculentis & turbidis humoribus, maximè noxiis toti corpori, ideo semper vnam de hæmorrhoidibus apertam seruare debes: iuxta illud Hippocratis: antiquas hæmorrhoidas sananti, nisi vna seruetur, hydropis, aut phthisis, aut maniæ periculum impendet: aph. 12. sect.

Porrò in occludendis hæmorrhoidibus fluentibus. Primò, *phlebotoma bis basilicam dextri lateris, non magnam tamen quantitatem sanguinis extrahendo, vt melius natura assuescat sanguinis euacuationi oppositæ & ideo primo die educes à basilica sanguinis quantitatem vnc ij. vel iij. ad plus: sequenti verò die iterato ex eadem vena sanguinem mittes, pondere vn. ij. & tertia die similiter sanguinem mittes ex eadem vena.*

Secundo, *in subitaneo & superfluo fluxu, non dante moram, sub dextra mamilla in loco hepatis appones ventosam magnam fiet enim tunc temporis retentio, & diuersio fluxus sanguinis hæmorrhoidalis: quemadmodum & menses sistuntur, grandi cucurbitula ad mammas apposita: aph. 50. sect. 5.*

Tertio *fluxum sanguinis ex naribus promouebis, non quidem vna vice multum, sed successiuè, & pluribus missionibus parum de sanguine pro vice educendo: sic enim natura melius assuescet oppositæ euacuationibus.*

Quarto, ingrossabis sanguinem, ne ita impetuose sui subtilitate fluat ad hæmorrhoidas. Æquabis igitur materiam sequenti syrupo, quem patiens (misso sanguine) bis in die, videlicet diluculo, & in meridie, assumat: *Recipe syrupi rosati ex infusione rosarum siccarum vnc. i, de succo acetosæ, myrtini, ana vn s. aquarum plantaginis acetosæ portulacæ, ana vn. i* Sumptis decem de his syrupis sequenti die iube patientem capere infrascriptam medicinam duabus horis ante lucē. *Recipe seminis acetosæ, seminis plantaginis, seminis portulacæ seminis endiuiæ ana drac. ij rosarū rubrarum florum borraginis, florum buglossæ ana M. s. bulliant omnia simul in sufficienti quantitate aquæ chalybeatæ vsq; ad consumptione medietatis: deinde coletur: & cum colatura dissolue diacatholici drac. vi. reubarbari electi dra ij subtiliter puluerizetur reubarbarum, & fiat potio.* Facta purgatione, expertum est, quòd si manè, & vesperi epithemetur hepar sequenti epithemate, multum confert: *Recipe aquæ solatri, rosaceæ,*

 *absin-*

*absinthii, acetosæ, endiuiæ ana vnc. v specierum ceroti triasandalini drach. vi spodij dra. i. s. spicæ gran. x. aceti optimi vn. iij. misce pro epithemate hepatis.*

Ad idem, qualibet vice, facto epithemate, vngantur hepar, & renes sequenti vnguento frigido: *Recipe vnguenti sandalini infrigidantis Galeni ana vn. i. succi solatri, succi semperuiui, succi plantaginis, ana vn. i seminum rosarum rubrarum, corallorum rubrorum ana drach. i. acatiæ drach s. pulverizentur pulverizanda subtiliter & cum modico ceræ, & olei myrtini, & citoniorum fiat vnguentum molle.*

Si hæmorrhoides multam fluant, vt prædictis medicamentis fluxus sisti non possit: consulo, vt ipsis hæmorrhoidibus fluentibus, id est, orificiis ea[...]ũ apertis sequens vnguentum applicetur: *Recipe aloes hepaticæ, myrrhæ t[...]ru, sanguinis draconis, boli Armenæ ana drach. s pulverizentur subtiliter, & cum albumine oui, & modico olei rosati [...]phacini incorporentur pulueres, & cum bombace, madefacto [...] liquore, vngantur orificia hæmorrhoidum: aduertendo tan[...] vt earum vna semper maneat aperta, vt dictum est.*

Quòd si neque isto medicamento fluxus prædictus amoueatur: *vltimo deuenire poteris ad cauterium actuale cauterizando orificia aperta hæmorrhoidum, vnam semper derelinquendo.*

Et nota si vna tantùm hæmorrhoidalis vena fuerit aperta, profundens multum sanguinem, quem natura non posset tolerare: consulo, *vt omnibus prædictis ingeniis or[...]ficium illius venæ obseretur: & quoniam illius obseratio timorosa est, propter dictum Hippocratis: suadeo, vt alia vena hæmorrhoidalis confestim aperiatur, apposita sanguisuga. quoniam sic modestè sanguis euacuabitur hæmorrhoidalis, & [...]pus non cadet in aliquam prædictarum ægritudinum, & superfluus fluxus vires prosternens tolletur.*

Ad idem, & est expertum in præseruatione à super[...] fluxu sanguinis hęmorrhoidalis: si patiens quolibe[...] per tres horas ante cibum, capiat rotulam vnam [...] scriptæ confectionis: *Recipe seminũ acetosæ, seminum plantaginis, seminum portulacæ, seminum rosarum rubrarum acatiæ, hypocistidis ana drach. i reubarbari electi scrup. iiij. myrobalanorum citrinarum scrup. ij. pulverizentur omnia subtiliter, & cum sacchararo albissimo dissoluto in aqua plantaginis,*

*vel*

*vel rosata quantum sufficit, fiat confectio in rotulis duarum drachmarum pro quali liet. Quòd si multum solueret ventrem, tamen bis in septimana patiens eam sumat.*

Ad idem, expertum est, si patiens omni vesperi ante cœnam per horam vnam capiat de infrascriptis pilulis, multum conferre; & mane, vnam de supradictis rotulis, vt dictum est: *Recipe trochiscorum de carabe drach. i s. fiant pilulæ numero* viij. *cum syrupo myrtino.*

## CAP. XLVIII.

## *De doloribus & tumoribus testiculorum.*

CVm testiculorum tumores præter naturam per confluxum humorum ad ipsos ortum habeant: ideo, si influxus illius humoris fuerit à toto corpore, prius totum corpus mundetur phlebotomia. Quapropter considerando materiam ipsam fluentem, siquidem in fluxu sit (licet aliqua pars illius sit fluxa) vteris phlebotomia diuersiua. Secabis igitur venam mediam dextri cubiti, cum extractione sanguinis vnciarum quinq;. Quod si cognoueris materiam, vt plurimum fluxam esse ad testiculos, quod ostendit tibi dolor, tumor & grauitas: instirues *phlebotomiam euacuatiuam. Secabis igitur saphenam malleoli dextri, cum extractione sanguinis vnciarum quinq;.* Aduerte tamen, tumorem in testiculis ab indurata materia frigida, nullatenus admittere phlebotomiam: propterea quod hæc maiorem induceret duritiē in ipsis testiculis.

Materia igitur faciente tumores testiculorum calida existente, his phlebotomiis factis, consulo, vt præcedente semper lenitiuo clysterio, *quatuor cucurbitulas super nates imponas è directo ad ipsos testiculos, eas quoq; scarificabis, & sanguinem extrahes.*

Quibus factis, confestim debes materiam digerere sequenti syrupo, in quo est virtus prohibitiua fluxus materiarum ad testiculos; alternatiua etiam malæ complexionis calidæ; & confortatiua virtutis hepatis & testiculorum; æquatiuaq; materiæ etiam confluxæ ad testiculos: *Recipe syrupi rosati ex infusione rosarum siccarum vnc. i. de endiuia portulacæ ana vnc. s. aquarum lupulorum, plantaginis, cichorii ana vnc. i. misce.*

Sumpto syrupo per sex dies cōtinuos, consulo, vt purgetur materia sequenti medicina: animaduertēdo tamen in ægritudinibus testiculorū, & ani, locum non esse medicinis laboriosis & scammoneatis, propter illorū membrorum situm decliuem, ad quem confluunt omnes euacuādæ superfluitates: scammoneata enim medicina multam superfluentium humorum quantitatem forti attractione ad testiculos & ad anum duceret, vnde augerētur prædicti tumores, & accidentia sæuiora fierent. Purgans igitur tale sit: *Recipe diasebesten lenitiui, quod multum valet in his tumoribus, vn i. reubarbari optimi & electi drach ij. spica gran. vij. misce, & cum decoctione pectorali fiat potus. Nota, in medicinis pro tumoribus testiculorum, apponi posse aliquā de diaphœniconę: cum sit medicina securitatis, neq; laboriosè euacuans, ob scammoneam in eo bene correctam; & quia eius virtus non transcendit hepar.*

*Præterea pro euacuatiuis ad minus alternis diebus patiens vtatur clysterio lenitiuo: vel ante cibum capiat medullam cassiæ recenter tractæ pondere drach. iiij. diuertetur enim vel deriuabitur plurimum materia ad anum, & virtus testiculorum quotidie reddetur validior ad resolutionem materiæ facientis tumorem.*

His factis remediis procedere debes ad tumorem & dolorem testiculorum: ad quem expertum est sequēs remedium: *Recipe olei liliorum alborum, olei rosati completi ana vnc. ij. œsypi vnc. i s. & in eo liquore madefiat lana succida, & calida testiculis applicetur: soluitur enim tumor & dolor testiculorum isto remedio.*

Ad idem, estq; expertum conferens multum tumori indurato: *Recipe passularum enucleatarum vn. ij. farinæ hordei, farinæ cicerum alborum ana vn ij. farinæ fœnugræci farinæ seminum lini ana vn. s. mellis vn. i. s. omnia simul bene misceantur, & in mortario contundantur, & calida testiculis applicentur.*

Ad idem, & est expertum, si ipsis testiculis applicetur sequens cerotum, & continuè feratur: *Recipe mucillaginis seminis althææ mucillaginis seminis fœnugræci ana vn. i mucillaginis ficuum vn i. s. farinæ fabarum vn. s. croci scru ij. misce omnia, & cum oleo camomillæ modico, & cera, & pice quantum sufficit, fiat cerotum.*

Ad idem aliud cerotum, multum conferens in eadem dispositione: *Recipe gummi Arabici, tragacanthi ana drac. ij. galbani, armoniaci ana dra. i. s. farin. fabarum, cicerum alborum ana vn i. dissoluantur gummi in oleo amydalarum dulcium, & modico aceti: deinde omnia simul bene misceantur, & cum pice, & cera quantum sufficit fiat cerotum.*

Ad idem, valet fomentatio sequens, mane & vesperi facta: *Recipe florum camomillæ mel. loti fœnugræci seminum lini ana M. i. bulliant in suffi ienti qua titate vini albi, vsq; ad consumptionem tertiæ partis vini, deinde cum filtro infuso in dicta decoctione calida fomententur testiculi.* Statim vero facta fomentatione applicetur ptis tumidis testiculis sequens emplastrum: *Recipe radicum maluæ, althææ ireos, ana vnc i florum camomillæ M. ij prius bulliant radices vnica forti ebullitione deinde adde ebullitioni flores camomillæ, & bulliant vsq; ad perfectam radicum decoctionem: postea adde farinæ fabarum, farinæ fœnugræci ana P. i. croci dra. i mellis vn. ij. olei camomillæ, olei amygdalarum dulcium ana quantum sufficit ad impinguandum emplastrum.*

Ad idem vnguentum multum conferens in tumoribus testiculorum: *Recipe olei liliorum alborum, olei camomillæ ana vn. i. cymini dra. ij. laudani galbani ana vn. i. dissoluantur gummi in aceto forti, & puluerizentur pulnerizanda, & cum modico ceræ fiat vnguentum molle, in quo lana succida intincta applicetur testiculis.*

Ad idem est expertum, si patienti applicetur sequens emplastrum die noctuq;: *Recipe cicerum alborum lib. i bulliant in vino albo odorifero, vsq; ad completam decoctionem: deinde in mortario bene contundantur: & adde farinæ camomillæ vn. ij. croci dra i. olei liliorum alborum vn. ij. misce, & calidum testiculis applicetur.*

Ad idem est expertum, si in die noctuq; patiens portet sequens medicamen testiculis applicatum: *Recipe pulueris radicum ireos exsiccatarum vn s. cinnamomi puluerizati ana dra ij. croci scrup. i omnia subtiliter puluerizentur: deinde accipe petiam de scarlato, madefactam in vino albo potenti calido, eam asperge prædicto puluere, & petiam calidam sic testiculis applicato.*

Ad id m est expertum, si testiculis applicetur sequens medicamentum mane & vesperi: *Recipe the. iaca anti-*

*quæ unc i. olei amygdalarum dulcium unc. s. croci drach. s. vini albi potentis unc. i. misce: & in dicto liquore intinges lanam succidam, & testiculis applicabis.*

Etsi testiculi ad tantam duritiem ducantur, vt minus obediant resolutioni, fiendæ ex prædictis medicamentis prius applicabis ipsis medicamenta emollientia, quemadmodum sequens medicamentum: *Recipe mucillaginis seminum caulium lib. s. mucillaginis ficuum unc. ij mucillaginis seminum maluæ un. i. olei sesamini un. i. s. olei amygdalarum dulcium un. i misce: & cum lana, madefacta in dicto liquore calido, testiculis applicato, per modum fomenti.*

Quòd si aliqualem mollitiem factam cognoueris in testiculis, statim applicabis sequens medicamentum *Recipe absinthii viridis M. ij. bulliant in sufficienti quantitate aquæ vsq; ad consumptionem medietatis: deinde adde mellis unc. ij. farinæ cicerum rubrorum unc. i. croci drach. i. olei camomillæ un i misce & calidum testiculis applicetur.*

Vbi vero neque medicamentis resolutiuis iam dictis, neq; mollientibus, testiculi obedire voluerint: *tunc dispone ipsos ad manum chirurgi & si videbis folliculum eius aqua plenum esse ipsum perforabis, & exibit aqua Si verò neq; aquam videris, sed solum materiam grauantem testiculum, & ipsum apostemantem procuret chirurgus maturationem, & apostemat disruptionem. Demum curet ipsum curatione vlcerum Quòd si patiens sanitatem non adipiscatur: remedium est, incisione conuenienti testiculum extrahere.*

## CAP. XLIX.

## *De cura doloris sciatici.*

Scias quòd secundum plurimum dolor sciaticus fit a materia pituitosa, cui permiscetur aliquid humoris biliosi calidi, quo iuuatur motus pituitæ vsq; ad coxendicem. Quapropter dolor iste prouenit à materia exsistēte intra venam coxendicis: nam à multitudine humoris replentis venā illam, eiusdemq; extensione dolor causatur.

Laudo igitur vt primo venter leniatur *exhibitione cassiæ pondere un. i s. vel clysterio lenitiuo facto ex decoctione foliorum maluæ, violariæ, blitis furfur grossi ligati in petia, addendo quantū sufficit dictæ decoctioni cassiam vel mel rosatum, oleum violatum, & saccharū, sal, & vitellum oui, secundū q̄ expedit.*

Facta

Facta ventris lenitione, absque dubio *phlebotometur sciatica, quæ deriuatur in claviculam partis sylvestris eiusdem cruris dolentis, & extrahe sanguinis quantitatem unciarum v. Et nota quod hæc phlebotomia multoties excusat medicum ab ulteriori euacuatione, quoniam tollit dolorem sciaticum, secundum plurimum à principio.*

Post phlebotomiam, consulo vt digeratur materia sequenti syrupo: *Recipe mellis rosati colati, oxymellis simplicis, syrupi de betonica ana unc. s. aquarum betonicæ, saluiæ, cichorii ana unc. i. misce.*

Continuato syrupo per septem dies, in diluculo sumpto, capiat patiens sequenti die per tres horas ante lucem sequentes pilulas: *Recipe agarici præparati, pilularum de hiera Nicolai, aurearum Nicolai ana scrup. i. misce cum syrupo de stœchade, fiant pilulæ nu. v.*

Hæc leuis purgatio cõuenit in principio doloris sciatici: infestante autem porro dolore, necesse fortiori purgatione, atque fortiori materiæ pituitosæ concoctione opus est. Quiescat igitur æger per duos dies sequentes post assumptionem pilularum dictarum: his ipsis tamen mane ante cibum per tres horas capiat infrascriptam mixturam: *Recipe conseruæ saluiæ, sacchari rosati ana drach. ij. misce pro vna vice.* Tertia vero die sequenti per vii. dies continuos capiat infrascriptum syrupum: *Recipe syrupi de stœchade sine speciebus, syrupi rosati, mellis rosati colati ana unc. s. aquarum betonicæ, saluiæ, cichorii ana unc. i. misce.* Octauo vero die per duas horas ante lucem capiat infrascriptas pilulas: *Recipe pilularum cochiarum Almansoris scrup. ij. de hermodactylis, aurearum Nicolai scrup. i. misce, & cum syrupo de stœchade fiant pilulæ numero v.*

Eo tempore quo æger assumit syrupos, si molestaretur vehementia doloris sciatici, ad doloris sedationem vtatur sequentibus ingeniis. Primo *apponantur quatuor ventosæ super nates, cum scarificatione, & sanguinis extractione.* Secundo quolibet mane stomacho ieiuno, vel alternis diebus vtatur sequenti clysterio: *Recipe florum camomillæ, meliloti, fœnugræci, seminum lini, florum stœchadis Arabicæ ana M. s. foliorum maluæ, mercurialis, furfuris grossi ligati in petia ana M. i. bulliant omnia simul in sufficienti quantitate aquæ, usque ad consumptionem medietatis: deinde colentur:*

*& de colatura: recipe vnc. x. benedictæ, hieræ simplicis ana vnc. s. mellis rosati, olei communis ana vnc. iij. salis communis drachm. ij. vitellum oui numero i. sacchari rubri vnc. i. s. ex his imponatur clystere.* Tertium ingenium est fomentare locum doloris (dato etiam quod esset totum crus dolens) isto sequenti sacculo: *Recipe, florum camomillæ, milii mundi, furfuris ana M. iij. salis M. s.*

Quod si adhuc dolor perseueret: laudo vt fiat tertia humorum peccantium digestio, & eorum exquisita euacuatio: & maxime à loco dolente. Quiescat igitur patiens duobus diebus post prædictas pilulas assumptas, & quolibet mane tribus horis ante cibum accipiat infrascriptam mixturam: *Recipe conseruæ acori, conseru[illegible]chadis, sacchari rosati ana drachm. i. s. misce pro vna vice.* Tertia vero die capiat sequentem syrupum per vij. dies continuos: *Recipe syrupi de iua Nicolai, de stœchade, mellis rosati colati ana vn. s. aquarū iuæ, betonicæ, cichorii ana vn. i. misce.* Octaua vero die capiat infrascriptas pilulas: *Recipe pilularum de hermodactylis, pilularum fœtidarum, pilularum cochiarum ana scrup. i. misce cum syrupo de stœchade, fiant pilulæ numero v.*

Nota quod in hoc casu valentiores sunt medicinæ in forma pilulari, quam in forma potionis: quoniam longiorem moram trahunt in stomacho, & à longinquis partibus melius euacuant, sicut oportet.

His omnibus exactis purgationibus, expertum est si patiens vtatur tribus diebus alternatis tribus sequentibus clysteriis, proculdubio sanabitur à dolore sciatico. Primum clystere tale est: *Recipe florum camomillæ, meliloti, florum anethi, fœnugræci ana M. i. florum stœchadis Arabicæ, maioranæ, betonicæ ana M. s. absinthii, menthæ ana P. i agarici ligati in petia drach. ij. bulliant in sufficienti quantitate aquæ, vsque ad consumptionem medietatis: deinde colentur: & de colatura recipe lib. i. olei rutæ, mellis rosati, ana vnc. iij. benedictæ, hieræ compositæ ana drach. vi. vitellum oui numero i. sacchari rubri, vnc. i s. salis communis drachm. iij. misce, & imponatur clystere. Conetur patiens retinere plusquam sit ei possibile, & voluat se super latus doloris, moram contrahendo, & plusquam potest super illud latus quiescat.* Sequenti vero die

die assumat, per tres horas ante prandium, sequentem mixturam: *Recipe conseruæ saluiæ, conseruæ acori, ana drac. ij.*

Tertia vero die eadem hora stomacho ieiuno ante prandium capiat clysterium secundum: *Recipe florum camomillæ, meliloti ana M. s. pulegij, calamenti, abrotani, florum stœchadis Arabicæ, betonicæ, sampsuchi, iuæ, herbæ paralysis ana M. i. agarici, pulpæ colocynthidis ligatæ in petia, ana drac. ij. bulliant in sufficienti quantitate aquæ, vsque ad consumptionem medietatis: deinde colentur: & de colatura recipe lib. i. olei de cheiri vnc. iij. mellis rosati vnc. ij. hieræ compositæ, hieræ Logadii ana vnc. s. salis communis drachm. ij. vitellum oui numero i. sacchari rubri vnc. i. s. misce, & imponatur clystere.* Quiescat sequenti die, & stomacho ieiuno de mane capiat infrascriptam mixturam: *Recipe conseruæ iuæ drachm. ij. sacchari rosati drachm. i. misce.*

Sequenti die tertia, siue quinta ab initio, subiiciatur tertium enema, ita parandum: *Recipe decocti vltimi, modo præscripti, lib. i. electarii Indi maioris, hieræ Logadii, hieræ Ruffini ana vnc. s. olei rutæ, vnc. iij. mellis rosati vnc. ij. vitellum oui numero i. sacchari rubri vnc. i. s. salis communis drach. ij. misce, & fiat clystere. His clysteriis, vt expertus sum, euacuationibus, vt decet, præmissis, proculdubio patiens sanabitur à dolore sciatico.*

Nec vero medicus, aut patiens terreri debent, si ex illis clysteriis aliquando inducatur dysenteria: quoniam signum est optimæ euacuationis, operationisque clysteriorum. Vbi vero perseuerat dysenteria, statim eam curabis sequenti clysterio bis in die facto: *Recipe lactis vaccini lib. i. vitellum oui numero i. sacchari rubri vnc. i olei rosati omphacini vnc. ij. misce, & fiat clystere.* Vel: *Recipe decoctionis hordei torrefacti lib. i. succi plantaginis vnc. ij olei rosati omphacini vnc. iij. sacchari rubri vnc. i. s. vitellum oui numero i. misce, & fiat clystere.*

Quod si his remediis exactis adhuc dolor sciaticus perseueraret: sublime remedium est balneare patientem sequenti balneo, ipsumque medicari sequentibus remediis. Balneum tale erit: *Recipe florum camomillæ, meliloti, fœnugræci, anethi, seminis lini ana M. ij. absinthii menthæ, pulegii, calamenti, abrotani, florum stœchadis Arabicæ, betonicæ, maioranæ, herbæ paralysis, saluiæ, roris marini,*

*chamæ-*

*chamædryos, chamæpityos, ana M. i. s. Bulliant in lib. 200. aquæ fontis claræ, vsque ad consumptionem tertiæ partis: deinde coletur: & aquæ huiusmodi colatæ adde sulphuris viui lib. s. nitri præparati vnc. iij. salis gemmæ vnc. iij. iterum bulliant vnica forti ebullitione, deinde colentur, & colatura vsui seruetur. Quolibet igitur mane per octo dies continuos patiens ingrediatur tinam huiusmodi decoctionis, & moram trahat in ea per tempus vnius horæ, bene coopertus, excepto capite.* Post vero, exiens ex balneo, totoque corpore bene absterso, ingrediatur lectum calidum, & statim capiat infrascriptam mixturam: *Recipe theriacæ magnæ drachm. i. sacchari rosati vnc. i. s. misce. Demum quiescat, & dormiat in lecto per duas horas pannis bene coopertus, sudabit multum, abstergatur bene à sudore illo*; & immediate inungatur locus dolens, qui erit totum crus, ab ancha vsque ad malleolum syluestris lateris ipsius cruris, sequenti vnguento calido: *Recipe vnguenti marciaton, vnguenti Agrippæ, vnguenti aregon ana vnc. i. misce. Continuet patiens balneum, & vnguentum per octo dies continuos: proculdubio sanabitur à dolore sciatico.*

Si vero medicamentis præcedentibus patiens non sanetur à dolore sciatico, consulo, *vt omnino inuratur cauterium actuale, & non potentiale, si possibile fuerit, cum ipsum sit magis exsiccatiuum, & membri confortatiuum: locus etiam cauterii sit crus dolens, in parte illius syluestri, infra genu, per quatuor digitos, intra duos ibidem musculos apparentes: isto enim cauterio conuertitur materia faciens dolorem à loco doloris ad extra, & à toto corpore ad locum ipsius cauterii. Quamobrem consulo nullatenus cauterium dimittendum esse, aliis non conferentibus. Et hæc dicta sufficiant de dolore sciatico.*

FINIS LIBRI PRIMI.

BENE-



# BENEDICTI VICTORI, FAVENTINI, MEDICATIONIS EMPEIRICÆ,

## *LIBER SECVNDVS,*

## DE FEBRIBVS.

### CAP. I.

### *De natura, & differentiis febris in genere.*

Febris à feruore dicta est: quia nostra corpora feruendo febriunt, & per febrem in ebullitione ponuntur: ob quod Galenus dixit prima particula aphorismorũ commento 16. febris est calor naturalis mutatus in igneum. Et quoniam non potest in igneum mutari, nisi corpus ex toto afficiatur: ideo dicimus febrem esse affectum & caloris naturalis, & totius corporis humani. Hinc Princeps prima quarti dixit, febrem esse totius corporis qualitatem, afficientem cor: ideo & morbum communem consueuimus eam appellare: primo quia eius nocumentum communicatur toti corpori: deinde, quia communicatur calori naturali per totum corpus expanso. quod non contingit aliis morbis afficientibus corpora nostra.

Febris tria genera principalia, primo de febribus ad Glauconem Galenus statuit, secundum numerum trium partium existentium in corporibus humanis: quæ sunt membra solida, humores, & spiritus: necessaria omnia ad essentiam humani corporis. Si enim feruor febrilis primo vel successiue fit in solidis membris, nocumentum manifestum causans in actionibus naturæ ipsorum: primum febris genus habemus: quod dicitur Hectica, quasi

quasi habitualis facta, & affixa. Si verò idem feruor in humoribus, tanquam in subiecto primo, consistat, impediens actiones consuetas naturæ, ipsius humoris, vel totius corporis; Humoralem febrem nuncupabimus. Et est alterum genus febris. Quod si calor ebulliens in spiritibus fuerit, ipsos impediens in actionibus naturæ, vel actiones naturæ impediens per ipsos calefactos spiritus: erit tertium genus febris, quam Ephemeram dicimus, vnica die duraturam tantum. Scias tamen quod febris sumit diuersitatem generum, solum diuisione rerum corporalium existentium in corpore humano. Cum & alia plura ibi sint, à quibus non possunt genera februm distingui: vt accidentia, & virtutes, & complexiones. Ab harum enim diuersitate vtpote in corpore, febres non distinguuntur. Quare dicam febrem esse corporis affectionem; siue membra, siue humores, siue spiritus affecti fuerint.

Quoniam autem febris Ephemera breuis terminationis est, & toto genere salubris: ideo in præsenti modicam habebimus solicitudinem de ea, considerando ea, quæ à Principe scripta sunt quarto canone: & à Galeno primo artis curatiuæ ad Glauconem. Et quoniam febris putrida sæpius occurrit humanis corporibus, quam hectica: ideo noster processus erit circa curam febrium putridarum. Harum quædam sunt acuti morbi, quædam verò non acuti, sed chronici, iuxta sermonem Galeni secunda particula aphorismorum commento 19. ideo incipiemus a curatione febrium putridarum acutarum: demum ad curationem reliquarum veniemus. Et quoniam febrium putridarum, quædam sunt continuæ, quædam interpollatæ: primo de cura febrium putridarum continuarum tractabimus compendiosè; deinde de aliis.

## Cap. II.

### *De essentia febris putridæ continuæ, & acutæ, in genere.*

GAleno secunda particula aphorismorum commento 19. febris acuta continua est, quæ cum velocitate

tate sui finis est magna: etenim ob materiā subtilem, & mobilem cum velocitate finem suum attingit, qui est vel salus, vel mors. Et quoniam ex veloci motu materiæ subtilis, hinc inde male afficiuntur membra nostri corporis & eorum virtutes; ideo in ipsis sæua fiunt accidentia. Hinc acuta febris magna dicitur, Galeno prima particula prognosticorum asserente, magnitudinem morbi metiendam sequitur accidentium. Vel dicitur febris continua acuta: quia cum velocitate sui motus, in ea est timor (vt ait Galenus loco præallegato) materiæ currentis de membro ad membrum: vnde vires corporum adeo prosternuntur, vt & patiens, & medicus, & assidentes de futura timeant morte. Hinc duo colliguntur, practico medico notanda: primum, medicum omni solicitudine, & prudentia debere se præparare ad curationem febriū acutarum continuarum: deinde, modum prognosticationis in genere esse ancipitem in febribus acutis: semperque in ipsis timoris plena esse omnia.

## Cap. III.

## *De caussis continuæ acutæ febris in genere.*

Iam febris continuæ acutæ in genere perquiremus caussas: quas Medicus debet cognoscere antequam ad curam accedat: vnde Galenus primo regiminis acutorum commento tertio ait, neminem debere febrem curare, nisi nouerit causam: itē, primo de febribus ad Glaüconem: medicum ægritudines, & causas, & tempora earum cognoscere debere. Huius igitur febris tria sunt genera causarum, Galeno tertio methodi med. & libro de causis pulsuum, causæ scilicet antecedentes, coniunctæ & primitiuæ: quæ ad duo etiam possunt reduci, scilicet ad genus causarum intrinsecarum & extrinsecarum.

Causa igitur coniuncta huius febris continuæ in genere, est ipsa putredo: quæ licet multoties non iungatur cordi per se; per putridam tamen effumationem cor ipsum attingit: vt dicam, putredinem cum effumatione putrida, esse causam coniunctam febris. Quapropter

pter cum intentio curatiua ex tertio methodi med. sit, causam remouere ægritudinis: recte considerabis hanc febrem non posse amoueri, nisi amota putredine, vna cum putrida effumatione ad cor. Cuius causæ coniunctę aliæ etiam sunt, non multū distantes à modo dicta, quas vulgus medicorum appellat etiam causas coniunctas: vt est prohibita transpiratio, dum humores in nostro corpore non possunt euentari; qui proinde afficiuntur calore extraneo, & ita putrefiunt, iuxta illud Aristotelis quarto meteororum: Putredinem esse corruptionem innati caloris ab aliena caliditate in vnoquoq; humido. Huius autem prohibitæ transpirationis causa est, humorum coarctatio in venis: nam cum ipsi coarctantur & ingrossantur, prohibetur eorum euentatio. Cuius coarctationis humorum causa est oppilatio. Verum inter omnes has causas coniunctas, proxima & immediata magis est putredo ipsa, cum effumatione putrida ad cor. Quare medici intentio curatiua in ipsa erit, solicitus remotionem oppilationis, coarctationis humorum, prohibitæ transpirationis, & putredinis cum sua effumatione putrida.

Causa vero antecedens continuæ febris acutæ, est multitudo humorum exsistentium intra venas g. ossorum & viscosorum: qui dicuntur esse causæ obstructionis meatuum corporum, & inde prohibitæ transpirationis, & ita putredinis; & post, putridæ effumationis, & ipsius febris. Quare medicus practicus solers in præseruando ab hac febre, debet suis temporibus instituere æquationem ingrossorum, & viscosorum humorum (qui vtrique dicuntur esse obstructionis meatuum corporis) & eorum ex corpore euacuationem. Causa etiam antecedens potest esse siccitas quædam magna, reperta in venis corporis humani; vt contingit in inflammata æstate: vnde natura cogitur ad venas trahere multitudinem humorum, & præcipue calidorum (quia habiliores sunt ad motum) à quorum caliditate, velut ab extraneo, humores in venis supercalefacti putrefiunt, & febres faciunt.

Causa primitiua, est causa extrinsecus operans: quæ primitiua dicitur, quia primum mouet antecedentes causas

causas & coniunctas; coniunctæ autem & antecedentes eam mouere non possunt: sicut est aeris intensa caliditas, à qua non solum spiritus inflammantur, sed & humores & sic à calido extraneo putrefacti humores, febres causant: vt plerunque contingit æstate valde calida. Potest etiam causa primitiua esse mala qualitas, impressa aeri, vt in locis pestiferis, in quibus aer, mala illa & pestifera qualitate affectus, ingrediens corpora, humores nostri corporis afficit; & sic putredinem quandam causat, quam pestilentiam dicimus: de qua infra sermonem habebimus. Quin & causa primitiua potest esse vehemens frigiditas aeris à qua clauduntur porositates corporis, vt inde fumi mali exhalare non queant, & quasi per antiperistasim supercalefiant humores; qui tanquam à calido extraneo putrefiunt, & febres putridas acutas causant: vnde plerunque contingunt febres continuæ, si quæ tempore hyemis oriuntur. Tandem aliæ primitiuæ possunt esse causæ, a cibo & potu, secundum diuersitatem qualitatum illis aduenientium, à quibus possunt humores in corpore putrefieri, & febres causari. Et hæc de causis generalibus prædictæ febris.

## CAP. IV.

## *De signis continuarum, & acutarum febrium in genere.*

Signa, quibus febrem continuam acutam dignoscemus generaliter, sunt: primum capitis dolor: materia enim febris cum sit in continua ebullitione, à superfluo putrido calore, mali effumant vapores, qui attingentes pelliculas cerebri malitiam complexionis causant in eis, & distendendo, solutam continuitatem: propter quod capitis dolorem efficiunt.

Secundo, capitis calor, & totius corporis. Cum enim materia faciens hanc febrem sit in ambitu totius corporis, ideo caliditate totum corpus afficit: & quia fumi eleuati leues, caput attingunt, ideo caput, & totum corpus calent: Hoc autem non contingit in aliis febribus non acutis.

Tertio, febris intensio, seu continuum augmentum caloris in toto, quia materia eius est subtilis, & facile inflammabilis: ideo intenditur caliditas cordi communicata, propter quod febris continuo augetur.

Quarto, caliditatis penetratio ad interiora manus tangentis: cum caliditate mordaci. Cuius causa est materia febris subtilis, & facile penetrabilis, vehementi caliditate, fundata potius in sicca materia: ideo caliditas manum tangentis facile penetrat. Cuius oppositum contingit in febre hectica: cum enim calidum sit in humido membrorum, potius ad lenitatem quandam, & anodynam caliditatem declinat.

Quinto, vigiliarum instantia. Cum enim vapores à minera putredinis eleuati ad cerebrum, calidi & sicci, sint natura ignei: apti sunt sua caliditate resoluere cerebri humiditates, & vigilias inducere. Fit enim somnus naturaliter humido ac frigido.

Sexto, angustia totius corporis, & inquietudo. Materia enim febris continuæ subtilis est, & mobilis, & hinc inde ad omnes corporis particulas mouetur. vnde hanc pungendo, alteram agitando, non relinquit membra in vno situ quiescere, nec totum corpus.

Septimo, sitis intolerantia, & vehementia. Nam à minera putredinis, facientis hanc febrem continuam acutam, eleuantur vapores calidi & sicci, ad superiores partes; vt ad orificium stomachi, ad œsophagum, ad linguam, & ad palatum; qui efficiunt caliditatem, & siccitatem in membris illis.

Octauo, ariditas, & ardor linguæ, & palati, propter eandem dictam causam.

Nono, pulsus velocitas. Cum enim febris sit calor extraneus in corde accensus: quanto febris maioris fuerit acuitatis, tanto intensiore calore extraneo cor afficietur. Quare etiam cor tunc maiori euentatione indigebit, propter quam pulsus velocitatur: & quia motus anhelitus sequitur motum pulsus; ideo anhelitus velocior redditur.

Decimo, vrina rubra, tincta aliquando multa citrinitate: quia rubedo & citrinitas caloris effectus sunt: & quanto est gradus rubedinis, vel citrinitatis maior, tanto diu-

to diiudicabis maiorem calorem. Et sic à minera febris contingit signum inseparabile rubedo vrinæ, similiter tinctura citrina. Nec mireris si primis diebus non appareat rubra, vel citrina: quia materia peccans non bene permixta adhuc sanguini est. Et hoc modo nisi primis duobus, vel tribus diebus, vrina sic apparuerit: non debet institui phlebotomia in febre continua primo die, vel secundo: quia materia non bene adhuc sanguini permixta est. Quod si talis permixtio primo die apparet, fiat phlebotomia eodē die. Verum cum permixtionis signa non nisi secundo vel tertio die apparent: consulo, vt eodem quoque tempore phlebotomia fiat.

Vndecimo, præter hæc, quæ dicuntur à Galeno primo ad Glauconem, est etiam apud eum carentia horripilationis, vel rigoris, vel typi. Dicit enim secundo de differentiis febrium: proprium esse ipsarum continuarum non horrere. Huius dicti causa est: quia rigor, typus, seu horripilatio, contingunt ex materia faciente febrem, sparsa ad lacertos, & corporis musculos. Considerate tamen, quod in acuta continua potest esse rigor: quando nimirum multa est materia intra venas, cum virtute expulsiua forti: nam eius pars si expellatur ex venis ad musculos, faciet rigorem: permanens autem materia in venis putrida multa, continuam faciet febrem. Et sic in continua simul apparebit rigor. Sed non est rigor in interpolata: quoniam non seruat ordinem periodicationis.

Duodecimo, est tempus mensurans febrem continuam acutam, comparatione ad interpollatam: quia in hac febre non inuenitur terminus 24. vel minus horarum, vt in interpolatis inuenitur; sed continua afflictio, vsque ad totum tempus status, inclusiue. Quod si omnibus his signis cognoueris materiam cholericam peccare in hac febre: eueniet tibi febris magnitudo, & intensio. Et ideo si videris febris intensionem cum accidentium comitantium sæuitia, iudicabis hanc febrem continuam esse à cholera.

Decimotertio, paraphrenesis, & in somno loquutio freqens; somnia terribilia. Nam à materia putrida, facientē febrem, eleuantur vapores calidi & sicci: qui affi-

cientes spiritus animales in cerebro, promouent eos ad deseruiendum virtutibus animalibus, ad operationes naturæ suæ contrarias: & sic loquuntur, nescientes se loqui. Et nota quod hæc signa dicta plenius verificantur: si cætera illis proportionata concurrent: vt ætas iuuenilis, æstas, regio calida & sicca, præteritum regimen. Nam si prædicta omnia signa reperiantur in corpore iuuenis, tempore æstatis, in regione calida & sicca: cum præterito regimine calido & sicco: iudicium tuum efficietur certius, quod illa febris erit continua acuta. Et hæc de signis.

# DE CVRA FEBRIS PVTRIDÆ continuæ acutæ in genere, per victus rationem.

## Cap. V.

### *De Aere.*

Febris indiget Aere declinante ad frigidum, & humidum, quia contrariatur causa facienti febrem acutam; & febri ipsi, quæ est caliditas & siccitas. Et deo *exponatur æger febriens aeri naturaliter frigido & humido si naturaliter talis non est, artificialiter talis fiat: & ponantur in conclaui folia salicis, nenufaris, vitis, cannarum, & si[...]lium, irrorata camera cum aqua rosata; & hæc omnia per totum cubiculum spargantur, & manibus æger ea tractet, & o[...] faciat. Ex his remittetur caliditas febris acutæ, & humectabuntur spiritus, & calor naturalis. Obseruandum tamẽ in t[...] herbarum applicatione, primum, vt hæ herbæ collectæ sint a[...] solis ortum: ne humiditas, & frigiditas nocturna, calidit[...] solis remittantur. Deinde, ne in principio paroxysmi appl[...]tur herbæ ægro: neque per cubile spargantur. Tunc te[...] enim calor naturalis retractus ad intra, extranea frigi[...] magis concentraretur: & per hoc principium paroxysmi pr[...]ceretur. Similiter alteretur aer cameræ per irrorationem factam frequenter cum aqua rosata, violata, nenufaris: & [...] cæteris aquis frigidis: in quibus apponantur sandali, camp[...]ra. Hæc enim vltra hoc quod infrigidant, & humectant, etiam cor confortant.*

Potest

Poteſt quoque fieri pomum, quod patiens poſt paroxyſmi principium odorando manibus tractet: *Recipe florum nenufaris, florum roſarum, violarum ana M. i. contundantur, & cribellentur: demum adde ſandalorum alborum & rubrorum, ana drachm. ij. camphoræ drach s. pulnerizentur & cum modico aquæ roſatæ incorporentur, & fiat pomum.*

Fructus etiam laudantur, non vt edantur, ſed vt manibus tractentur. Cuius generis ſunt *citonia, limones, & ſimiles ad frigidum, & humidum declinantes. Fugiat autem quantum poteſt, ne frigida manibus teneantur in principio augmenti febris: quia tunc calor naturalis incipit expandi ad exteriora, & forte frigiditate percepta iterum concentraretur, & paroxyſmus prolongaretur.*

*Et reprehendēdi ſunt illi, qui non ſolum in principio paroxyſmi ægris balnea ad pedes & manus adhibent cum aqua frigida, ſed etiam in augmento: quia in augmento dubium eſt de concentratione caloris naturalis, & paroxyſmi prolongatione. In declinatione etiam, quum natura calorem putridum ad extrema diſpergere conatur, impedietur ab eo opere cum aqua frigida. Tamen irregulariter operando, ſuadeo, ſi in febricitante cauma fuerit, & dubitemus virtutem deficere, in cura tunc non prohibemus irrorationem factam cum aqua frigida: vt aqua roſata, violata, nenufaris, & balneationem extremitatum in iiſdem. Imo & potum eiuſdem aquæ concedemus: quia maius iuuamentum eſt quod euenit ægro in cuſtodia virtutis, & ſecuritate à morte, quam nocumentum, quod proueniret ex aliqua morbi prolongatione.*

## *De Cibo.*

Indicatione ſumpta à morbo, conſtante virtute, *in principio ex toto debemus auferre cibum.* Et *ideo ſi voluerimus regulariter gubernare acute febrientem, ſi virtus ægri conſtet, indicatione ſumpta à morbo, nihil cibi dabimus: quia morbus ſemper indicat ſui ablationem, cum ſit res præter naturam: morbi vero conſeruatio eſt ciborum exhibitio. Ideo indicatione à morbo habita, & à virtute conſtante, nihil dabimus. Procedemus igitur à primo die inceptionis febris vſque ad quartum hoc modo: ſi cognoueris per accidentium ſæuitatem, quod criſis quarto futura ſit: vt ſi adſit capitis dolor fortiſſimus, febris intenſio vehemens, ſitis, vigiliæ, inquietudo paraphreneſis:*

*vsque ad quartum diem exclusiue, & inclusiue nihil dabim⁹: exclusiue, quia impediretur natura, conuertens se ad cibum à morbi pugna: inclusiue, quia est dies crisis, etsi improprie, in quo respectum habemus & ad cibum dandum, & ad medicinam. Quod si times virtutem à symptomatibus sæuis debilitari: erimus contenti solo potu aquæ hordei, dispensando secundum horas comestionis consuetas, vt horis prandij, cœnæque sumat aquæ hordei vnc. x. & blandiendo siti mediis horis possumus vnc. iiij aquæ prædictæ exhibere. Si vero in ægro cognouimus consuetudinem fuisse multi cibi: & quod tale corpus resolutioni accommodum est, vt sunt cholerica corpora: tunc possemus venire ad ptisanæ colatæ exhibitionem. Quod si æger & assidentes conquerantur de cibo pauci, & exigui nutrimenti, poterimus dare ptisanam non colatam. Et sic his diebus vsque ad quartū, vbi crisim (impropriam tamen) exspectamus in ægritudine acuta, vel peracuta, his cibis contenti erimus.* Sed vetularum iurgia, & opprobria vitantes, ęgrum hac diæta regemus, vsque ad quartum. *Primo inceptionis morbi die nihil comedat. Sequenti die enemate præcedente, quod ventrem mundet, & intestina à fæcibus abstergat, demus medullam panis lotam decoctam in aqua communi sine sale. Vesperi, idem ferculum exhibeatur. Et hæc continuentur vsque ad quartum. Quod si videris virtutem non posse sustentari prædicto cibo: consulo, vt detur panis in iure pulli macro decoctus. Et sic procedendum vsque ad quartum. Transacto quarto die (in quo crisis non apparuit, quia accidentia non fuere tanta sæuitatis ante quartum, vt in eo potuerit crisis apparere) vsque ad septimum æger diætandus est diæta grossiori: & sic suaserim dari hordeum fractum, decoctum vel in simplici aqua, vel in iure pulli sine sale, secundum virtutis tolerantiam, vna cum lacte quatuor seminum communium frigidorum maiorum, vel cum lacte amygdalarum dulcium. Quod si timor esset de repletione capitis propter amygdalas, condiantur amygdalæ sic: primo à pellibus mundentur: deinde ponantur in aqua calida per v. vel vi. horas: & in prædicto tempore quinquies aut sexies agitentur cum baculo: sic enim tolletur viscositas, quæ febri inimica est & capiti: & tunc exhibeantur. Sic procedamus, mane & vesperi cibando, vsque ad septimum. Septimo cum sit dies crisis, à cibo abstineto, & medicina. Post septimum, si crisis ad vndecimum, vel quartumdecimum prolongatur, cibandus est æger grossiori*

*diæta*

*diata. Et sic conueniens eius diata erit, assumere secundum horas consuetas cibandi, ferculum ex pane loto, decocto in iure pulli: concedes quoque lactucam, endiuiam, decoctas in eodem iure, vel in aqua simplici, cum modico aceti, vel cum vino granatorum, nisi pectoris mala dispositio vetet. Quare si ager tolerare potest vsq; ad vndecimum binam cibationem mane & vesperi, ex ferculo hoc facto, vel ex pane decocto in iure pulli, cum oleribus dictis, sic procedes Si vero agri vires hanc diatam sufferre nequeant: exhibe pulli carnium contusarum liquorem, ad pondus vn. v. semel tantum in die: carnibus in iure dissolutis, vna cum ferculo facto ex lactucis & endiuia Vesperi autem contentus sit solo hordeato, cum lacte seminũ communium frigidorũ, vel lacte amygdalino. Quod si expediens sit, & vrgeat necessitas, vt plenius cibetur: detur mane & vesperi contusum pulli: vesperi tamen minori quãtitate, quam mane, ne virtus noctu, à materia morbi concoquenda, ad cibi concoctionem reuocetur. Vnum tamen nota, quod carnes semper alterentur ad frigidum, & humidum, cum lactucis, & similibus, vt endiuia, acetosa, plantagine, spinachiis, vel cum seminibus communibus frigidis maioribus, vel cum buglossa. Quod si virtus ab vndecimo vsque ad quartumdecimum bene constabit: tunc diatam subtiliorem pracedentem eliges, ratione status, in quo silentiũ habere oportet. Quare, constante virtute, laudarem, vt ager solo hordeato semel in die, aut pluries vescatur, secundum virtutis tenorem, vel cum lacte seminum communium frigidorum, vel lacte amygdalarum, secundum quod expedit virtuti. Aduentante vero quartodecimo, qua dies est crisis radicalis, si virtus non reclamat, nihil cibi dandũ est. Acuta enim agritudines in 14 diebus iudicantur Quod si in quartodecimo virtus fuerit alleuata à materia morbi, iudicabis terminum illius febris saluum esse. Sin accidentia aucta fuerint, iudicabis timorem agri.*

Est præterea in offerendis ægro cibis, considerandum, *ne cibaria, qua in talibus febribus conceduntur, sint summa frigiditatis: quia cum digestio calido celebretur, à summe frigidis impedietur, & humor incrudabitur, & digestioni minus obediens reddetur. Et ideo non conuenit, in digerenda materia febris, aqua cucurbita, citruli, cucumeris. Plerunque enim contingit cum febre ipsa virtutem debilitari: & tunc si darentur summe frigida, calor naturalis debilis ab intensa frigiditate obtunderetur. Itaque, cum solis frigidis febres non curentur:*

*consulo, vt remisse frigida permisceantur frigidis: vt causæ febrē facienti repugnemus: remisse vero frigidis virtutem digerentem iuuemus. Si igitur endiuiam, vel lactucam febrienti concesseris: non inconueniens erit aliquid buglossæ permiscere, vel borraginis, intentione habita ad solam herbarum alterationem: vbi vero indigeremus maiori apertione, aliter fiet, vt postea dicemus.*

Secundo considerabis, *ne cibaria febrienti dulcia exhibeantur: indicatione sumpta à causa febris acutæ continuæ. Cum enim hæc sit cholera, vel humor alius calidus: dulcia vero in choleram, vel humorem calidum facile conuertantur, ideo prohibebis dulcia. Et per hoc reprehendo eos, qui saccharum exhibent febrientibus acute: quum saccharum ipsum declinet ad choleræ conuersionem. Mel quoque, indicatione sumpta à febre, & eius causa, febrientibus non est concedendum: tum quia calidum, tum quia dulce. Nec in cibis solum à melle, sed etiam syrupis digestiuis abstinere debemus. Vnde stante caliditate in ætate, complexione, regione, & tempore, ægritudine, & causa eius, non dabis mel rosatum colatum.*

Tertio considera, *cibaria putredini parata, acute & continue febrientibus dari minime debere: vt sunt fructus, poma, pira, melones, citruli, etiam olera, quæ facile putrefiunt, quia sua humiditate putrescibili febris causam augerent. Ideo recordare, si aliquando concedere velis poma, pira, & similes fructus coctos, ne facias hoc cibi gratia, sed appetitus excitandi causa: olera autem à nobis concessa in febribus non exspectant in stomacho putrefactionem.*

Quarto considerabis, *ne cibaria stiptica, febrienti acute exhibeantur, vt sunt fructus stiptici, citonia, carnes tostæ: quia omnis febris materialis cum ab oppilatione pendeat, stiptica magis oppilant: & cum in omni febre, curæ nobis sit, viarum apertio, stiptica vero vias obstruunt, & per hoc oppilant.*

Ex his omnibus concludo, *quod cibus in acutis continuis febribus conuenientissimus est ptisana colata; vel non colata. Has itaque primo exhibeatis ægro.*

## *De Potu.*

*Vinum auferri volo, quia calidum: febris autem calida est, & omnis complexio distemperata suo simili augetur. Secundo, quia vinum ad caput euaporat: in acuta autem febre*

*continua,*

*continua, vapores quoq; ad caput eleuantur: unde augerentur simul à duobus vaporibus accidentia, quæ capiti accidunt ex febre, ut capitis dolor. paraphrenesis, vigiliarum instantia, quia à vaporibus calidis quandoq; humiditates resoluuntur, resolutione ad vigilias præparante. Quod si id corpus vino assuefactum est: detur vinum aquosum, & imbecille, multa aqua dilutum, & album. Si verò febri coniungeretur virtutis debilitas; (cùm propter similitudinem, quam habet vinum cum spiritu, & sanguine humano, citissimè restauret virtutem) tunc admittas vinum album, odoriferum, aromaticum: quia maius iuuamentum est, quod euenit ægris in restauratione virtutis prostratæ, quàm est nocumentum, quod ex aliquali augmẽto febris accidit: ut Galenus docet primo ad Glauconem, in cura febris syncopalis, cap. 13. & 12. methodi cap. 5. & 6. Si enim duo contraria accidentia occurrant: inspicere oportet, quod eorum sit fortius Si enim syncope fortior esset febre, vinum concedemus: sin febris fortior syncope, à vino abstinendum est; quia febrem augeret quæ mortis occasio esse posset. Summatim autem dico, quòd ubi in aliquo tempore febrium putridarum virtus esset admodum resoluta & accidentia febris essent quieta, ita ut non timeremus de maiori resolutione virtutis, propter accidentia ipsa, tunc expertum est, vinum dare omni tempore febris, esse satis conueniens, quoniam semper Medicus debet esse sollicitus de eo, quod magis suspectum est, veluti est resolutio virtutis: & tunc confortabimus virtutem non adaugendo accidentia quæ quietant. Quòd si ex vini potu tunc etiam accidentia adaugerentur: maius erit iuuamentum quod euenit in restauratione virtutis, quàm sit nocumentum eueniens ex aliqualiter auctis symptomatibus. Vbi verò in febribus putridis accidentia ægrum inquietarent, adhuc stante debilitate virtutis, vinum non dabo: ab eo etenim in tantum possent accidentia concrescere, ut æger necaretur. Quòd si illi debilitati virtutis cum sæuitate accidentium volueris succurrere: alia inueniemus ingenia paulò infrà dicenda.* Potus igitur febricitãtium febre putrida conueniens sit *aqua hordei non multæ decoctionis, vel aqua decoctionis seminũ endiuiæ, seminum lactucæ cum vino granatorum, vel iulep violatę. Quod si in huiuscemodi febribus adhuc virtus sit resoluta cum sæuitate accidentium: laudo potum iuris pullæ macræ, cuius decoctio nõ sit multum longa: eo enim iusculo alterabitur mala*

 *complexio*

*complexio calida, & virtus confortabitur nutrimento æquali. Potus autem febrientis, vbi febris fortior est syncope, quod ex pulsu vehementi discernes, est vinum granatorum cum aqua buglossæ, succus de ribes, succus acetositatis citri, quæ & caliditatem remittunt, & cordialia sunt. Potus verò conuenientissimus in febre acuta continua, est aqua hordei: & ideo iste potus non permutetur. Aqua verò hordei est multiplex ratione decoctionis: ideo non approbo, vt febrienti cum cibo detur aqua hordei multæ decoctionis, quia hæc cibum corrumpit multa hordei virtute: aqua verò hordei, quæ cum cibo, & extra cibum conceditur continuè febrienti, sit pauca, vel mediocris decoctionis, quia tunc & sitim sedat, & totum corpus refrigerat atq; humectat. Potus etiam febrientis conueniens est vinum granatorum medii saporis, nisi obstante pectoris ægritudine, aut stomachi debilitate: quia tunc possumus dare aquam endiuiæ cum iulep violato, aut alio potu conuenienti vti possumus, vt est sequens: Recipe seminum endiuiæ, plantaginis, acetosæ, lactucæ ana dra. iij. bulliant in quatuor lib. aquæ limpidæ vsq; ad consumptionem medietatis: deinde coletur, & colaturæ adde vini granatorum vn. iij. iulep violati vn. ij. iterũ lento igne bulliant quousq; elongetur iulep. Nec turberis, quod nonnulli cõcedant, in febre quotidiana, vel quartana vinum esse idoneum: quoniam hoc est abusiuum: cùm & ipsæ febres sint, & putredinem habeant. Ideo in e[illegible] vino etiam neglecto, poterimus talem potum exhibere: Recipe radicum feniculi petroselini, buglossæ, endiuiæ ana vnc. i. bulliant in lib. iv. aquæ currentis claræ, vsq; ad consumptionem medietatis: deinde coletur: & colaturæ adde succi pomorum dulcium, vini granatorum dulcium ana vnc. ij cinnamomi electi drac. s. & iterum lento igne bulliant cum sacchoro, vsq; quo fiat iulep longum maximè conueniens in febribus quarum causa est materia frigida, vt pituitosa, vel melancholica. Et hæc de potu febricitantium in genere dicta sint.*

## *De Somno.*

*In hora paroxysmi principii particularis, expertum est, somnum febrienti admodum nocuum esse: ideo ab eo tunc cauendum. Ratio est: quoniam in principio paroxysmi, retrahitur calor ad interiora & materia submergitur: in somno verò idem calor retrahitur, & ad interiora vertitur. Quo fit, vt duæ sint causæ submersionis caloris naturalis: vna somnus, altera principium*

cipium paroxysmi: ex quo facile principium paroxysmi prolongaretur; & timor esset, ne calor naturalis propter multos modos submersionis eius, in principio paroxysmi suffocaretur. Ideo tunc omnino cauendus est somnus. In augmento verò particulari paroxysmi febr..., simpliciter prohibendus est somnus. Ratio est, quoniam in hora augmenti fit expansio caloris ad exteriora: in somno verò fit retractio caloris ad interiora, & sic ex somno, in augmento posset reddi principium paroxysmi. Dico hoc verum fore, quando virtus in febre fuerit obruta à prauis humoribus. Vbi vero natura prauos humores in febre vicerit: tunc in augmento, & maximè in vltima parte augmenti, poteris somnum concedere febrienti: & in statu similiter. Et hoc dixit Princeps prima quarti, & quarta primi dicens, & fortè apud statum non nocet. Et hæc sententia est Galeni secundo aphorismorũ, commento primo, illius aphorismi, in quo morbo somnus laborem præstat, &c. vbi ait: quòd si fuerit virtus victa à prauis humoribus in augmento, & statu paroxysmi non concedes somnum, cum ex eo mala sequantur symptomata, dolor capitis, inquietudo, vertigo, & mentis alienatio: vbi vero iisdem temporibus virtus prauos vicerit humores, concedatur somnus quoniam tunc virtus fortis benè concoquet prauos humores. In declinatione verò somnus conuenit iuxta illud Principis: & in declinatione somnus plurimum iuuatiuus est. Hortor igitur vos, ne in febribus, in quibus praui humores virtutem obtinebunt, in temporibus particularibus febrium principii, augmenti, & status, concedatis somnum: in declinatione verò non inconueniet somnus.

## De Vigiliis.

In temporibus vniuersalibus febris, non sinatis vigilias adaugeri: quoniam propter vigiliam superfluam admodùm debilitantur spiritus animales: quo fit, vt illi non rectè deseruiãt virtuti animali & sic in febribus ex superflua vigilia plerunq; contingunt deliria & paraphreneses. Tum etiam quoniam in vigilia spiritus sunt in continuo motu: ex motu verò calefient, & inflammabuntur: quo fit, vt humores eadem inflammatione inflammentur & incendium addatur augmento febris.

## De Exercitio.

Cum corpus febriens localiter moueri non possit: loco exercitii ordinentur frictiones totius corporis. Non fiat autem hoc, nisi

*nisi corpore praeuacuato: quoniam non euacuato corpore, facilè ex frictionibus agitabuntur humores, & materia febris: unde febris, & symptomata augmentabuntur.*

## De Inanitione & Repletione.

*Certum est, cùm febris putrida sit ægritudo ex repletione. quòd inanitio ipsam curabit: t este Hippocrate secundo aphorismorum aphorismo xxij. Hortor igitur vos, ut omni tempore febris, corpus teneatur euacuatum, seu inanitum: quia omnis tunc eius repletio est mala; cùm ægritudo ex repletione adaugeatur repletione.*

## De Accidentibus animæ.

*Gaudeat æger, & non tristetur: gaudeat cum gaudentibus præcipuè cum medico, offerendo ipsi cerebrò pecunias, quoniam citius sanabitur.*

## CAP. VI.

## De cura febris putridæ continuæ acutæ, per materiæ concoctionem.

OBseruabis in hac cura: si morbus fuerit continuus, acutus, & furiosus (*quod ex accidentium sæuitate, & multum aucta vehementia dignosces: ut ex capitis dolore, siti intolerabili, inquietudine, & totius corporis fastidio*) irregulari curatione materiæ digestionem non exspectamus, sed sine cunctatione materiam euacuamus.

Quòd si materia non sit furiosa, sed ex modo suæ substantiæ cum facilitate educi possit: tunc ante digestionem euacuare licebit, vt contingit in materia subtili, ad motum apta. Quam sententiam, & Auicenna, & Galenus secuti sunt, in libro Quãdo, & qualiter euacuare oportet.

In materia igitur furiosa, non præcedente digestione, sequenti pharmaco vtere: *Recipe mannæ granatæ electæ z n. ij. vel floris cassiæ nouiter tractæ drach. vij. reubarbari optimi, & electi drac. ij. spicæ gran x diaprunis solutiui scrup. iiij. Infundatur reubarbarum cum spica in aqua endiuiæ, cum modico, vini albi odoriferi ad x. horas Deinde fiat fortis expressio, & omnia simul dissoluantur cum decoctione communi florum, & fructuum, quantum sufficit, cum qua bulliant tamarindorum unc. s. & fiat potus.*

Quòd

Quòd si ægritudo non fuerit furiosa, & materia ex modo substantiæ suæ obediens erit euacuationi, & non rebellis: non exspectata digestione euacuabimus eam sequenti pharmaco: *Recipe mannæ granatæ electæ unc. ij vel cassiæ nouiter tractæ unc i. electuarii ros. Mesuæ drac ij. misce, & fiat bolus cum saccharo: vel dissoluantur cũ aqua decoctionis tamarindorum, ac florum, & fructuum quantum sufficit.*

Quòd si materia non fuerit furiosa, & non obediat, & ex modo suæ substantiæ det nobis inducias ad digerendum: consulo, vt præcedente enemate lenitiuo, incipias materiam ipsam digerere. Enema lenitiuum tale est: *Recipe hordei non excorticati, vt meliùs abstergat. foliorum maluæ, vi lariæ ana M. ij. bulliant in sufficienti quantitate aquæ, usq; ad consumptionem medietatis: deinde de colatura recipe lib i. sacchari rubri un. iij. olei violati uni. ij. vitellum oui nu. i salis communis drac ij. misce & fiat clystere.*

Postea verò digeratur materia: & moneo, vt in digerendo materiam consideres substantiã materiæ peccantis, & qualitatem eiusdem. Si enim substantia materiæ fuerit subtilis (*quod ex vrinis ad citrinitatis, & subtilitatis gradum tendentibus cognosces, itemq; si visus penetret per omnes partes vrinæ*) tunc procedemus cum syrupis ingrossantibus *vt syrupo violato, iuiubino, de endiuia Gentilis, id est, syrupo composito, syrupo de succo endiuiæ cum aquis appropriatis, vt plantaginis, endiuiæ, acetosæ.* Si autem materia fuerit substantiæ grossæ, cum syrupis materiam subtilian- tibus, *vt oxyzaccara, syrupo acetoso simplici, syrupo de endiuia, qui valet in vtraq; materia.* Secundò considera qualitatem materiæ peccantis. Et quia materia peccans est calida, ideo semper syrupi sint infrigidatiui, non vltima infrigidatione; quia prohiberetur resolutio, & digestio per incrudationem humorum: sint ergo frigidi, non tamen vltimo frigidi. Tertio considera, quòd in digerenda materia in febribus istis, attendere debes ad confortationem principalium membrorum: hepatis maximè, quod est minera generationis humorum: & cordis, quod fundamentum, & radix est vitæ.

Vbi igitur materia subtilis esset, & calida, valet syrupus sequens: *Recipe syrupi violati, syrupi de endiuia, de succo acetosæ ana vn. s. aquarum buglossæ, cichorii, acetosæ, ana vnc. i. misce*

*misce. Syrupus violatus remittit acuitatem caloris præternaturalis, & est cordialis. Syrupus de endiuia remittit caliditatem præter naturalem, & hepar confortat. Syrupus de succo acetosæ valet pro corde, & mirè prodest in febribus incensiuis.*

Syrupus in materia febrili, ad grossum declinante, is est: *Recipe syrupi acetosi simplicis, syrupi de endiuia ana drac. vi. aquarum buglossæ, cichorii, endiuiæ ana vn.i misce.*

Tempore verò eo, quo fit digestio materiæ, consulo, ne venter ægri stipticus seruetur: sed quotidie si natura non est mollis aluus, tamen arte lenitio custodiatur. Clysteria autem sint lenitiua solùm, & præparantia ad euacuationem materierum exsistentium in viis latis: nõ autem attractiua sint à longinquis. Quia cùm materia, exsistens in venis, sua subtilitate sit ad motum parata: ex hisce acutis clysteribus agitata materia ad periodũ moueri posset. In clysteribus itaq; non ponatur *hiera nec simplex, nec composita, nec electuarium aliquod solutiuum, nec olea multum attractiua, & calida: nam vltra hoc, quod attrahendo, materiam agitant, totius etiam corporis calorem augent.* Sint verò enemata ex decoctione rerum lenientium tantùm, *vt de herbis, malua, bismalua, violaria, blitũ spinachia, caulis: & similia ad frigidum, & humidum declinantia.* Non negabimus *cassiam, si fortis fuerit stipticatio, neq; mel violatum, neq; rosatum* Sed si venter obediet lenitionibus, contentus ero *decoctionibus apponere saccharum duarum coctarum, oleum violatum, mel violatum, cum vitello oui, & sale, secundum modum prius dictum.* Hoc autem enema quotidie fiat, nisi aliunde ventris lenitio fiat: quia scimus quòd superfluitates primæ digestionis fouent causas febris, & coniunctas, & antecedentes.

Quòd si patiens enemata abhorret, alio ingenio moliamur ventris lenitionem. Et sic consulo, vt omni mane ante cibum capiat infrascriptam decoctionem, ad quantitatem vn. iij. quolibet mane: *Recipe iuris pulli sine sale, & sine aliqua pinguedine vn.* vi. *carnium prunorum damascenorum numer.* v. *passularum enucleatarum vn. s. bulliant simul vsq; ad medietatem iuris: deinde coletur sine expressione, exhibeatur ante cibum per vnam horam.* Vel fiat etiam hoc: *Recipe aquæ claræ vnc.* vi. *cassiæ fistulæ cum toto cortice, & medulla vnc. s. frangatur cassia per portiones. Bulliant in prædicta*

*dicta aqua ad tertiam partem: coletur, & colatura tepida exhibeatur modo prædicto.*

Considerandum, quod præsens digestio in hac febre cõtinua acuta debet fieri à primo die inceptionis febris, vel à die secundo, post euacuationem minoratiuam, vsque ad septimum diem. Quod si vrgeat necessitas euacuationis: non habebis excusationem sexto die ad exhibendam medicinam eradicatiuam. Quod si necessitas non viget, caue ab exhibitione pharmaci die sexto: quia posset materia moueri ad crisim sexto: & tunc forte impediretur motus crisis, quem natura intendit septimo: & tunc ab exhibito pharmaco tantum natura debilitari posset, vt aduentante crisi septimo, virtus non sustineret pugnam morbi. Neque septimo euacuare debes; quia est dies crisis, quo nihil agendum.

Octauo vero præparabis te ad euacuationem materię, apparentibus signis digestionis: quibus, & qualibus, dicam postea. Euacuatione facta, si videris multum materiæ indigestæ relictum fuisse: propter quod febris suum acumen continuaret: iterum præparabis te ad digestionem iteratam. Syrupi secundæ digestionis sint non solũ alteratiui complexionis calidæ, & siccæ, sed & aperitiuĩ viarum, & oppilationum remotiui, à quibus febris ipsa fouebatur per fomentum putridum.

Syrupus conueniens in digestione est talis: *Recipe syrupi dinarii scilicet bisantini, syrupi de endiuia ana drach.* vi. *aquarum absinthii (in quacunque febre chronica, & acuta, post septimum appone absinthium, quia stomachum confortat, & hepar, & choleræ acuitatem remittit) buglossæ, cichorii ana vnc i. misce.* Et sic continuabis hanc secundam digestionem in materia faciente febrem acutam: obseruatis his, quæ prius dixi, scilicet quod venter quotidie leniatur. Neque patiens in digerendo materiam sit solicitus, ac cupidus in comestione alicuius rei, vel in potu, impediente digestionem, *vt succi fructuum, scilicet cucumeris melonum, citrulorum, cucurbitarum: quia prohibent resolutionem, & materiæ digestionem impediunt.* Apparentibus autem signis digestionis facta euacuatione die octauo, consulo, nisi vrgentissima fuerit necessitas euacuationis eradicatiuæ, vt ipsa non fiat post de-

cimum-

cimumquartum : vrgente necessitate euacuationis, fiat duodecimo, quia non est dies periculosus. Quod si dies duodecimus maioris inquietudinis esset, & coactus esses eradicatiue euacuare : nolo desistas, sed consideres horam aduentus exacerbationis: per septem horas ante, eodem die euacuare poteris, vel in fine duodecimi diei hæc sunt pro intentione digestionis. Quod si coactus esses vltra prolongare digestionem, secundum ordinem prolongationis febris, intentio magis sit ad aperiendum, quam alterandum : quia longa actione caloris putredinalis materia illa erit incinerata, & facta melancholica: quare indiges maiori apertione, quàm infrigidatione. Et sic syrupi tui erunt, *syrupus de duabus radicibus, syrupus de quinque radicibus, syrupus de lupulis, syrupus de pomis compositus, & similes aperitiui syrupi, cum aquis appropriatis, aqua feniculi, apii, lupulorum, semper addendo aquam buglossæ, ratione cordis.*

## CAP. VII.

## *De cura febris putridæ continuæ acutæ, per euacuationem materiæ.*

ET non te lateat, quod euacuatio in huiuscemodi febrib. fieri potest duplici ingenio aut : phlebotomia, aut pharmacia. Bene igitur considera, num in huiuscemodi febre continua acuta conueniat phlebotomia: & quia in pluribus in principio ægritudinis fieri debet : (quia euacuatio est vniuersalis) moneo, vbi vocatus es, vt signa phlebotomiæ consideres: quæ sunt, ætas iuuentutis, cõplexio sanguinea, tumor faciei, ac oculorum inflatio cum rubedine, venæque in oculis tumentes, & apparentes, caliditas in toto corpore, consuetudo ad phlebotomiam: si horum plura signa adsint, cum vrina rubra grossa, febrientem phhlebotoma ex basilica lateris dextri, cnm extractione sanguinis, tenore virtutis obseruato. Dato quod vrina non esset grossa, rubra, vel citrina, attestans dominio choleræ : considera num corpus sit iuuenile, musculosum, sanguineum : tunc non obstante dominio choleræ, phlebotomare poteris, non tamen copiose

piose solus ac si peccaret sanguis, vel cholera sanguini permixta. Vnum tamen dico, si febriens cōtinua acuta tibi occurrit, ætate & virtute consentiente: à principio ipsum phlebotomando, non peccabis; quia minera intra venas est, & venæ sectio à venis non sanguinem solum, sed etiam alios humores, putrefieri aptos, peccantes educet. Hoc igitur generale sit præceptum, quod in febre acuta continua, à principio, & maxime tertio die phlebotomabis ægrum, quia tunc materia peccans bene permixta est sanguini. Quod si sanguis peccaret vel per se, vel cum alio humore, copiose phlebotomare audacter potes.

Facta phlebotomia digestionem incipies secundum modum dictum. Adueniante die euacuationis primæ iam dictæ, dabis febrienti medicinam sequentem, precedente lenitiuo enemate, vel ventris lenitione, vel alio ingenio celebrat: Quia corpora quę euacuare velis, oportet fluxa facere: ℞ *carnium prunorum damascenorum numero x. tamarindorum vn. s. iuiubarum sebesten ana numero xv. passularum enucleatarum vn. s. quatuor florum cordialium, buglossæ, borraginis, rosarum, violarum ana drach. ij. liquiritiæ mun. à drach. iij. bulliant in sufficienti quantitate aquæ vsque ad consumptionem medietatis: deinde colentur: cum colatura dissolue mannæ electæ vn. ij vel florum cassiæ nouiter tractæ drach. v. reubarbari electi drach. i s. spicæ gran.* vii. *infundatur reubarbarum cum spica secundum artem per nouem horas: diaprunis solutiui, electuarii dactylis ana drach i. dissoluantur omnia & fiat potus: qui exhibeatur duabus horis ante lucem, dormiat super ipsum per duas horas, vel vnam cū dimidia: deinde vsque per totum tempus* vi. *vel* vii. *horarum maneat vel in lecto, vel in camera deambulando, si potest, clausis fenestris.*

Finita ac completa actione medicinæ (quod ex siti, & somni aduentu dignosces) dabis ei *lotium aquæ hordei ad vnc.* v *vel iuris pulli sine sale cum modico sacchari abstersiui, id est, sacchari duarum coctarum.* Lotiue sumpto per horā dormiat: quia somno corroborantur vires corporis euacuatione debilitatæ. Postea sumat prandium secundum modum superius diætæ ordinatæ.

Sequenti die per tres horas ante cibum fiat sequens enema

nema lotiuum tale : *Recipe aquæ hordei vnc.* x v. *sacchari duarum coctarum vn.ij. vitellum oui numero i. misce, & fiat clystere.*

Quod si, medicina exhibita, non absoluatur patiens à febre : accedes ad secundam digestionem residui materiæ peccantis, vt diximus, dando syrupos appropriatos. Apparentibus vero signis digestionis materiæ, consulo, vt iterum purgetur materia sequenti medicina : *Recipe diacatholici drach.* vi. *electuarij rosati Mesuæ drachm. ij. agarici electi scrup iiij. zinziberis, salis gemmæ, si non affuerit impedimentum ex parte pectoris, ana gran. iij. reubarbari electi drachm. i. s. spicæ gran.* v. *infundatur agaricus cum suis correctiuis in oxymelle simplici per nouem horas : similiter reubarbarum infundatur in aqua endiuiæ, & modico vini albi odoriferi quantum sufficit per totidem horas : deinde fiat fortis expressio & cum decoctione communi florum & fructuum quantum sufficit dissoluantur, & fiat potus: qui exhibeatur duabus horis ante lucem, modo assumptionis medicinarum ante & post, supradicto.*

Si vero ab hac secunda digestione, & euacuatione materiæ, patiens à febre non absoluatur : consulo, vt tertia vice digeratur materia suis syrupis prædictis. Deinde purgetur materia sequentibus pilulis : *Recipe pilularum aggregatiuarum scrup. ij. agarici trochiscati scrup. i. reubarbari electi scrup. s. diacrydii gran. i. misce cum syrupo violato. fiant pilulæ num.* v. *Exhibeantur mane per duas horas ante lucem. Et scias quod hæ pilulæ conferunt in febrium declinatione vniuersali: quia sunt magis euacuatiuæ humorum grossorum, qui per incinerationem facti sunt.*

Quod si his pilulis adhuc non liberatur æger à febre: credatis mihi, quod materia non solum peccat qualitate sed etiam modo substantiæ : scilicet quia materia ex processu febris erit incinerata, & ingrossatum est, & veluti in cinerem redactum, quoddam caloris putredinis fomentum. Et ideo consulo, vt in processu vtamur aperitiuis fortibus, non negligentes tamen extinctionem putredinalis caloris.

Præterea cum longo, diuturnoque tempore febris præterito, æger vehementer debilitatus est: recte procedemus digerendo & aperiendo potius quam euacuando,

do. Idq; cum cibis medicinalibus, quibus notabilis viarum apertio fit: & ducitur materia ad vias vrinæ, vel sudoris, vel alterius cuiusdam euacuationis insensibilis. Quòd si illis præparetur materia ad viam secessus leui quadam medicina: si non semel, pluribus tamen vicibus facilem viam habebit ad euacuandum. Consulo igitur, quolibet mane æger ante diluculum capiat sequentem potionem, per septem, vel nouem dies continuos: *Recipe radicum feniculi, radicum petroselini radicum apii, radicum buglossæ, radicum endiuiæ, ana vnc s. cicerum rubrorum vn. i. bulliant omnia in sufficienti quantitate iuris pulli ad medietatis consumptionem deinde colentur: & colaturæ adde syrupi de cichorio cum reubarbaro vn. i. si reubarbarũ abhorret, locò eius exhibe syrupum bisantinum, vel syrupum de duabus radicib. Quo iure hausto, statim pannis se cooperiat, vt dormiendo, si possibile est sudor prouocetur. Si sudor nõ prouocetur, notabilem operationẽ per vias vrinæ videbis.* Assumpto hoc iure, si ad secessum materiæ declinẽt, exhibeto pilulas sequentes: *Recipe pilularum aggregatiuarũ, agarisi trochiscati ana scrup i. diacrydii gran i s. misce, cum syrupo violato, fiant pilulæ num. iij.* Nota: *agaricus tardæ operationis est, & aliarum medicinarum, quibus admiscetur, operationem tardat. Ideò addidi diacrydium, quod tarditatem operationis remouet. Hæc pro secunda intentione euacuationis dicta sint.*

## Cap. VIII.

## *De his quæ confortant membra principalia, & his seruientia.*

PRo hepate confortando, quia post tot, ac tantas euacuationes in eo relinquitur mala complexio calida, ad hanc auferendum epithemate extrinsecus vtendum, & vnctionibus. Pro quo diligentissimè obserua, à principio earum febrium, pendentium à materia, ipsa materia nondum euacuata, epithemate hepati nullo modò applicanda esse. Errant igitur, qui secus faciunt: nam materia intus frigiditate compingitur: quod facit ad maiorẽ indigestionem, & maiorem oppilationẽ. Interdum tamen, si à

principio istius febris fuerit cauma humorum, vt ab intensissimo calore virtutem deficere timeas; excusaberis, si à principio epithemata frigida applicabis: maius enim febrienti iuuamētum eueniet in conseruanda vita, quàm nocumentum ex prolongatione febris.

Erit igitur Epithema hepatis tale: *Recipe aquarum rosatæ, hepaticæ, solatri, endiuiæ, acetosæ, ana unc. [illegible] aquæ ab[illegible] thii vnc. iij specierum ceroti triasandalini vnc. i spic. gr. [illegible] x. spodii drachm. i s aceti optimi vn. iij. puluerizentur puluerizanda, misce pro epithemate hepatis. Quod epithema sic fiatur, primo vnica forti ebullitione bulliant vt medicinarum virtutes ingrediantur aquas: deinde infrigidatæ omnibus [illegible] defiat petia linea in isto liquore, & manu compressa teneatur fortiter donec caliditatem manus accipiat, & hepati applicetur: tandiu vero maneat, nec diutius, donec calefieri cœperit & iterum remoueatur: & sic mane & vesperi ante cibum [illegible] epithema applicetur.*

Vnguentum quo epithematis loco inunges hepar ad confortandum, sequens erit: *Recipe vnguenti sandalini [illegible] frigidantis Galeni, olei spicæ ana vn. s misce.*

Et nota, cum renes comitentur hepar, per venas magnas ab hepate venientes, eadem caliditate: his quoque epithemate succurrendum: magis tamen consuetum est, & obseruandum, vt solo dicto vnguento renes inungantur.

Porrò cùm hepar nō modo per exterius applicata confortetur, sed etiam per ea, quæ interius sumūtur: ob eam rem laudo, vt patiens in declinatione febris infrascripta vtatur mixtura: *Recipe diarrhodon Abbatis, vel descripti [illegible] communi, triasandalorum ana vn. i diabuglossati vn. s [illegible] cum syrupo bisantino, fiat electuarium: de quo duabus horis ante cibum, magnæ castaneæ quantitatem sumito*

Cordi vero succurremus confortantes per ea, quæ extra applicantur, & intra sumuntur. Nec te fugiat in praxi, in principio febris acutæ, epithemata cordi applicare non esse peccatum. Quia cor est vitæ fons, & originum quod in corde non est materia humoralis faciēs febrem, quæ ratione frigiditatis epithematis possit compingi intus, vt erat in hepate. Nota etiam quod cordis epithemata non debent esse multum eleuata in frigido: quia membrum

membrum natura calidum, quantumuis calida ægritudine laborans, intense frigida non patitur: quia vltra hoc, quod malã complexionẽ calidam corrumpit, periculum esset de naturalis cordis caliditatis extinctione. Ideo frigidiora epithemata hepati per calidum lapso magis conueniunt, quàm cordi, cæteris paribus. Neq; hepati sola intense frigida applicare condecet; *ideo in epithemate hepatis posui aquam absinthii, & spicam, vt aliorum frigiditatem frangerent, hepatisq; substantia magis confortaretur.*

Epithema cordis tale est: *Recipe aquarum rosata. borraginis buglossi, acetosæ, melissæ endiuiæ ana vnc. v. florum buglossæ, florum borraginis, rosarum rubrarum ana dra. i. s. sandalorum albo. & rubrorum ana drach. i. been albi ossis de corde cerui ana scrup. ij. camphoræ, si fortis est inflammatio, gran. vi. croci scrup. i. vini maluatici, aceti optimi ana vn. iiij. pulverizentur pulverizanda, misce pro epithemate cordis.*

Pro pauperibus sequens vnguentum conuenit *Recipe olei nenufaris citrinæ vn. ij. pulueris florum nenufaris citrinæ dra. ij. sandalorum rubrorum, corallorum rubrorum, seminum acetosæ ana scru. i. magaritarum ligni aloës, ossis de corde cerui ana scrup. s. camphoræ gran. iij. ceræ albæ, lotæ aqua nenufaris citrinæ, quantum sufficit: pulverizatis pulverizandis, cum modico ceræ alb. fiat vngentum pro corde, ante cibum. Valet in omni anxietate cordis.*

Fit quoque cordis confortatio his, quæ intro sumuntur. Conueniunt autem *conditum acetositatis citri syrupus de ribes, saccharum rosatum, saccharum violatum, diabuglossatum diaborraginatum, conficiendo electuarium tale: Recipe diaborraginati, diabuglossati, sacchari rosati ana vn. s. conserua acetositatis citri vn. i. specierum aromatici rosati drach. i. s. misce, cum syrupo de ribes fiat electuarium, folio auri tectum.*

Confortamus simul liter hepar, & cor infrascripto electuario: *Recipe diabuglossati, sacchari rosati ana vn. i. s. specie um diarhodon abbatis, specierum tria sandalorum ana dr. i. s. misce, cum syrupo acetositatis citri fiat electuarium. cui adde folia auri numero v.*

Poterimus, loco electuarii, exhibere confectionem in rotulis: *Recipe specierum aromatici rosati, specierum tria sandalorum diarhodon Abbatis, ana dra. i. s. sacchari optimi, dissoluti in aqua rosata, & buglossæ, quantum sufficit. fiat confectio in rotulis.*

Confortantia stomachum, & intestina sunt, quæ Interius sumuntur, & Extra applicátur. Quæ intrò sumuntur in causa frigida confortantia stomachum, ne declinent ad intensiorem gradum caloris, propter febrem, *ut diacitoniten cum saccharo & speciebus, mel rosatum colatum, syrupus de mentha, in quo non est multus gradus caliditatis.* Quòd si timemus caliditatem rei exhibitæ, temperabimus aliquo syrupo frigido *ut syrupo de citoniis.*

Confortatio stomachi in causa calida non debet institui per summè frigida, ne impediatur concoctio: *ut Recipe diacitoniten sine speciebus cum saccharo, sacchari rosati ana unc. i. misce, cum syrupo de mentha fiat electuarium.* Si cognoueris febrilem calorem remissum, in declinatione febris manifesta; non malum est prædicto electuario miscere *drach. i. specierum aromatici rosati. De quo electuario assumat quotidie per duas horas ante cibum ad quantitatem magnæ castaneæ.*

Quòd si ob caliditatẽ stomachi à calore febrili corruptam, in stomacho multiplicentur superfluitates, & in intestinis, quæ continuò in flatus conuertantur: bonum erit, relicto priori electuario, uti infrascripto: *Recipe specierum diagalangæ, aromatici rosati, diatragacanthi frigidi ana drach. i. sacchari quantum sufficit, dissoluti in aqua menthæ: fiat confectio in rotulis drach. ij. pro qualibet. Eadem confectio prodest doloribus stomachi, & intestinorum: qui plerunque contingunt in febrium declinatione. Et immediatè post eius assumptionem, bibatur aliquantulum de iure pulli decoctionis ansorum. Quòd si dolores stomachi & intestinorum superuenerint non stante febre, post ipsam confectionem, modicum vini maluatici bibere prodest.*

Exterius confortant stomachum, vel inunctiones, vel fomentationes. Fomentatio stomacho debilitato conferens, & ventoso, in febrium declinatione. & stante adhuc febre, si vrgeret necessitas, talis est: *Recipe florum camomillæ, rosarum rubrarum, menthæ siccæ. absinthii ana M. i. calefiat tegula, & irroretur optimo vino albo, & odorifero: deinde madefiant herbæ super ipsam: & sic stomacho applicentur mane & vesperi remouendo ante cibum.*

Vnguentum confortatiuum stomachi, stante febre, & post, tale est: *Recipe olei spicæ, olei masticis, olei citoniorum, olei*

*olei absinthii, ana vn.i nucis muscatæ, ligni aloës, caryophyllorum macis ana drach. s. corallorum rubrorum, rosarum rubrarum ana drach.i cinnamomi electi scrup.ij.musci fini, gra. iij.pulverizentur pulverizanda: cum modico ceræ fiat vnguentum molle: quo calido inungatur stomachus mane, & vesperè ante cibum.*

Et hæc de curatione febrium continuarum acutarum.

## CAP. IX.

## *Ad succurendum accidentibus febris continuæ acutæ.*

QVoniam vt plurimum in omni febre putrida acuta, contingunt accidentia sæua, plerunq; trahentia ad securam: ideo est vtile plurimum & ægrotanti, & medico, illis accidentibus succurrere.

### *Ad Sitim.*

Primo quippe febriens quandoq; siti clamosa infestatur: quæ sedatur, si febriens crebro bibat duos, vel tres haustus sequentis iulepi: quo ipsi etiam febri iuuamentum præstatur: *Recipe seminum endiuiæ, acetosæ, plantaginis ana drach. ij. seminum citoniorum drach. iij. quatuor seminum communium frigidorum ana drach.i. bulliant omnia in sufficienti quantitate aquæ fontis claræ, vsq; ad consumptionem medietatis: deinde coletur sine expressione: & colaturæ adde vini granatorum acetosorum vnc.i.s. succi acetositatis citri, sacchari candidi, ana vnc.i. s. Iterum lento igne bulliant & fiat iulep longum.*

Ad idem, multum expertum est conferre, si febriens in ore teneat lambendo frequenter de sequenti mixtura: *Recipe mucilaginis seminum citoniorum vn.ij mucilaginis seminum maluæ vn.i pulverum diatragacanthi frigidi sacchari candi ana drac.ij sacchari albissimi quantum sufficit, & fiat looch molle.*

Ad idem, expertum est, & optimè valens in tussi, & difficultate anhelitus, si febriens ferè continuò teneat in ore frustum sequentis liquiritiæ sensim masticando ipsum: *Recipe glycyrrhizæ mundæ, & bene rasæ, & per frusta*

*diuisæ vn. ij. passularum enucleatarum vn. i. seminum citoniorum mundatorum vnc. s. sacchari candi vn i. misce, & bulliat in sufficienti quantitate aquæ, vsque ad consumptione medietatis: demum vsui reseruetur modo dicto Ex iisdem quoque rebus potes conficere cum saccharo albissimo loch molle, de quo patiens portiunculas teneat in ore lambendo.*

Ad idem, expertum est, dare patienti de infrascripta mixtura: *Recipe succi costarum lactucæ, succi semperuiuæ, succi limonis ana vnc. ij. mucilaginis seminum citoniorum, sacchari candi ana vnc. i. & cum saccharo albissimo fiat loch molle.*

Si fuerit sitis valde clamosa, sicut in causone inflammatiuo contingit, *patienti febrem cum siti illa clamosa concedatur potus multæ aquæ frigidæ; obseruatis conditionibus recitatis à Galeno in primo artis curatiuæ ad Glauconem; & ab Auicenna prima quarti: inter quas debetis obseruare, vt dixit Princeps, ne febricitantis ventriculus in virtute concoctiua sit imbecillis admodum.*

Ad idem expertum est, si totum guttur extrinsecus inungatur sequenti oleo: *Recipe olei de floribus salicum, de floribus cucurbitæ, violati ana vn. ij. diluantur hæc olea aquâ fontis frigida, & sæpius die eodem inungatur guttur, vt dixi.*

Attende, *quòd cum omnibus his dictis semper potus ægrotantis sit, vel aqua hordei non multæ decoctionis, vel aqua cocta cum succo granatorum & omnino parcat vino.*

Ad idem est expertum, si patienti mane & vesperi ante cibum *fomententur extrema à genu infra, & à cubito infra, aquâ dulci simplici & calida: fiet enim nedum euaporatio humidi vaporis ad superiora verùm & tractus vaporum calidorum à superioribus ad inferiora.*

Attende tertium, *quòd de maximè sedantibus sitim in febribus est, euacuare causam sitis; quæ secundum plurimum est in stomacho defluxa tamen ab hepate Et ideo hortor vos, et aliquando, adhuc non concocta materia, condonetis ægrotantis modicum floris cassiæ, vel tamarindorum, vel mannæ: quorum virtus est euacuatiua tantùm materiæ exsistentis in ventriculo.*

Præterea ad sedandam sitim in febribus, vtile remedium est, *si frigida continuò coquantur cum cibariis, vt est lactuca, plantago portulaca, semina melonũ, & alia semina communia*

*munia frigida: condianturque secundum plurimum cibaria succo granatorum, vel agresta, vel limonum: inter omnia tamen delectabilius extinctiuum sitis, est succus acetositatis citri.*

## *Ad Vigilias.*

Quandoque febri iungitur aliud accidens, satis horrendum, quod est instantia vigiliarum, propter quam spiritus resoluuntur, & virtus debilitatur: ex qua instantia vigiliarum pleruunque febriens deducitur ad deliria, ad inquietudinem, & ad mortem. Ideo hortor vos, vt procuretis abolitionem omnino instantiæ vigiliarum: primo incipiendo a debilioribus prouocantib. somnum, vt virtus melius assuescat fortioribus, & sic non terreatur. Ideo in primis, & ante euacuationem, & post, expertum est, lotiones extremitatum admodū prodesse, maxime factas vesperi post cibum: his enim lotionibus vapores frigidi & humidi, cum vaporibus cibi deferuntur ad cerebrum: eiusdem quoque sua caliditate actuali auertuntur vapores calidi, & sicci, qui à minera putredinis ascendebant ad cerebrum, & somnum prohibebant, eius causam auferentes. Potio vigilantium erit sequens: *Recipe florum camomillæ, anethi nenufaris, violarum ana M. ij. capitum papaueris albi numero decem, foliorum lactucæ, vitis, cannabium, salicum ana M. i. & hoc, si folia ista inueniri potuerint; si non, sis contentus prædictis: bulliant omnia in sufficienti quantitate aquæ currentis vsque ad consumptionem medietatis, deinde colentur, & colatura vsui seruetur. Vbi volueris decoctionem istam fortificare, adde seminum iusquiami albi vnc. s. corticum radicum mandragoræ vnc. i. s. Hortor semper vos, vt in prouocatione somni primum tentetis ea, quæ exterius applicantur, quoniam prouocatiua somni per interius non sunt sine timore.*

Ad idem, quacunque hora non poterit aliquis dormire, sequenti vnguento inungantur tempora, & sub naribus, & pulsus manuum & pedum, cum plantis eorum: *Recipe vnguenti populeonis, olei nenufaris ana vnc. s. croci, opii, ana gran. iij. misce, & fiat linimentum.*

Ad idem, expertum est, & mirabile in prouocatione somni, si patienti instantiam vigiliarum, abluantur aures, &

M 5

res, & maxime pulpæ earum, & nares, sequenti vino: *Recipe vini albi dulcis vnc. vi. seminum iusquiami albi drac. ij. Bulliant vsque ad consumptionem medietatis vini, quo inungantur aures, & nares, & æger omnino dormiet.*

Ad idem, expertus est sacculus iste sequens, si naribus applicetur: *Recipe seminum lactucæ, nenufaris, papaueris albi, iusquiami albi ana drach. ij. corticum radicum mandragoræ drach. i. contundantur, & ponantur in sacculo: & bulliant in aqua lactucæ, aqua nenufaris, vini albi odoriferi ana vnc. iiij. certè si patiens huius sacculi odorem continuabit omnino dormiet.*

Ad idem: *Recipe florum nenufaris quantum expedit ad conficiendum plumaceolum, seminum iusquiami albi vnc. ij. misce, & conficias plumaceolum, super quod æger capite cubet.*

Ad idem, expertum est, si post cœnam, cum patiens cubare voluerit, imponantur naribus quatuor guttæ sequentis olei, dormiet: *Recipe olei de seminibus papaueris albi, olei violati ana vnc. iij. opii gran. i s. Bulliant simul vsque ad consumptionem medietatis olei: imponatur oleum (vt diximus) & certè dormiet.*

Vbi autem hæc, quæ exterius applicantur, non contulerint in prouocatione somni; hortor, vt interius applicentur ea, quæ somnum possunt prouocare: dum tamen obseruetur generalis regula: vt à somniferis non inducentibus stuporem, incipiamus. Ideo compertum est, sequens remedium vtile esse, & expertum: *Recipe medullæ panis vnc. s. infundatur in vino cocto seu sapa, & sic madefacta post cibum, cum æger dormire voluerit, exhibeatur.*

Ad idem est expertum, & familiare, si post cibum, febricitanti, patienti instantiam vigiliarum, exhibeatur sequens potus: *Recipe succorum lactucæ, nenufaris, violarum, ana drach. ij. misce, & cum modico vini albi odoriferi exhibeatur, vt dictum est.*

Si vero ex his febricitans non dormierit, laudo, vt secundum maiorem vel minorem necessitatem stupefacientia ægrotanti exhibeantur. Obseruabis primo præceptum Principis quarta primi dicentis: *si necesse fuerit stuporem inducere, non transcendas tale, quale est papauer album, quoniam suo stupore est domesticum.* Ideo expertum est, si patienti instantiam vigiliarum exhibeatur per horam

ram

ram post cœnam, sequens potus, omnino dormiet: *Recipe syrupi de papauere, de nenufare, aquæ lactucæ ana vnc. ij. misce & patienti exhibeatur. Hic potus & inducit somnum, & maximè confert febri.*

Si hic potus non contulerit, consulo, vt deueniamus ad opiata, incipiendo semper à debilioribus. Primo dabimus sequentem bolum, post cibum, vesperi, patienti instantiam vigiliarum: *Recipe de requie opiata scrup. ij. sacchari violati drachm. ij. misce pro vna vice quòd si istud non suffecerit, eidem saccharo violato, vel nenufarino adde scrup. ij. athanasiæ. Quòd si fuerit oportunum ascendere, adde saccharo nenufarino scrup. ij. philonii Romani. Et adhuc si fuerit intentio magis somnum prouocare, eidem saccharo adde triferæ magnæ drach. s. Quòd si ex prædictis æger non dormiat pronunciabis periculum de morte astantibus. Et hæc de instantia vigiliarum.*

## *Ad Capitis dolorem.*

Quandoque vero febricitanti iungitur dolor capitis satis intensus: quoniam huiusmodi dolor prouenit à vaporibus eleuatis à materia faciente febrem, qui attingentes pelliculas cerebri, vltra hoc, quod causant malam complexionem, extentendo causant malam compositionem in cerebro, & inde dolorem inferunt, & plerunque easdem pelliculas pungendo, dolorem pungitiuum capitis inducunt. Ideo succurrendum est illi dolori, omni genere diuersionis à capite. Laudo igitur, vt fiant primo lotiones, quibus vapores illi ascendentes, ad inferiora trahantur: quæ lotiones fieri debent ante cibum mane, & vesperi, quia tunc non permiscebuntur illi vapores fumis cibi, vt reddantur ad diuertendum difficiliores. Lotio talis erit: *Recipe florum camomillæ, rosarum rubrarum, florum stœchadis Arabicæ, betonicæ, calamenti ana M. i. bulliant in sufficienti quantitate aquæ currentis vsque ad consumptionem medietatis. qua fiat lotio crurum, à genu infra, & à cubito infra. Attende, quòd in hac lotione apponuntur calida, etsi ægritudo fuerit calida: quoniam calidi proprium est attrahere: deinde cum aqua illa, qua abluuntur pedes & manus, sit caliditatis alicuius pungentis, & mordicantis, à duplici caliditate fiat maior attractio, videlicet caliditate actuali aquæ, & potentiali.*

Secun-

Secundum remedium est, *mane & vesperi frictiones fieri, à superioribus spatulis incipiendo, vsq; ad pedes.*

Tertium remedium est, *appositio cucurbitularum sine scarificatione, incipiendo à spatulis ad nates, ad coxas, & ad pulpas crurum. Quod si expediret scarificatio, tunc incipe ab inferioribus, & procede ad superiora. Neque turberis quod Galenus dicit libro de cucurbitula, quod cucurbitulæ non debent apponi, nisi corpore prius mundato: hoc enim intelligitur, si intentio fuerit euacuare tantum per cucurbitulas. Si vero fuerit intentio, trahere de membro ad membrum, cucurbitulæ apponi possunt sine vlla euacuatione præcedente.*

Vbi prædicta non contulerint, temporibus applicetur *oxyrhodinum, confectum ex oleo rosato, aqua rosata, & aceto: quoniam intentio est repercutere fluentes humores ad caput. Ideo maiorem aceti quantitatem addere debes.*

Scias etiam quod elegans remedium, in dolore capitis per communitatem à materia febris est clysterium, factum ex rebus diuertentibus a capite, vt: *Recipe foliorum maluæ, violarum, florum stœchadis Arabicæ, betonicæ, furfuris grossi ligati in petia ana M i. bulliant in sufficienti quantitate aquæ vsque ad consumptionem medietatis, deinde colentur, & de colatura recipe vnc x. olei violati vnc. iij. hieræ simplicis drachm vi mellis rosati vnc. ij salis communis drach ij. vitellum oui numero i. misce, & fiat clysterium.*

Consulo quoque tanquam expertum, & probatum in dolore capitis prout est accidens febris, *vt bis in die, mane & vesperi, inungantur tempora, & frons tota, vnguento alabastrino. Cuius descriptionem habetis in* Empiricæ *nostra de curatione morborum à capite vsque ad pedes, lib. 1. cap. 1.*

Vbi vero hæc dicta non contulerint, consulo tanquam remedium expertum, *vt aperiantur venæ hæmorrhoidales phlebotomo, vel hirundinibus: per eas enim venas hæmorrhoidales apertas nedum euacuatur materia febris, verum & vapores vna simul euacuabuntur, valentes attingere caput. Et istud remedium in febribus quantumcunque intensis prohibet futuram phrenitidem, quæ præ dolore capitis, & intensione febris, frequenter solet contingere.*

## *Ad Delirium.*

Porro cum his, tum dicendis, succurremus periculoso ili

illi accidenti in febribus, maxime acutis, quod est delirium, vel paraphrenitis: cuius medicatio vel prohibitio futuræ phrenitidis, consistit in omnibus auxiliis conuenientibus dolori capitis, & dicendis infra. *Curatur ergo paraphrenitis quæ est à solis vaporibus mineræ febris lædentibus cerebrum, cauendo, ne vapores in materiam vertantur, & fiat vera phrenitis: quoniam tunc eius curatio apud medicum erit vana. Instituat igitur medicus in delirio, & phrenitide, diuersiones, quas enumerauimus ad succurrendum dolori capitis, lotionibus, ligaturis, appositione ventosarum, cum scarificatione, & sine, missione sanguinis diuertendo à capite. Quòd si prædicta non conferant in paraphrenitide ex febre: remedium est, apponere sanguisugas post aures, quoniam est diuersio, & euacuatio paratæ materiæ inducere ex paraphrenitide phrenitidem ipsam. Postea vero præsentaneum remedium est, ad prohibendam futuram phrenitidem, aperire venas narium, vel phlebotomo, vel setis porcinis bene pungentibus. Caue tamen ab hirudinibus venis narium applicitis.*

Hortor etiam vbi in febre timor fuerit de futura phrenitide, vt medicus diuersiones moliatur cum clysteriis; quoniam vltra hoc, quod clysteria diuertunt materiam a capite, euacuant materias communes exsistētes in viis latis, quibus fouetur minera putredinis febrilis: inter quæ clysterium sequens est maximi iuuamenti: *Recipe mercurialis, florum camomillæ, betonicæ, stœchadis Arabicæ, maluæ, violariæ, furfuris grossi ligati in petia ana M. i. bulliant in sufficienti quantitate aquæ vsque ad consumptionem medietatis: deinde colentur, & de colatura recipe vnc. x. olei rutæ vnc. iij. hieræ simplicis (& si volueris fortificare magis clysterium, hieræ Logadii: si adhuc magis fortificare volueris, hieræ Ruffini) drachm. vi. mellis rosati vnc. ij. salis communis drach. ij. vitellum oui numero i. misce, & fiat clystere ieiuno stomacho. Et hæc de phrenitide, & de paraphrenitide ex febre dicta sint: de his enim latius diximus in medicatione Empirica.*

## *Ad Somnum profundum.*

Vbi vero cum febre iungeretur somnus profundus, qui secundum plurimum causatur in febribus a vaporibus materiæ febris, eleuatis ad cerebrum, qui sua calidi-

tate

tate cerebri humiditates pituitosas eliquant, quæ eliquatæ confluunt ad ventriculos cerebri, & eos oppilant, & somnum inducunt: ideo ad prohibendum huiusmodi accidens, ne in subeticam transeat dispositionem, hortor, vt primo fiat sequens clysterium: *Recipe agarici optimi drach. ij. pulpæ colocynthidis drachm. i. s. betonicæ, florum stœchadis Arabicæ, camomillæ, calamenti, mercurialis, ana M. i. (agaricus & colocynthis ligentur in petia, ne eorum substantia adhæreat intestinis: propter quod timendum esset de diarrhœa, vel dysenteria) & omnia simul bulliant in sufficienti quantitate aquæ, vsque ad consumptionem medietatis: deinde colentur, & de colatura recipe vnc. x. olei rutæ vnc. iij. hieræ Logadii drac. vi. sacchari rubri vnc. i. s mellis rosati vnc. ij. vitellum oui nu. i. salis communis drac. ij. misce, & fiat clysterium.*

Post clysterium non negligat patiens omnia genera diuersionum, cum lotionibus videlicet supra dictis, cum ligaturis fortibus, cum appositione cucurbitularum, & cum appositione hirudinum hæmorrhoidibus: & non negligat etiam appositionem oxyrhodini fronti & temporibus appositi.

Non negligat quoque medicus remedium à me expertum, & probatum in profunditate somni, & subetica dispositione: *Sumantur nimirum drachm ij capillorum patientis, vrantur, vrentesq; exstinguantur aceto fortissimo. & abrasa commissura coronali, prædicti capilli calidi applicentur, & sic permutentur singulis trib. horis: & apparebit remedium præstans, & subitaneum in abolitione somni.*

Non etiam medicus negligat *continuam appositionem fortissimi aceti in naribus, & oculis: & temporum cum eodem aceto madefactionem: his enim fit repercussio vaporum eleuatorum à minera febris, quibus materia eliquabatur, & somnus inducebatur.*

## *Ad Linguæ ariditatem.*

Vbi vero in febribus ariditas, & nigredo in lingua apparuerint, admodum febrientem molestantes: remedio sunt hæc sequentia: *Si lingua aspergatur, & bene fricetur saluia, vel maiorana, infusa in oxymelle simplici, vel in melle rosato, vel in aqua hordei, & aceto: postmodum ipsi linguæ imponatur sequens mixtura: sublime remedium est, si lambendo supra*

*ſupra linguam ipſa teneatur: Recipe aquæ hordei multæ decoctionis, vt melius ſit abſterſiua, vn. ij mellis deſpumati drac. ij. ſacchari candi vnc. i. s. miſce, & vnica forti ebullitione ſimul bulliant & vſui ſeruentur.*

Ad idem, expertum eſt, ſi frequenter ſupra linguam patiens teneat de ſequenti mixtura: *Recipe mucillaginis ſeminum citoniorum, pſyllij, & ſeminum maluæ ana vnc s ſacchari candi vn. i. mellis roſati vn. s. ſacchari albiſſimi quantum ſufficit, & fiat loch molle.*

## *Ad Inquietudinem.*

Vbi vero cum febre iungeretur inquietudo die noctuque, horror, (*cum talis inquietudo proueniat à materia hinc inde currente per totum corpus, & non relinquente ægrum, neque membra in eodem loco & ſitu quieſcere*) vt omnino materia febris euacuetur, euacuatione minorante materiam, vt natura reddatur potentior ſupra reſiduum materiæ, cum medicinis ſecuris, & ſine moleſtia euacuantibus, derelinquentibuſque veſtigium digeſtionis in reſiduo materiæ remanentis: *cuiuſmodi eſt electuarium roſatum Meſuæ electuarium de ſucco roſarum Nicolai, electuarium de dactylis. Hæc enim electuaria cum hoc, quod euacuant minorando materiam facientem febrem, ſunt ſecura ſine nocumento.* Et ideo, dato quod eſſemus in primis diebus, vbi iungeretur hæc inquietudo die noctuque: conſulo, vt ſine timore minoretur materia ſequenti pharmaco: *Recipe floris caſſiæ nouiter tractæ drachm.* vi. *electuarij de dactylis, vel electuarij de ſucco roſarum Meſuæ drach. ij. s. Quod ſi his adderetur aliquid reubarbari in vtraque materia, calida ſcilicet & frigida, non damnarem iſtum modum euacuandi cum reubarbaro: euacuando enim corpus, confortat membrum à quo euacuat.*

Facta iſta euacuatione quoniam admodũ attendendum eſt huic inquietudini, horror, vt veſperi, *antequam cibum inglutiat, manu madefacta in aqua dulci tepida fricetur leui quadam frictione totum corpus, à ſpatulis vſque ad plantas pedum. His frictionibus propter aquæ caliditatem actualem, & motum factum, aperiuntur poroſitates corporis, & materia præparatur ad perſpirationem, & inquietudo tollitur.*

Ad

Ad idem expertum est remedium sequens, in inquietudine totius corporis propter fe[illegible]em. *Primum fiant frictiones cum panno calido per totum corpus. Deinde leui quadam vnctione frigida idem corpus totum vngatur sic: Recipe olei de seminibus cucurbitæ, olei de floribus salicis, olei violati ana quantum sufficit.*

Vbi vero facta euacuatione, & his omnibus, inquietudo non quiesceret, hortor vos, *vt fiant fricti*[illegible] *corporis, cum appositione cucurbitularum, i*[illegible]*ipie*[illegible] *pis coxarum, eas scarificando: Deinde ad coxas p*[illegible] *superascendendo ad spatulas: fiet enim his euacu*[illegible] *materiæ per cutim & tractus ab intimis eiusdem materiæ ad*[illegible]*riora.*

Et hæc de accidentibus contingentibus febribus putridis dicta sint.

## CAP. X.

## *De febre cholerica pura, à puritate choleræ.*

DEus auertat ne quis febriens febricitet à cholera pura non permixta alicui alteri humori: quoniam [illegible] cholera pura vehementis caliditatis, & siccitatis ex[illegible] cuius caliditas aliena re non refrangitur, accidentia [illegible] sæua ab ipsa procedunt; vt æger sæuitate accidentium & magnitudine morbi illico deficiat. Nihilominus p[illegible]to quod aliqua febris sit à puritate choleræ: rem[illegible] generale est, *citissime & vehementer infrigidare: iuxta*[illegible] *Principis quarta primi, & Galeni primo artis curat*[illegible] *Glauconem, dicentis: ad febrem vehementis caumatis* [illegible]*menter debemus infrigidare.* Et quoniam quælibet [illegible]tio, quia cum nociuo euacuat aliquid iuuatiui, & [illegible] spiritus ipsos, ac proinde ex parte sui corpus ip[illegible]gidat: ideo hortor vos, *in principio huius febris, vt e*[illegible]*tis, sed non phlebotomia: quoniam cum in ea febre pec*[illegible] *cholera, & phlebotomia non euacuet puram choleram,* [illegible] *phlebotomia in tali febre non conueniet: & hoc est q*[illegible] *Princeps in doctrina de phlebotomia, quod tunc p*[illegible] *rapiet bonum, & derelinquet malum, quo fit vt ex p*[illegible]*mia in tali casu citius æger moriatur.* Expertum igitur est,

sia

ſi à principio euacuetur cholera pura ſequenti medicina, ægro maxime conducere: *Recipe diaprunis non ſolutiui vn i. electuarii ſucci roſarum drac ij.s miſce, & cum ſaccharo fiat bolus: poſt cuius boli acceptionem in aurora potandas ægrotanti dabis vn. iij. vel iiij. aquæ cucurbitæ, vel citruli, vel cucumeris. Non mireris ſi hæc medicina ſit eradicatiua: quoniam ægritudo pendet à materia turgente.*

Cognoſces autem febrem eſſe a puritate choleræ, primo ab habitudine corporis, quoniam ad tactum totum corpus apparet calidum caliditate mordente & acuta, ſitis eſt clamoſa, dolor capitis intenſus, inquietudo, inſtantia vigiliarum, & citrinitas apparens maxime in oculis. Quod ſi egeſtiones citrinæ igneæ fuerint, & vrinæ ſimiliter, cum abundante ſubtilitate in modo ſubſtantiæ: iudicium tuum efficietur certius, quod ſit febris à puritate choleræ.

In hac febre valentibus præſidiis debes infrigidare corpus. Factaque prædicta euacuatione digerere debes materiam ſequenti ſyrupo, cuius virtus eſt ingroſſare choleram puram, quæ ſubtilis eſt, & eam infrigidare; ℞. *ſyrupi de ſucco limonum, de ſucco granatorum ana drach.* vi. *aquarum ſeminum communium frigidorum, ſolatri ana vn. i.s. Continuabis ſyrupum febrienti bis in die, in aurora ſcilicet & in meridie. Et attende quod in tempore, quo materiam iſtã concoques, cibabis ægrum lactucis, plantagine ſpinachiis, cucurbita, citrulo & cucumere: quoniam etſi ſua frigiditate intenſa inimica ſint calori, & ſpiritibus humanis: ingroſſant tamen materiam illam turgentem, & furioſam: quo fit, vt febris, & accidentia remittantur.*

Et attende, cum hæc materia ſit vehementis acuminis, & ſecundum plurimum exſiſtat in locis propinquis cordi; vel citiſſime, id eſt, ante ſeptimum, ægrum interficiet, vel beneficio primæ euacuationis, & alterationis factæ, æger liberabitur: & ideo in his non exſpectabis ſigna concoctionis: cùm non det ægritudo inducias ad concoquendum, ſed ſolum ad alterandum. Ideo ad ſecundam euacuationem inſtituendam non exſpectabis ſigna digeſtionis præcedentia.

Et hæc eſt febris illa, quam cauſonem incenſiuum & mortiferum medici appellant. Ideo in ea ſermonem non

prolongabimus: cum vel nunquam, vel rarissime huius febris curam attingamus. De febribus vero quæ secundum plurimum in humanis corporibus vagantur, dicemus in sequentibus.

## CAP. XI.

## DE FEBRE CHOLERICA *interpollata.*

Febris cholerica, vt prima artis curatiuæ ad Glauconem habetur, duplex est: vna continua, de qua iam meminimus: altera vero Interpollata. Quæ, etsi ab eadem materia ortum trahant: vna tamen à cholera putrida facta intra vasa, dependet: quam continuam propotionalem de cholera nomiamus: cuius curationem supra posuimus, & ponemus, cum loquemur de causi. Altera vero à materia putrefacta extra venas, originem trahit: & hanc interpollatam, seu interdicentem vocamus. Cuius duo sunt modi. Vnus interpollatę febris cholericæ puræ, cuius sermonem iam habuimus. Alius vero est interpollatæ febris cholericæ nothæ, id est, spuriæ: quoniam non pendet à puritate choleræ, sed a vitio alterius humoris cum cholera permixti, velut phlegmatis, aut melancholiæ. Et huius duo sunt modi. Vnus qui fit ex mixtione phlegmatis crassi, vel tenuis, & aquosi: & hic est modus febris cholericæ interpollatæ nothæ maioris famæ: quoniam in pluribus sic accidit, vt choleræ permisceatur pituita. Alter vero modus est, cum choleræ admiscetur melancholia: & dicitur febris cholerica interpollata notha minoris famæ: quoniam in paucioribus euenit, quod febris sit de cholera admixtione melancholiæ. Et hæc diuisio etiam locum habet in continuis de cholera. Et nota quod propter variam admixtionem aliorum humorum cum cholera, hæ febres a medico exquisitæ in malitia, & duratione paroxysmorum non cognoscuntur. Est enim pituita, vel melancholia humor ineptus concoctioni.

Curationem igitur tertianæ interpollatæ nothæ maioris famæ aggrediemur. Cum fueris primo accersitus ad ægrum, cognito morbo, annotabis primo, num aduentus

ventris lenitio. Si non: *Recipe floris cassiæ nouiter tractæ drachm.x. cum puluere liquiritiæ fiat bolus: & patienti exhibeatur per horam ante cœnam vel prandium.* Quod si patiens cassiæ assumptionem abhorreret, fiat ei sequens clysterium: *Recipe aquæ hordei, vel aquæ decoctionis maluæ, violariæ, vel blitis vnc.x. olei violati vnc iij. cassiæ tractæ vnc. i. sacchari rubri vnc. i. s. vitellum oui numero i. salis communis drach.ij. misce, & fiat clysterium.*

Deinde considera vrinam, & corporis habitudinem in ægrotis: *vbi æger fuerit carnosus, & facies plena, cum rubedine, & vrina rubra, illico ægrum phlebotomabis. Ex basilica lateris dextri tantus sanguis extrahatur, quantum tolerat robur virtutis, & ætas. His vero non apparentibus ex parte habitudinis totius, & ex vrina, non facies phlebotomiam, quoniam est timorosa: nisi ægrotanti iungeretur fortis dolor, & in forti dolore aliis non apparentibus signis phlebotomiæ, conuenit phlebotomia, vt prima particula aphorismorum tetigit Galenus, dicens, nullam medicinam esse meliorem in fortissimo dolore ipsa phlebotomia.*

Facta phlebotomia si expediet, vel non facta, si non apparebunt signa phlebotomiæ, cum ægritudo det nobis inducias, propter humorem pituitosum permixtum choleræ, hebetantem actiuitatem choleræ, laudo, vt medicus digerat materiã hanc febrem facientem. Consideret autem in hac digestione medicus qualitatem materię peccantis, & modum substantiæ eius, & digerat per applicationem contrariorum. Quia etenim materia hæc est calida propter dominantem choleram, ideo indiget frigido digerente. Et quoniam materia peccans est cum admixtione phlegmatis viscidi, & adhærentis, ideo indiget abstersione Et quoniam omnis febris materialis pendet ab oppilatione, ideo & digerentia sint oppilationum aperientia: magis tamen sint à principio alterantia, quam aperientia. Ideo expertum est, in digestione materiæ sequentem potionem multum valere. *Recipe hordei mundi, & non excorticati, P.i. scariolæ, borraginis ana M. s. aceti drachm ij. bulliant omnia in sufficienti quantitate aquæ vsque ad consumptionem medietatis, deinde colentur, & de colatura quolibet mane exhibeatur vnc. vi. ipsi patienti, cum modico sacchari; & sic eam continuet in aurora, quousq;*

*appareant signa concoctionis materiæ.* Vbi vero patiens decoctiones abhorreret, detur ei ad digerendum causam facientem hanc febrem iuxta Auicennam prima quarti, sequens syrupus: *Recipe syrupi acetosi simplicis, endiuiæ, mellis rosati colati ana unc. s. aquæ sacchari unc ij. misce pro una vice. In syrupo acetoso simplici inuenitur virtus infrigidatiua ratione aceti, & sacchari: & virtus incisiua, merito aceti: etiam virtus hepatis confortatiua, & alteratiua, propter syrupum de endiuia: & virtus abstersiua merito mellis rosati. Continuet syrupum istum tot vicibus in aurora, quoties signa concoctionis apparuerint.*

Deinde purgetur materia peccans in hac febre, habendo respectus hos. Primus est ad materiam peccantem: si fuerit cholerica, vel pituitosa, vel ex his permixta: *quoniam tunc debemus euacuare medicina respiciente humores peccantes.* Secundus est ad mineram generationis humorum, quæ est hepar: *quoniam in euacuando generaliter debemus custodire naturalem virtutem hepatis, dando medicinam hepatis confortatiuam.* Tertius est ad virtutem cordis: *ne exhibeamus, si possibile est, in euacuando, medicinam irritantem, & perturbantem virtutem vitalem, sicut est scammonea.* Quartus est, respicere consuetudinem ægrotantis in euacuando. *Vbi enim æger non assuetus fuerit euacuationi, benigniorem medicinam, & tenuiorem ei offerre debemus. Si vero assuetus fuerit euacuationibus, magis erimus audentes ad fortiorem dandum medicinam, quoniam assueti assuetos ferunt labores.* Quintus respectus est, *vbi materia e[st] euacuanda per secessum, exhibeatur medicina secessiua. Si vero per vomitum, vomitiua.* Sextus respectus est, *vt in euacuando nunquam contribuamus medicinam violentam [con]tra virtutem stomachi: sicut erunt elaterium, scammonea [sim]plex, colocynthis, & huiusmodi.*

His igitur omnibus obseruatis respectibus in p[ræsenti] febre, eo quod peccat materia mixta ex cholera & [phle]gmate, ideo in ea medicinam euacuatiuam phlegm[ati]s & choleræ dabimus, *vt reubarbarũ quod euacuat ch[oleram] deinde phlegma, vt dicit Mesuæ: vel electuarium de succo r[o]sarum: vel electuarium rosatum Mesuæ cum permixtione certæ quantitatis electuarii de dactylis, vel electuarii Indi, si materia esset putrefacta in locis longinquis à corde: vel electua-*

*rium*

*rium de psyllio, cuius virtus est euacuatiua choleræ, & phlegmatis. Quæ omnes medicinæ, cum hoc, quod euacuant materiam propriam febris, confortant hepar: & quia sunt medicinæ securæ, in quibus corrigitur scammonea, virtus cordis confortatur etiam & roboratur: & quia in ipsis medicinis dictis quædam mitis caliditas inuenitur; ideo erunt & ipsius ventriculi confortatiuæ, ipsumq; roborantes.*

Post igitur primam materiæ digestionem, in hac febre tertiana notha maioris famæ, conueniet sequens medicina, apparentibus signis concoctionis: *Recipe mannæ electæ vnc. j. pro diuitibus: pro pauperibus, floris cassiæ nouiter tractæ drach. v reubarbari electi pro diuitibus drachm. i. s. pro pauperibus vero, reupontici drach. ij infundantur in aqua endiuiæ, & modico vini albi odoriferi reubarbarum vel reuponticum cum x. granis spicæ: demum fiat fortis expressio, & omnia [illegible] cum decoctione communi florum & fructuum, quantum sufficit, dissoluantur, & fiat potus: qui exhibeatur patienti [illegible] exhibitionis medicinarum per duas horas ante lucem.*

Vbi vero ægrotans prædicta facta concoctione, & euacuatione non conualuerit: more Principis quarta primi, iterato debet materiam concoquere, & eandem euacuare. Hortor [illegible], vt secunda digestione digeratur materia, sequenti syrupo: *Recipe syrupi acetosi de radicibus vnc. i. de endiuia, mellis rosati colati ana vnc s. aquarum absinthii* (multum valet absinthii decoctio in his febribus, post septimam, vt Princeps testatur prima quarti; & eam laudat Galenus, tanquam stomachi confortatiuam, & oppilationum aperitiuam) *cichorii buglossæ ana vnc i. misce pro vna vice. Recordari debes in omni tua administratione de buglossa propter cor [illegible] nam in omnibus febribus admodum quæritur: quoniam febris est passio cordis. Persequatur autem patiens prædictum syrupum quousque fiat digestio materiæ quæ remansit post primam euacuationem.*

Deinde euacuetur hac medicina multum experta: *Recipe diacatholici* (est enim electuarium benedictum, & leniriuum, quod est conueniens basis omnium medicinarum solutiuarum) *vnc. s. mannæ electæ vnc. i. reubarbari electi scrup. iiij. spicæ gran. vij. electuarii de dactylis drachm. ij. electuarii succi rosarum drachm. s. Infundatur reubarbarum eo*

*modo quo diximus: & omnia cum decoctione communi florum & fructuum dissoluantur, & fiat potus. Attende, vbi cum febre iungeretur aliqua ipsius thoracis mala dispositio: tunc dissolue medicinam cum decoctione communi pectorali, & exhibeatur patienti modo dicto.*

Quod si febris continuaret: tunc iterato materiã concoque, syrupo magis aperitiuo, & si minus alteratiuo: quia in statu vniuersali febris, maiori indigemus apertione, & minori alteratione. Detur igitur infrascriptus syrupus: *Recipe syrupi bisantini cum aceto,* ( nisi fuerit mala pectoris dispositio, tunc enim sine aceto exhibeatur ) *syrupi de endiuia compositi, mellis rosati colati ana vnc. s. aquarum capillorum veneris, cichorii, buglossæ ana vnc. i. misce pro vna vice. Continuet autem patiens syrupum, vsque quo apparuerint signa concoctionis.*

Deinde purgetur sequenti medicina: *Recipe diacatholici vnc. i. reubarbari electi drach. i. s. spicæ gran. vij. agarici optimi & electi, scrup. iiij. zinziberis, salis gemmæ,* (si non affuerit mala pectoris dispositio) *ana gran. iij. electuarii de dactylis drach. i. s. infundatur reubarbarum, vt dictum est: infundatur quoq; agaricus cum suis correctiuis in oxymelle simplici quantum sufficit per decem horas: deinde fiat fortis expressio omnium: & cum decoctione cõmuni florum & fructuum quantum sufficit, fiat potus: & patienti exhibeatur modo dicto.*

Vel vero patiens dictas medicinas fastidierit: consulo, vt loco medicinæ ei exhibeantur sequentes pilulæ, multum valentes in declinatione febrium vniuersali: *Recipe pilularum aggregatiuarum scrup. iiij fiant pilulæ cum syrupo violato numero vij. & patienti exhibeantur diluculo. Quibus pilulis, si expediet in minori dosi acceptis, poteris addere vel reubarbarum vel agaricum, vel pilulas aureas, vel pilulas de hiera Nicolai, & eas patienti exhibere.*

Si vero ex præhabitis æger non conualuerit: signum est, corpus febriens indigere maiori apertione, simul cum paulatina euacuatione. Ideo versus declinationem vniuersalem febris consulo, vt quolibet mane diluculo patiens capiat vnam de infrascriptis pilulis immediate potando sequens apozema. Pilulæ sunt: *Recipe agarici electi, aloes lotæ, reubarbari electi ana drach. i. masticis, zinziberis, salis gemmæ ana gran. v. spicæ gran. vij. puluerizentur pulueri-*

*zanda*

*zanda subtiliter, & cum succo absinthii fiat pasta pilularum. dosis est, num. i. scrup. vnius.* Apozema vero post ipsam pilulam bibendum, est hoc: *Recipe radicum feniculi, petroselini ana drach. ij. cicerum rubrorum vnc. i capillorum veneris drach i. s. bulliant in sufficienti quantitate aquæ vsq; ad consumptionem medietatis; deinde colentur, & de colatura recipe vn 5 syrupi acetosi diarhodon vn 1 misce, & detur modo dicto.*

Vbi vero stante tanta morbi diuturnitate æger non releuaretur à febre hac tertiana notha, consulo, vt duobus diebus continuis prouocetur vomitus: per hoc enim significatur, quod cum tot fuerint factæ euacuationes per secessum, remansit materia in stomacho, euacuanda per vomitum. Primo igitur die à debiliori vomitiuo incipiendo per v. vel iiij. horas ad minus ante cibum vomitus sequenti ratione procuretur: *Recipe aquæ hordei calidæ vnc. viij. syrupi acetosi simplicis, vel oxymellis simplicis vnc. iij. misce, & detur patienti: retineat vomitiuum in stomacho patiens per quartam partem vnius horæ: deinde penna intincta oleo prouocet vomitum.* Sequenti vero die eleuet virtutem vomitiui, sic. *Recipe asaræ bacchara cum radicibus vnc. s. bulliant in sufficienti quantitate aquæ vsque ad consumptionem medietatis: deinde coletur, facta forti expressione, & de colatura recipe vn. vi. oxymellis simplicis vnc. ij. misce & detur patienti. Retineat autem patiens prædictum vomitiuum in stomacho per duas tertias horæ: deinde potet iusculum pullæ tepidum ad quantitatem vnius scutellæ, & penna oleo intincta prouocet vomitum. Quod si non euomat, aliam iusculi scutellam vsque ad quartam superbibat. Si enim materia illa vomitu non eiiceretur, certe excerneretur per secessum.* Nec vero in his febribus laudo fortiora vomitiua, & excellentiora: quoniam multam ad ventriculum attraherent materiam, & forte materia febris moueretur ad iteratam indigestionem: & tunc in declinatione febris vniuersali, morbus reuocaretur ad principium.

Quod si prædictis æger non sanetur: laudo, tanquam expertum, & bene probatum, *vt quolibet mane diluculo inungatur tota spina dorsi, vsq; ad caudam, sequenti vnguento, & immediate post vnctionem bibat sequens apozema.* Vnguentum tale est: *Recipe mucillaginis seminis citoniorum, mucillaginis seminis psyllii, olei violati loti, butyri recentis loti*

*ana vnc.i. ceræ albæ quantum sufficit, & fiat vnguentum molle pro spina dorsi. Istud vnguentum mirabiliter valet in febribus eorum, qui non possunt, vel non valent medicinas assumere: vt euenit in pueris, & in senibus: & fere semper bene successit.* Apozema tale est: *Recipe summitatum absinthii bene recentium drach.ij. cicerum rubrorum vnc s. bulliant in sufficienti quantitate aquæ vsque ad consumptionem medietatis: deinde colentur & de colatura dentur patienti vnc. iiij. immediate post vnctionem, & videbitis mirabile iuuamentum.*

Vbi vero prædictis non sanaretur æger: remedium expertum apud me est sequens: *Ante aduentum paroxysmi per 5. horas, nullo cibo præcedente, detur patienti infrascriptus potus, quo assumpto immediate ligetur sequens mixtura pulsibus manuum, & temporum, & pedum.* Potus hic est: *Recipe vini vel succi granatorum vnc. ij* Mistura hæc est *Recipe vnguenti populei vnc.i. telæ aranearum drachm. ij misce, & fiant pilulæ ad quantitatem vnius scrup. & vna cuilibet pulsui superligetur: easq; patiens detineat, vsque ad tempus, quo timor paroxysmi iam præterierit, & certe sanabitur.* Et si non *sanetur, mutetur patiens de terra in terram, & de aere in aerem, & conualescet, si Deo placuerit.*

## Cap. XII.

## *De Causo.*

Dicitur Causus à caumate seu incendio. Quare dicitur febris Causus, febris incensiua. Hanc sententiam habemus ab Hippocrate, & Galeno, quarta particula aphorismorum. Cuius febris Causi curatio, etsi ex supra dictis facile intelligi possit, nihilominus pro eius curæ complemento præsentem sermonem faciemus. Debes igitur recordari de eo, quòd diximus: *vbi ægritudo secundum acumen extremos habuerit labores, tenuissima oportet vti diæta*: vnde in causo vsque ad quartum (considerando quod virtus possit perdurare vsque ad statum) æger permaneat sine cibo, vel sola aqua hordei vtatur. Quod si cognoueris, tempore illo virtutē ægri indigere cibo, dabis ptisanam hordei colatam: si hæc non suffecerit virtuti, dabis ptisanam non colatam: si hæc adhuc non suffecerit, eris excusatus eleuare cibum, non tamen extra latitudi-

titudinem diætæ tenuis: quoniam laudabile est, medicum aliquando aliquantisper virtutem debilitare, & cum hoc ægritudinem propellere.

Obseruata igitur hac tenui diæta, medicus applicet se curationi Causi, supposita virtute forti, & distinguendo tempora. Si enim fuerimus in principio, pensitet medicus vehementiam febris, & corporis habitudinem, & vrinam. Quòd si fuerit febris vehementissimi incendii, cum habitudine corporis sanguinea, & vrinæ rubor cum crassitie appareat: *illico æger est phlebotomandus consentiente ætate & robore: & incidatur media venæ, vel basilica. Nec debes terreri dicto Principis dicentis: Et caue ne deducas ægrum ad calidorum humorum ebullitionem: quoniam signa exstant missionis sanguinis.*

Vbi verò hæc sanguinis signa non apparuerint, illico à principio æger euacuandus est, medicina hac soluente humores acutos, & calidos, irruentes sua turgentia de membro ad membrum. *Recipe carnium prunorum damascenorum numero decem florum boraginis buglossæ, violarum ana M.s. tamarindorum vn.s bulliant in sufficienti quantitate aquæ vsque ad consumptionem medietatis, deinde cum colatura dissolue cassiæ fistul. nouiter tractæ vn. s. reubarbari electi secundum artem infusi additis gran. x. spicæ, drac. i. s. diaprunis solutiui, vel electuarii succi rosarum dra. ij. misce, cum decoctione communi florum & fructuum quantum sufficit, fiat potus: & exhibeatur patienti diluculo.*

Facta hac euacuatione præparetur residuum materiæ remanentis ad concoctionem: quia enim materia est multi incendii, ideo indiget multa infrigidatione. Detur igitur patienti syrupus sequens bis in die: vt maior, & citior fiat infrigidatio: *Recipe syrupi de succo endiuiæ, de succo plantaginis, de succo portulacæ ana vnc. s. aquarum endiuiæ, plantaginis, portulacæ ana vn i. misce.*

Apparentibus signis concoctionis post assumptionem syruporum, hortor *vt propter febris vehementiam, & incendium magnum liberè ægrotanti concedatis potum multæ aquæ frigidæ iuxta dictum Principis prima quarti, & Galeni lib. xij methodi curatiuæ obseruatis conditionibus sequentibus, ne error in medicando contingat.* Prima est, *ne æger sit decrepitus: quoniã à multa frigiditate aquæ paucitas natiui caloris ipsius*

N 5 decrepiti

*decrepiti necabitur.* Secūda, *ne in membris corporis sit apostema: quoniam præ frigiditate aquæ, materia apostematis magis compingeretur, & inde in apostemate augmentum fieret.* Tertia, *ne virtus totius corporis sit debilis: quia à frigiditate aquæ, facilè posset debilis calor necari.* Quarta, *vt auctore Galeno xij. methodi, materia sit digesta, & non cruda: à frigiditate etenim aquæ humores crudi ad maiorem mouerentur indigestionem.* Quinta, *ne febris sit de causa frigida: quia à frigiditate aquæ adaugeretur causa faciens febrem.* Sexta, *ne sit oppilatio manifesta in toto: à frigiditate enim compinguntur, & ingrossantur materiæ facientes augmentum oppilationum.* Septima *vt sit sitis vehementia: quoniam non complebitur actus, nisi stante vehementia appetitus aquæ frigidæ.* Modus dandi aquam talis sit: *aqua actu valde frigida offeratur, vt incendium facilè extingui possit. demū vt crescat appetitus ægrotātis ad ipsam, sit hæc medici cautela, aliquando promittere potum aquæ frigidæ, aliquando denegare, inquirendo ab ægrotante, biberes ne aquam frigidam si tibi concederem? quòd si patiens affirmet, deneget ipsam medicus: & inde paulo post dicat: age si concederem tibi aquam, sicut esset mea intentio biberes ne? Quòd si æger promiserit bibere aquam detur multa aqua ex frigidissimo puteo extracta: & tantum de aqua patienti tribuatur, quantum vno haustu solo bibere poterit. Hinc verò ad quartam vnius horæ partem, siti reuertente, iterum & secundum haustum aquæ medicus febrienti concedat. Demum tertium haustum: & sic procedendo quousq; patiēs aqua frigida saturatus fuerit. Hinc aut æger incipiet sudare, & tunc benè cooperiatur pannis & sudet, & liberabitur: vel mouebitur vehementi motu stomachus per vomitum, iuuetur patiens remediis supra dictis, & liberabitur: vel fluxus ventris excitabitur, & clysteribus patiens iuuetur, & sanabitur.*

Et hæc sunt experta in curatione causi, cum his quæ in prædictis capitibus dicta sunt.

## CAP. XIII.

## *De Synocha & Synocho.*

SCribitur à Galeno primo artis curatiuæ ad Glauconem, & lib. 9. methodi, & secundo de differentiis febrium, quòd sanguis in corpore nostro possit peccare multitudine, & quantitate, citra putredinē: vt sola quantitate,

titate, & multitudine prohibeat sui ipsius exspirationem. Quo fit vt prohibita euentatione, ad ipsum cor ascendant vapores mali calidi, & caliditatē præternaturalem accendant in corde, & ab eo ad alia membra corporis permeent & febrem procurent: quam febrem authores Synocham appellant, quæ est de sanguine non putrefacto, sed sola quantitate peccante: & hanc febrem solam putauit Galenus esse de sanguine. Vbi verò sanguis in nostro corpore putrefieret, adhuc seruata sanguinis natura, ex illius putredine fit febris, quā Synochum appellant. Scias tamen horum nominum, scilicet synochæ & synochi discrimen à recentioribus, non à Galeno curari: hic enim asserit synocham vel synochū, cum febris vtraq; sit continua, dici dupliciter, scilicet cū putredine & sine putredine: vt videre poteris secundo de differentiis febriū cap. secundo, vbi eas, nomine synochæ febris, appellat: nono verò methodi cap. secundo, tertio & quarto, nomine synochi. Est igitur synochus, febris de sanguine putrefacto, seruata sanguinis natura. Licet ad Galeni scopum secundo de crisibus capite XII. & XIIII. hoc sentire non debeamus: quoniam, vt fatetur etiam nono methodi curatiuæ, cum sanguis incipit putrefieri, non est amplius sanguis, sed in naturam choleræ vertitur: propterea secundum Galenum, non datur febris de putredine sanguinis: quoniam cum sanguis incipit putrefieri, & febrem facit, eam facit de genere choleræ vel atræ bilis. Et sic curatio febris synochi, si est cum putredine, ad Galeni mentem explebitur per curationem febris cholericæ, de qua suprà diximus. Secundum autem Auicennam prima quarti, & fere omnes alios authores, febris de putredine sanguinis datur. Ad mentem Galeni verò vtrum detur, vel non detur, non est præsentis negotii.

Primo igitur curabimus synocham febrem: & dicemus, quòd cùm sanguis sua multitudine peccet, *ager à nobis primo regi debet diata attenuante. Ratio est quoniam cum talis febris pendeat à multitudine nutrimenti, non qualitate vitiati, sed sola quantitate: ideo tale nutrimentum tolli, & attenuari debet: & istud fit diata tenuissima. Igitur caueat patiens a cibis multiplicantibus sanguinem. Non dabitis carnes, non oua, parcat patiēs totaliter vino: quoniā hæc sunt, à quibus sangui-*

*ſanguineum procreatur nutrimentum. Contentetur igitur patiens tribus diebus ab initio morbi ſola aqua hordei, vel ptiſana. Quòd ſi fuerit opportunum coactè dare plus de cibo, ei detur panatella decoctionis herbæ ſemperuiuæ, vel plantaginis, vel portionum cucurbitæ, vel ſeminum eius. Hoc ideo, non quia ſanguis ſit mala qualitate affectus, ſed quoniam prohibita tranſpiratione caleſit: & hæc ſua frigiditate remittunt illam caliditatem, quam acquiſiuit ſanguis ex prohibita euentatione. Et non ſit audax medicus quiſpiam in iſtis febribus vinum admittere: quoniam familiaritate & occulta conuenientia, quam habet cum ſpiritu & ſanguine, plurimi ſanguinis generatiuum eſt.*

Obſeruato igitur debito regimine in tenui diæta, conſulo vt in his febribus, ſtante ventris ſtipticitate, vel alui ſtrictura, ſequenti clyſterio leniatur venter. *Recipe pullam paruam num. i. foliorum maluæ, violarum, ſemperuiuæ, virgæ paſtoris, ſolatri ana M. i. bulliant hæc in ſufficienti quantitate aquæ, vſq; ad conſumptionem tertiæ partis.* ( Attende, quod hæc debent eſſe eleuata in gradu frigiditatis: quoniam vapores, qui eleuantur à prohibita euentatione ſanguinis ſunt admodum calidi, ideo indigent maiori in frigidatione) *dictæ colaturæ recipe vn x adde caſſiæ tractæ vnc. i olei violati, vel de floribus cucurbitæ ſi potes habere, vn. iij. ſacchari rubri vn. i. s. ſalis communis drach. ij. vitellum oui num. i miſce, & fiat clyſtere.*

Facto clyſterio lenitiuo, conſulo, *vt indubitato fiat phlebotomia ex vena media, ſeu communi, cùm ipſa euacuet à ſuperioribus, & inferioribus corporis & ſanguis ſua quantitate peccet in toto corpore. Et nõ derelinquas hanc phlebotomiam, conſentiente ætate, & robore: quoniam cum multitudine ſanguis peccet, phlebotomia verò ſit multitudinis euacuatiua tunc phlebotomia omnino eſt neceſſaria. Sit autem ferè vſq; ad ſyncopem deductiua: quoniam multus ſanguis peccans ſola quantitate, alia non indiget euacuatione, quàm ipſa phlebotomia. quæ phlebotomia, cum ſit huius febris potiſſima curatio ſit facta vſq; ad ſyncopem, ſtante robore, & ætate Et ideo dicit Galenus curationem huius febris non eſſe apud negligentem manum quoniam propter ſanguinis multitudinẽ, & prohibitam euentationem facile poſſet verti in putredinẽ in effectu: & ſic alius fieret morbus deterior, qui eſſet iuxta Galenum febris continua de cholera, vbi cholera eſſet genita ex putredine ſanguinis.*

Facta

Facta phlebotomia, statuat medicus pro certo, materiam peccantem non esse pharmaciâ educendam: quoniam sanguis non educitur pharmacia. Statuat quoq; medicus pro certo, in hac febre non requiri digestionem materiæ: quoniam sanguis non exspectat digestionem. Ideo si in hac febre medicina exhibeatur: sit medicina euacuans à viis latis tantum, vt à stomacho, & ab intestinis: quoniam etsi non euacuatur materia peccans sua quantitate intra venas quæ est sanguis, euacuantur tamen materiæ illæ, quæ fouebant vapores eleuatos propter prohibitam exspirationem, & euentationem ipsius sanguinis, oppilantis sua multitudine. Et ideo medicus non transcendat cassiam, mannam, tamarindos, violas, & huiusmodi: quoniam ipsis propter euacuationem materierum communium minuetur prohibita euentatio ipsius sanguinis, & ipse refrigerabitur facta phlebotomia.

Demum in hac febre concedamus alterantia caliditatem febrilem caliditatem quoq; sanguinis ipsi sanguini acquisitam, propter prohibitam transpirationem. Quòd si solam ipsam alterationem, digestionem appellare voluerimus, in hac febre conueniunt digestiua. Syrupus conueniens erit hic: Recipe syrupi de succo limonum, de succo granatorum ana drach. vi. aquarum acetosæ, rosatæ, plantaginis ana vnc. i. Et attende, quod in his alterantibus, nedũ debeat esse virtus infrigidatiua, sed etiã stiptica: quæ reuellant vel prohibeant vapores, ne ad cor ascendant. Et expertum est, quòd alteratio per syrupos nedum iuuat in hac febre, verum & alteratio, quæ fit in cibariis in communi esu. Ideo cum plantagine, sumach, acetosa, iuscula ægrotantium sunt paranda.

Quòd si his æger non curabitur, certè verteretur materia sanguinea, peccans sola multitudine in putrefactionẽ: & (quia dixit Galenus secundo de crisibus, cum sanguis putre fit, eum statim in choleram verti) ideo fiet febris tertiana continua, à cholera, ex putrefactione sanguinis: cuius curam habuistis suprà, cùm loquuti fuimus de cura febrium cholericarũ. Secundum tamẽ sententiam Principis, vertetur febris hæc in febrem pendentem à sanguine putrefacto, adhuc stante in forma sanguinis, qui sanguis sic putrefactus, secundum sententiam Galeni secundo de crisibus potest aliquando putrefieri putredine irrecuperabili, aliquando recuperabili. Quòd si fuerit multa putredo, secundum Auicennam, quæ reduci non possit, proculdubio

*dubio æger morietur hac febre sanguinis. Si verò putredo sanguinis non fuerit tanta, vt medicus possit eam reducere, tunc febris erit curabilis. Curetur primò per phlebotomiam vt diximus: secundò per digestionem materiæ, non per digestionem sanguinis, sed per digestionum illius humoris, fouentis sanguinis putredinem qui humor maximè cholericus est: & idem euacuetur: quoniam his digestiuis, & euacuatiuis choleræ, relinquetur sanguis suæ naturæ, per quam, non impediente altero, reuertetur ad suam naturam, putrido abolito. Quare digestiuis choleræ & euacuatiuis, in hac febre procedes, eo modo, quo diximus in cura febrium cholericarum.*

## CAP. XIIII.

## *De Febre quotidiana.*

SCribitur à Galeno primo artis curatiuæ ad Glauconem de febre quotidiana, quam ipse ἀμφημερινὸν πυρετὸν nuncupauit, quòd omni die corpus affligat, pendens à materia pituitosa putrefacta extra venas. Quòd si talis materia putrescens fuerit in locis longinquis a corde, tepidior erit febris, & manifestam quietem ostendet: si verò fuerit putrescens hæc materia pituitosa in locis valde propinquis cordi, febris validior erit, sine quiete media, cum vnus paroxysmus intret alium: quo fit, vt potius dicamus quotidianam continuam, quia continuè affligit corpus, quanquã non sit à materia putrefacta intra venas. Et ideo fuerũt aliqui credentes, continuitatẽ febris quotidianæ esse propter ingressum paroxysmorũ ex loco putredinis valde propinquo cordi, & nõ tantùm ex materia putrefacta intra venas: licet verius sit, quotidianam continuam esse tantùm à materia intra venas putrefacta.

Hanc febrem interpollatam quotidianam cognoscemus primo ex pulsu, propter enim dominantẽ materiam frigidam hebetantẽ motum prouenientem à virtute pulsatili, pulsus à principio tardior, & rarior erit, quàm in febre cholerica. Dixi autem in principio, quoniam in augmento, & statu, propter adauctã putredinem, acquiritur materiæ maior caliditas, vbi augetur necessitas euẽtationis, & pulsus inspissatur, & velocitatur. Ideo si febrientis

pulsus

pulsus erit talis à principio, in augmento vero, & statu, in illis dispositionibus adauctus, spissor & velocior erit. Ab vrina significatur febris quotidiana, quoniam ipsa est alba in principio, in ea nullum signum concoctionis apparens: quia enim materia est frigida, & frigiditas est causa albedinis, ideo est, quod in principio vrina alba, vel subalba exsistit: in augmento vero versus statū, propter adauctam caliditatem ex putredine, vrina fit rufa, vel subrufa. Quare si vrina apparuerit in febre à principio alba, demum vero subrufa, quotidianam febrem iudicabimus. Ex hora etiam paroxysmorum febrem quotidianam, cū post meridiem paroxysmus ægrum inuaserit: quoniam incipit motus humorum frigidorum vesperi. Cum igitur prouentus paroxysmorum in febre hūc ordinem tenuerit, scilicet quod ægrum paroxismi inuaserint post meridiem, iudicabis febrem ipsam quotidianam fore. Tandem & ex accidentibus eandem febrem dignoscere poteris: quoniam non adest sitis valida, non inquietudo multa, non dolor capitis intensus, non paraphrenitis: hæc n. sequuntur caliditatis potius incendiū, q; in hac febre non inuenitur, propter frigidam materiā.

Quoad signa causarum, cum huius febris quotidianæ causa dicatur esse pituita ipsa, & pituita generetur (vt dixit Princeps prima primi de generatione humorum) aliquando propter diminutam concoctionem factam in sanguine, cum phlegma sit sanguis diminute concoctus: ideo attendendum est. si febris fuerit à phlegmate dulci, quod est sanguis diminute concoctus, putrefacto tamen, ad futura nonnulla signa attestantia naturam sanguinis. Si vero fuerit quotidiana à phlegmate vitreo, vel acetoso, quę supremum gradum in latitudine phlegmatum obtinent, frigus, & rigor, & alia accidentia frigidum humorem attestantia, erant intensiora. Quod si à phlegmate salso hæc ægritudo prouenerit, certe sapiet naturam febris tertianæ: & eius curatio à cura febris tertianæ non multum elongabitur.

Heic scire debes, plerunq; in febre quotidiana accidere, vt vna pars phlegmatis remaneat in intimis corporis, altera vero in exterioribus corporis exsistat, quæ cum nondum putrefacta sit, detinet in se frigiditatem illam,

illam, quæ phlegmati conuenit, vnde exteriora corporis admodum frigent: quæ autem pars in intimis corporis permansit, cum ipsa facile putrefiat, in interioribus corporis apparebit caliditas. Quo fit, vt si fecoris quædam phlegmatica tibi occurrat, qua corporis exteriora frigeant, interiora vero caleant: hanc febrem Epialem nũcupabis: παρὰ τὸ ἠπίως ἀλεαίνειν, quod miti calore corpus afficiat. Si vero contra acciderit, in febre phlegmatica, & interius membra frigeant, exterius vero caleant, significabitur peccare phlegma crassum, & vitreũ, in partibus interioribus corporis; in exterioribus vero phlegma salsum, de facili calefaciens exteriora corporis membra. Et hanc febrem vbi interiora frigent, & exteriora calent, Leipyriam appellamus.

(Proprie tamen, Galeno cap. 6 lib. 2. de feb. dif. teste, Epiala dicitur, vbi eodem tempore in quauis corporis parte, & calor, & frigus sentiuntur. Leipyria vero ardentis febris species est, qua, frigescentibus extremis, viscera vri videntur.)

Harum igitur febrium, pendentium à phlegmate putrefacto, curam sic habeto. Cum curatio vniuersalis, quæ euacuat multitudinem humorum, præcedere debeat particularem euacuationem, qua educitur humor determinatus: ideo hortor medicum bene perpendere, *num in febre quotidiana, si etiam continua foret, sanguinis m[illegible] expediat. Consideret igitur num pituitosa materia peccet sine sanguinis permixtione: quod cognoscimus ex vrina alba cui nihil rubedinis permixtum fuerit, ex remissione incendii & aliorum accidentium febris. Et sic missio sanguinis om[illegible] prohibenda est: quoniam ex tali sanguinis missione hu[illegible] frigidi magis incrudabuntur, & ægritudo prolongabitur. Præterea sanguinis missio bonum rapiet, & malum dere[illegible] rapiet enim sanguinẽ thesaurum vitæ, & derelinque[illegible] tam, quæ sua copia & abundantia natiuam infrigidab[illegible] ditatem. Neque turberis dicto Galeni vndecimo method[illegible] te quartodecimo: quod in omni febre putrida continua c[illegible] niat phlebotomia: quoniam istud verum est, vbi mat[illegible] bris sanguinis est permixta. Præterea Galenus loco d[illegible] indicationem sumpsit à putredine: quæ cum semper infe[illegible] liditatem materiæ, propter prohibitam euentationem, [illegible]*

*ratio-*

*ratione phlebotomia conueniet, cum sit infrigidatiua: quia tamen indicatio sumpta à materia plerunque maior est, indicatione sumpta à putredine; ideo tunc missio sanguinis non est adhibenda. Si igitur non erunt indicia indicantia mixtionem sanguinis cum pituita: non eris audax in vena secanda: propter dictum Principis in doctrina de phlebotomia: caue ne ægrũ ad alterum duorum perducas, aut calidorum ebullitionem, vel ad frigidorum incrudationem. Quod si apparuerint indicia permixtionis sanguinis cum pituita, tunc ægrum phlebotomabis. Sit autem parca & non copiosa phlebotomia illa: prout multi vel pauci humores frigidi permiscentur sanguini, qui non egent euacuatione per sanguinis missionem.*

Facta igitur, vel non facta sanguinis missione in quotidiana febre, *pergas ad materiam peccantem corrigendam. Vbi enim materia pituitosa, adhuc in principio febris exsistens esset crassa & multa; propter cuius crassitudinem timeremus, ne virtus posset perdurare vsque ad tempus completæ maturationis dictæ materiæ crassæ & multæ: tunc non exspectata maturatione, materiam pituitosam euacuabimus, euacuatione minorante eius quantitatem, & virtus tunc reddetur potentior supra residuum materiæ remanentis ad concoquendum, vel ad facilitandum eius expulsionem: vt docuit Galenus in commento illius aphorismi,* Cum morbi inchoant, &c. *Et hæc sententia est Principis quarta primi, capite tertio, cum dicit:* Et vbi non fuerimus securi, quod virtus possit durare vsque ad tempus completæ maturationis, &c. *quibus verbis innuit Princeps, si materia in febre quotidiana fuerit crassa & multa, instituendam esse euacuationem in principio, minorante partem materiæ. Et ideo oportet medicũ scire crassitiem, & subtilitatem materiæ. Quod si materia crassa fuerit, eam debes subtilitare antequam euacues. Si vero crassa fuerit, & multa (vt innuit in principio textus) tunc ante maturationem debes euacuare. si non, contra. Et hinc intelligimus mentem Principis fuisse, quod in hoc casualiter, quam in furiosa materia, ante maturationem debeamus euacuare. Si n. materia ipsa fuerit furiosa: ei⁹ euacuatio à principio sit electiua vel eradicatiua. Vbi vero materia non fuerit furiosa, & à principio indigeat euacuatione: sit eius euacuatio minoratiua. Et attende, quod euacuatio dicitur eradicatiua, vel medicina, non quia vna vice possit totam materiam eradicare, & à*

O mem-

*membro euellere; sed quoniam est eius natura totã illam materiam à membro euellere. & in hoc verificamus sententiam illius aphorismi Hippocratis primæ particulæ cum dixit:* concocta medicari, & non mouere cruda, &c. *Quoniam cum materia fuerit turgens, eam medicamento purgante. soluenti q; eradicatiue euacuare debemus. Et ideo dixit Hippocrates* medicari oportere digesta, & non mouere cruda *Neque his duabus partibus, scilicet* concocta medicari, & non mouere cruda, *idem intellexit Hippocrates, neque idem replicat sed censuit, secundum rationem verificare primam: vt dicere velit, oportet medicari concocta, quia non oportet mouere cruda, nisi materia fuerit turgens. Quod si fuerit turgens, eam eradicatiue euacuare conuenit, & à principio morbi. His adactu & vbi materia non turgeat, & egeat euacuatione, cum sit plerunq; intra venas, à quibus non euacuant clysteria, minorare materiam, euacuando partem illius, iuxta præceptum Galeni in commento illius aphorismi.* Quum morbi inchoant, & *Et hæc est vera Hippocratis mens, etsi ornate loquentes aliter dicant, à veritate aberrantes.*

Vbi ergo in febre quotidiana à principio apparuerint indicia multæ & crassæ materiæ, consulo, vt statim, non exspectata maturatione, sequenti bolo fiat materiæ minoratio: *Recipe floris cassiæ nouiter tractæ vnc. i. speciérum hieræ simplicis Galeni drachm. ij. misce, & fiat bolus. neque reputarem ego inconueniens, si loco hieræ, in minoratione materiæ pituitosæ, adderentur drachm. ij. electuarii de dactylis. quoniam etsi huius compositionem ingrediatur scammonea, ipsa tamen est ita correcta, vt eius virtus non transcendat hepar, quare partem materiæ peccantis, solum euacuabit. Vel forma pilulari eandē materiam poteris minorare: vt scrup. iiij. pilularum alefanginarum: vel pilulis acrioribus, quæ etsi sint eductiuæ natura sua phlegmatis; minorandæ tamen dosim pilularum, transibunt in materiam medicinæ minoratiuæ: verbi gratia, si pilulæ cochiæ dosi quatuor scrupulorum erunt euacuatiuæ materiæ pituitosæ, eam eradicando; earum tamen si dentur scrupul. ij. transibunt in naturam medicinæ minoratiuæ, quia partem materiæ peccantis euacuabunt. Et ideo nō damnabitur medic9 ille qui in quotidiana febre minorabit ipsum phlegma duobus scr. pilularum cochiarum, & similium.*

Porro (*considerato dicto Galeni in commento illius aphorismi*

*rismi*: in choantibus morbis, &c.) cum facta minoratione materiæ virtus reddita sit potentior supra residuum materiæ remanentis ad euacuandum, vel concoquendum, & materia reddatur habilior ad concoquendum: præparet se medicus in febre quotidiana ad digestionem materiæ pituitosæ, obseruato præcepto supra dicto. Quia enim materia pituitosa crassa est; ideo indiget subtiliatione: quia viscida, & hærens indiget incisione, & abstersione: & quia hepar febre vitiatum est, propterea quod sit minera generationis humorum, ideo indiget confortatione, & remissione caloris febrilis, his, quæ vltra hoc, quod confortent hepar, tollant etiam oppilationem ipsius, quæ propriè est mater febris quotidianæ. Consulo igitur, vt à principio detur sequẽs syrupus: *Recipe syrupi acetosi simplicis* (conuenit enim in vtraq; materia, calida, & frigida, & est incisiuus) *syrupi de endiuia compositi* (confortat enim hepar, & tollit eius oppilationem) *mellis rosati colati* (bene abstergit pituitosam materiam adhærentem, & confortat ventriculum, qui est lacuna phlegmatum) *ana vn. s. aquarum betonicæ* (vltra enim hoc, quòd confortat caput, obstat materiæ pituitosæ) *feniculi, buglossæ ana vnc. i. misce pro vna vice.*

Continuatis syrupis istis quousq; signa concoctæ pituitæ apparebũt, detur infrascripta medicina: *Recipe quatuor florum cordialium ana drach ij polypodii quercini, seminum cartami ana drach. ij. seminum feniculi, seminum dauci ana drac. i s. iuiubarum sebesten ana numero decem, passularum enucleatarum liquiritiæ mundæ ana vn. s. bulliãt omnia in sufficienti quantitate aquæ vsq; ad consumptionem medietatis, deinde coletur: & cũ colatura dissolue cassiæ nouiter tractæ vn. i. vel diacatholici drach. vi reubarbari optimi, & electi* (quoniam etiam euacuat phlegma, præsertim cum exhibetur in substantia patienti) *drach. i. s. spicæ gran. vij. electuarij Indi drac ij. s. & fiat potus: qui patienti exhibeatur per duas horas ante lucem, more exhibitionis medicinarum.*

Vbi verò iis diebus, quibus concoctio peragitur, patiens haberet aluum strictam: consulo, vt quotidie, vel ad minus alternis diebus iniciatur clysterium, in quo sit virtus incisiua phlegmatis, & eductiua materiæ pituitosæ existentis in intestinis, à qua in venis fouetur materia

 faciens

faciens febrem. Clyster vero erit sequens: *Recipe viol...*
*foliorum maluæ ana M.s. mercurialis, betonicæ, anisorum ... M.i. furfuris crassi ligati in petia M. ij. bullian... ... quantitate aquæ, usq; ad consumptionem medietatis ... & ... latura recipe vn. x. benedictæ dra. vi. hieræ simplicis Galeni ... s. mellis rosati vnc i.s olei communis vnc. iij. salis comm... drach. i; sacchari rubri vnc i s. vitellum oui num. i. misce, & fiat clysterium.*

Quoniam autem ægritudines pendentes à mater a pituitosa plurimum diuturnæ sunt: ideo consulo de ... præcepto Principis prima quarti, vt medicus paulatinè concoquat, & paulatinè euacuet. Post primam ergo ... quotidiana digestionem; secundum instituatur concoctio, syrupis magis respicientibus materiam pituitosam fortius incidentibus, & abstergentibus, & oppilationem remouentibus. Talis sequens syrupus est: *Re... syrupi acetosi de radicibus vnc. i, de endiuia compositi mellis rosati colati ana vnc. s. aquarum absinthii, feniculi, apii ... hyssopi ana vnc. i.*

Apparentibus signis digestionis in processu, purgetur materia sequenti purgatorio: *cum prædicta decoctione ... ue turbith boni & gummosi, subtiliter puluerizati, dra... agarici electi infusi secundum artem, drach. i. s. reubarbari electi scrup. ij. zingiberis, salis gemmæ, spicæ ana gran. iij. & ... potus, puluerizatis puluerizandis: qui patienti exhib... hora dicta.*

Vbi verò paroxysmi continuarent amplius motum & ordinem suum: tunc cognoscemus residuum materiæ euacuatione indigere, & digestione vlteriore. Digeratur igitur materia sequenti syrupo: *Recipe oxymellis ... retici, syrupi de quinque radicibus, syrupi de endiuia com... ana vnc. s. aquarum absinthii, feniculi, betonicæ, ana v... misce.*

Deinde apparentibus signis concoctionis, purgetur materia sequentibus pilulis: *Recipe pilularum de hiera ... colai, pilularum indarum, p. aggregatiuarum ana scrup ... bith subtiliter puluerizati scrup. s. misce, & cum syrupo ... to fiant pilulæ numero* v.

Vbi verò adhuc paroxysmi alii sequerentur; significatur quòd oppilatio sit vehemens, & membrorum facultates

tates sat imbecilles. Ideo in aperiendo oppilationes, & in confortando virtutes membrorum, maximè naturalium exhibitio quotidiana sequentium trochiscorum est admodum utilis, & experta: *Recipe trochiscorum de absinthio, trochiscorum de eupatorio ana drach. ij. trochiscorum de r[illegible] drach. i. pulverizentur subtilissime & cum syrupo b[illegible] fiant pilul. numero xxx. Dosis, numero iij. diluculo.* Superbibendo immediate apozema sequens: *Recipe* [illegible] *unc. vi radicum feniculi petroselini asparagi ana drach. ij. bulliant simul usq; ad consumptionem tertiae partis* [illegible] *de inde coletur, & modo dicto exhibeatur. His pilulis cum suo apozemate sensibilis fiet apertio, & insensibilis euacuatio. Et sic continuet patiens per decem dies continuos huiusmodi dictos trochiscos.*

Quòd si adhuc vestigia febris remanserint in ægrotante, sicut in hac febre fieri solet: *laudo, ægrum post complementum dictarum euacuationum, mane, diluculo ingredi balneum aquæ dulcis calidæ. Præparabitur enim materia ad perspirationem per poros cutis: in quo balneo moram trahat per tempus medietatis horæ. Deinde exeat balneo: & corpus pannis calidis optimè abstergatur; postea immediatè capiat infrascriptum bolum. Recipe theriacæ antiquæ, vel mithridatii optimi drach. i. sacchari rosati drach. i s. misce. Post bolum bibat haustum iuris cicerum rubrorum & ingrediatur lectum benè pannis coopertus dormiat, & sudabit. Et febris in spatio trium dierum euanescet.*

## Cap. XV.

## *De Febre Epiala.*

Attendendum est, quòd cum pendeat hæc febris maxime a phlegmate vitreo, quod phlegma frigidius est cæteris: ideo in eius cura debemus vti magis calefacientibus. Verum oportet obseruare commune in curationem medicinæ: quòd à debilioribus semper inchoandum sit, vt virtus assuescat. Ideo facta vna trium digestionum ex præcedentibus, dictis in præcedente capitulo, cum sua purgatione: consulo, vt in digerendo phlegma vitreum iterato perueniamus ad *syrupum de calamento:*

*mento : Recipe syrupi de calamento vnc. ij. aquæ decoctionis cicerum rubrorum vn. iiij. misce, & patienti dato in aurora. Continuet autem patiens prædictam potionem per decem dies, quoniã phlegma vitreum indiget longiori tempore cõcoctionis.*

Post euacuetur tale phlegma *hieris magnis, vt hiera Ruffini, & hiera Logadii & hiera composita Nicolai, sic: Recipe diacatholici vn. s. hieræ Logadii, vel Ruffini, vel Nicolai drac. ij. ad consolidandum verò hieras adde reubarbari electi subtiliter pulueri zati drac. i spicæ gran. vij. & fiat potus, cum aqua decoctionis cicerum rubrorum.*

Et quoniam in hac febre stomachus afficitur fastidio, propter phlegma vitreum in eo maxime collectum: ideo post cibationem ægro dentur, *drachm ij. diacalamenti, vel diatrion pipereon. Sunt enim medicinæ nedum confortantes ventriculum, verum & æquantes materiam peccantem.*

Postremo quæcunque conferunt in febre quotidiana processu vniuersali, vt diximus, ea conferunt in hac febre Epiala: Ideo, re exigente, ad illam decurres curationem.

## CAP. XVI.

## *De Febre Leipyria.*

CVm pendeat hæc febris à phlegmate permixto choleræ: iunge intentiones curatiuas quotidianæ, intentionibus curatiuis tertianæ, vt suprà diximus: & curabis leipyriam. Quare, &c.

## CAP. XVII.

## *De Febre quartana.*

QVemadmodum colligitur ex Galeno secundo de differentiis febrium, quartana est febris procedens à melancholia extra venas putrefacta, affligens ægrum de quarto in quartum. Pro quo attende, quòd melancholia ipsa aliquando potest putrefieri intra venas, & tunc facit continuam quartanam: sed quia hoc rarissimè contingit, vt dixit Auicenna prima quarti, capite de quartana: ideo diximus quartanam esse interpollatam febrem.

Item attende, quòd febris quartana, quæ pendet à melan-

melancholia putrefacta extra venas, habet motum sui periodi de quarto in quartum, non nisi ex natura & forma specifica humoris melancholici: quicquid dicant alij, & maxime Galenus secundo de differentijs febrium. Et hæc melancholia inuenitur duplex. Quædam naturalis, quæ vere fæx sanguinis est, quæ cum exijt naturã sui, & putrefit, generat quartanã de melancholia ab adustione sanguinis. Altera verò melancholia est non naturalis, genita ex adustione aliorum humorum, vt dixit Auicenna prima quarti, in doctrina de generatione humorũ. Quòd si naturam traxerit melancholicam ex adustione choleræ, dicetur quartana cholerica. Si verò phlegmatis, quartana phlegmatica. Si melancholiæ, quartana melancholica.

Nota: si cum quartanaria periodo apparuerint signa sanguinis & rubedo, & crassities vrinæ, habitudo corporis sanguinea, regimen præcedens sanguinis multiplicatiuum: iudicabis febrem quartanam esse pendentem à melancholia genita per adustionem sanguinis, vt dixit Galenus secundo de differentijs febrium, & vndecimo methodi. Si sanguis exit naturam suam, eius subtile vertitur in choleram, & spissum in melancholiam. Si verò cum eadem periodo quartanaria apparuerint signa choleræ, phlegmatis, vel melancholiæ: certè iudicabis hanc febrem quartanam sapere quid choleræ, vel phlegmatis, vel melancholiæ. Et hinc viam habebis ad curationem omnis speciei quartanæ.

Attende, quòd, etsi quartana febris sapiat naturam sanguinis, vel choleræ: ægritudo tamen frigida est: quoniam adustio ducit humorem ad incinerationem, & infrigidationem.

Quartanæ curatio in duobus consistit ingenijs: in diæta videlicet, & in administratione medicinarũ: *Diæta semper verget ad calidum, & ad humidum: sitq; lata satis, & abundans, strictior tamen, quam conueniat corpori tempore sanitatis. Comparatione igitur ad diætam acutorum, minus subtiliamus diætam in quartana: comparatione verò ad victum corporis sani, diætam magis subtiliamus, vt ex prima particula aphorismorum proditur à Galeno, & ab Auicenna quarta primi; vbi dicit, quòd in chronicis morbis subtiliamus*

*comparatione ad sanum corpus, minus tamen quàm in acutis. Conueniunt igitur in quartana, etsi in principio fuerimus, carnes laudabiles & boni nutrimenti & facilis concoctionis, vt est caro gallinarum, pullorum gallinarum, caponum perdicum, fasianorum, hædi, vituli lactantis, & ouium, auium in arboribus degentium: ptisana conuenit, oua sorbilia & vinum odoriferum. Cùm enim ægritudo diuturna sit & medicus debeat ægrum cibare respectu habito ad statum qui status cum valde longinquus sit, vt possit virtus perdurare vsq; ad ipsum, lautius ægrum cibare debemus. Lactuca, borrago, buglossa, feniculum, petroselinum, conueniunt in febre quartana: quoniam cùm humor terrestris sit vias admodum obstruens, ideo ei conueniunt, quæ humectant, & vias aperiunt.*

Quantum verò ad administrationem medicinarum, scire debes, quòd si apparuerint signa permixtionis sanguinis cum melancholia *non denegabimus sanguinis missionem, primo ex basilica sinistra, secundo verò post tres dies saluatella sinistra phlebotometur: hæ enim sanguinis missiones humores adustos euacuant, præsertim cùm multi fuerint in corpore, euacuantq; principaliter à receptaculo humoris melancholici, videlicet a splene.*

His peractis phlebotomiis vidi experientia, *si post sex dies apponantur hirudines hæmorrhoidibus, ægrum liberari a quartana.*

Quòd si signa sanguinis non apparuerint, neque permixtionis sanguinis cum melancholia: fugienda est sanguinis missio: quoniam peccantem humorem magis infrigidabit, & ægritudinem prolongabit. Ideo ad medicinarum exhibitionem tunc temporis transire oportet. Et quoniam hæc ægritudo ob diuturnitatem dat inducias: ideo consulo, vt prius materia digeratur. Quod si a principio materia peccans adeò multa sit, quæ propter multitudinem in tantum aggrauet naturam, vt digerentia ad actum reduci non possint; quo fit, vt perdatur facultas digerentis, & morbus prolongetur: tunc temporis conuenit medicum rectè operando minorare materiam peccantem. Dabit igitur à principio medicus in febre quartana minoratiuum sequens: *Recipe diasene lenitiui vnc. i. epithymi subtiliter puluerizati drachm. i.s Vnde attende quòd hæc medicina euacuando partem materiæ peccantis,*

*peccantis, in residuo eius relinquit vestigium concoctionis.* **Et** *ideo puto medicos illos male sensisse, qui in multitudine materiæ à principio negant medicinam minoratiuam, quoniam non cognoscunt medicinam minoratiuam adeo consolatam fore, vt post euacuationem partis materiæ, residuum eius valeat concoquere.*

Post vero ipsius materiæ minorationem, vel ipsa minoratione non præcedente digeratur à principio materia sequenti syrupo: *Recipe syrupi acetosi de radicibus vnc. i. oxymellis simplicis vnc. s. aquarum melissæ, cichorii, buglossæ ana vnc. i. misce pro vna vice.*

Interim vero dum materia digeritur, iuuetur natura ad euacuationem materierum communium, fouentium materias proprias; velut clysterio alternis diebus facto: vt, *Recipe folliculorum senæ, polypodii quercini ana P. s. borraginis, lupulorum, foliorum maluæ, mercurialis ana M. i. bulliant in sufficienti quantitate aquæ, vsque ad consumptionem tertiæ partis, deinde coletur: & de colatura recipe vnc. x confectionis Hamech non solutiuæ vnc. s. olei communis vnc. iij. salis drach. ij. vitellum oui numero i sacchari rubri vnc. i. s. misce, & fiat clysterium.* Quod si patiens non obediret clysteris, consulo, vt ante prandium per horam detur patienti alternis diebus sequens potus: *Recipe iuris decoctionis passularum vnc. vi diasenæ lenitiui, vel Hamech non solutiui vnc. s. misce, & patienti exhibeatur.*

Apparentibus signis concoctionis materiæ, dico diminutæ concoctionis (*cum in quartana non ita cito appareant signa concoctionis*) euacuetur materia sequenti pharmaco, vt: *Recipe florum quatuor cordialium ana M. s. corticum myrobalanorum indarum vnc. s. folliculorum senæ, polypodii quercini ana drachm. i s. bulliant in sufficienti quantitate aquæ, vsque ad consumptionem medietatis: deinde facta forti expressione coletur: & cum colatura dissolue diasenæ lenitiui, diacatholici ana drach. iij. Hamech solutiui drach. ij. reubarbari electi drachm. i. s. spicæ gran. v j. reubarbarum cum spica subtiliter puluerizetur, & cum modico vini albi odoriferi irroretur, & sic omnia dissolue, & fiat potus.*

Facta hac prima corporis mundificatione, quia morbus diuturnus est, ideo consulo per quinque dies continuos, vt patiens per duas horas ante cibum mane capiat

ſequentem potum: *Recipe ſucci borraginis depurati vnc. ij ſacchari albiſſimi drach. ij. miſce, & patienti detur tepidus.*

Deinde iterato medicus ſequatur vlteriorem materiæ concoctionem ſequenti ſyrupo, in virtute magis eleuato, ad concoquendum materiam melancholicam: *Recipe ſyrupi de epithymo, ſyrupi de thymo, de lupulis, de endiuia ana vnc. s. aquarum lupulorum, borraginis, cichorii ana vnc. i. miſce pro vna vice. Continuet autem patiens ſyrupum iſtum, vſque quo appareant ſigna alicuius digeſtionis.* Deinde purgetur ſequentibus pilulis: *Recipe pilularum indarum, de lapide lazuli ana ſcrup i. pilularum aggregatiuarum drachm. s. miſce, & cum ſyrupo violato fiant pilulæ numero v. & per duas horas ante lucem patienti exhibeantur.*

Facta hac ſecunda materiæ euacuatione, conſulo, vt procedamus ad huius febris quartanæ abolitionem, his, quæ per me ſunt experta, & tolletur febris Deo fauente. Sunt autem ſequentia.

Primum experimentum: *omnibus his peractis, in lunæ coniunctione ſecetur ſaluatella manus ſiniſtræ: curabiturq; æger à quartana.*

Secundum: *omnibus præcedentibus actis, ſi venæ hæmorrhoidales ſecentur, ſublime remediũ eſt in tollendo quartanam.*

Tertium: *in die paroxyſmi per v. horas ante aduentum paroxyſmi, patiens ponatur in balneo aquæ dulcis calidæ, in quo per horam maneat: & in exitu balnei, corpore eius bene abſterſo, immediatè capiat ſequentem bolum: Recipe mithridatis optimi drach. i. diaborraginati drach. i. s. miſce: poſt cuius aſſumptionem æger dormiat in lecto per horam. Quod ſi ſudor in eo promoueatur, bonum eſt, & ſanabitur æger: & ſic continuet per vij. dies ante aduentum paroxyſmi, vt dixi.*

Quartum experimentum eſt certe inuentum vtile, & probatum: quoniam febris quartana non tranſibit decem paroxyſmos, eo rite adminiſtrato: *Recipe aquæ vitæ optimæ ex optimo vino deſtillatæ quater vel quinquies vnc. v. pulueris caryophyllorum electorum drach. i. miſce: & in vaſe bene obturato ponatur, & ſtet infuſio iſta per xxiiij. horas, quouſq; fiat reſidentia groſſi, & fæculenti ab aqua clara, & limpida, quæ colorem vini acquiret: deinde coletur ſubtile & limpidum à craſſo: & ſic vtere in die paroxyſmi per v. horas ante eius aduentum, nullo cibo præcedente ante paroxyſmum: Recipe aquæ*

vitæ

*vitæ prædictæ vnc. s. vini albi dulcis vnc. i. misce, & patienti exhibeatur. De parte vero crassa, & fæculenta, mixta cum oleo anethino calido, eadem hora inungatur tota spina dorsi. Et sic continuando videbis certe febrem quartanam non transire decimum paroxysmum.*

Quintum experimentum est: *Recipe succi borraginis depurati vnc. iiij polypodii quercini, epithymi ana drach. i. bulliant hæc omnia simul vnica forti ebullitione: deinde facta forti expressione coletur: & de colatura recipe drach. ij. vini albi odoriferi vnc. s misce: & exhibeatur patienti per horam ante aduentum paroxysmi, & est expertum.*

Sextum: *Recipe succi summitatum absinthii drach. ij. theriacæ magnæ drach. i. vini albi potentis vn. s misce: & patienti exhibeantur per tres horas ante futurum paroxysmum.*

Septimum: *Recipe epithymi, polypodii quercini, folliculorum senæ ana drach i. s. puluerizentur omnia subtilissimè, & cum succo borraginis reformetur pasta pilularum: & ante aduentum paroxysmi per horam patiens deglutiat tres pilulas illius pastæ in dosi vnius drachmæ.*

Octauum per me expertum: *ante aduentum paroxysmi per duas horas patiens capiat drachm. i. trochiscorum ad quartanam descriptorũ ab Auicenna quinto canone in antidotario.*

Nonum: *sequenti vnguento ante aduentum paroxysmi per duas horas vngatur tota spina dorsi, ex opposito ignis: deinde immediate ingrediatur lectum: Recipe olei costini, laurini ana vnc. ij. castorini vnc. i aquæ vitæ optimæ vnc. ij. misce, & bulliant omnia vsque ad consumptionem aquæ: & ipsum vsui reserua.* Et hæc de quartana dicta sint.

## CAP. XVIII.

## *De febribus compositis, quæ hæmitritæi dicuntur.*

Scribitur ab Auicenna prima quarti, febres diuersificari ex modo compositionis. Quædam enim simplices sunt, quæ ex dominio vnius humoris putridi tantum procedunt. Et ob hóc Galenus secundo de crisibus, capite X. XI. XII. non nisi tres singulares, & simplices febres constituit: videlicet ex putredine choleræ, vel phlegmatis, vel melancholiæ: quoniam cum sanguis putrefit, perdit

perdit formam sanguinis, & eius subtile conuertitur in choleram, & crassum in melancholiam. Quare iuxta sententiam Galeni, febres putridæ ex modo suæ consistentiæ simplices non erunt, nisi tres: videlicet tertiana, quotidiana & quartana. Et attende quod humores prædicti vel putrefiunt intra venas, & causant continuam febrem: vel putrefiunt extra venas, & causant interpollatam. Erit igitur singularis febris & continua a putredine intra vasa exsistente, vel interpollata à putredine exsistente extra vasa. Cum autem simplicia coniuncta causent compositionem: non erit difficile inuenire omnes species febris compositæ, ex cognitione febrium simplicium in vnum coeuntium. Erit igitur febris continua alteri continuæ febri iuncta aliquando, vt febris tertiana continua cum quotidiana continua, vel cum quartana continua. Et quia hoc rarissimè contingit, & si contigerit, fere semper est mortalis febris, ideo de tali febre composita sermonem non faciemus: quoniam deplorati solis prognosticis sunt relinquendi. Aliquando vero iungitur tertiana interpollata cum quotidiana continua. Et hæc est prima species febris compositæ, quam nos appellamus Paruum hemitritæum: quoniam propter materiam cholericam putrefactam extra venas, & materiam piruitosam putrefactam intra venas, in hac febre non possunt esse sæua accidentia: vnde dicitur Paruus hemitritæus, quia paruæ malitiei est. Aliquando vero iungitur febris quotidiana interpollata cum tertiana continua, & appellatur Medius hemitritæus: cum enim in ea materia cholerica sit putrefacta intra venas, & pituitosa extra venas, sæuiora contingunt accidentia, propter quod in malitia hæc febris composita erit vigentior prima: & ideo dicitur Medius hemitritæus. Aliquando vero tertiana interpollata iungitur quartanæ continuæ, vel econtra: & hæc febris est tertia species compositarum febrium, quæ Maior hemitritæus appellatur, à sæuitate accidentium, prouenientium vel ex melancholia putrefacta intra venas, vel ex cholera intra venas putrefacta. Quarta vero species febrium compositarum, quæ Non verus hemitritæus appellatur, est cum tertiana interpollata iungitur quotidianæ interpolla-

pollatæ. Quarum omnium curam habebis in præsenti capite.

Attende tamen quod signa ducentia te in cognitionem earum febrium compositarum, sunt sequentia. Si enim fuerit paruus hemitritæus propter materiam cholericam putrefactam extra venas, & pituitosam putrefactam intra venas, refrangentem acuitatem choleræ: accidentia febris erunt remissiora, vt sitis, inquietudo, acuitas caloris, paruus rigor, & terminus ipsius febris excedet terminum durationis febris tertianæ singularis, & minor erit termino febris quotidianæ singularis. Secundum signum est: quoniam propter pituitam putrefactam intra venas, omni hora percipietur febris in ægrotante. Quòd si de tertio in tertium rigor apparuerit, & si tepidus: certo iudicabis febrem tertianam interpollatam iunctam esse continuæ quotidianæ. Tertium signum sumitur ex pulsu: quoniam ex pituita peccante intra venas minuitur acuitas choleræ, ideo pulsus erit minus celer, & minus frequens: cum pituita merito suæ frigiditatis tardet pulsum, cholera verò celerem pulsum inducat. Quartum signum est caliditas percepta in toto: quoniam minus intensa inuenitur, quàm in tertiana singulari & magis intensa, quam in quotidiana singulari. *Quòd si bene hæc omnia signa perpendens, cognosces primam speciem febris* compositæ, quam hemitritæum paruum nuncupamus. Eadem quoque via, & medium hemitritæum, & maiorem hemitritæum cognosces, prout indicia apparebunt humoris magis dominantis in hemitritæo. Si enim signa choleræ magis vigentia erunt, remissiora vero signa pituitæ, medium iudicabis hemitritæum. Vbi verò ipsius melancholiæ indicia magis vigebunt, maiorem melancholiæ quantitatem indicabunt, & sic maiorem hemitritæũ diiudicabis: sequuntur enim indicia maiorem quantitatem humoris peccantis. Non nego tamen quin aliquando æqualia possint esse indicia apparentia, & pituitæ, & choleræ, vt eam innuamus sententiam, quam quidam tenent quartam esse hemitritæi speciem, ex humoribus æquè permixtis, æqualia indicia mouentibus. Et hæc de signis.

Curatio vero febrium compositarum, seu hemitritæorum,

tæorum, per ſequentia cognoſcetur. Attende igitur primo, quod hemitritæus difficilis eſt curationis, vt dixit Galenus primo artis curatiuæ ad Glauconem: quoniam peccans materia craſſa eſt, & inobediens concoctioni. Et ideo dixit Auicenna prima quarti capite proprio: hemetritæum aliquando prolongari vſque ad vij. menſes: quo fit, vt merito ſuæ diuturnitatis inducentis debilitatem in virtute, dicamus hemitritæum periculoſum eſſe.

Attende, quod hemitritæus eſt febris mali modi, & ſimilis febri epidemiali; eo quia virtus, moleſtata à malitia duarum febrium, admodum debilitatur. Et ideo ſecundum plurimum accidunt hemitritæi tempore peſtilentiæ. Ob quam rem hortor vos, vt in hemitritæo cuſtodiam cordis ſollicitetis, & his quæ aſſumuntur, & extra applicantur, confortantibus virtutem cordis, de quibus ſermonem faciemus, cum loquemur de febre peſtilentiali.

Item attende, quod hemitritæus, quia febris compoſita eſt, indiget cura compoſita. Hanc ſententiam habes à Galeno primo de differentiis febrium capite viij. & lib. iij. de ſimplici pharmaco, diſtinctione tertia, capite tertio. Ideo ſicut materia peccans in hemitritæo eſt compoſita ex diuerſis materiis: ita & medicinæ, ei competentes, erunt compoſitæ ex ſimplicibus diuerſis, vel compoſitis diuerſis, reſpicientibus diuerſitatem humorum in hemitritæo peccantium.

Item attende, quod cum materia hemitritæi dicatur eſſe merito craſſitudinis inobediens concoctioni, & euacuationi; hortor vos, vt non vna euacuatione tantum ſitis cõtenti: ſed paulatim digerere oportet, atque euacuare paulatim. Et ideo primum digeramus materiam, & non exſpectando ſigna completæ digeſtionis euacuabimus partem peccantis materiæ: ſic enim faciendo ſecurabimus ægrum à debilitate virtutis, ſine moleſtia materiam euacuando.

Nota, quod hemitritæus habet quinque tempora ſui paroxyſmi: ſicut poteritis videre apud Galenum libro de temporibus particularibus paroxyſmorum. Taceant igitur illi, qui dicunt declinationem non eſſe partem paroxyſmi; quia tunc non eſſent tempora particu-

laris

laris paroxysmi nisi tria: & dicit Galenus, ea esse aliquando quatuor, aliquando quinque. Ea autem tempora hemitritæi sunt iuxta Galenum, principium, anomalia, augmentum, status, & declinatio: & intelligo per tempus anon aliæ inæqualitatem motuum materierum, qua neque principium, neque augmentum diiudico, sed propter diuersitatem illam motuum apparentium in hemitritæo, tunc non indicamus esse principium, neque augmentum. Et hoc accidit ex diuersis naturis diuersorum humorum peccantium in hemitritæo.

Parui igitur hemitritæi cura est, vt materia primum concoquatur: & quoniam pituita intra venas est putrescens, cholera vero extra: ideo peccatum in maiori quantitate pituitæ inuenitur in hemitritæo paruo. Quare digestiuum debet esse compositum ex digerente pituitam secundum magis, & digerente choleram secundum minus. Syrupus igitur patienti sequens exhibeatur: *Recipe syrupi bisantini, vel syrupi de duabus radicibus unc. i syrupi de endiuia pro cholera, oxymellis simplicis ad incidendum materiam crassam ana unc. s. aquarum feniculi, buglossæ ana unc. i s. misce, pro una vice. Continuetur autem syrupus præsens per septem dies continuos, quia materia non cito obedit cōcoctioni. Eo tamē tēpore quo digeretur materia etsi simus in principio morbi, hortor vos ad cordis confortationem: cum hæc febris sapiat naturam epidemialis febris, in qua virtus cordis læditur duplici febre, videlicet à continua de phlegmate, & ab interpollata de cholera. Patienti igitur quotidie applicetur epithema cordiale: & exhibeatur mixtura cordialis eo modo quo dicemus cum loquemur de febre pestilentiali.*

Dehinc euacuatio instituenda est, apparentibus signis concoctionis, etsi non complete: dico non complete, quia propter materiam crassam concoctioni inobedientem, non debemus exspectare completam digestionem, sed sæpius digerere & sæpe euacuare. Dico sæpe euacuare: quoniam propter diuturnitatem temporis in quo eleuantur multi vapores oppositi & à pituita videlicet, & à cholera, petentes cerebrum, facile posset apostema cerebri gigni: *quod vt medicus prohibeat*, solicitet euacuationem magis, quā alterationem per exstinctiua calo-

caloris. Et ideo apparet hemitritæum sapere naturam febris pestilentialis: quia nedum virtus cordis debilitatur, verum & cerebri aposte ... gignit ... Sunt enim hæc symptomata comitantia pesti... . Digeramus igitur ante euacuationem, quia materia est crassa, cum syrupo dicto; euacuemus vero non exspectantes completam digestionem: ne fiat quod dictum est. Medicina igitur euacuatiua talis est in hemitritæo paruo: *Recipe betonicæ pro capite, feniculi, absinthii ana M.i. & pro phlegmate, sint in maiori quantitate rosarum, florum violarum ana M. s hæc pro cholera in minori quantitate: florum buglossæ borraginis ana P. i. & hæc pro corde: bulliant omnia in sufficienti quantitate aquæ, vsque ad consumptionem medietatis, deinde coletur: & cum colatura dissolue cassiæ nouiter tractæ v... pro lenitiuo: turbith boni, & gummosi pro phlegmate in maiori quantitate drachm. ij zingiberis gra. v. reubarbari electi, pro cholera in minori quantitate drac i spicæ gra. v. Attende tamen quod cum in hemitritæo paruo peccet materia crassa ... phlegmatica, pone reubarbarum in substantia, quoniam magis crassos euacuat humores. Et aduerte, quod loco turbith & reubarbari simul in eadem intentione potes ponere in medicina mixturam de diaturbith cum reubarbaro. Et ex his potum conficias & ægroto dabis, modo exhibitionis aliarum medicinarum.*

Completa euacuatione per medicinam, iterato materiam concoquere debes, etsi simus in paruo hemitritæo, & eleuare digestiua in eadem compositione, & in maiori virtute ad concoquendum pituitam, deinde choleram. propinetur igitur sequens syrupus patienti: *Recipe syrupi de quinque radicibus vn. i. oxymellis compositi, endiuiæ ana vnc, s. aquarum absinthii feniculi, cichorii, ana vnc... misce pro vna vice.* Apparentibus signis concoctionis, dabis medicinam iam præscriptam, *excepto, vt minoretur tertia pars turbith, & addatur drac. i. agarici electi in oxymelle simplici infusi, & videbis vigorosiorem medicinæ operationem in eductione pituitæ & choleræ.*

Medii vero hemitritæi curam habebis, si causas facientes ipsius compositionem considerabis: fit enim ex cholera putrefacta intra venas, & ex pituita extra: quare cum maior humor sit putrescens tam intra, quam extra venas:

nas: à maiori quantitate choleræ pendet medius hemitritæus, & à minori phlegmate: quapropter & digestiua, & euacuatiua in eo magis attestabuntur choleræ, quam pituitæ. Attende tamen, quod cum in medio hemitritæo maior sit timor de generatione apostematis cerebri, propter putrescentem materiam cholericam intra venas: medicus debet esse solicitus in euacuatione illius materiæ: non enim tanta desideratur digestio choleræ propter subtilitatem, quantam requirebat pituita in paruo hemitritæo. Primo igitur digeratur materia sequenti syrupo: *quem præcedat ventris lenitio vel cum manna, vel cum cassia, & tamarindis. Recipe syrupi de endiuia de succo acetosæ ana drach. vi. mellis rosati colati, vnc s. aquarum cichorii, endiuiæ, buglossæ, ana vnc. i. misce. In isto syrupo magis vigent respicientia choleram, minus vero pituitam: & sic exigit medius hemitritæus.*

Quinque sumptis de iis syrupis, laudo, vt non exspectes vlteriorem digestionem: sed vi. die diluculo sequentem ægrotanti medicinam propinabis: *Recipe florum quatuor cordialium ana M. s. tamarindorum, corticum myrobalanorum citrinarum ana drach. ij. agarici ligati in petia drac. i. bulliant omnia in sufficienti quantitate aquæ, vsque ad consumptionem medietatis, deinde coletur: & cum colatura dissolue diacatholici drachm. vi. reubarbari electi drach ij. spicæ gran. x. turbith boni, & gummosi drach. i. zinziberis gran. v. infundatur reubarbarum cum spica in aqua endiuiæ cum modico vini albi odoriferi per decem horas: deinde fiat fortis expressio, & fiat potus.*

Et quia etiam in medio hemitritæo, propter pituitam redditur materia crassa: ideo consulo, *vt paulatim digeras, & paulatim euacues. Institue igitur iteratam digestionem cum syrupis eiusdem conditionis, videlicet magis respicientibus bilem, minus vero pituitam: & non recedas, apparentibus signis concoctionis, à medicina data.*

Vnum tamen aduerte: *vt in medio hemitritæo frequententur lotiones, cum aqua calida, decoctionis camomillæ, betonicæ, & rosarum, mane scilicet & vesperi: vt diuertantur vapores à cerebro, quibus in medio hemitritæo facile potest cerebri apostema procreari. Laudo quoque vt fiant frictiones propter eandem causam.*

Quod si in medio hemitritæo iungeretur dolor capitis, vel delirium aliquod: *laudo appositionem hirudinum hæmorrhoidibus: cum ipsæ etiam diuertant, & euacuent vapores & humores à capite.*

Maioris vero hemitritæi cura solicitum requirit medicum: quoniam maior hemitritæus periculosissimus est, & ab eo pauci euadunt, & secundum plurimum apparet in pestilentia. Quia enim pendet a melancholia putrescente intra venas, & a cholera extra venas: in eo apparent accidentia, cum vterq; humor maxime aduersus sit omnibus virtutibus membrorum principalium corporis nostri. Cōsiderabis igitur in maiori hemitritæo maiorem quantitatem materiæ melancholicæ putrescentis intra venas, & minorem choleræ putrescentis extra. Sint igitur eius digestiua, & euacuatiua magis respicientia melancholiam, minus vero choleram. Syrupus igitur conueniens (*præcedente ventris lenitione cum diasena lenitiuo, & cassia*) erit sequens: ℞. *syrupi de epithymo vnc. i. de buglossa, de endiuia ana vnc. s. aquarum melissæ, borraginis, cichorij ana vnc. i misce.*

Assumptis tribus, vel quinque de his syrupis, euacuabis cum sequenti medicina: *Recipe confectionis Hamech non solutiuæ vnc. i epithymi subtiliter puluerizati drachm. ij. reubarbari electi drach. i spicæ gran. v. reubarbarum subtiliter puluerizetur, & cum modico vini albi odoriferi irroretur, & omnia cum decoctione florum cordialium, folliculorum senæ, & polypodii quercini, & tamarindorum dissoluantur, & fiat potus.*

Quod si in maiori hemitritæo adhuc malignitas vigeat: *veritatem astantibus de periculo mortis pronunciabis & curationem his pertexes quæ dicemus de cura febris pestilentialis.*

Et hæc de febribus compositis dicta sint.

## CAP. XIX.

## *De febre hectica.*

DIxit Galenus secundo de crisibus, capite decimotertio, & primo de differentiis febrium, capite nono, ethicā nominari ab affixione: est n. veluti qualitas affixa, & ha-

& habitualis, de difficili remouibilis à subiecto. Et secundo prædictionum dixit, ipsam esse continuam, quæ proprie nocte augmentatur. Et libro de inæquali dyscrasia dixit, ipsam a principio curare difficile esse, in fine vero nequaquam. Da hac loquens Princeps prima quarti dixit: hecticam esse febrem continuam in solidis particulis corporis existentem, consumentem humiditates omnes membrorum & totius corporis. Cuius duæ sunt species: Vna quæ dicitur hectica febrilis, altera vero marasmus: sicut dixit Galenus in his, quæ scripsit de tabe. Nos igitur primam hecticam expediemus febrilem: secundo verò marasmum.

Porro cum hectica febris sit totius corporis humiditatum consumptio: tradendum aliquid de humani corporis humiditatibus: quæ sunt tres. Prima est oleum circundans totum lychnium, veluti humidum nutrimentale lucentis flammæ in lychnio: secunda est humidum intrinsecatam substantiæ lychnii, quo immediate fouetur flamma lychnii: tertia est humidum radicale lychnii, quo tenentur partes ipsius lychnii substantiales ad inuicem: docet etenim experientia, oleum à flamma continuo absumi; consumiturque humidum oleagineum intra lychnium consistens; consumitur quoque & substantia ipsius lychnii, quæ incinerata deficit. Sic & in humano corpore tres inueniuntur humiditates, quas Princeps prima primi, doctrina de humoribus proponit: vna est ros, & est humiditas ex primis humiditatibus genita, circundans omnia membra corporis nostri, veluti oleum lychnii substãtiam circundabat: qua membra irrorantur, & ipsa vertitur in intrinsecum nutrimentum ipsorum membrorum. Secunda est humiditas intrinsecata poris & meatibus membrorum, quæ de proximo transit in membri substantiam, veluti nutrimentum in effectu: & dicitur cambium, quoniam immediate cambitur seu permutatur in substantiam membri. Tertio vero humiditas, quæ est quarta de secundis apud Auicennam, est, qua membrorum partes tenentur: & dicitur gluten, quia glutinat, & adunat partes membri.

Hinc eliciuntur tres species hecticæ. Si enim consumatur

matur humiditas corporis rorida, erit prima species hecticæ, similitudine consumpti olei in lucerna. Et hæc est difficilis cognitionis, & facilis curationis. Licet dicat Galenus de inæquali dyscrasia, quòd quælibet species hecticæ à principio sit difficilis curæ: quoniam quælibet species, antequam noscatur, magis affigitur, & habituatur: quo fit, vt cuiuslibet speciei hecticæ principium difficile sit cognoscibile: & proinde, cum à principio non curatur, eadem species in processu sui ipsius nequaquam curabitur: id quod voluit Galenus. Comparata vero hectica primæ speciei ad alias species, à principio hecticæ primæ speciei facilioris erit curæ: vt dixit Auicenna. Si vero fuerit consumptio cambii, seu humiditatis imbibitæ membris, ad similitudinem consumptionis olei imbibiti in substantia lychnii; erit secunda species hecticæ: quæ est facilioris cognitionis quam prima, & difficilioris curationis. Si vero fuerit consumptio humiditatis glutinosæ ad similitudinem consumptionis humiditatis radicalis lychnii: dicetur tertia species hecticæ: quæ facilis est cognitionis & difficilimæ curæ.

Cæterum indicia, quibus poteris cognoscere hecticam febrilem, sunt hæc. *Primum* sumitur ex modo caliditatis præternaturalis apparentis in toto, quoniam vniformis est, & æqualis, non plus affligens vno die, quam altero, quantum est ex parte qualitatis caliditatis hecticæ: & dico hoc, quoniam in aliqua horarum inuenitur corpus ægrum magis alteratum & calefactum, & hoc ex parte dispositionis membri, & rei extrinsecus contingentis. Et propter hoc est *secundum* signum hecticæ, quod paulo post cibum corpus magis manifestè inflammatur: & ratio est, quoniam cum membra ex caliditate hectica, facta sint calida & sicca, humidum nutrimentale ex cibo acquisitum superincendit talia membra sicut cum humidum aqueum superaspergitur calci calidæ & siccæ: docet enim experientia, quod ab illo humido aqueo supra calcem proiecto, eleuantur fumi circundantem aerem calefacientes: ita & humidum cibi attingens membra ipsius hectici, est causa, quare ab illis membris eleuentur fumi totum corpus inflammantes magis. Hinc *tertium* est signum febris hecticæ, quòd post refectio-

refectionem rubescunt maxillæ, quia maxime vapores illi vergunt ad faciem. *Quartum* indicium est, quod caliditas ad tactum, primo tactu apparet initis, & non acuta, neque mordicatiua: ratio est, qui caliditas hecticæ est concentrata in membris & particulis solidis: ideo longius distat à sensu tactus: quod si tactus perseueret, in processu apparebit calor magis acutus & mordicatiuus. Cuius oppositum contingit in febribus putridis: primo enim tactu in his acutior & mordacior percipitur caliditas, quia in humoribus inuenitur, & in partibus mollioribus. *Quintum* signum sumitur ex parte pulsus: est enim pulsus rarus, tardus, & paruus: & hoc propter debilitatem virtutis pulsatilis: durus vero inuenitur hic pulsus, propter duritiem arteriæ, quoniam caliditas hecticæ inuenitur in solidis particulis. *Sextum* signum sumitur ab vrina: oculi enim oleaginei apparent in vrina ipsa: quibus significatur consumptio humiditatis, quæ fit in omni specie hecticæ. *Septimum* signum sumitur ab habitudine corporis: nam tangendo cutis appa et arida, quoniam continue corpus exsiccatur propter cōsumptionem omnium humiditatum omnium membrorum.

Attende tamen, quod ea, quæ dicta sunt indicia hecticæ, sunt solius hecticæ, non commixtæ cum putrida febre: si enim putrida iungitur hecticæ, confunduntur signa. Quare oportet te bene perpendere cuius putridæ indicia commixta sint: an tertianæ, an quotidianæ, an melancholicæ. Hinc habebis viam ad curationem putridæ iunctæ cum hectica. Et quia periculosior est putrida, non dans nobis inducias, veluti dat hectica: curationi putridæ prius debes attendere, non neglecta tamen cura hecticæ.

Ex dictis quoque signis facile poteris deuenire in cognitionem causarum hecticæ. Eius causæ procatarcticæ, seu primitiuę sunt, quæcunque extrinsecus contingentia corpori humano, nimium supercalefaciunt: sicut fortis calor solis & fortis calor balnei, & comestio rerum valde calidarum, & exsiccantium, sicut sunt piperata, ab his enim in membris totius corporis figitur caliditas, & siccitas succrescit, quo fit, vt corpus tabidum

remaneat. Quapropter quæcunque corpori humano extrinsecus adueniunt, nimium calefacientia, & exsiccantia illius membra, sunt hecticæ febris causæ procatarcticæ. Causæ vero præcedentes sunt, quæcunque intrinsecus corpori contingunt calefacientia, & exsiccantia totum corpus, sicut febris ephemera, quæ est caliditas, & siccitas, maxime humidum consumens. Cum enim in ea spiritus incenduntur, permeantque spiritus ad omnes corporis minimas partes: earum humidum facilè consumere possunt. Et hoc est, quod facilè ex ephemera fit hectica. *Febris quoque putrida potest esse causa hecticæ præcedens:* cum etenim diuturno tempore perseuerauerit putredinalis calor in humoribus, humidum consumit, & vt idem calor conseruetur, vertit eius operationem in humidum membrorum, quo dissoluto, fit hectica. Causa vero coniuncta, quam contentiuam appellat Galenus, est caliditas exsistens in particulis solidis totius corporis, quæ continue agens in humidum ipsorum membrorum, ipsum exsiccat, & totum corpus tabidum reddit.

Curatio hecticæ febrilis sic instituenda. Si hecticæ febrili iungatur febris putrida, primo debes attendere putridæ, non derelinquendo hecticam: quoniam medicus debet attendere ei, quod magis suspectum est: cum autem putrida sit magis suspecta; quoniam hectica dat moram, & inducias, quam non dat putrida: ideo primo debes putridæ attendere, & recordari de auxiliis, quæ diximus suis capitibus propriis.

Præterea medicus in hectica simpliciter non debet attendere euacuationi humorum, quoniam vitium est in membris, non in humoribus: sed contentus erit solis alteratiuis caloris hecticæ, & humectatiuis siccitatis membrorum.

Cum igitur cura hecticæ consistat infrigitando, & humectando: primo expedit, vt cures hecticam cibis infrigidatiuis, & humectatiuis. Quod si esses coactus cibis calidis in hectica, *sicut vino, vel aqua carnis, & huiusmodi: fac, vt procedant infrigidatiua: & ideo vinum absolute negandum est, nisi ei iungatur virtutis debilitas. Si igitur vinum dare hecticis esses coactus, recordare ipsum limphare aqua semper*

*seminum communium frigidorum: & sit vinum pauciferum, fere in omnibus dispositionibus aquæ assimilatum: de quo vino loquitur Galenus tertio de ratione victus in acutis, commento primo. Quod si sine vino hecticum potes sustentare, eius potus sit aqua hordei non multæ decoctionis, vel sequens potus: Recipe aquæ seminum communium frigidorum, violatæ, endiuiæ, lactucæ ana lib. i. seminum endiuiæ, scariolæ, portulacæ, ana drach. ij. iuiubarum, sebesten ana numero xx. bulliant omnia inuicem in sufficienti quantitate aquæ, deinde coletur & cum saccharo quantum sufficit, fiat iuleb longum: de quo iuleb bibat sine misericordia.*

C[illegible]a vero hectici similiter sint frigida & humida, *veluti est ptisana. Est enim cibus admodum conueniens hecticæ: infrigidat enim & humectat, & licet hordeum dicatur esse siccum, ipsum tamen propter elixationem fit humidum, & maxime conuenit hecticis tempore vespertino, cum in somno, calore naturali intrinsecato agente in ipsum, melius disseminetur per omnia membra corporis nostri, ad ea magis humectanda.*

Secundus cibus: *parua pulla, depilata, & euiscerata infundatur in aqua seminum communium frigidorum, & violarum, per 6. horas: deinde ad ignem lentum ponatur, & elixetur in aqua communi, in qua ponantur folia lactucæ, endiuiæ, scariolæ, seminum papaueris ana P. s. Decocta verò pullæ carnes patiens comedat, vel densas, vel contusas. Ferculum vero eius sit ex dicto brodio, in quo coquatur farinæ amyli, farinæ hordei ana P. s sacchari albissimi vnc. s. lactis amygdalarum dulcium vnc. i sine sale patienti exhibeatur.*

Tertius cibus est talis: *Recipe succi curbitæ vel cucurbitæ optime contusæ vnc iiij. lactis amygdalarum dulcium vn. ij. farinæ amyli vnc. s. sacchari optimi vnc. i. misce & coquantur omnia in iure paruæ pullæ, & patienti exhibeantur mane & vesperi.*

Quartus cibus: *accipiatur medulla panis, & lacti infundatur vaccino, vel caprino per 6. horas, deinde coquatur in lacte amygdalarum dulcium quantum sufficit: addendo emulsionis seminum papaueris albi, & seminum communium frigidorum ana vnc. s. & cum saccharo fiat ferculum sine sale.*

Quintus cibus: *sume caudas cancrorum. & eas infunde in lacte vaccino per 6. horas: deinde in lacte eodem concoque hu-*

*iusmodi caudas: cui adde lactis amygdalarum dulcium, emulsionis seminum papaueris, & seminum communium frigidorum ana vnc. s. & cum saccharo quantũ sufficit, fiat condimentum*

Sextus cibus: *cape testudinem nemoralem, & cum aqua calida eam separa ab ossibus suis extrinsecus, deinde eam exsceratam in aqua violata & seminum communium calida bene laua: demum de lacte vaccino infundatur per noctem a- dictæ testudinis: post vero cum portionibus cucurbitæ recentu in lacte vaccino coquatur, & cum saccharo quantum suffi- fiat condimentum. Patiens vero comedat carnem testudin- & cum lacte decoctionis dictæ testudinis conficiat ferculum.*

Septimus cibus: *cape limaces, & eas bene laua cum prædictis aquis: deinde eas coque in lacte vaccino, & cum la- mygdalarum dulcium & saccharo fiat condimentum. Et - cordare, quod lac in omni administratione est conueniens - cticis: & lac præcipue à quo extractum est butyrum, cum butyrum facile inflammet. Laudo igitur, ad modum Gal- quinto methodi curatiuæ, lac humanum pro cibo ipsis hecti- cõuenit autem præcipue cum sugitur ex mamilla mulieris nutritæ cibis infrigidantibus, & humectantibus, vt lactucis, - deo, lacte seminum melonum, & carnibus alteratis cum h- Post vero lac asininum multum hecticis prodest, infrigidan- humectando, & nutriendo, dum sit lac recenter mulctum & cum sua caliditate bibitum. Quod si febris putrida hecticus - geretur, non ita laudo lactis exhibitionem propter putri- cui inimicatur lac, iuxta illud Hippocratis: lac dare caput - lentibus, & febrientibus malum. Contentetur igitur hecticus simul laborans putrida febre, ptisana, & aliis cibariis dictis, - quibus non administratur lac.*

Octauus cibus talis est: *Recipe pulpas caponis carnosi, & non pinguis numero ij. infundantur in lacte vaccino per di-, deinde optime contundatur caro, cum aqua seminum comm- nium frigidorum: cui misce farinæ hordei P. s. lactis amygdalarum dulcium vnc. i. emulsionis seminum papaueris drach -. sacchari quantum sufficit, & fiat condimentum.*

*Ratione humectationis hecticus comedat, vel deglutiat - cum fructuum frigidorum, & humidorum, sicut sunt pom- quorum pomorum succum deglutiat propter intentionem - ctam: succus etiam cucurbitæ conuenit, & citruli, si stoma-*

chus

*chus tolerabit & succus cucumeris: de melonibus autem res est suspecta, quia cito acetosantur in stomacho.*

Post mixtam, quam magnopere debet medicus obseruare in cura hecticæ, licet aliquando hectico propinare *syrupos infrigidatiuos & humectatiuos, sicut est syrupus de papauere, violatus, de nenufare, de endiuia, de portulaca & huiusmodi, Verbi gratia: Recipe syrup. de papauere, violati, de endiuia ana vnc. s. aquarum seminum communium frigidorum, lactucæ, violarum ana vnc. i misce.*

Et quoniam huiusmodi syrupi non tribuuntur hectico merito digestionis materiæ, sed solum merito infrigidationis, & humectationis habituatæ materiæ calidæ, & siccæ, acquisitæ memoris ij sius hectici: *ideo post syrupos non tentabit medicus euacuationem per pharmacum, neque in hectico exspectamus apparentiam signorum digestionis.*

Si tamen ex inordinato victu hecticus pateretur ventriculi & intestinorum plenitudinem, qua & foueretur mala natura habituata ipsi hectico: tunc consulo medicum posse euacuare à vijs latis *cũ manna vel cassia.* Quòd si non contentetur his dictis, procuret medicus impositionem clysteriorum, in quibus sit virtus nutritiua, & alteratiua malæ complexionis calidæ, & siccæ. Quorum vnum tale est: *Recipe iuris pullæ paruæ bene carnosæ vnc. x. in quo bulliant seminum papaueris, florum nenufaris, violarum, lactucæ, maluæ ana M. i. deinde coletur: & colaturæ adde olei violati vnc. iij. sacchari albissimi vnc. ij. mellis violati vnc i. s. salis communis drac. i. s. vitellum oui numero i. & conficiatur clysterium.*

Item, expertum est, sequentem mixturam multum conferre hectico, si eam pluries in die capiat: *Recipe conseruæ violarum, conseruæ nenufaris, conseruæ portulacæ ana vnc i. amyli, tragacanthæ ana drach. i. misce, & cum modico sacchari albissimi fiat mixtura.*

Item, sequens mixtura multum laudatur: *Recipe emulsionis seminis papaueris albi, emulsionis seminum communium frigidorum ana vnc. ij. succi lactucæ depurati, succi endiuiæ, scariolæ ana vn. s. ponantur ad ignem lentum, & cum saccharo albissimo quantum sufficit fiat mixtura.*

Item experientia compertum est, sequens vnguentum sanare hecticos febrientes: quo tota spina dorsi, & dorsum

ſum, & thorax, & vtrunq; latus hypochond iorum vngatur: *Recipe mucillaginis ſeminũ citoniorum ſem... ſeminum maluæ ana vnc. i. lactis mulieris puellam lacta... & parturientis vn. i. s. gummi arabici tragacanthæ ana d... i. butyri recentis ſine ſale loti, olei violati ana vn. i. s. ceræ albæ quantum ſufficit, & fiat vnguentum molle.*

Item compertum eſt, in hectica, multum attenuante corpus humanum, ſequens balneum ſtomacho ieiuno multum conferre: *Recipe gallinas pingues depilatas, & eviſceratas num. iij. capita caſtratorum pinguium num. v. violariæ, lactucæ, endiuiæ ana M. i. florum nenufaris M. ij. capitum papaueris albi num. xx. bulliant omnia in 20. lib. aquæ vſq; ad conſumptionem carnium gallinarum, & capitum caſtratorum: deinde coletur. Et ſic procede: pone aquam illam in tina non multum calidam, ſed infra tepiditatem, ne calore balnei incendatur caliditas hectici, & ſiccitas creſcat. Deinde ingrediatur hecticus balneum dictum, & in eo trahat moram per horam. Ante tamen ingreſſum, immediatè leues fiant frictiones, vt balnei humiditas facilius ingredi poſſit vſq; ad ſolida membra. Poſt verò exitum à balneo immediatè inungatur totum eius corpus oleo violato, vt ſua vnctuoſitate claudat poroſitates exteriores corporis, ne humidum intus acquiſitum euaporet: & etiam humectabitur corpus hectici ab humiditate olei violati, & à detento humido intus ipſius balnei.*

Et quoniam vltra humectationem indiget hecticus reſtauratione totius corporis, & omnium membrorum: ideo expertum eſt, ſequens electuarium multum valere, ſi bis in die, mane & veſperi, vna comedatur vncia. *Recipe carnis pulparum caponis, carnis teſtudinis nemoralis, ana lib... optimè coquantur, & contundantur & diſſoluantur cum aqua violata quantum ſufficit: deinde adde gummi arabici, amyli, tragacanthæ ana drach. ij. lactis amygdalarum dulcium, lactis ſeminum melonum ana vnc. i. ſeminum endiuiæ, lactucæ, portulacæ, ſeminum citoniorum ana drach ij. ſeminis cucurbitæ, cucumeris, citruli ana vnc. i. ſucci liquiritiæ ana drac. i. s. contundantur ſemina contundenda & puluerizentur pulueriçanda, & cum ſaccharo albiſſimo fiat mixtura.*

Hecticus etiam frequenter *potum lactis, vel mulieris, vel aſinini, vel caprini: ouium quoq; lac & vaccinum non...*

cer-

*contemnenda in curatione hecticæ, cùm in omni eiusmodi lacte sit intentio infrigidationis & humectationis.*

CAP. XX.

## *De Marasmo.*

TEste Galeno, libro de marasmo, marasmus idem est quod tabefactio, vel arefactio, seu consumptio totius corporis, propter malam complexionem frigidam & siccam acquisitam membris totius corporis. Et ideo ad hanc similitudinem dicitur marasmus hectica senectutis: cum temperatura senis sit frigida, & sicca naturalis. Vnde sicut in sene viget frigiditas, & fere totus calor naturalis deficit, propter consumptionem humidi ipsius senis: ita & humanum corpus dicetur marasmatum, quando vigebit frigiditas, ferè propter totam consumptionem caloris natu alis, & augebitur siccitas ex consumptione humidi radicalis. Et propter hoc corpora patiẽtia hecticam senectutis semper ad tactum frigida apparent, & ipsamet frigiditas in toto corpore percipitur, apparente in eis arida siccitate.

Ex his poteris cognoscere causam contentiuam marasmi: quæ est mala temperatura frigida & sicca in toto corpore percepta sine febre, assimilata temperaturæ naturali senis.

Habes quoq; hinc magnam difficultatem curationis marasmi: cùm assimiletur complexioni senis frigidæ, & siccæ, propinquæ morti.

Ideo si marasmus curari poterit, curabitur per inductionem temperaturæ contrariæ temperaturæ ipsius marasmi. Procurabis igitur in cura marasmi administrationem calidorum, & humidorum: calidorum, quoniam in marasmo dominatur frigiditas: humidorum verò: quia in marasmo dominatur arida siccitas.

Summa igitur curationis marasmi est per nutrientia: quæ nutrientia per os exhibentur, *sicut optimæ carnes boni nutrimenti, & facilis concoctionis, vt sunt carnes caponum, fasianorum, perdicum, francolinorum, vituli lactantis iuuenis, cuniculi, hædorum, & his similes: non negligendo potum iuris pinguis dictorum animalium pluries in die potati.*

Nutrietur quoque patiens marasmum, per ea, quæ

clysterium modo iniiciuntur. Quem in finem bis in die, manè & vesperi, stomacho ieiuno, imponatur sequens clyster: *Recipe iuris caponis benè pinguis, vel cuiusuis alterius animalis boni nutrimenti lib. i. vitellos ouorū num. ij. sacchari albissimi vnc. i. s. sine sale, & sine speciebus aromaticis acutis imponatur clyster: sal enim, & species irritant virtutem intestinorum ad expellendum: & hoc non expedit, vbi tentamus nutritionem cum clystere. Attrahent verò intestina succum ipsius clysteris per mesaraicas suas, per quas portabitur nutrimentum illud vsq; ad hepar, & valenter nutriet. Quemadmodum vidi experientiâ, marasmatum maximè saluari & restitui clysteribus istis.*

Laudo quoq; vt ferè omnia condimenta marasmato ex lacte concedantur: & præcipuè potus sequens, quotidie in diluculo ipsi marasmato exhibeatur: *Recipe lactis ouini, vel caprini, vel vaccini quodcunq; haberi possit lib. i. vitellos ouorum numero iij. vini albi dulcis vnc. iiij. misce & bene inuicem agitentur, & ad lentum ignem coquantur semper miscendo, ne oua densentur: & ægrotanti marasmato totum exhibeatur.*

Præter hæc experientia compertum est, *balneum câlidum, & humidum quotidiè vsurpatum admodum conuenire: humectando enim nutrit totum corpus per ingressum humiditatis nutritiuæ per porositates totius corporis. Parabitur autem hoc modo: Recipe capones pingues, & pingues gallinas & capita castratorum pinguium num. ij. pinguedinis castrati propè renes exsistentis lib. ij. bulliant in sufficienti quãtitate aquæ, pro balneo totius corporis, vsq; ad consumptionem carnium dictorum animalium & capitum castratorum: deinde coletur: &, stomacho ieiuno, in tinam ingrediatur corpus marasmati. Immediatè verò post exitum balnei, patiens comedat duas portiunculas panis infusi in lacte ouino calido, & bibat inde lac: & ipso exsiccato leuiter, ne multum fricato (ne his vnctuositas auferatur à cuti) ingrediatur lectum calidum, & dormiat: cùm somnus supra cibaria boni nutrimenti faciat ad citã impinguationem.*

Laudo quoque, *vt marasmatus quotidie manè & vesperi sugat lac à mamillis pulchræ puellæ, sanguineæ temperaturæ, ætatis decem & octo annorum, nutritæ cibis calidis, & humidis per modum dictum.*

CAP.

## Cap. XXI.

## *De Febre Pestilentiali.*

De febre pestilentiali sumus dicturi in præsenti capite: quæ propter magnitudinem morbi & symptomatum sæuitatem indiget magno studio, & magna medici sollicitudine, & prudentia. Quæ febris à Principe prima quarti appellatur febris mali modi, cùm latenter ægrum percutiat, & ipsum necet. Dixit enim Princeps, febrem hanc exterius corpus quietare, interius verò admodum ipsam perturbare, & vt plurimum perdere.

Attende igitur primo, quòd apud authores inueniuntur hæc omnia: pestilentia, epidemia, & endemia. Est autem pestilentia corruptio aëris, propter prauam & occultam qualitatem, qua accidunt diuersæ ægritudines in diuersis, & variis indiuiduis, etsi diuersorum generum. Inuenitur igitur pestilentia, & in hominibus simul, & in generibus animalium brutorum. Epidemia verò est corruptio aëris ob prauam & occultam qualitatem, qua plures contingunt ægritudines in indiuiduis tantum vnius generis: & sic epidemia vel erit in indiuiduis humanis tantum, vel in aliis indiuiduis animalium brutorum vnius generis solùm. Et hic morbus apud Galenum cùm contingit indiuiduis humanis, morbus appellatur vulgaris, quoniam ex contagio pervulgum vagatur. Endemia tandem est corruptio aquæ & terræ, ob prauam & occultam qualitatem eis iunctam. Et attende, licet propriè ista nomina sint diuersa; à Galeno tamen, & Auicenna pro nominibus synonymis capi. Ex his etiam habere poteris differentiam inter morbum pestilentialem, epidemialem & endemialem: quoniam morbus pestilentialis simul in pluribus indiuiduis plurium generum inuenitur ex corruptione aëris ob prauam, & occultam qualitatem: nam in pestilentia etsi aër corrumpitur, non corrumpitur tamen secundum sui substantiã, sed corrumpitur per qualitatem ei iunctam. Et ideo dicitur pestilentia, vel epidemia aëris corruptio qualitatiua, & non substantialis: potestq; pestilentia amoueri, quia aëris qualitas amouetur, & non substantia. Morbus epidemialis est morbus in indiuiduis vnius generis tantùm inuentus, ob aeris corruptionem

prionem qualitatiuam, quæ qualitas occulta & praua dicitur, quia occultè intrinsecus operatur, & occultè animal inficit. Morbus verò endemialis animantibus acquiretur, vel simul plurium generum, vel vnius generis tantùm; propter aquæ, vel terræ corruptionem, ob prauam & occultam qualitatem eis iunctam.

Ex his facilè scire poteris febrem hanc, quam mali modi diximus, esse triplicem: videlicet pestilentialem, epidemialem & endemialem. Nos autem de his febribus loquentes, nomine febris pestilentialis, sequemur Galenum primo de differentiis febrium capite, secundo, tertio, quarto & quinto. Est igitur febris pestilentialis duplex: vna quæ immediate pendet à pestilentia, quæ iam occulta, & praua qualitas acquiritur ex aëre ipso, taliter affecto, humiditatibus ipsius cordis, propter quam cor patitur febrem pestilentialem, ab ipsa pestilentia immediatè, quæ erat mala qualitas seu malus influxus aëris acquisitus: & hæc febris propriè dicitur pestilentialis, & est illa, quam nos nominamus febrem pestilentiæ omniā vagatur tempore, quo viget pestilentia. Alia verò febris pestilentialis in nostris humanis corporib. inuecta, quæ mediate pendet à pestilentia: veluti si mala qualitas aëris iungeretur alicui febri, deinde illa mala qualitas communicaretur humiditatibus cordis: causaretur tunc temporis nō immediatè ab affecto corde à qualitate aëris occulta, sed mediatè: & dicitur febris pestilentialis mediatè pendens à pestilentia: quæ eadem febris progigni potest ex prima omniū humorum corporis humani affectione à qualitate occulta aëris, ipsos humores primò inficiente: humores enim sic affecti, & mala putredine corrupti, malos & prauos vapores effumant ad cor, facientes febrem, quam pestilentialem appellamus.

Aliud etiam genus febris potest hominibus contingere, quam dicimus pestilentialem, per similitudinem ad veram pestilentialem febrem. Contingere enim potest, aliquem humorem in nostro corpore exsistentem, aliqua mala & occulta qualitate, in eodem corpore genita, affectum esse, non pendentem ab influxu, & ab aeris corruptione, illi tamen malæ aeris qualitati similis, quæ ferè omnia symptomata inducet, quæ etiam mala

& occulta

& occulta qualitas ipsius aeris producere posset. Et propter hoc quidam medici imperiti videntes hoc genus febris, pronunciant eam esse veram pestilentialem, credentes malam esse naturae factam qualitatem occultam. Nos autem diximus, istam febrem non debere veram appellari pestilentialem sed potius febrem mali modi: & febris mali modi erit amplior, quam febris pestilentialis: cum omnis febris pestilentialis sit mali modi, sed non contra. Has febres Galenus appellauit male morigeratas.

Praeterea febris pestilentialis; quae mediate pendet à pestilentia, cuilibet generi febris potest contingere, vt exemplo patet. & sic dabitur ephemera pestilentialis, quoniam dicto modo ephemerae potest iungi illa praua & occulta aeris qualitas, propter quod dicitur ephemera pestilentialis. Simili modo dabitur tertiana pestilentialis, & interpollata, & continua, & quotidiana pestilentialis, & quartana, & continua. Expertus n. fui multas harum febrium praeualuisse tempore pestilentiae, quae a inc pestilentes nunquam [illegible] fuerunt: in processu tamen praua & occulta qualitas aeris fuit eis iuncta, propter quod factae fuerunt pestilentiales, & febrientia illa corpora interfecerunt.

Pari modo in corporibus nostris plerumque tempore pestilentiae apparent apostemata non pestifera: in processu tamen illis potest iungi occulta aeris qualitas, qua pestifera efficiuntur. Memini n. tempore pestilentiae Anno M D X X V I I. fuisse cuidam febrienti applicatas in natibus cucurbitulas scarificatas: & paulo post illi scarificat[illegible] iunctam fuisse illam prauam & occultam qualitatem, & ipsam scarificationem apostemate pestifero affectam fuisse, & breui aegrum mortuum.

Ex his quae diximus facile possumus venire in cognitionem causarum pestilentiae, & febris pestilentialis. Nam pestilentia potest habere radicem à superioribus, & etiam ab inferioribus. A superiorib. quidem, quoniam contingit aliquando vt in aliqua regione, vel in aere alicuius determinati loci, influxus quidam iungatur ex determinata quadam planetarum coniunctione, qui influxus pestilentia dicitur: est n. aeris corruptio qualitatiua naturae humanae inimica. Ex his habes duo: primo, causam generalem

ralem pestilentiæ, & est dictus in fluxus: habes secundo diffinitionem pestilentiæ & est corruptio aeris qualitatiua, occulte operans, & humanæ naturæ inimica.

Ab inferioribus vero causam pestilentiæ habemus, quæ est corruptio qualitatiua terræ vel aquæ, occulte operans, & inimica naturæ humanæ: quæ corruptio aliquando est terra nascentium, aliquando vero ab intimis ipsius terræ progignitur: illis enim omnibus quandoque iungitur mala qualitas, ob quam mali eleuantur vapores propter putredinem eisdem acquisitam, qui corpora hominum subeunt inspiratione aeris: vnde vapores illi attingunt cor, magnum cordis nocumentũ procreantes. Quemadmodum meo contigit tempore, dum quidam puteum quendam cauernosum multo tempore clausum aperierunt, & in apertione duo mortui fuerunt. Fuit enim aquæ illius putei iuncta mala qualitas, quæ occulte operans, & inimicata naturæ humanæ, illo necauit. Et ex hoc habere potes, quod endemia sit causa pestilentiæ, quia ex vaporibus aqueis & terrenis, mala qualitate effectis, afficitur etiam aer ipse; quapropter erit in aere corruptio ex mala & praua qualitate veniente ab aqua, vel à terra.

Hinc ergo habes causam febris pestilentialis propriam quæ est vel mala qualitas occulta aeris, communicata cordi, qua putrefiunt cordis humiditates, quibus putrefactis superinceditur caliditas præternaturalis ipsi cordi, & febrem causat: vel est mala, & praua qualitas aquea, vel terrena, attingens cor, & eodem modo febrem progignens.

Verum annotatione dignum est, aliquando posse hominibus contingere febrem ex putredine sola, reperta in humoribus corporis: quæ febris non proprie pestilentialis dici debet, sed similis ipsi pestilentiali, quoniam in effectu, qui est mors, & in symptomatibus, febri assimilatur pestilentiali. Sic vidimus post annonæ penurias multa hominum, videlicet pauperum, corpora cecidisse in febres, quas pestilentiales medicorũ vulgus appellabat: hoc autem eueniebat ex commixtione ciborum mali succi, qui facillime putredini erant parati: vnde ex eis generabantur in eis putredines malæ, & venenosæ, quæ intra

intra eorum corpora operabantur occulte, & ea interficiebant. Et hæ febres propriè pestilentiales non sunt, sed similes illis: & dicuntur febres mali modi, quia ex putredine & qualitate occulta humorum, tantum interius corpora turbabant, & exterius eadem quietabant.

Signa vero demonstratiua ipsius febris pestilentialis, facile ex dicendis poteris habere. Cõsidera igitur primo num sis in tempore, in quo vigent morbi pestilentiales, vel febres pestilentiales: & tunc facile poteris iudicare hanc esse febrem de numero febrium pestilentialium: si ipsi febrienti iungatur magnum cauma, & incendium, magnaq; nocturna inquietudo. Cum enim in febre pestilentiali humiditates cordis corruptæ sint & putrefactę, propter earum præsentiam in corde, magnum & in eo & toto corpore incẽdium causatur. Nocturna vero inquietudo erit, quia de nocte vapores recluduntur intra cor, ipsum admodum inquietantes, omniumq; membrorum facultates. Item apparet linguæ nigredo, cum ariditate, & siti clamosa: quoniam cum magnum sit incendium ex parte cordis, à putredine humiditatum cordis exspirant mali vapores, ascendunt ad os, hoc exsiccando, & per vlteriorem actionem denigrando: quo fit vt sitis vehemẽs sequatur: est enim sitis appetitus frigidi & humidi, propter præsentiam caliditatis & siccitatis, ab illis vaporib9 in ore productis. Item & nausea apparet: quoniam cor, offensum à putredine suarum humiditatum, conatur eã expellere, propter propinquitatem oris stomachi: nocumentum enim communicatur ipsi stomacho; & per hoc insurgit nausea. Item instantia vigiliarum adest: quoniam à putredine cordis humiditatum, mali superaccẽduntur vapores, qui attingentes cerebrum, eius humiditates exsiccant, & per hoc deficit causa somni, quæ est abundans ipsius cerebri humiditas. Et per hoc aliud indicium apparet, videlicet dolor capitis: quoniam ab eisdem vaporibus punguntur pelliculæ cerebri, quo fit vt patiantur & solutam continuitatem, & malam temperaturam, deinde dolorem. Item pulsus frequens & velox, propter necessitatem euentationis; adauctam à vehementi caumate ipsius cordis: paruus vero, & debilis, quia virtus cordis admodum oppressa est à putredine humidita-

ditatem eius, non potens magnificare, neque pulsum ipsum fortificare. Item vrina apparet turbulenta, propter magnam putredinem, & ebullitionem humorum cordis, communicatam toti massæ humorali. Liuidæ quinque vrinæ apparent, propter debilitatem caloris, non potentis regulare humiditates cordis. Item egestiones fœtidæ sunt, malum exspirantes odorem, propter putredinem magnam. Item apparent plerunque pustulæ, botor, & carbunculi & apostemata: quoniam cum magna dicatur esse pntredo in humiditatibus cordis, magna etiam fit putredo in venis, & in toto corpore: quo fit, vt materiam putridam, in pestilentia vel in febre pestilentiali abundantem, natura non possit regere, & gubernare: ideoque symptomatice ad debiliora loca materia fertur, progignens pustulas, & apostemata. Item apparet sudor admodum fœtidus, & in multa quantitate, & frigidus: fœtidus, propter fæculentam putredinem: multus, propter materiæ putridæ multitudinem, quam natura nequit regulare, quo fit, vt ille sudor symptomaticus dicatur, & omnis symptomatica euacuatio mala est: frigidus vero, propter debilitatem caloris natiui, derelinquentis humiditates cordis. Vbi igitur omnia hæc indicia in eadem febre iungentur: proculdubio iudicabis ipsam esse febrem pestilentialem, vel febrem mali modi.

Huius autem febris pestilentialis curam ex sequentibus habebis. Primum cum offertur tibi corpus, febriens hac febre pestilentiali, considera (cum phlebotomia sit vniuersalis euacuatio) num eam præmittere debeas. *Vbi enim adsunt signa sanguinis sicut est rubedo vrinæ crassitie, & aliquali opacitate, & habitudine corporis sanguinea & regimen multiplicatiuum sanguinis præcesserit: illico phlebotomiam facies. Et per hoc damnamus illos, qui in febre pestilentiali phlebotomiam contemnunt: contradicunt enim Galeno, volenti quod in omni febre putrida fiat phlebotomia: & Auicennæ, cum inquit, cum vides vrinam rubram, & crassam, illico phlebotoma. Neque locum veritatis habet id, quod dicunt, ideo in febre pestilentiali non conuenire phlebotomiam etiam à principio, quia à maligna & praua materia virtus debilitatur, & quoniam sanguinis missio auget illam debilitatem virtutis; ita vt virtus non queat sufferre. Verum*

*non*

*non est credendum, in principio morbi tam subito virtutem debilitari, vt non possit phlebotomia institui: inquit enim Hippocrates secundo aphorismorum: inchoantibus morbis, si quid mouendum est, moue, &c. Præterea apparentibus indiciis sanguinis, credendum est, sanguinem supra alios dominari humores quo fit vt à principio morbi virtus potius sit debilis per aggrauationem, quàm per viam resolutionis: & sic phlebotomia conuenit, quia exonerabit naturam, quæ reddetur potentior supra residuum materiæ malignantis. Quare hortor vos, vt à principio febris pestilentialis, consentientibus robore & ætate, & apparentibus signis phlebotomiæ non prætermittatis ipsam: si enim omissa fuerit, cùm iam peccatum sit in sanguine & non in aliis humoribus & sanguis non expectet digestionem, certè breui æger deficere poterit. Sed cùm febris pestilentialis pendeat à malignitate materiæ, qua virtus facilè debilitari posset: ideo vbi etiam sanguinis missio fuerit necessaria, nō exquisitè ipsam facere debes: quia ex exquisita sanguinis missione per resolutionem spiritus & caloris naturalis, virtus admodum debilitatur: & tanto magis, quò materia peccans magis maligna est, & venenosa, directè virtutem opprimens. Ero igitur contentus minoratiua phlebotomia: & si putabis eam non sufficere, poteris eandem eadem die reiterare, cùm propter timorem de virtutis debilitate, melius sit & securius partiri euacuationem, quam vna vice totum simul euacuare, sicut dixit Galenus primo artis curatiuæ ad Glauconem distinctione tertia, capite sexto. Ob quam rem iubeo, vt etiam euacuando per sanguinis missionem in febre pestilentiali, à principio vtamur minoratione: cùm enim materia peccans dicatur esse multæ malignitatis, à principio exonerare naturam erit valdè vtile.*

Vbi verò indicia sanguinis non aderunt in principio febris pestilentialis, *nequaquam sanguinis missionem admittes: tunc enim peccatum est in aliis humoribus à sanguine, neque ipsi sunt permixti sanguini, quare phlebotomia rapiet bonum, & malum derelinquet: quo fit, vt materia magis malignetur, & repentè ægrum interficiat: sicut docuit me experientia cum eodem præcisè tempore, & eadem hora, qua pestilentiatus phlebotomabatur, moriebatur. Et ideo vituperamus illos, qui imprudenter à principio in omni febre pestilentiali instituunt sanguinis missionem. Imò in febre pestilentiali, si*

*non apparuerint signa peccantis sanguinis, caue à phlebotomia, sicut à diabolo. Si verò apparuerint signa sanguinis, robore, & ætate consentientibus; si non phlebotomabis, sanguis iustus erit super te, & filios tuos*

Vbi verò phlebotomia à principio non fuerit necessaria, *scias omnino febrientem febre pestilentiali debere euacuari: quæ euacuatio non sit eradicatiua, cùm illi iungatur imbecillitas virtutis, & hinc timendum sit, ne virtus ad maiorem ducatur debilitatem, & æger moriatur. Sed dices tu: materia in febre pestilentiali est turgens, seu furiosa & turgente materia à principio debemus euacuare, iuxta præceptum Hippocratis aphorismo vigesimosecundo primæ particulæ. Respondeo, verum esse quòd turgente materia vti debeamus illius eradicatione: nisi propter hanc timeamus de augmento maximo debilitatis virtutis Et ideo cùm in febre pestilentiali, propter radicatam naturæ debilitatem, hoc tenendum sit maximè: ideo generaliter in principio febris pestilentialis, cum necessarium sit euacuare si per medicinam euacuabimus, sit euacuatio illa minoratiua. & non eradicatiua. Quod si tamen in principio huius febris cognosceres virtutem esse fortem, & optimè resistentem malignitati materiæ, cum materia dicatur esse furiosa, poteris à principio vti eradicatione, vsque tamen ad terminum, quem natura sufferre poterit. Non apparentibus igitur signis sanguinis, à principio minorabis materiam in febre pestilentiali. Nota, quia in hac febre iungitur malignitas, quæ directè opprimit virtutem cordis: ideo in omni euacuatione per pharmacum, tam minorando quàm eradicando, ipsi medicinæ addantur, quæ cor confortant, & eius virtutem roborant, & malam & occultam qualitatem opprimunt & eidem opponuntur: vt nimirum in euacuando, virtutem cordis vitalem sustentemus.* Erit igitur minoratiuum, in febre pestilentiali pendente à putredine cholerę, sequens: *Recipe margaritarum, hyacinthorum, smaragdorum ana scrup. i. radicum valerianæ, radicum buglossæ, radicum borraginis ana M. s. corallorum rubrorum, been albi & rubri serici crudi ana drach. s. omnia infundantur per noctem bene trita, & in petia ligata in aquis portionibus aquarum endiuiæ, buglossæ, tormētillæ, & dictamni albi: deinde vnica bulliant ebullitione: & cum dicta decoctione dissolue mannæ electæ vnc. ij. reubarbari electi drach. i. s. spicæ gran. vij. & fiat potus, qui exhibeatur patienti in diluculo,*

*more*

*more assumptionis aliorum pharmacorum.* Vel potes minorare materiam sequenti pharmaco : *Recipe mannæ electæ unc. ij. vel floris cassiæ nouiter tractæ drach. i s. spicæ gran. vij. trypheræ persicæ, quæ admodum cordialis est, drach. ij, cum prædicta decoctione dissolue, & fiat potus.*

Minorata igitur materia cholerica, licitum est residuum materiæ remanentis digerere sequẽti syrupo, semper obseruando, vt ipsis digerentibus materiam cholericam, permisceantur quæ virtutem cordis confortent: Syrupus talis est: *Recipe syrupi de succo acetosæ, syrupi acetositatis citri, de endiuia ana unc. s. aquarum lupulorum acetosæ, borraginis ana unc. i. misce.* Item: *Recipe margaritarum, corallorum rubrorum, boli armenæ orientalis ana drach. s puluerizentur subtiliter, & in petia rara linea ligentur, & per noctem infundantur in syrupo: facta verò leui expressione puluerum patienti in diluculo exhibeatur syrupus.* Vel fiat Syrupus magistralis seq. [illegible] *Recipe aquæ endiuiæ, acetosæ, borraginis ana unc iiij. aquæ tormentillæ unc. iij boli armenæ orientalis, corallorum rubrorum seminum rosarum rubrarum margaritarum, [illegible] fragmentorum, seminum citri ana drach. ij. misce, & omnia simul bulliant unica forti ebullitione: colentur: deinde adde vini granatorum unc. vi. succi acetositatis citri unc. iij. succi limonum unc. [illegible] iterum lento igne bulliant, & cum saccharo quantum sufficit fiat syrupus. Hic syrupus sic exhibeatur patienti: Recipe prædicti syrupi unc. iij. aquæ tormentillæ, aquæ radicum, endiuiæ syluestris ana unc. ij misce pro una vice.*

Apparentibus signis digestionis, ex multiplici assumptione alterius horum syruporum, eradicetur materia cholerica sequenti pharmaco: *Recipe mannæ electæ unc. ij. electuarij succi rosati drach. ij. reubarbari electi drach. i. s. infundatur reubarbarum secundum artem in aqua endiuiæ, & tormentillæ, cum modico spicæ per x horas: deinde fiat fortis expressio cui adde trypheræ persicæ drach. i. s. & cum aliis omnibus fiat potus, & patienti detur.*

Vbi verò materia peccans in febre pestilentiali fuerit pituitosa: à principio non debes negligere minorationem illius materiæ, his, quę pituitosam possunt euacuare materiam: vt, *Recipe agarici optimi, & electi scrup. iiij. turbith subtiliter pulnerizati drach. i. zinziberis, salis gemmæ ana*

 *gran.*

*gran.iij floris cassiæ nouiter tractæ drac.vi. infundatur agaricus in oxymelle simplici, cum suis correctiuis per x. horas deinde fiat fortis expressio: & cum superiori decoctione cordialium dissoluantur, & fiat potus.*

Minorata verò materia pituitosa, præpara te ad residuum illius materiæ cõcoquendum: dabis igitur sequentem syrupum, quousq; signa digestionis apparuerint: *Recipe oxymellis simplicis, syrupi de duabus radicibus, syrupi de corticibus citri ana unc. s. aquarum dictami albi, betonicæ, borraginis ana unc.i misce & hic syrupus aromatizetur modico croci, & cinnamomi.* Vel fiat sequens syrupus magistralis: *Recipe aquarum borraginis, lupulorum, dictami albi ana unc.iij. been albi, & rubri, ossis de corde cerui, i trarum margaritarum, boli Armenæ orientalis, corticum myrobalanorum indarum, corticum citri, seminum citri ana drach.ij puluerizentur omnia puluerizanda subtiliter, & bulliant usq; ad consumptionem tertiæ partis aquarum, & coletur: & colaturæ adde succi granatorum dulcium unc. vi. succi pomorum dulcium un.x. iterum bulliant lento igne unica ebullitione, & cum saccharo quantum sufficit fiat syrupus: qui sic patienti exhibeatur: Recipe prædicti syrupi unc.ij aquæ betonicæ, lupulorum, tormentillæ ana unc.i. misce, pro una vice.*

Apparentibus vero signis digestionis, consentientibus robore & ætate, sequentem medicinam eradicatiuam dabis patienti: *Recipe diacatholici unc.s. electuarii i... drach.ij. agarici electi scrup. iij zingiberis, salis gemmæ ana gran.iij, tryphera persicæ turbith gummosi ana drach.i. infundatur agaricus, ut supra, & cum decoctione prædictæ cordialium fiat potus puluerizatis puluerizandis.*

Si verò in febre pestilentiali materia melancholica maximè peccet à principio, etiam eam minorabis materiam sequenti pharmaco: *Recipe, diasenæ lenitiui drach. vi. confectionis Hamech. drach. ij floris cassiæ nouiter tractæ drac. iij. misce, & dissoluantur cum aqua melissæ, & fiat potus, qui diluculo patienti exhibeatur.*

Et quoniam derelictum est residuum materiæ melancholicæ, cum praua & occulta qualitate cor ipsum admodum infestantis, illud concoquatur sequenti syrupo. *Recipe syrupi Sabor regis, syrupi de fumo terræ, de endiuia ana unc.s. aquarum radicis tormentillæ, radicis valerianæ, radicis borra-*

*borraginis ana unc. i. misce, & aromatizetur modico cinnamomi, & corticum citri.* Vel sic digeratur materia eadem: *Recipe syrupi de pomis compositi, de lupulis, de endiuia ana vn. s. aquarum tormentillæ, lupulorum, buglossæ ana vnc i. misce.* Vel sic digeratur materia syrupo sequenti magistrali: *Recipe epithymi, thymi. polypodij quercini, summitatum fumiterræ ana M. s. corticum citri, radicum valerianæ, radicum buglossæ, radicum borraginis ana vnc. s. been albi, & rubri, ligni aloës, ossis de corde cerui ana drach. ij. serici crudi, limaturæ auri ana drach. s. hyacinthorum granatorum, sappheirorum, smaragdorum, vtriumq; margaritarum ana scrup. i bulliât omnia in sufficienti quantitate aquæ tormentillæ, vsq; ad consumptionem medietatis, deinde adde ellebori nigri præparati drach. i succi pomorum dulcium, vnc. iiij. syrupi de fumoterræ, vnc iij. iterum bulliant lento igne & cum saccharo quantum sufficit fiat syrupus: de quo recipe vnc. iij. aquæ tormentillæ, vnc. ij. aquæ radicum valerianæ, vnc. i. s misce pro vna vice.*

Et attende quòd in febre pestilentiali præcipuè pendente ab humore melancholico non debemus exspectare completam digestionem, propter malignam materiam, quæ continuè agit in humores cordis: ideo sumptis duobus vel tribus de prædictis syrupis, hortor, vt euacuetur materia faciens febrem pestilentialem sequenti medicina eradicatiua. *Recipe thymi, epithymi polypodii quercini folliculorum senæ ana M i. florum borraginis, buglossæ ana P. i. corticum myrobalanorum Indarum vnc. s. omnium fragmentorum ana drach i radicum tormentillæ radicum dictami albi ana vnc. s bulliant omnia in sufficienti quantitate aquarum lupulorum fumiterræ, tormentillæ ana, vsq; ad consumptionem medietatis, deinde coletur, & cum colatura dissolue diasenæ lenitiui drach. i. agarici electi drach. i. s zinziberis salis gemmæ ana gran. iiij. confectionis Hamech, tryphera persicæ ana drach. ij. infundatur agaricus cum suis correctiuis in oxymelle simplici quantum sufficit per nouem horas. deinde fiat potus, & patienti detur facta forti expressione.*

Nota. quòd febris pestilentialis non solum ex vno simplici humore, mala & occulta qualitate affecto, contingere potest: verùm & ex permixtione plurium humorum, quorum mala & occulta qualitas eis iuncta, febrem

brem pestilentialem progignit. Et hæc est illa species hemitritæi pestilentialis, quæ, secundum plurimum in pestilentia apparet. Raro enim solus humor vnus afficitur in corpore nostro: quo fit, vt secundum plurimum plures afficiantur humores in ipsa pestilẽtia, & procreatis febrib. compositus perniciosissimus inducatur hemitritæus.

Iterum attende quòd in pestilentia, & in febre pestilentiali magis vitiatur sanguis, praua & occulta qualitate: quia cùm pestilentia, & febris pestilentialis pendeant à putredine humorum cordis; & magis humor sanguineus abundet in corde, quàm alius humor, quia cor est lacuna sanguinis: ideo malæ, & prauæ affectiones magis contingunt sanguini. Et propter hoc dico vobis, quòd & si non semper in principio illarum dispositionum fiat phlebotomia, secundum plurimum tamen coacti sumus eam celebrare Post sanguinem magis humori cholerico accidit illa pestilentialis affectio, cùm post sanguinem magis abundet cholera in corde, quàm phlegma & melancholia. Tertiò verò in phlegmate, quartò autẽ in melancholia, pestifera hæc affectio contingit. Ideo ex hoc patere potest, febrem pestilentialem in omnibus humoribus posse incendi: magis in sanguine, secundo in cholera, tertio in phlegmate, & vltimo in melancholia: tam in vno simplici humore, tam in pluribus mixtis. Quo fit, vt detur febris pestilentialis composita, eo præcise modo, quo supra narrauimus capite de febribus compositis.

Cæterùm pestilentiali febri iunguntur symptomata offendentia aliquando membra principalia & illis deseruientia; quibus prudens medicus succurrere debet, cum ea non sint aliquo pacto negligenda. Primum verò symptoma, cui admodum medicus attendere debet, est virtus vitalis offensa: cui in febre pestilentiali succurrendum est, primò per sequentem mixturam pluries die noctuq; ipsi ægrotanti exhibitã: *Recipe aquæ rosatæ lib s. vini albi odoriferi vn iiij boli Armenæ orientalis drac ij. misce, propinetur patienti: quoniam vltra hoc, quòd virtutem cordis roborat, etiam præseruat, ne quis in pestilentiam cadat: ratione enim aquæ rosatæ remittitur cauma & incendiũ in febre ista: ratione vini confortatur virtus vitalis exsistens in corde, vt ipsa confortata expellat materiã malignam cor ipsum turbantem:*

*tem: ratione boli Armenæ à proprietate confortatur cor, vltra hoc quod sui stipticitate prohibet transitum vaporum venenosorum ad ipsum cor. Ideo laudo, vt huius potionis aliquid pluries exhibeatur patienti: licet etiam possit sanis dari ad præseruationem à febre pestilentiali.*

Secundum remedium in confortatione cordis est sequens: *Recipe aquæ destillationis florum borraginis, florum buglossæ, radicum valerianæ, radicum endiuiæ syluestris, rosæ muscatæ ana lib. s. hyacinthorum, smaragdorum, granatorum, margaritarum ana drach. i. ossis de corde cerui, sandalorum alborum, & rubrorum, been albi, & rubri, serici crudi ana scrupul. ij. bulliant omnia simul vsque ad consumptionem tertiæ partis aquæ, deinde coletur, & colaturæ adde succi acetositatis citri, succi limonum, pomorum dulcium ana vnc. ij. vini granatorum vnc. iiij. iterum bulliant vnica forti ebullitione, vsque ad consumptionem quartæ partis, deinde cum sacchario quantum sufficit fiat iuleb longum, quod aromatizetur hoc modo: recipe ambræ optimæ scrup. [illegible] musci fini gran. x. cinnamomi electi, macis ana drach. s. corallorum rubrorum, seminum citri ana scrup. [illegible] puluerizentur omnia subtilissime, ligentur in petia linea subtili, ponantur in [illegible], & sic stent per xxiiij. horas: Et patienti propinabis dictum syr[illegible] exhibendo vnc. i vel ij. pro vice: debilem enim cordis virtutem restaurat, & à febre pestilentiali, & pestilentia hominum præseruat.*

Te[illegible] [illegible]dium in c[illegible]dis co[illegible]tatione est sequens: *Recipe succi acetositatis citri, succi limonum, succi pomorum dulcium ana vnc. iiij. [illegible]rum buglossæ conditorum cum sacchario, florum borraginis, ana vnc. ij. radicum valerianæ conditarum cum sacchario, radicum buglossæ, radicum borraginis. radicum endiuiæ syluestris ana vnc. i. omnia simul contundito, quibus contusis adde ambræ optimæ, musci optimi ana drach. s. omnium fragmentorum, corallorum rubrorum, margaritarum, been albi, & rubri, ossis de corde cerui, serici crudi ana vnc s. pulueris vnicorni, boli Armenæ orientalis optimæ ana drachm. i. sacchari optimi quantum sufficit, & fiat confectio, de qua æger quotidie capiat drach ij. mane & vesperi, per duas horas ante cibum: roborat enim cordis virtutem, & facit incrementum operationum vitæ, & præseruat, ne corpus in pestilentiam vel febrem pestilentialem cadat.*

Quartum remedium in virtute vitali confortanda est

sequens: *Recipe aquarum borraginis, valerianæ, tormentillæ, rosatæ muscatæ, cichorii ana unc. iiij. sandalorum alborum, & rubrorum, ossis de corde cerui been albi, & rubri, ana drac. ij. corticum citri exsiccatorum, corticum limonum ana unc. s. caphuræ, croci ana gran. 5. vini albi optimi odoriferi, aceti optimi ana unc. ij. misce, & vnica leui ebullitione bulliant vnà simul; deinde quotidie epithemabis cor patientis: sua enim virtute benigna confortat cor, propellitq; omnem ventositatem, quæ cordi potest accidere.*

Quintum præsidium in reficiendo cordis virtutem valde resolutam, & in resoluendo malas putredines in corde inuentas, & in repellendo venenosos fumos ad cor ascendentes: *Recipe theriacæ magnæ optimæ unc. i. succi acetositatis citri, succi limonis ana unc. s. corallorum, seminum rosarum rubrarum ana drach. s. caphuræ, croci ana gran. iij. misce, & omnia simul bene ducantur, donec fiat linimentum: quo mane & vesperi inungas totam cordis regionem: supra quam inunctionem pone etiam petiam de serico carmesino: & certè sublime remedium est in præseruatione à pestilentia, & in cordis confortatione.*

Quoniam autem in febre pestilentiali cor malignitatem acquisitam ab hac febre communicat cum cerebro: ideo & in ea cerebrum confortandum est. *Confortetur autem aromaticis, & rebus boni odoris, sicut aqua rosata, cui aliquid caphuræ permisceatur, cum qua balneentur tempora, nares, & aures.* Sed optimum cerebri confortatiuum est sequens: *Recipe succi acetositatis citri, succi limonis ana unc. s. margaritarum, fragmentorum omnium ana drach. i. caryophyllorum, cinnamomi electi, nucis muscatæ, macis, folii, ligni aloes, sandalorum alborum, & rubrorum ana scrup. iij. ambræ optimæ drach. i. s. musci optimi scrup. i. laudani perfecti unc. s. omnia simul bene agitentur, & cum modico aquæ rosatæ muscatæ incorporentur, & fiat pomum: quod gestatum in manibus patientis febrem pestilentialem, & illius, qui conatur præseruari ab ea, sublime iuuamentum præstat.*

† Eadem malignitas pestilentialis hepati communicatur à minera læsionis, quæ est cor: ideo mane & vesperi, epithemetur hepar sequenti modo: *Recipe aquarum absinthii, hepaticæ, solatri, rosati, endiuiæ ana unc. 5. specierũ ceroti tria sandalini unc. i. aceti optimi unc. ij. spodii drac. ij*

*caphu-*

*caphuræ gran. x. puluerizentur puluerizanda subtiliter, & omnia misceantur pro epithemate hepatis.* Confortetur quoque hepar se quenti mixtura, de qua mane, & vesperi ante cibum per duas horas patiens capiat drach ij. *Recipe specierum triasandalorum, specierum diarhodon abbatis ana drac. ij. sacchari optimi dissoluti in aqua rosata muscata quantum sufficit, & fiat confectio in rotulis.*

Cum autem præ cordis malignitate stomachus in virtute naturali patiatur: ideo mane & vesperi ante cibum, sequenti vnguento stomachus vngatur: *Recipe olei spicæ, mastices, olei citoniorum ana vnc. s. caryophyllorum, macis, cinnamomi, nucis muscatæ, ligni aloes, corallorum rubrorum ana scrup. i puluerizentur puluerizanda subtiliter, & cum cera quantum sufficit, fiat vnguentum molle pro stomacho Confectio supra dicta, & iuleb, in confortatione cordis valent, & quoq; in corroboratione virtutis stomachi.*

In febri pestilentiali vel pestilentia, accidit quandoque syncope, vel lipothymia quædam: *quorum symptomatum curationem habebis, si cum confortantibus cor, supradictis, procedes: cum sit syncope cordis passio, pendens à debilitate virtutis cordis, propter resolutionem spirituum, & caloris naturalis, non potentis gubernare humiditates cordis.*

Vltimo, in hac pestilentiali febre, & in pestilentia, plurimum accidunt apostemata, & carbunculi, & anthraces: quorum apostematum curatio est, primo vt materia, quæ venenosa est, & maligna, attrahatur ad exteriora per locum anthracis & carbunculi: deinde vt attracta, remoueatur per apertam exituram in anthrace, vel carbunculo.

Primum ingenium attrahendum est tale: *Recipe gallum adhuc non coeuntem, viuum, & illius anum depilabis, & immediate appones gallum cum ano supra anthracem, & carbunculum, & tandiu teneatur quousque gallus moriatur: & videbis apertionem apostematis, & attractionem multæ materiæ venenosæ ab intus ad extra.*

Secundum ingenium, *est assumere sæpe vnum scisum secundum latitudinem per duas medietates: deinde vnam medietatem linies theriaca magna optima, & apostemati appones: & optimum videbis experimentum in attractione materiæ pestilentis ad extra, & in remissione malignitatis eius, merito theriacæ.*

Tertium

Tertium ingenium est *sequens linimentum, quo sæpe apostemata linies, & est optimum & expertũ in attractione materiæ pestiferæ ab intus ad extra per loca apostematum: Recipe succorum apii, scabiosæ, consolidæ minoris, acetosellæ, vincetoxici, rutæ, granatorũ ana vnc. iij. cum vitellis ouorum quantum sufficit, fiat linimentum cuius portio aliqua extensa supra petiam apponatur apostematibus, post linitionem factam cum eodem linimento.*

Quartum ingenium est sequens: *cucurbitula magna apponatur apostemati, quoad apostema multum foras promineat, & multa materia mala ab intus ad extra attrahatur Post vero repente scarificabis phlebotomo totum apostema, vel cauterizabis ipsum actuali cauterio aureo, tribus vel quatuor locis, vt materia illa venenosa exeat, & auro membrum confortetur. Statim autem facto cauterio cum scarificatione, appones sequens emplastrum: Recipe pomorum granatorum diuisorum per quatuor portiones, numero decem, bulliant in aceto fortissimo vsque quo liquefiant, deinde colentur, & colaturæ adde succi consolidæ minoris. succi acetosellæ, succi apii ana vn. iij. theriacæ magnæ vnc. s misce & fiat emplastrum. Quod si isto emplastro æger non sanabitur, relinque eum ministris medicorum, scilicet chirurgicis. Tu autem longe fuge.*

Aliud præterea symptoma plerunque contingit in febribus pestilentialibus: & sunt quædam maculæ apparentes per multa membra corporis febrientis, & maxime in illis, in quibus viget maior caliditas, sicut in dorso: ibi enim interius inuenitur vena magna, quam cauam appellamus, in qua viget multus sanguis, & arteria magna, eandem comitans venam, multo sanguine spirituali repleta: ab ambabus igitur venis magna communicatur dorso caliditas: ob quam causam primo, & in maiori quantitate, huiusmodi maculæ ibi apparent, quas nostris temporibus vulgus nominat (petechie) quæ apud Paulum bullæ nominantur, apud vero alios papulæ, & hortor: & secundum quod maior ebullitio in cæteris membris crescit, pro eo bullæ in aliis exire incipiunt, quę plurimum non exeunt nisi per motum materiæ & actionem virtutis: hinc est, quod incipiunt apparere in die crisis, in quo fit motus materiæ in virtutem, & virtutis in materiam. Et attende, secundum diuersitatem humorum,

rum, mala qualitate affectorum, diuersificari bullas istas in colore, & modo substantiæ. Si enim febris pestilentialis a sanguine contigerit, earum color ruber apparebit, & magis eleuatæ erunt aliis, eo quod in corpore maior sanguinis quantitas abundet. Si vero à cholera, citrinæ apparebunt: si à pituita, albæ; si à melancholia, nigræ vel liuidæ. Quæ a dominio sanguinis exibunt maculæ, salubriores sunt aliis, maiorem nobis salutis confidentiam arguentes.

Nota: si huiusmodi maculæ apparebunt in die crisis, cum imbecillitate virtutis: fugit à nobis spes salutis: quoniam est signum, quod tales maculæ exeunt per viam symptomatis mali, non per vigorem virtutis, materiam venenosam potentis expellere. Vbi vero prædictæ maculæ apparuerint cum fortitudine virtutis, signum est, quòd cura febris pestilentialis cum dicto symptomate non est negligenda.

Et propter hoc iterum attende: vbi cum febre pestilentiali non apparuerint adhuc huiusmodi maculæ, peccante sanguine, vel aliis humoribus permixtis sanguini: *conuenire phlebotomiam necessario, consentientibus robore & ætate, sicut supra narrauimus ex testimonio Galeni, primo de differentiis febrium, capite nono, & Pauli secundo artis medicæ, cap.xxvi. Vbi verò cum febre pestilentiali exeunt huiusmodi maculæ: certe cõmunis modus practicæ est phlebotomiam negligere: quoniam natura non debet impediri à motu materiæ, cum quo vtilitas & iuuamentum virtuti aduenit: sed dum materia illa pestifera & venenosa exit ab intus ad extra, virtus ipsa alleuiatur: Ergo medicus debet sequi motum naturæ recte operantis: phebotomia autem facile motum illum impedire posset, quia posset ad intima reuocare materiam illam, quam natura tentat extra expellere.*

*Attende tamen, quod aliquando non fui deceptus in faciendo phlebotomiam, adhuc maculis incipientibus apparere: quoniam consideraui, & per signa cognoui, quod magna erat plenitudo in corpore, & maxime ex sanguine, cum maculæ illæ apparebant rubræ: & sic intentione habita ad multitudinem causæ præcedentis exsistentis in venis, quæ erat sanguis, phlebotomia admisi, & cum ea bene me reperi. Et istud præceptum est Principis prima quarti capite de variolis & morbillis: vbi osten-*

*ostendit, etiam illis apparentibus morbillis & variolis, si fuerit in toto magna plenitudo, phlebotomiam non esse omittendam. Sit autem talis phlebotomia parca; vt euacuet solam causam præcedentem, & virtus reddatur potentior ad resolutionem residui remanentis. Sit enim in omni euacuatione custodia de virtute: cum enim virtus debeat militare contra materiam malignam & venenosam, non multum de sanguine debes euacuare, quoniam arma virtutis deperderentur, quæ sunt sanguis, spiritus, & naturalis calor. Fiet ergo phebotomia, si erit expediens; scilicet apparentibus signis maximæ repletionis in sanguine.*

Alias vtplurimum cauere debemus à phlebotomia, apparentibus illis maculis: & al um modum curæ assequi debemus, qui est sequens. *Apparentibus igitur huiusmodi maculis à medicina laxatiua omnino cauere debes: quoniam per eam nedum materia mouetur ad oppositum motus, quem natura tentat, sed ex agitatione facta ab ea, virtus imbecillior fit. Laudo tamen aliquando, adhuc apparentibus maculis illis, si expediet vti medicina, vt sit lenitiua tantum, euacuas à vtis latis: quoniam medicina illa euacuat solum materias communes, fouentes materias proprias, absque retractione materiæ ad interiora, quam natura extra conatur propellere. Conuenit igitur manna, cassia, tamarindi, & huiusmodi. Quod si loco medicinæ lenitiuæ quis vteretur clysterio lenitiuo, securius esset, & magis ad propositum morbi.*

Tutius quoque erit in hac febre pestilentiali apparentibus his maculis curare febrem hanc, sequendo motum naturæ: cum enim natura tentat extra expellere: omni cura, diligentia, & sollicitudine iuuemus naturam, vt materiam completè expellat. Et hoc pluribus fit ingeniis.

Primum ingenium est, *inuoluere ægrum in panno rubro de scarlato: quoniam sua caliditate, & inspecto colore illius rubro, sanguis mouetur ad ipsum, & ad exteriora.*

Secundum ingenium est, *vt cum petia eiusdem panni fiant frictiones toti corpori à sursum in deorsum: ratione enim motus in exterioribus, caliditas attrahitur, qua dilatantur viæ, & cutis porositates, qua etiam materia attrahitur, & per easdem porositates perspirat, & euacuatur.*

Tertium ingenium est, *vt manibus madefactis in aqua*

*qua simplici calida totum corpus fricando madefiat: humiditate enim aquea siccitas cutis, inducta a vehementia caliditatis & siccitatis febris, tollitur: à caliditate vero porositates aperiuntur, & ad cutim materia attrahitur, & eadem ad perspirationem mouetur.*

Quartum ingenium est, *appositio cucurbitularum multarum paruarum quidem supra spatulas, brachia pectus, dorsum, natesque cum totis cruribus, sursum & deorsum: his n. certi sumus, quod sequimur motum quem natura tentat, vna cum attractione materiæ morbi, & exoneratione naturæ à multa materia mala & venenosa.*

Quintum ingenium est, *propinare ægroto in exitu illarũ macularum sequentem potionem: ℞. lentium vnc. ij aquæ fontis claræ lib. iiij. bulliant vnica forti ebullitione: deinde proijciatur aqua tota, & lentibus adde aquæ fontis claræ lib. iij. hordei mundi, & excorticati vnc. ij. dactylorum enucleatorum num. iiij. misce. & bulliant simul vsq; ad consumptionem medietatis. deinde coletur, & colatura patienti exhibeatur, & cum cibo, & sine cibo.*

*Hortor tamen vt cum omnibus prædictis ingeniis non negligamus cordialia: cum quibus ingeniis, & cordialibus exhibitis, si maculæ illæ delituerint, tunc temporis medicinam, si expedierit, laxatiuam poteris ægroto propinare, iuxta modum quem in præcedentibus narrauimus.*

Hæc de febre pestilentiali, & de ipsius symptomatibus dicta sint.

## Cap. XXII.

## *De variolis & morbillis.*

QVando plurimum variolæ, & morbilli apparent (*cũ significent magnam sanguinis ebullitionem*) prænunciant pestilentiam, vel febrem pestilentialẽ futuram. Et propter hanc causam Doctores, scribentes de febre pestilentiali, iungunt ipsi caput de morbillis, & variolis. Quæ affectiones diuersæ sunt ex parte materiæ, conuenientes tamen ex parte agentis: ex parte quidem agẽtis, quoniam vtraque pendet à magna sanguinis ebullitione: materiæ vero, quia morbilli à sanguine cholerico originem

trahunt,

trahunt, variolæ vero à sanguine crassiori melancholico. Modum autem generationis earum dispositionum silentio transeo: cum à principe prima quarti sufficientissime modus ille declaratus sit. Et ideo potius empirice, quam rationaliter earum curam ponam.

Hi affectus cum procedāt a diuersa materia, morbilli videlicet à subtili, variolæ vero à crassa materia: ideo morbillorum cura facilior, & breuior erit, variolarum vero longior, & difficilior.

Porro variolæ, & morbilli habent quatuor tempora. videlicet, principium, augmentum, statum, & declinationem. Et quoniam status sapit naturam præteriti augmenti: ideo debet medicus sequi curam conuenientem augmento variolarum, & morbillorum. In declinatione vero medicus rem committat naturæ, quæ recte curabit variolas & morbillos, mundificabitque cutim: nisi tantæ ebullitionis, & acutiei fuerit materia illa; vt vestigia, & foueę post variolas in cuti remaneāt. Principium autem ratione modi substantiæ materiæ peccantis in variolis, erit trium vel quatuor dierum: quoniam earum materia crassa est, & non velocis motus ad exitum: ideo non confestim post indicia variolarum exeunt variolę. Quia autem materia morbillorum tenuior est, & facilioris motus: ideo citius mouetur ad crisim: quare principium eorum abbreuiabitur, & sic primo vel secundo die morbilli secundum plurimum incipiunt apparere.

Igitur in cura primo diætam debes regulare: in principio enim *vtriusque diæta sit attenuans, quoniam ægritudines illæ sunt ex repletione, & inanitio erit eorum cura: cum enim sit vehemens ebullitio in sanguine & tota humorum massa, ideo cauendum ab his, quæ sanguinem multiplicant, & humores exacuunt. Et ideo in principio apparentibus i[illegible] earum affectionum, non dabis vinum, nec dabis cibaria calida, sicut carnes, & oua recentia, non dabis piperata, neque [illegible]cria, quoniam ab his vel sanguis augetur, vel humores exacuuntur: ideo earum potus erit aqua hordei in principio, [illegible]niam vltra hoc, quod remittit ebullitionem, ad faciliorem præparat exituram: dabis endiuiam, lactucam, spinachiam [illegible]curbitam, & alia infrigidantia, & humectantia, quoniā [illegible] ebullitio remittitur. Quod si coactus fueris propter ætatem [illegible]*

*nate*

*uare diætam, in principio detur iusculum paruæ pullæ, decoctionis concurbitæ, citruli, & aliarum rerum infrigidantium, & humectantium.*

*In principio non debet æger teneri coopertus multis pannis, ne ab iis inducta caliditas adaugeat ebullitionem in materia, faciente illas affectiones: neque debet teneri discoopertus pannis, ne frigiditate ambientis porositates corporis obserentur, & fiat impedimentum ad exitum variolarum & morbillorum. Sit igitur patiens coopertus pannis moderate, & in principio non sint rubri neque attractiui caloris, vt sunt panni de scarlato: ne materia indigesta attrahatur, & nondum præparata ad exitum.*

*Aduentante augmento, quod erit post tres quatuor dies: poteris eleuare diætam ad ea, quæ virtutem roborant, & materiam præparant ad exituram: ideo patienti dare poteris panem tritum, in brodio pullæ decoctum: poteris dare oua sorbilia, scilicet vitellos: & in processu vsque ad statum poteris dare carnem pullinam, modesta quantitate: ne natura, multitudine cibi grauata, materiam morbillorum & variolarum nequeat extra expellere.*

*Aduentante vero statu poteris eandem diætam, quam in augmento obseruasti, continuare: licet Hippocrates dixerit prima particula aphorismorum, quod in statu morbi tenuissima vti oporteat diæta: quoniam hic non est status ebullitionis, sed status exituræ variolarum. Et ideo fuerunt aliqui non damnandi, qui horum morborum consistentiam distinxere, non per principium, augmentum, statum, vel declinationem, sed per primos & secundos dies, vt in secundis quidem diebus possimus diætam eleuare, vt diximus, & etiam vinum pauciferum tribuere. Et sic diætam illam aliquantisper eleuatam poteris continuare per totum tempus status, quod est in secundis diebus variolarum exitus.*

Deinde post hanc obseruandam diætam poteris variolas & morbillos curare per administrationem phlebotomiæ, & potionis. *Si igitur fueris in primis diebus, vt in tempore principij apparentibus indiciis sanguinis, vel permixtionis sanguinis cum aliis humoribus, ætate & robore consentientibus, phlebotomiam poteris exercere: significatur enim quod in sanguine, & in tota humorali massa est ebullitio magna, quæ phlebotomia tollitur. Si enim illis indiciis appa-*

*apparentibus quis phlebotomiam negligeret : posset fieri defluxus sanguinis cum aliis humoribus ad aliquod membrum corporis humani : quod si principale membrum fuerit, æger necabitur ; si vero non principale, in eo generabitur apostema, quod propter peccantis materiæ magnam ebullitionem, reddetur difficilis curæ. Ideo illis apparentibus indiciis phlebotomiam non debes prætermittere. Cum vero apparere cœperint variolæ, & morbilli non exsistentibus signis abundantis repletionis corporis, nequaquam phlebotomiam admittere debes: quoniam tentares oppositum motum, quem natura recte, & non errans instituit : phlebotomia enim trahit ab extra ad intus : in exitu vero variolarum trahitur ab intus ad extra. Si tamen magna adesset repletio totius corporis, adhuc incipientibus variolis exire, phlebotomiam ipsam poteris admittere: ea enim natura vigentior fit materia exonerata ad regulandum residuum materiæ variolarum, & morbillorum.*

Si vero ætas non consenserit phlebotomiæ, fuerint tamen indicia plenitudinis humoralis, & non sanguineæ, cum maxime peccet cholera: poteris ventrem lenire, vel clysterio lenitiuo, vel medicina non eradicatiua, sed lenitiua, sicut est sequens : *Recipe florum violarum, sebesten, iuiubarum ana M. s. dactylorum enucleatorum numero ij. bulliant in sufficienti quantitate aquæ vsque ad consumptionem medietatis. deinde colentur, & cum colatura dissolue mannæ electæ unc. iij. vel floris cassiæ nouiter extractæ drachm. x. plus & minus, secundum ætatem, & robur virtutis.*

Facta ventris lenitione, hortor, vt tota medicinatio sit ad præparandum, & ad facilitandum exitum variolarum & morbillorum. Ideo mane loco syrupi, & omni hora, cum sitierit patiens, potet de infrascripta decoctione: *Recipe lentium excorticatarum M. i. hordei mundati M. s. ficuum siccarum num. iiij. dactylorum enucleatorum num. iij. iuiubarum num. xx. laccæ drach. i s. bulliant in sufficienti quantitate aquæ, vsque ad consumptionem tertiæ partis deinde coletur, & colatura vsui reseruetur. Et perseueretur cum hac potione, & regimine superius dicto, vsque quo variolæ incipient cadere, & morbilli delitescere.*

*Quoniam autem in his affectionibus oculi, nares, guttur, pectus læduntur : ideo est his omnibus succurrendum*

t-

*tibus. Primo abluantur oculi aqua rosata, vel aqua decoctionis sumach. Succurratur vero naso per attractionem aquæ hordei. Quidam oculos tangunt, & nasum, cum auro: habet aurum à proprietate vt defenset illa membra à nocumentis variolarum & morbillorum. Gutturi consulatur in ore detinendo saccharum candidum: vel sæpe vtendo sequenti gargarismo: recipe aquæ plantaginis lib.i. syrupi myrtini vnc.ij, misce. Succurratur vero pectori & pulmoni, syrupo violato, syrupo myrtino, diapenidio sine speciebus, diacodio, & aliis huiusmodi, ea in ore detinendo & lambendo.*

*Aliquando contingit post casum variolarum, vt foueæ remaneant, & cauitates in cute: quibus succurrendum est, eas diluendo sequenti decoctione: recipe aquæ fontis claræ lib.ij. salis communis vnc i. lapathi acuti vnc.iij. misce, & bulliant vsque ad consumptionem medietatis aquæ, deinde coletur, & colatura vsui seruetur: & cum foueæ diluuntur hac decoctione, sit ipsa frigida, ne caliditate aquæ foueæ magis dilatentur. Et hæc de variolis & morbillis dicta sint.*

FINIS LIBRI SECVNDI.




# BENEDICTI VICTORII FAVENTINI, MEDICATIONIS EMPEIRICÆ,

## *LIBER TERTIVS*:

## DE NONNVLLIS PRÆTER naturam tumoribus, & cutaneis affectionibus.

### CAP. I.

### *De Phlegmone.*



CVM phlegmone sit sanguineum aposte-ma, *idcirco in initio illius curationis non prætermittas phlebotomiam: & in quacunque corporis parte initium capiet phlegmone, ad oppositam partem trahendo, sanguinem mitte: vt si in dextra, in sinistram: si sursum, in deorsum, & in aliis sic procede, nisi apostema fuerit pestiferum.*

Facta phlebotomia diuersiua, *consideratis quidem semper virtute, & etiam ætate, phlebotomabis patientem ex eadem parte lateris phlegmone affecti, vt humor quidem iam ad particulam patientem fluxit, eâ phlebotomia deriuetur vel euacuetur.*

His sanguinis missionibus peractis, ventris lenitione semper præcedente, considera num phlegmone sit in loco propinquo membro principali: *& tunc non debet fieri curatio his, quæ ipsam materiam repellunt: vt cum fuerit phlegmona in emunctoriis cerebri, vel sub asillis: in illis quidem timere debes de repulsione materiæ ad cerebrum, in istis ad cor vel ad hepar. Caue quoque quantum possibile sit, in emunctoriis testiculorum, & in inguinibus, initio curæ phlegmonis vti repellentibus: quoniam testiculi menbra sunt principalia, facilè ad ipsos materia posset duci.* Quod si apparuerit phlegmone

gmone in aliis membris nostri corporis, longe distantibus à principalibus: securè vti poteris à principio repellentibus, & quidem securius, si sanguinis missiones præcesserint. Repellens igitur erit tale: *Recipe succi solatri, plantaginis, semperuiuæ ana vnc.i. rosarum rubrarum, myrtillorum ana drach.ij. puluerizentur puluerizanda subtiliter, misceantur, & cum petiis lineis madefactis in illo liquore medicaberis patienti.*

Vel: *Recipe aceti optimi vnc. iij. albumen ouinum.i aquæ rosatæ vnc.i.s. rosarum rubrarum subtiliter puluerizatarum drach.s misce, & petias lineas madefactas in dicto liquore loco patienti applicabis.*

Vel: *Recipe vnguenti de cerusa vnc. ij. succi plantaginis, succi semperuiuæ ana vnc.i. aquæ rosatæ vnc ij. misce, & cum petiis lineis medicaberis.*

Vel: *Recipe laminam plumbeam subtiliter conductã quantum expedit magnitudini phlegmones: cui asperges puluerem istum: recipe cerusæ vnc.s. rosarum rubrarum, corallorum rubrorum ana drach.ij. misce, & fiat puluis subtilis,*

Aliud expertum, quod non solum repellit, immo, si quid resoluendum est, resoluit: *Recipe vrinæ pueri masculi citra decem annos lib.i. albumina ouorum numero iij. aceti albi fortissimi lib s. aquæ rosatæ vnc. ij misce, & cum petiis madefactis in dicto liquore, vel (quod melius est) cum placellis de stupa lini locum medicaberis sæpius in die.*

Aduerte: si opus repulsionis materiæ frustraretur. (*quod sic dignosces, quoniam ex applicatione repellentium in prima die vel secunda naturali ipsius phlegmones, nullum apparebit indicium abolitionis ipsius phlegmones*) tunc debes simul repellere atque resoluere. Applicabis igitur primo remedium sequens, quod est expertũ in prohibitione augmenti ipsius apostematis: *Recipe olei camomillæ, olei liliorum alborum, olei amygdalarum dulcium ana vnc.ij. hyssopi humidæ drach i succi plantaginis vnc i s. rosarum rubrarum puluerizatarum drach.ij. misce, & cum lana succida, infusa in dicto liquore calido, locum patientem medicaberis.*

*Et aduerte, si sola intentio sit repellere, medicinas actu frigidas applicandas quia frigido actu, & potestate repellimus: si vero intentio erit resolutio, tunc medicinas actu, & potentia*

*calidas applicare debes, cum resolutio fiat ab vtroq; calido, & in effectu, & inpotestate.*

Præterea non debes accedere ad curationem phlegmones, vel repellendo, vel resoluendo, nisi factis phlebotomiis, & sufficientibus euacuationibus t. t.us corporis: quas debet præcedere peccantis materiæ digestio. Et ideo laudo, vt post sanguinis missionem euacuetur primo corpus medicina purificante sanguinem, non exspectando eius digestionem, quoniam natura phlegmones est, quæ digestionem non exspectat. Dabis igitur primo medicinam sequentem: *Recipe cassiæ nouiter tractæ drachm. x. reubarbari electi drach. i. s. spic gran. x, misce, & dissoluantur cum decoctione communi florum & fructuum, quantum sufficit, & dabis patienti hora exhibitionis medicinarum, in diluculo. Cum intentio curationis phlegmones sit sanguinem purificare: siquidem cholera sanguini permisceatur, est apponendum reubarbarum choleræ euacuatiuum, & sanguinis mundificatiuum: & ad eandem intentionem potes admiscere cassiæ diaprunum solutiuum, vel electuarium rosatum Mesuæ, vel electuarium de succo rosarum Nicolai. Si vero cognoueris per indicia, quod phlegmone generetur ex sanguine, cum permixtione pituitæ, vel atræ bilis, vt docuit nos Galenus libro de tumoribus præter naturam, appones cassiæ vel turbith vel electuarium de dactylis, vel indum, vel puluerem hieræ simplicis Galeni, quoniam euellunt omnes superfluitates e corpore: Vel pro atra bile appones elleborum nigrum, polypodium, vel puluerem senæ, vel confectionem Hamech*

Mundato itaque corpore sic, & præcedentibus phlebotomiis, poteris aggredi audacter magis intentionem repulsionis, & resolutionis; & eo quidem tempore residuum materiæ remanentis digerere procurabis, & digestiua erunt appropriata materiæ peccanti: vt si materia fuerit sanguinea choleræ admixta, syrupi sint digerentes cholerã; vt est talis: *Recipe syrupi de succo endiuiæ syrupi de succo acetosæ, syrupi rosarum ana vn. s. aquarũ endiuiæ, acetosæ, cichorii ana vnc. i. misce.* Si fuerit admixtio phlegmatis cum sanguine, digeratur materia *cum oxymelle simplici, cum syrupo de duabus radicibus, cum melle rosato c[illegible] addendo aquas feniculi, capillorum veneris & hyssopi.* Si vero permixtus fuerit humor melancholicus, non prætermittes

tes *syrupum Sabor regis, syrupos de epithymo, de thymo, de lupulis, de fumoterræ, & melle rosato, cum aquis buglossæ, borraginis, lupulorum, melissæ, fumiterræ, & huiusmodi.*

Eo autem tempore quo materia digeritur, & factus est transitus phlegmones ad statum, relictis repellentibus resoluentia, & maturantia ipsam phlegmonem adhibebis: primo tamen augmentabis resoluentia, maturantibus minoratis, quia phlegmones cura est, resoluere ipsam materiam sanandam. A principio igitur status phlegmones, medicamento sequenti medicaberis: *Recipe radicum althææ mundatarum unc. ij. florum camomillæ, meliloti, anethi ana M. s. foliorum maluæ cum radicibus, violariæ ana M. s. bulliant in sufficienti quantitate aquæ usque ad consumptionem medietatis, deinde addatur farinæ fœnugræci, seminis lini, ana unc. i. farinæ tritici unc. s. olei camomillæ, amygdalarum dulcium ana quantum sufficit ad impinguandum emplastrum. Aduerte, in quolibet medicamento, quantumcunque resolutiuo, semper addendum modicum de oleo violato, & de oleo rosato completo: propter calorem, quem semper secum phlegmone inducit. Et hoc quidem emplastrum phlegmoni tepidum applicabis, quater in die naturali.*

Ad idem, valet sequens medicamentum: *Recipe mucillaginum seminum althææ, maluæ, fœnugræci & lini ana unc. i. succi althææ unc. ij. olei amygdalarum dulcium, olei liliorum alborum, olei camomillæ, hyssopi humidæ ana unc. s. olei violati unc. i. misce, & cum lana succida in prædicto liquore madefacta, phlegmonem medicaberis. Et ut sit minus fastidium patienti phlegmonem, poteris applicare parti patienti cerotum: quod optime conficeretur ex prædictis rebus una cum cera, & modico resinæ, quantum sufficit ad faciendum cerotum: quod extensum supra corium, phlegmoni applicabis. Ex eisdem rebus, ex quibus factum est supradictum emplastrum, in via maioris resolutionis, poteris phlegmonem fomentare cum spongia, vel filtro, madefacto in aqua decoctionis dictarum rerum: & facta fomentatione, mox applicabis dictum cerotum.*

Aduentante vero secunda parte status, ubi cognosces resoluentia non complere opus suum, statim debes solicitare ipsius phlegmones suppurationem, quam utique complebis sequenti emplastro: *Recipe radicum maluæ cum foliis, violariæ ana M. i. s. radicum althææ mundat. & minu-*

*& minutim incisarum vnc.ij. radicum liliorum alborum vn. i.s. bulliant omnia vsque ad consumptionem medietatis aquæ: deinde adde mucillaginis seminis caulium vnc.i.s. farinæ frumenti vnc. s. fermenti vnc. s. pinguedinis porci, butyri recentis, lactis mulieris ana vnc i. olei liliorum alborum, olei amygdalarum dulcium ana quantum sufficit ad impinguandum emplastrum: quod calidum loco patienti apponatur. Et aduerte, ne calida multum emplastra apostematibus applicentur: quoniam partes materiæ subtiles resoluerentur, & grossum petrificaretur, quod esset impedimento maturationi. Eadem quoque emplastra frigida minime apponantur, quoniam frigiditate materiam compingerent, & maturatio prohiberetur.*

Optime etiam maturat, & ad suppurationem ducit hoc sequens emplastrum: *Recipe lactis vaccini à quo non sit extractum butyrum lib.i medullæ panis subtiliter trituratæ lib.i. succi caulium vnc ij. croci drachm s. olei liliorum alborum vnc.iij misce, & calidum phlegmoni applicetur.*

Sic etiam optime ad maturationem ducit sequens medicamētum: *Recipe diachylon sine gummis vnc iij. succi caulium vnc.i.s croci drach.i. ceræ citrinæ quantum sufficit ad incorporandum vnguentum satis densum: quod extensum super corium, per vnum vel duos dies continuos patiens poterit portare: & bene habebit.*

Ad idem est optimum, cum apparuerint signa maturationis in phlegmone, applicare vel quater in die permutando sequens medicamentum: *Recipe farinæ tritici lib. s. olei rosati completi vnc.iiij. aquæ fontis claræ vnc.ij. croci drachm.s. misce, & omnia simul apud ignem bene ducantur quousque fiat veluti vnguentum.*

Ad idem est expertū, in maturatione plegmonis, si applicetur sequens medicamentum, repente suppurationem iuuari: *Recipe tritici bene masticati, & stomacho ieiuno cum saliua bene permixti lib. s. olei rosati completi vnc. croci drach.i. misce, & loco patienti cum assidua permutatione applicetur.* Maturata vero phlegmone, (*cuius indicia crit mollities cum vndositate apparens, carentia doloris, febris remissio, & loci tensionis priuatio:*) debes præparari ad illam disruptionem. Quod si patiens ferro vel igne terreretur disrumpatur phlegmone sequentib. ingeniis: *Recipe diachylon simplicis vn.ij. fermenti vn.i. olei amygdalarū dulcium*

vnc.

*vnc s. misce: & grosso modo extendatur supra petiam vel corium, & in medio pone stercoris columbini subtiliter puluerizati drac. i. & phlegmoni hoc applicabis stercore ipso columbino apposito in loco in quo habilior erit phlegmonis disruptio.*

Secundum ingenium est, si applicetur phlegmoni maturatæ sequens ruptorium, eo in loco maximè, quo facilius disrumpetur phlegmone: *Recipe fermenti vnc. s. salis communis drachm. s. aceti optimi drachm. ij. pulueris cantharidum scrup. iij. omnia simul bene misceantur, & in mortario ducantur quousque fiat pasta: cuius drach. s vel secundum quantitatem phlegmones disrumpendæ, applicabis ipsi apostemati, superposito ceroto prædicto maturatiuo, vel emplastro suprà dicto.*

Tertium ingenium est maximè validum, in disrumpendo apostemate maturato, si in loco, in quo tentabis disruptionem, tres vel quatuor guttas infrascripti liquoris apposueris, eodem ceroto suprapositо: *Recipe vitrioli Romani vnc. ij arsenici vnc. ij sublimati vnc. s. succi vitis albæ vnc. vi. cantharidum bene trituratarum drach. ij omnia simul bene misceantur, & ponantur in alembico, & distilletur liquor, qui erit instar olei, de quo duas vel tres guttas cum baculo loco disrumpendo applicabis.*

Disrupto apostemate, & etiam cum ferro, debes obseruare, ne euacuetur totum apostema à sanie vna vice: quia cum sanies dicatur esse multum spirituosa, ad similitudinem spermatis, virtus membri & totius tantum debilitaretur, vt esset timendum de casu eius. Quapropter euacuato apostemate à parte saniei, statim ipsum à principio disruptionis sic medicaberis: *Recipe albumina ouorum num. ij. salis drach ij. boli armenæ drach. i. madefiant plagellæ stupeæ in dicto liquore, & per diem naturalem loco disruptionis apostematis eas applicabis, vbi videlicet timeres fluxum multi sanguinis ad locum incisum.*

Vbi verò non haberes hunc timorem, sicut in suppuratis apostematibus fere hoc nunquam est timendum: talia apostemata sic secundum plurimum medicaberis à principio suæ disruptionis: *Recipe terebinthinæ vnc. ij. vitellum oui numero i. & optimè agitentur, quousque fiat forma vnguenti: de quo vnguento tentam, factam ex petia vel eius filis, ad quantitatem foraminis effecti, extendes, & foramini*

*impones. Demum verò ipsum vnguentum extendes supra petiam, & totum apostema teges. Factaq; idonea ligatura non multum quidem stricta, (ne prohibeatur accessio spiritus, & caloris ad membrum, & materiæ residuæ maturatio) sic continuabis per tres dies, quoad materia fuerit sufficienter euacuata, & labia vulneris optimè digesta.*

Mundificato verò apostemate, mutabis intentionem ad maiorem iteratam mundificationem, & abstersionem: & sic appones vnguentum sequens, & tentam intinctam in sequenti vnguento, foramini apostematis ab extremis ad fundum vsq; attingentem, & non cum extremis acutis lædentem: *Recipe terebinthinæ vn. ij. mellis vnc. i. misce, & vsui seruato: semper superponendo vnguentum digestiuum prius factum.*

Mundificata verò phlegmone, quemadmodum poteris videre ex priuatione generationis saniei, & ex alterius malæ materiæ currentis ex vlcere: curabis cum abstersione, & mundificatione: & cùm tunc indigebit vulnus incarnatione, & vlceris consolidatione, ideo sequenti vnguento procedes: *Recipe terebinthinæ vnc. ij. mellis vnc. i. s. thuris masticis, myrrhæ, aloës ana drach. i. sarcocollæ drach s. puluerizentur puluerizanda, & omnia in mortario bene ducantur, & agitentur quousq; fiat vnguentum: & sic continuabis vsq; ad veram ipsius consolidationem*

Demum verò, si ex inobedientia ipsius ægrotantis aut medici ignorantia, sequeretur fraudulentum vlcus, & putridum, ex ipsa iam disrupta phlegmone: illius curam relinquo prudenti chirurgico.

CAP. II.

## *De Erysipelate.*

Erysipelas, si fuerit cum tumore, *tunc eius cura est sanguinis missio ex basilica.* Quòd si tumor in erysipelate fuerit œdema, *(sicuti contingit hydropicis, quorum crura œdemate afficiuntur)* tunc caue à *phlebotomia: quoniam citissimè corpus deduceretur ad hydropem vel ad eius confirmationem, & esset causa perditionis ipsius ægrotantis.*

Si verò

Si verò erysipelas fuerit absq; tumore, vt sit simplex apostema adhærens pilis: *tunc temporis debes cauere phlebotomiam: indicatur enim ex hoc choleram potius peccare, sanguine quidem pauco permixto. Quòd si sanguis no peccans euacuetur, tunc bono euacuato malum derelinquetur: quo fit vt adaucta materia cholerica, vlceretur erysipelas quod maxime cauendum est in cura erysipelatis*

Primo igitur si erysipelas fuerit sine tumore, euacuabis totum corpus sequenti medicina: *Recipe floris cassiæ recenter tractæ vn i electuarii succi rosarum Nicolai drac. ij. s misce & dissoluatur cum aqua endiuiæ quantum sufficit, & exhibeatur patienti in diluculo.* Nam *apparente erysipelate sine tumore non oportet exspectare digestionem materiæ, ante fiendam euacuationem: quoniam materia peccans est cholera subtilis, facilè mobilis, & sua natura facilè euacuabilis: vt voluit Galenus libro quando, & qualiter euacuare oportet*

Facta euacuatione, non intendas ad digestionem materiæ, sed tantùm ad alterationem, qua acuitas humoris remitti debet. Patienti igitur sequentem syrupum dabis: *Recipe syrupi rosati de succo endiuiæ, de succo acetosæ ana vn s. aquarum plantaginis, acetosæ, rosarum ana vn.i misce.*

Aduerte quòd intentio in erysipelate sit non tantũ remittere acuitatem materiæ, sed etiam stipticis prohibere cursum choleræ ad patientem particulam: & hæ intentiones complentur *per syrupum rosarum, de succo acetosæ, per syrupum myrtinum cum prædictis aquis. Ob quam rem, consulo vt facta euacuatione, cum his quæ extra applicantur, medicemur erysipelas, his quidem diebus quibus caliditas materiæ remittitur, cum syrupis dictis infrigidantibus.*

Totum regimen consistit *in ablatione vini, totaliter priuando corpus, & à carnibus, & ab ouis, & à pluribus alijs, quæ sanguinem, & choleram augent, & humorem exacuare possunt: vt sunt, coitus, fortè exercitium inflammans, & vsus rei piperatæ, alliorum, caparum, & similium, & valet à principio.*

Sequens medicamen à principio conducit: *Recipe succi plantaginis, solatri, semperuiu. ana vnc. vi. aquæ rosatæ vnc. iij. misce, & cum petiis infusis in prædicto liquore applica. Caue autem ne his succis permisceas aliquid, quod sua humiditate emolliat, sicut est succus foliorum maluæ, lactucæ, & huiusmodi: quoniam*

*quoniam ab emollitione timendum esset, ne erysipelas ad suppurationem verteretur, quæ est via ad vlcus. quapropter semper à principio stipticis vti debes.*

*Memineris præterea cùm dilutæ petiæ super membro incipiũt calefieri, statim eas amouendas: ne ab illis, reuerberat[illegible] caliditate ad membrum, crescat erysipelas: neue, calore memb[illegible] attrahente ad se petiam illam, & eam exsiccante, petia illa adhæreat erysipelati: quoniam in eius ablatione posset erysipelas vlcerari quod magnopere timendum est.*

Ad idem, valet sequens medicamentum: *Recipe atramenti lib. s. quo tingatur erysipelas: propter ingredientia enim frigida & stiptica, multum conducit.*

Ad idem, valet sequens medicamentum: *Recipe vnguenti de cerusa vn. ij. totum, vel illius pars extendatur supra petiam, & erysipelati apponatur.*

Aliud quod est efficacius: *Recipe vnguenti de cerusa, vnc. vi. succi plantaginis vn. ij. aquæ rosatæ vn. i. misce, & extensum supra petiam apponatur.*

Ad idem, in augmento, & principio status valet sequens medicamentum, & est expertum, quo statim curabitur erysipelas: *Recipe lithargyrii argentei vn. vi. succi plantaginis vn. iij. olei rosati vn. ij aceti optimi vn. i. misce & omnia in mortario plumbeo bene ducantur, quousq; fiat vnguentum participans de colore plumbi: De quo vnguento, exte[illegible] supra petiam, ad quantitatem sufficientem, appones erysipel[illegible] Permutanda verò sunt hæc remedia manè & vesperi: & continuãda quousq; eris certus de augmẽto, & de statu erysipelatis*

Si erysipelas cœperit declinare, quod cognosces ex mutatione coloris ad album, vel ad subrub[illegible]ũ: tunc temporis desiste ab applicatione frigidorum, quoniam [illegible] adducere potes patientem ad alterum duorum inconuenientium: vel ad carnis mortificationẽ, vel ad spasmu[illegible] Ad carnis quidem mortificationem, si appareat color [illegible]ber & obscurus: sic enim esset periculum, ne infrigidan[illegible]bus erysipelas in esthiomenum mutetur. Derelictis [illegible]tur tunc infrigidantibus, apparente altero illorum c[illegible]rum, manè & vesperi fomentetur locus spongia, ma[illegible] facta in sequenti liquore: *Recipe florum camomillæ, [illegible]leti, fœnugræci ana M. s. bulliant in sufficienti quantitate a[illegible] vsq; ad consumptionem medietatis, deinde colentur, & co[illegible]*

*tur a*

*turæ vsui seruetur. Facta verò quotidiana hac fomentatione, cum petia madefacta in dicto liquore: abluatur locus modico vini albi odoriferi calidi: hoc enim est quod prohibet futuram membri mortificationem ex erysipelate.* Si verò color membri cœperit albus apparere, caue ab infrigidantibus: applicatione enim eorum, frigiditas neruos læderet, & esset causa tremoris, vel alicuius spasmi ipsius membri, cùm frigidum inimicum sit neruis.

Quòd si erysipelas fuerit vlceratum, vel medici imprudentiâ, vel malo patientis regimine, vel ex malitia materiæ, quæ corrigi non potuit à virtutibus medicinarum: ei applicabis vnguentum sequens, & proculdubio sanabitur: *Recipe lithargyrii vnc. iij. vnguenti populeonis, cerusæ ablut, infrigidantis Galeni ana vnc. s. olei rosati completi vnc i. misce, & omnia in mortario bene ducantur, quousque fiat vnguentum: quod continuabis vsq; ad consolidationem erysipelatis.*

## CAP. III.

## *De Oedemate.*

CVm œdema fiat maximè ex materia pituitosa, & pauca cholera admixta: credendum est quòd maximè fiat in membris frigidis, & longè distantibus à fonte caloris corporis animalis, vt sunt crura, & pedes: licet etiam in aliis membris propinquis fonti, & radici caloris contingere possit, aut propter natiuam caliditatem membrorum affectorum corruptam, aut ad minus vitiatã. Quamobrem cùm tibi apparuerit membrum tumidum præter naturam, deperdens quem habuit calorem, cedatq; digitis illud prementibus, cum remanentia cauitatis, & vestigii impressionis: proculdubio dices membrum tale œdema pati. Oedematis causa est pituitosa materia: quam & principalium caliditas infrigidata, & particularium membrorum virtus concoctiua deficiens, progignunt.

Curatio œdematis consistit in applicatione calefacientium, & exsiccantium. Initio igitur curæ, materiam digerere debes his, quæ nedum opponũtur temperaturæ materiæ pituitosæ, verum etiam & membra ipsa confortant, & innatam caliditatem augmentant. Detur igitur infrascriptus syrupus per nouem dies continuos: *Recipe*

*oxymellis*

*oxymellis simplicis unc. i syrupi de duabus radicibus, mellis rosati colati ana unc. s. aquarum saluiæ, betonicæ, buglossæ ana unc. i. misce.*

Dehinc quibusdam apparentibus signis concoctionis (*non quidem completè quoniam hoc fieri non potest, propter materiam hanc rebellem concoctioni, & propter vitiatam caliditatem concoquentem principalium membrorum*) purgabis sequenti medicina: *Recipe diacatholici un. s agarici optimi & electi drac. i. s. electuarii indi maioris scrup iij electuarii de succo rosarum drach. i. Et recordare cum qualibet medicina euacuatiua phlegmatis permiscendum aliquod euacuatiuum choleræ: cùm de se phlegma non moueatur ad membra nisi eo subtilato, & promoto à flaua bile. I. fundatur agaricus cum modico zinziberis & salis gemmæ, in oxymelite, quantum sufficit, per x. horas deinde facta forti expressione, omnia simul dissoluantur in aqua decoctionis hyssopi. saluiæ betonicæ & quatuor florum cordialium quantum sufficit, & fiat potus, qui exhibeatur patienti per duas horas ante lucem.*

Si verò œdema fuerit ortum vitio corruptæ caliditatis hepatis, non bene sanguificantis, sicut in hydrope accidit, vt crura & alia membra corporis tumida, & œdematosa fiant: purgabis corpora, post syrupos, sequenti medicina: *Recipe diacatholici unc. s. reubarbari optimi, & electi drac. ij. spicæ gran. x agarici præparati scrup ij electuarii de dactylis drach s. i. fundatur reubarbarum cum spica secundum artem per x. horas, & facta forti expressione, omnia simul dissoluantur communi decoctione florum & fructuum quantum sufficit, & fiat potus qui patienti exhibeatur modo dicto. Et aduerte quòd omnes medicinæ, quæ à nobis in capite de hydrope fuerunt dictæ, eadem conferunt in œdematosa passione hydropi coniuncta.*

Facta hac prima præparatione materiæ, cũ dicta euacuatione iterato digeratur materia, & euacuetur: quoniam diuturnæ ægritudines, maxime pendentes à pituita, paulatina indigent digestione, paulatinaq; & successiua euacuatione. Replicabis igitur syrupum sequentẽ per nouem dies continuos: *Recipe syrupi de iua Nicolai (quod si ei iungatur timor de hydrope, habis syrupum de cichorio cum reubarbaro Nicolai) mellis rosati colati ana un. s. aquarum hyssopi, iuæ, capillorum veneris ana un. i. misce.*

Appa-

Apparente concoctione, etsi non completa, materiæ, dabis patienti per duas horas ante lucem sequētem medicinam: *Recipe diacatholici unc. s. pulueris hieræ simplicis Galeni drachm. s. pulueris turbith boni & gummosi scrup. iiij. pulueris reubarbari scrup. i. spicæ zinziberis, salis gemmæ, ana gran. ij omnia simul misceantur, & cum decoctione communium florum, & fructuum quantum sufficit, dissoluantur, & fiat potus.*

Post purgationem materiæ, procedes cum remediis intus exhibitis, & extra applicatis, quibus materia œdematis corrigatur & membris innata caliditas reddatur. Ideo quotidie mane per duas horas ante cibum detur patienti bolus in hac forma mixturæ: *Recipe diagalangæ vn. i. triasandali drac. s. diatrion pipereon dra. ij. diarhodonis abbatis vnc. i. s. misce cum syrupo de duabus radicibus fiat mixtura.*

Eisdem quoque diebus mane & vesperi fomententur membra œdematosa, spongia madefacta in sequenti decoctione, vel eadem membra lauentur: ℞. *saluiæ, rorismarini florum stœchadis montanæ, maioranæ, florum camomillæ, ana M. s salis nitri, salis gemmæ, aluminis ana drac. ij. bulliant in sufficienti quantitate aquæ cineris siue lixiuij, vsque ad consumptionem tertiæ partis, deinde colentur, & colatura vsui seruetur.*

Vbi vero crura essent œdematosa, eorum fiat lotio prædicta decoctione, vel sequenti: *Recipe aquæ cineris lib. xx florum camomillæ, radicum ebuli, ana M. i. salis communis lib s. aceti albi optimi vn. iiij. misce, & bulliant vsque ad consumptionem medietatis, deinde colentur, & colatura vsui seruetur.*

Ad idem valet sequens lotio, & est multum experta in terrenis maritimis: *Recipe aquæ maris lib. xx. aceti optimi lib ij. bulliant simul vsque ad consumptionem quartæ partis: deinde dicto vsui seruetur.*

Ad idem conferunt *omnes aquæ thermarum calidæ sapientes naturam salis, aluminis, nitri, & salis gemmæ. Quod si patiens assiduum vsum frequentet in dictis balneis, procul dubio ab œdemate, & præcipue in cruribus exsistente, sanabitur.*

Sin vero prædictis non sanabuntur membra œdematosa, his ingeniis sequentibus patiens gubernetur.

Primum

Primum: *cauterizentur membra huiusmodi actuali cauterio pluribus in locis: sic enim nedum extrahetur aquositas pituitosa talem progignens affectionem verumetiam membra exonerata confortabuntur, vt inde nutrimentum melius concoquere valeant, & superfluum secernere.*

Secundum ingenium: *membrum taliter affectum fricetur cum applicatione sequentis emplastri, inducti corio, ad quantitatem conuenientem supra oedematosam partem membri affecti ponatur: Recipe fermenti vnc. vi. cantharidum subtiliter puluerizatarum drach. i. salis communis drach. i. aceti fortissimi quantum sufficit ad incorporandum vnguentum: quod extensum supra corium modo dicto membro applicetur, ipsumque non amouebis à membro per spatium decem horarum, quo eleuato apparebunt vesicæ aqua plenæ, supra quas appone folium caulis perunctum butyro recenti, & sic mane, & vesperi folium mutabis, & videbis copiosam aquositatis facturam à membro oedematoso.*

Quod si membrum tale ad vlcerationem deueniret, nimio quidem calore adurente apparente in membro, mox eleuato folio caulis apponere debes sequens vnguentum: ℞. *vnguenti de cerusa vnc. i s. lithargyrij vnc. i. succi plantaginis vnc. i. olei rosati vnc. s. omnia simul misceantur & in mortario ducantur, quousque fiat vnguentum, & ad vsum sui seruetur. Eo quippe vnguento vlcera corrigentur, & aquositas pituitosa extrahetur, & oedema sanabitur.*

Quod si hæc non contulerint, hoc remedium sequens debes oedemati applicare: *Recipe saluiæ siccæ, rorismarini, betonicæ ana vnc. s. carui, dauci, anisorum, feniculi drach. i. puluerizentur omnia subtilissime: & prædictus puluis aspergatur spongiæ siccæ ad quantitatem membri oedematosi, eamque illi superalligabis, & sic mane & vesperi continuando videbis dissolutum oedema.*



I

## CAP. IV.

## *De scabie.*

Scabies vt plurimum fit ab humore per viam adustionis sanguinis vel choleræ, vel melancholiæ, vel per viam salsi phlegmatis redundantis in toto corpore. Apparente igitur pruritu & rubedine in membris totius corporis scabie afflicti, fiat phlebotomia secundum diuersos situs ratione materiæ peccantis: vt si fuerit ex sanguinis adustione, cuius signum erit pruritus, & rubedo membrorum: *tūc fiat phlebotomia ex basilica dextri lateris, & extrahatur sanguis in pondere vnciarum* vi. *consentiente robore & ætate.* Si vero scabies ex adustione choleræ fuerit, cuius indicium est temperatura ægri cholerica vehemens & acutus pruritus, & citrinitas tum loci scabiosi, tum humoris exeuntis à pustulis scabiosis: *tunc remittatur euacuatio in cholera, & phlebotometur eadem basilica brachij eiusdem, cum sanguinis extractione pondere vnciarum* vi. Quod si phlegma salsum scabiei causa fuerit, cuius indicium est violentus & intolerabilis pruritus & non apparentia rubedinis vel citrinitatis in prædictis: *fiat phlebotomia satis minuta ex eadem basilica, vsque ad tres vncias sanguinis ad plus in pondere.* Quod si ab adustione melancholiæ scabies trahat originem, cuius indicium est carentia fortis pruritus, & liuiditatis apparentia in colore membri scabiosi & pustulati, cum exitu sorditiei liuidæ vergentis in nigrum: *tunc temporis phlebotomabis saluatellam sinistræ manus, cum extractione sanguinis pondere vnciarū* vi. Quod si patiens consuetus sit pati hæmorrhoidum fluxum, *earum fiat apertio cum sanguisugis applicatis hæmorrhoidibus & extrahe sanguinis vnc.* iij.

*Nec vero est credendum illis, qui dicunt, quod in scabie apparente non debeat fieri phlebotomia: ne natura tentans exonerare se, impediatur a suo opere. Quoniam cum in scabie materia plurima vitiata sit intra venas, non est timenda phlebotomia, licet in scabie tractus sanguinis extra venas fiat: nam in multitudine peccantis materiæ, existentis intra venas & euacuatæ per phlebotomiam, iuuamentum maius est, quam nocumentum, quod posset contingere ex aliquali adhuc per*

*phlebotomiam retractatione materiæ à ſuperficie corporis ad interiora: fiet enim ex ipſa phlebotomia natura vigentior ſupra reſiduum materiæ remanentis, ad naturam iuuandam ab intus ad extra venas.*

Et caue ne ante totius corporis euacuationem, ætate adhuc tolerante, inungas ſcabiem: quoniam plerunque facta inunctione corporis poroſitates obſtantur: quo fit, vt materiæ malæ, intus peccantes, prohibita exſpiratione earum, magis putreſiant, & febres inducant: ſicut fere omnibus contingit, præmittentibus vnctiones euacuationi.

Facta igitur antedicta phlebotomia, peccans materia digeratur ſequenti ſyrupo: valet enim in omni materia aduſta faciente ſcabiem: *Recipe ſyrupi de fumoterræ, de lupulis, de endiuia, mellis roſati colati ana vnc. s. aquarum ſcabioſæ, fumiterræ, cichorii ana vnc. i. miſce.* Eo tempore, quo digeritur materia, quotidie mane, per quatuor horas ante cibum, ad prouocandum magis ſcabiem ad cutim, patiens vtatur ſequenti balneo: *Recipe foliorum malue cum radicibus, violariæ cum radicibus ana M. ij bulliant in ſufficienti quantitate aquæ, vſque ad conſumptionem tertiæ partis, deinde colentur, & cum colatura lauet patiens omnia membra ſcabioſa.*

Apparentibus vero poſt ſignis digeſtionis materiæ, purgetur patiens ſequentibus pilulis, ſi pilulæ ſint magis gratæ: vel ſequenti medicina in forma boli, vel in forma potionis, ad libitum patientis: ℞. *pilularum de fumo terræ ſcrup. ij aurearum Nicolai fœtidarum, ana ſcrup. s. miſce & fiant pilulæ numero v.*

Vel: ℞ *diacatholici vnc. i confectionis Hamech drachm. s. electuarij ſucci roſarum ſcrup. iiij. miſce, & fiat bolus cum ſaccharo.*

Vel fiat potus *cum decoctione communi florum & fructuum quantum ſufficit, cum quo bulliant folliculorum ſenæ, polypodij quercini, ſummitatum fumiterræ ana drach. ij. & detur patienti duabus horis ante lucem. Et aduerte:*

Cum autem hæc ſit euacuatio eradicatiua, ante phlebotomiam, vel ante ſyruporum aſſumptionem: recordari debes de lenitione præcedente *cum caſſia fiſtula, vel cum diapruno non ſolutiuo, vel cum tamarindis, vel cum*

tr chijs

*trochiscis de violis siue scammonio: quæ omnia multum leniunt euacuando humores adustos.*

His euacuationibus tum phlebotomia, tum pharmacia factis: poteris audacter transire ad vnctiones in scabie conuenientes.

Ad scabiem puerorum, in quibus nulla adhuc præcessit euacuatio, propter ætatem non consentientem, plurimum valet sequens vnguentum sine aliquo timore: *Recipe olei rosati vnc. iiij. salis communis drach i s butyri recentis loti vnc. i omnia simul bene misceantur, & in mortario bene ducantur, donec fiat vnguentum molle.*

Ad idem valens in pueris, & in sequentibus ætatibus, & ante euacuationem, & post euacuationem: & est expertum, si quotidie ante ingressum lecti, prope ignem, suotilissimè membra scabiosa, vel totum corpus inungantur sequenti vnguento: *Recipe terebinthinæ lotæ ex aqua rosata vnc iiij succi limonis vnc. i. s. butyri recentis vnc i. vitellum oui numero i. salis communis drach. ij. olei rosati vn. ij. misce & diu omnia agitentur in mortario, donec fiat vnguentum pro scabie.*

Ad idem, valet sequens vnguentum, non nisi præcedente digestione, & totius corporis euacuatione, & vbi scabies esset plurimum crassa: *Recipe succorum lapatii acuti, fumiterræ, & plantaginis ana vnc. i. lithargyrii argentei vnc. iij. terebinthinæ lotæ cum aqua rosata vnc. ij. cerusæ ablutæ, butyri recentis loti ana vnc. i. s. succi limonis vnc. ij. vitellos ouorum numero ij salis commun. vnc. i. olei rosati vn. i. s. misce, & omnia simul in mortario plumbeo bene ducantur, vel agitentur donec fiat vnguentum.*

Ad idem aqua mirabilis, qua patiens debet scabiem inungere, facta forti, & subtili ablutione: *Recipe aquæ distillationis lapatii acuti lib ij. succi plantaginis vnc. iiij. aquæ rosatæ vnc. iij. succi limonis vnc ij. lithargyrij vnc. vi. cerusæ vnc s. sublimati vnc. i s. salis communis vnc. s. sulphuris viui drac iij puluerizentur puluerizãda subtilissimè, & cum aquis misceantur, & in infusione maneant per diem naturalem: demum ponantur omnia in alembico & lento igne aqua distilletur. Prædicta aqua non solùm confert scabiei, sed etiam ad delendum crustas morbi gallici: etenim non solùm tolluntur crustæ morbi gallici, sed etiam vestigia delentur.*

Et scias quòd quemadmodum præcedens aqua multum confert ad scabiem sanandam: ita plurimum conferunt *aquæ thermarum sulphureæ, veluti de Poreta, de Abano, de Petriolo & huiusmodi: euacuato enim corpore, & à superfluis bene mundato, si in prædictis balneis patiens balneetur, ... debitum iuuamentum pr... sta... s. Sic experientia compert... adhuc vehementi, & ... sua scabie totum corp... moleſtatur: si petat Pisanas the... mas. de aquis quæ balnea ... mitatu Pisarum sic dicta sunt) certè videbit miraculum ... tantum enim qualit... te manifesta, sed etiam a p... possunt huic conferre.*

Vel eo tempore, quo patiens scabiei ... cerit, semper mane, apparente luce, ... neo, calido, in toto corpore mox exiens è baln... diatur lectum calidum, dormiat, & ... *Recipe ... lapatii acuti, foliorum fumiterræ, foliorum maluæ cum ... cibus, foliorum borraginis ana M.ij. fu... ligati ... ij. siliginis M.iij. bulliant omnia in sufficienti quantitate ... vsq; ad consumptionem tertiæ partis, deinde coletur, & ... tura vsui seruetur. Et hæc de scabie.*

## Cap. V.

## *De Morphea.*

AD morpheam, & alias cutis defœdationes, orig... habentes ab humore melancholico, purgetur ... teria peccans sequenti medicina: *Recipe diasenæ ... vnc. i. cassiæ nouiter tractæ vnc. s. misce, & fiat potus cum ... decoctionis polypodii quercini, epithymi, thymi, & aliorum ... ctuum, & florum omnium communium.*

Postea digeratur materia, nulla facta phlebotomia ... tali curatione (*quoniam augeret causam Morpheæ*) ... syrupo: *Recipe syrupi de fumoterræ, de epithymo, de ... endiuia ana vn. s. aquarum borraginis, melissæ fumiterræ ... vnc. i misce.*

Continuato isto syrupo per septem dies contir... purgetur materia sequenti purgatorio, duabus hor... te lucem: *Recipe diasenæ lenitiui dra vi. confectionis H... drach. ß. electuarii succi rosarum drac. i. misce, & fiat ... cum prædicta decoctione.*

Facta purgatione, vngantur omnes corporis partes morphea affectæ, sequenti oleo calido, vesperi cum ibit dormitũ: *Recipe olei de tartaro vini albi potentis ana vn ij.*

Ad idem valet sequens vnguentum: *Recipe olei de tartaro vnc. ij olei amygdalarum amararum vnc i. jucci lapatii acuti vn i. s ceræ quantum sufficit, & fiat vnguentum, quo inungatur morphea modo dicto*

Nota: cum vesperi fiet dicta vnctio, manè continue lauetur locus affectus morphea, sequenti aqua: *Recipe aquæ destillationis lapatii acuti lib. iij interiorum melonum cum seminibus lib. ij. ouorum hirundinum numero x salis nitri vnc s. tartari vini albi optimi vnc. ij. omnia simul misceantur, puluerizanda puluerizentur, ponantur in alembico, & destilletur aqua, & quæ seruetur.*

## CAP. VI.

## *De coxis, & pustulis apparentibus in facie.*

CVratio pustularum apparentium in facie, quas communi nomine coxos appellant, regulariter quæ ab initio sic ordinanda est: *Primò inungatur patiens tali diæta, non multiplicatiua sanguinis cholerici, vel phlegmatis salsi: cum secundum plurimum pustularum materia immediata sit sanguis acutus, vel choleræ multitudo, vel copia salsi phlegmatis. Caueat igitur ab omnibus cibariis calidis, quemadmodum sunt carnes, & cuiuscunq; condimenti commixtæ, multus vsus ouorum quantumcunq; recentium omnesq; res salsæ & ex salsis omnia facta condimenta: ita & omnia piperata i. condimenta facta ex pipere. quibus associantur zinziber. cinnamomum, caryophylli, macis, & huiusmodi Caueat quoq; patiens à coitu, tanquam à re admodum noxia: cum ex coitu immoderato humores exacuantur, & fiant tunc materiæ præparatæ ad generationes tal. affectionis.*

Principium autem euacuationis erit capere infrascriptum bolum per duas horas ante prandium: *Recipe floris cassiæ nouiter tractæ vnc. i carnium tamarindorum vnc. s misce, & fiat bolus cum saccharo.*

Sequenti verò die consulo *sanguinis missionem, ex hepatica cubiti dextri, cum extractione sanguinis quinq; unciarum.*

 Postero

Postero die, pro alteratione temperaturæ calidæ hepatis, capiat patiens in diluculo sequentem syrupum: *Recipe syruporum de succo acetosæ, de succo endiuiæ, ana drac vi. de fumoterræ unc. s aquarum seminum communium frigidorum, lupulorum fumiterræ, ana unc. i. misce.*

Captis tribus de prædictis syrupis: iterato patiens, *phlebotomet saluatellam sinistræ manus cum extractione sanguinis pondere unciarum iiij.*

Continuet verò patiens syrupos, usq; quo septimum ceperit syrupum: octauo verò die, apparente signo concoctionis materiæ, purgetur sequenti purgatorio: *Recipe seminum acetosæ, plantaginis, endiuiæ ana drac. ij. quatuor florum cordialium ana M s tamarindorum un. s iuiubarum, sebesten, ana numero decem, carnium prunorum damascenorum, passularum enucleatarũ ana un. s. bulliant in sufficienti quantitate aquæ usq; ad consumptionem medietatis: deinde cum colatura dissolue floris cassiæ nouiter tractæ drach. vi. electuarij succi rosarum drach i. confectionis Hamech, diaprunis solutiui, ana scrup. ij. & fiat potus, quiescat tamen patiens post purgationem per duos, vel per tres dies.*

Demum post meridiem faciat *venarum hæmorrhoidalium apertionem, cum extractione sanguinis pondere unc. iij. præcedente tamen clystere lenitiuo.*

Peractis verò his euacuationibus, tũ pharmaciis, tum phlebotomiis, vesperi cum patiens ibit dormitum, inungantur loca affecta illis pustulis sequenti vnguento: abluat verò manè totam faciem infrascripta aqua. Vnguentum tale est: *Recipe nucleorum persicorum torrefactorum, & subtiliter puluerizatorum, unc. i. succi plantaginis, semperuiuæ ana unc s cerusæ ablutæ, drachm. i. s cum cera quantum sufficit fiat vnguentum molle.*

Ad idem vnguentum expertum, & admodum valet, vesperi inuncta facie: *Recipe succi citri un ij, cerusæ unc. s. sarcocollæ drach ij. salis communis drach. i. olei rosati unc. . lithargyrij argentei drachm. vi. omnia simul in mortario bene ducantur: demum superaddendo modicum aquæ rosatæ, pone pomo citri, bulliant duabus ebullitionibus continuè cum baculo bene ducendo.*

Manè verò abluatur facies aqua dicenda: *Recipe aquæ rosatæ lib. s aquæ distillationis lapatii acuti, lib. ij. corallorum rubro-*

*rubrorum, margaritarum ana drach. ij. caphuræ drach. i. puluerizentur puluerizzanda & omnia simul bulliant vnica ebullitione, deinde colentur, & colatura vsui seruetur.*

Liquor sequens ad faciei pustulas expertus est: si ter vel quater de die facies eo lauetur: *Recipe cerussæ lotæ vn. i. cicerum rubrorum lib. s. interiorum melonum lib. i. oua hirundinum x. margaritarum, caphuræ, salis communis ana drach. ij. seminum bombacis drach. iv. succi limonum vn. iiij. tartari vini albi vn. s. Puluerisentur puluerisanda, & contundantur contundenda: omniaq; simul infundantur horis 48. in lib. x. aquæ stillatitiæ lapathi acuti: post in alembico destilentur: & liquor recondatur ad vsum.*


FINIS EXPERTORVM VICTORI.



# CAMILLI THOMAII, RAVENNATIS MEDICI, COMPENDIOSA METHODVS, TVM PATHOLOGICA, TVM Therapeutica: quâ omnium fere interiorum corporis humani affectuum, & Caussæ, & Scopi curatiui, breuiter docentur.

## CAPVT I.

### *EISAGOGICA PRO TYRONIBVS tractatio, de Morborum communibus differentiis, & curandi summis indicationibus.*



GGRESSVRVS aliquam artem, primò subiectum circa quod operaturus est contemplatur; subinde quidnam in eo subiecto est operaturus. Faber quidem lignarius lignum primò considerat: postremò quid in ligno facturus sit. Sic & medicinæ subiectum quidem corpus humanum sanabile: cuius sanitatem conseruat & ægritudinem curat. Est autem vtraque, sanitas scilicet & ægritudo in membris corporis: quæ duplicia sunt, videlicet composita seu instrumentalia, & simplicia ad sensum, quæ instrumentalium partes sunt. Instrumentalia membra, seu composita sunt, quæ corpori adminiculantur: qualia, manus, pedes, oculi, nares & huiusce modi partes: eæ namq; cõponuntur ex simplicibus, quę etsi simplices videãtur ad sensum eædem tamen ex simplicioribus partibus constituuntur, vt facilè intellectu comprehenditur: siquidem, etsi simplex membrũ videatur ad sensum secundum omnem sui partem

partem eiusdem rationis, puta neruus omnem partem neruum habeat, caro itidem, & os ipsum: ratio tamen & intellectus discurrens, inuenit vnumquodque eorum ex simplicioribus partibus constitutum: quoniam si neruus frigiditatem habet, neque ea sit in summo (quæ tantum elementis competit, puta terræ & aquæ; esset enim sic & ipse neruus elementum) necesse est quod qualitas remissa sit per qualitatem cõtrariam calidi scilicet, quod in eius generatione commiscetur. Vnde constat ratione, neruum (etsi simplicem eum partem sensus iudicet) tamen, intellectus iudicio, compositum ex simplicioribus elementis, intelligi. Sunt autem elementa quatuor, ignis, aer, aqua & terra: quibus quatuor qualitates alteratiuæ in summo debentur. Caliditas quidem & siccitas igni: caliditas & humiditas aeri: frigiditas & humiditas aquæ: frigiditas & siccitas terræ.

Est ergo sanitas & ægritudo in vtrisque membris, tam simplicibus quàm compositis, seu instrumentalibus. Quarum vtraque quid sit, plurimum nouitio medico interest vt intelligat.

Sanitas in simplicibus est temperantia quatuor elementorum qualitatum, quibus simplicia ipsa constituuntur: temperantia scilicet calidi, frigidi, humidi, sicci, secundum exigentiam ipsorum, pro suis perficiendis actionibus & passionibus. Huius contrarium est in eisdem ægritudo: intemperantia scilicet dictarum qualitatum, faciens pro operationum eorũdem læsione. Sic temperantia calidi sanitas est vnius partis simplicis: eiusdem intemperantia per excessum vel defectum, est ægritudo. Idem dicatur de aliis qualitatibus, si earum temperantia est sanitas, earundem intemperantia per superabundantiam & defectum, est ægritudo. Constat itaque liquido, prima genera morborum simplicium quatuor esse totidem & composita: quæ omnia vel cum materiæ fluxore sunt, vel citra materiæ confluxum. Sexdecim ergo fient morbi in genere, quatuor scilicet simplices, quatuor compositi, quatuor cum materia, quatuor itidem citra materiam.

Sanitas autem in membris compositis, debita est commoderatio eorundem, quo ad formationem, scilicet for-

mam, numerum, quantitatem, situm & positionem. Quo ad quidem formam, quoniam consistit in debita figura membri, debita superficie, debita via & decenti receptaculo, pro instrumentalibus operationibus obeundis. Huius contrarium est ægritudo, nimirum immoderatio eorundem, faciens ad noxam operationum: puta, si debita figura manus sanitas est, indebita figura est ægritudo. Si debita superficies, debita via & decēs receptaculum, bona valetudo, indebita omnia ex aduerso, erunt ægritudines. Si partium manus sufficiens numerus, sanitas est, si eius quantitas cōueniens, si partium situs & positio vt decet, pro valetudine est; pro ægritudine est, excedens vel diminutus numerus earundem partium, sicuti excessus in quantitate per maius & minus, sic & inconueniens partium situs & positio, pro ægritudine habentur.

Est item vtrisq; membris communis dispositio, quæ vnitas & continuitas dicitur, sanitas: cuius contrarium, diuisio seu solutio, est ægritudo. Patet hoc: quoniā vtraq; membra sanitate funguntur, quum debitam habent vnitatem & partium vnionem: quatum discontinuatio ægritudo necessario dicitur, quum ad functionum noxam, solutio continui vtrarumque partium faciat.

Quum ergo in membris corporis sit sanitas & ægritudo, quæ ex opposito distinguuntur: & vtraque ad medicum pertineat: hæc quidem quæ sanitas est, inculpata scilicet & optima, vt conseruetur; altera vero, quæ est ægritudo, vt curetur: prima dimissa, tantum de secunda in hoc opere pertractabimus, non quod ea sit prior & nobilior, sed quod ea correpti frequentius medico occurrant.

Ad morbos igitur curandum, diligenter consideranda veniunt, tum ea quæ præcedunt, tum quæ sequuntur. Quæ præcedunt, Causæ appellantur: quæ subsequuntur, Symptomata vel accidentia, id est, effectus ægritudinum.

Causæ duplices sunt genere, Extrinsecæ, seu præincipientes, quæ primitiuæ seu procatarcticæ dicuntur: sunt & quæ Antecedentes appellantur. Extrinsecæ quidem, quæ corpori extrinsecus occurrentes ipsum alterant & ad ægritudinem immutant. Huius generis sunt, aer, ci-

bus

bus & potus, somnus & vigilia, motus & quies, euacuatio & repletio, accidentia animi, atque venereorum vsus: quæ scilicet necessario fere omnia corpori occurrunt. Eæ siquidem debite occurrentes sicuti corpus seruant ita indebite, corpus ad ægritudinem promouent. Sunt & aliæ causæ extrinsecæ, quæ casualiter corpori accidunt, de quibus ideo doctrina tradi minime potest. Antecedentes causæ, seu intrinsecæ, sunt humorales omnes, atque complexionales quæ corpus atque eius partes morbo laborare faciunt, &c.

Quæ subsequuntur symptomata, id est, effectus, in triplici genere sunt. Enimuero genus vnum est, quod noxa functionum dicitur: secundum est, quod qualitas mutata: tertium, quod exiens mutatum appellatur. Ab ægritudine immediate sequitur actio læsa, seu functio læsa membri, cuius est ægritudo. Ab eadem, mediante eadem actione læsa, sequuntur duo alia, scilicet qualitas mutata, & exiens mutatum. Licet autem ex actione læsa, membrum & corpus ægrum deprehendere: ex qualitate mutata, morbi essentiam: sicut ex exeunte mutato, vt plurimum, etiam morbi causam intelligimus.

*Quum ergo ægritudinum quædam sint immateriales, id est, citra materiam, quædam cum materia afficiant, vtrarumque non est vna curatio. Quæ namque citra materiam sunt, vna egent intentione, vt intemperantia contrario æquetur. Si vero materiales fuerint, duplici quidem intentione habita eas curamus. Prima, vt materiam ipsam à corpore & parte ægrota educamus: secunda, vt corpus vel partem ipsam affectam contrariis alteremus, temperemusq; dyscrasiam, id est, distemperamentum.*

*Euacuamus autem multifariam: sensibiliter quidem, per missionem sanguinis, vbi sanguinis fluore ægritudo contingat: pharmacia alios humores à sanguine educimus, interdum vomitu, aliquando per secessum: competit etiam interdum per vrinæ prouocationem & per sudorem ipsum, redundantes humores à quibus morbi fiunt, euacuare. Insensibiliter autem per inediam & motum corporis, vel ipsas frictiones, modo redundantia infra mediocritatem humorum insit corpori.*

*Expedit ergo scire, quotuplici via sanguinem euacuamus. Euacuetur ergo sanguis per venæ sectionem, per scarificationem eum*

*cum ventosis, atque per admotas hirudines. Venæ autem quæ secantur, multiplices sunt, iuxta affectæ partis diuersitatem. Enimuero in affectu capitis à sanguine, cephalicam venam dictam incidimus. Vbi autem partes male habuerint quæ sub capite sunt, vel totum ipsum corpus, interdum communem seu nigram, aliquando iecorariam, nunc à dextro, nunc à sinistro latere, secundum quod magis dextro vel sinistro lateri insederit ægritudo. Minuimus etiam interdum sanguinem a venis quæ sunt sub poplite, vel quæ iuxta malleolos habentur. quarum vna sciatica dicitur, à parte scilicet syluestri, altera vero parte domestica quæ saphena vocatur: hoc quidem, vbi ægritudo à medio corpore infra exstiterit. Aliquando etiam secatur vena quæ est sub lingua, vbi morbus œsophagum atque pharyngem, faucesque ipsas occuparit.*

*Mittitur item sanguis in morbis, scarificatione cum ventosis, quæ interdum scapulis admouentur, & natibus, & interdum toti dorso. nonnunquam sub poplite licitum est scarificare iterum, suppletq; eiusmodi euacuatio eam, quæ fit per sectionem venæ. Mittimus etiam sanguinem per hirudines hæmorrhoidibus admotas, vbi præsertim capiti vel cordi, aliisque superioribus partibus ægritudo insederit.*

*Si vero morbi contigerint ex aliis humoribus, ut pharmacia eos educere operæpretium sit: eorum euacuationem multipliciter fieri contingit. Interdum scilicet vomitu, interdum secessu, interdum vrinæ seu lotii prouocatione, aliquando sudore, & hoc quidem, quum sensibiliter euacuare humores peccantes in morbis maluerimus.*

*Vomitus ergo interdum leuis fit, quando materiæ scilicet in stomacho supernatant, & à leni vomitiuo educi possunt: fortior autem quum sunt adhærentes stomachi parietibus & imbibitæ, viscositatem habentes. Vtrumque tamen præcedere debet ventris subductio, si non naturalis, saltem artificiata cum clysteri.*

*Si vero per secessum humores euacuare maluerimus primum quidem leniente medicina vtemur: vbi vero copia humorum in corpore fuerit, eos leniente medicina atque simul expurgante minorabimus, nulla etiam præeunte digestione: post euacuabimus medicina exsoluente & eradicante humores, facientes noxam corpori, semper præmissa concoctione, & eorundem alteratione, cum syrupis vel decoctis; nisi materia turgida*

*fuerit*

*fuerit & mobilis, quo casu nulla præeunte coctione, ipso etiam morbi initio, euacuandum est.*

*Per vrinam vero nunquam expedit euacuare, nisi præmissa corporis lenitione vel minoratione humoris, atque etiam euacuatione facta cum exsoluente: necesse enim est, ante vrinæ prouocationem, quæ instituitur ad euacuandum humores qui sunt in venis, præmittere lenitionem ventris, euacuationem à stomacho & hepate. Sicuti etiam vbi opus fuerit euacuare per sudorem humores qui sunt in membris, necesse est vt omnes prædictæ euacuationes præcesserint, quando regulariter atque canonicè operaturus sit medicus.*

*Euacuatio autem insensibilis, per inediam & frictiones fit, vbi paucitas humorum sit in corpore, vel vbi præcesserint aliæ purgationes dictæ.*

*Et huiusmodi sunt in genere euacuationum humorum, qui in corpore ægritudines efficiunt. Quibus factis euacuationibus, expedit corpus alterare, atque idem temperare contrariis auxiliis; interdum Intra corpus adhibitis, interdum Extra admotis.*

*Quæ corpori intus administrantur, Alterantia sunt variarum formarum: quædam forma syruporum, quædam forma decoctorum, alia forma sublimatarum aquarum. Idem interdum efficiunt medici confectionibus, vel electuariis, aliquando etiam pulueribus.*

*Quæ vero extrinsecus admouentur, sunt etiam diuersarum formarum, sunt enim olea quædam, vnctiones quædam, & vnguenta. Quædam rursus emplastra & cerota ad eadem perficienda. Aliquando fomentis, embrochis, & lotionibus vtuntur medici. De quibus omnibus in morborum particularium curationibus specialibus, particulariter est agendum.*

## CAP. II.

## *De dolore Capitis.*

PRius quàm aggrediamur quæ sunt dicenda de dolore capitis, intelligendum est, quod dolor accidit omni parti corporis quæ tactum habet. Non tamen est inditum proprium nomen dolori vniuscunque partis, sed plerunque denominatur à dolore ipso, & parte patiente: secundum quam denominationem in capite dolor capitis nuncupatur.

Dolor

Dolor autem iste proprie non est morbus:sed symptoma, quod pertinet ad actionem læsam tactus, partium dolentium in capite: quæ sunt duæ membranæ sub caluaria cerebrum inuoluentes; vel membrana quæ extra caluariam cooperit.

Distinguitur dolor istarum partium: quoniam quorum membrana caluariam cooperiens male afficitur, dolent ad tactum: quorum affectus est in interiorib. membranis, cerebrum ipsum circundantibus, magis dolent circa radices oculorum, in ipsorum motu. Sentiunt autem eæ partes in dolore, corruptionem iis contingentem: & propterea dolor proprie est symptoma quod dicitur actio corrupta tactus.

Dolor pendet a morbo inæqualis temperaturæ, & solutæ continuitatis. Qui duo morbi interdum fiunt cum confluxu humorum, quandoque citra eorundem confluxum. Si citra eorundem humorum fluorem fuerint morbi dolorem efficientes, ab externa causa aliqua necessario corpori occurrente, vel peregrina contigerint. Verum si facti fuerint cum confluxu humorum, hoc dupliciter: quoniam vel confluxerint à cerebro ad partes dolentes, & tunc dicitur dolor fieri capitis primario vitio; aut confluent aliunde, & dicetur per consensum earum partium, à quibus confluunt, & dolorem hunc præcedent affectus earundem partium. Humor autem confluens, interdum est sanguis, aliquando cholera, nonnunquam phlegma, raro melancholia.

Intelligendum tamen, quod humores qui calida & frigida qualitate sunt præditi, si sicci fuerint, intensius afficiunt quam qui humidi, propterea quod tactum humiditate hebetant Et qui à frigidis humoribus, remissiores fiunt dolores, quam qui à calidis: licet hi acutiores, illi vero prolixiores & diuturniores existant

*Methodus itaque medendi dolori capitis est, vt inprimis instituta ratione boni & conuenientis regiminis atque victus, qua aduersetur causæ doloris, eius causa auferatur, si fuerit ex extrinsecis occurrentibus, prohibeatur. Deinde caput ipsum, partesq; eius dolentes auxiliis contrariis contemperentur. Si humorum confluxus dolorem effecerit, humor ille subtrahatur: sanguis scilicet sectione cephalicæ, si alius humor solutione ventris*

*ventris educatur. Mox ad oppositum aurium scarificatu, frictionibus lotionibus, & ventosis, clysteribusq; distrahatur, reprimaturq; aliquo repercussiuo, tum capiti extrinsecus admoto, tum naribus odorato, vel auribus iniecto. Postremo, caput ipsum auxiliis contraria qualitate praeditis, contemperetur. Si quid praeterea digerendum est, in fine rei clementer digeratur, unguento praecipue alabastri, quod in omni dolore capitis plurimum praestare, experientia comprobatum est. Si tamen vitio alterius membri dolor capitis contigerit, methodus curationis est, vt membri eius, priusquam capitis, ratio habeatur.*

## Cap. III.

## *De vertigine & scotomate.*

IN vertigine & scotomate aegro omnia videntur in gyrum verti, & caput circumagi, etiam obtenebrantur oculi, & aliquando caderet aeger, nisi ab aliquo contineretur. Propterea vertigo & scotoma proprie videntur esse symptomata, quae pertinent ad actionem laesam facultatis visiuae & motiuae, quae laeditur in vertigine (quũ caput circumagi, & omnia in gyrum agi videntur) corrupte: quoniam videt, quod naturaliter videre non debet. In scotomate autem, cum obtenebrantur oculi, laeditur ablate, cum nil omnino videt. Etiam cum non potest omnino aeger continere sese quin cadat, nisi ab aliquo contineatur, laeditur actio virtutis motiuae (quae corpus mouet motu tonico vocato) ablate.

Pendent ista symptomata interdum ab externa causa, mouente spiritus & humores capitis, vt aspectu rotationis, vel fluentis aquae, aut rei alterius violenter motae: interdum nunc à causa interna, quoniam à morbo officiali, obstructione maiori vel minori, contingente in vertigine & scotomate: si fit sine casu ad terram, in viis spiritus visiui: & quum fuerit cum casu contingente, etiam in viis spiritus motiui. Causa harum obstructionum in vertigine est vapor aliquanto subtilior, in scotomate vero crassior, circumactus, spiritus visiuos circummouens: qui aliquando eleuatur ab humoribus in cerebro, & tunc fit vitio primario capitis, vel ab iisdem in aliis membris, & dicitur fieri per consensum oculo-

rum & capitis ad illa membra. Isti vapores eleuantur ab omni humore, sed præcipue à sanguine, raro à cholera & melancholia, plurimum à phlegmate, ob debilitatem naturalis caloris respectu illorum humorum, a quibus sua debili actione calor eleuat & non discutit. Si itaque fit & eleuatur huiusmodi vapor à sanguine, signa eius sunt rubedo faciei, oculorum in illa hora, exuberantia venarum apparentium in oculis, & pulsatio temporum & venarum quæ sunt post aures, cum calore capitis. Si vero sit à pituita, signa sunt quæ dominium & & abundantiam pituitæ in capite, ac reliquo corpore ostendunt.

*Methodus curationis est si à causa externa prouenit, vt ea prohibeatur causa quæ spiritus & humores in capite mouere potest. Si vero ab interna causa prouenerit: methodus est, quum humores fuerint in capite, à quibus vapor mobilis eleuatur vt illi humores auferantur minutione, tum per venæ cephalicæ sectionem, tum per tenuem diætam, vbi scilicet sanguis superabundans fuerit. Si vero alij humores, purgatione deijciantur, distrahantur ad oppositum, frictionibus, lotionibus, & ventosis cum scarificatu; si fuerit opus, etiam clysterium administratione: reprimantur etiam vapores quibusdam auxiliis odoratis. Roboretur præterea caput cum temperantibus eius complexionem: & quatenus opus sit, reliquiæ humorum masticatoriis, nasipurgiis, atque similibus particulariter euacuantibus, educantur.*

*Quod si alterius membri consortio, vertigo & scotoma contingat: methodus est vt membrum à quo consensus prouenit, sufficientibus & congruis auxiliis curetur. In omni tamen vertigine consulendum est vt abstineatur ab omnibus vapores flatumque generantibus, siue ea pertinentia sint ad cibum & potum, siue ad vitæ regimen.*

## CAP. IV.
## *De phrenitide.*

PHrenitis proprie est mentis alienatio cum febre. Quæ duplex est: vera, & non vera. Vtrique accidit corruptio vnius aut plurium facultatum principum, videlicet imaginationis & cogitationis. Interdum enim qui phreni-

phreniticus est male imaginatur & tamen bene cogitat: interdum contra. Contingit etiam vt in vtraque actione deficiat.

Vera phrenitis oboritur ex erysipelate meningum cerebri,& interdum substantiæ eiusdem. Quare significatur ex febre continua,rubore oculorum & vigilijs: estq; alienatio continua non intermittens. Non vera autem contingit à mala complexione calida & sicca cerebri, à vaporibus eleuatis: & eius significatio est intermissio alienationis in remissione febris.

*Eius methodus medendi est per curationem febris,atque retractionem vaporum ascendentium,ad oppositum cum clysteribus & frictionibus & repercussiuis,admotis capiti: etiam in hac præstat odorare frigida.*

*Methodus autem veræ phrenitidis est, quum fiat à sanguine, vt sanguis in primis mittatur per sectionem cephalicæ: deinceps vt fiant omnes species reuulsionum, & ventosis admotis scapulis, cum scarificatu & citra scarificatum, & scarificatione extremitatum aurium,& assiduatione clysterium. Quæ omnia etiam prosunt in phrenitide quæ fit ab apostemate cholerico: in qua præterea soluendus est venter, etiam ab ipso principio,non exspectata concoctione. In vtraque vtendum est repercussiuis, tum admouendo ea fronti capitis, tum etiam odorando sicca,in sanguinea phrenitide, in cholerica autem frigida & humida: postremo leuibus digerentibus,si processerit apostema ad augmentum: nec tamen ea penitus spolianda sunt ab aliqua facultate repercussiua, vt eius complementum, si possibile est,inhibeatur.*

## CAP. V.

## *De lethargo.*

IN lethargo fit obliuio omnium, cum priuatione fere omnium sensuum. Lethargicus enim videtur obliuisci omnia,ita vt interrogatus de nomine proprio,non recordetur. Insuper fere nec sentit nec mouetur: quoniam, etsi principaliter cerebri posterior pars patiatur, atque ob id principaliter lædatur memoria,nihilominus compatitur anterior pars, & ideo fit vt æger non perfecte sentiat. Patet igitur quod lethargus est symptoma pertinens ad actionem ablatam facultatis memoratiuæ principa-

cipaliter, conſequenter ad actiones læſas ſenſus communis. Et in hoc differt à ſubeth: in quo contingit principaliter lædi & auferri ſenſum, conſequenter memoriam, ob colligantiam & vicinitatem partium, quę ſunt organa & inſtrumenta dictarum facultatum.

Conſequitur autem morbum lethargus compoſitionis: quoniam fit ex apoſtemate phlegmatico partium poſteriorum cerebri. Et ſignum eſt proprium oblivio, cũ graui ſomno, cum febre continua, non tamen fortis caliditatis, & albedo linguæ, cum difficultate aperiendi palpebras & quando aperiuntur, in diſpoſitionem priorem redeunt velociter, & clauduntur.

*Methodus curationis eſt, ut per clyſterium fortium, & acutorum iniectionem diſtrahatur materia quæ ad caput confluit, & excitetur æger ligaturis, ventoſis atque frictionibus, & ſi opus eſt (quod ſanguis ſcilicet in corpore dominetur) in capite cephalica ſecetur. Et, ſi poſſibile eſt, dominante phlegmate, ut aliquid per os adminiſtretur, illico per ventrem ſoluatur. Ipſo principio ſtatim, hoc eſt, à prima die uſque ad tertiam, aliquo repercuſſiuo caput foueatur: poſt quartam diem repreſſiuo addatur aliquid quod digerat: in proceſſu vero ſolis reſoluentibus res agatur. & quidem fortibus, præſertim corpore purgato. Adhibeantur etiam odoramenta à principio ex aceto, cum rebus calidis & ſiccis: ſitque cibatio ſatis ſubtilis & tenuis.*

## CAP. VI.

## *De apoplexia.*

APoplexia eſt ceſſatio, tam interiorum, quam exteriorum ſenſuum, & motuum omnium qui fiunt ab imperio voluntatis. Quamobrem apoplexia proprie eſt ſymptoma ablationis virtutum motiuarum & ſenſitiuarum, totius corporis.

Hoc ſymptoma ſequitur morbum officialem in via, obſtructionem videlicet omnium ventriculorum cerebri. Et hæc apoplexia eſt duplex: fortis & debilis. Fortis non curatur: debilis autem cum difficultate, & eget medico ſolerti, & diligenti, priuſquam aſſumatur curatio. Quoniam interdum videntur mortui apoplectici: fiat

fiat periculum nunquid æger sit cum vita, opponendo cotum carminatum naribus, vel tenuis candelæ flammulam aperto ori, aut aquæ plenum cyathum super vmbilicum: vt deprehendatur ex motu horum occulta spiratio, & nunquid æger sit cum vita. Vtraque autem est duplex, sanguinea scilicet, & pituitosa: nam obstrictio fit interdum à sanguine, vt plurimũ à pituita: & signa sunt, abundantia pituitæ vel sanguinis in capite.

*Methodus curationis est, vt in vtraq; statim fiat subtractio redundantis humoris: in sanguinea per sectionem venæ cephalicæ; in pituitosa per solutionem ventris, factam fortibus, vel superius administratis, vel inferius iniectis, quæ ad distractionem etiam fecerint, non prætermittendo reliquas diuersiones quæ fiunt ventosationibus, frictionibus, lotionibus, ligaturis, atque id genus omnibus. Quibus non conferentibus, methodus est, vt capiti à nasipurgiis & sternutamentis ea admoueantur, quæ fortiter digerunt, & absumunt materiam. Debetur præterea apoplectico tenuissima diæta.*

## CAP. VII.

## *De Caro.*

CAros, somni est profundatio & prolixitas, quo in somno sensus omnes exteriores à suis functionibus impediuntur, ne vllo modo fiant. Propterea patet, quod sit symptoma illius facultatis, quæ sensus communis appellatur: quoniam est symptoma ablationis.

Oboritur à morbo frigidæ & humidæ temperaturæ, cum materia, vel citra materiam; quæ vel genita est in cerebro, & tunc caros primario cerebri affectu fieri dicitur; vel aliunde venit ea materia, & dicitur fieri per consensum, & tunc plurimum contingit à ventriculo.

*Si proprio affectu cerebri fit, curationis methodus eadem quæ de apoplexia & cephalalgia pituitosa scripta est. Si per consensum contingit, methodus est, vt curetur membrum cui consentit caput, ipsumque caput roboretur, ne recipiat, atque retrahatur humor omni genere retractionis: atque tenuissima diæta in vtraque est vtendum.*

## CAP. VIII.

## *De congelatione.*

IN hac ægritudine nullus motus neque sensus appar[illegible], & spiratio insensibilis, sed æger videtur cong[illegible], eius oculi sunt aperti, aliquando clausi, secundum [illegible]sitionem, qua reperiebatur hora inuasionis. D[illegible] ab apoplexia, caro, lethargo. Nam in his non sunt me[illegible]a rigida, vt in hac. Et pertinet ad symptoma, quod est [illegible] ablata sensus & motus.

Proficiscitur à mala intemperie frigida & sicca, ma[illegible]riali; interdum citra materiam.

Signa huius sunt, quod remanent oculi in d[illegible] qua casu reperiuntur: aliquando aperti, & n[illegible]tes, sicut oculi intuentes in vnum locum, sine [illegible] oculi sunt clausi, & totum corpus est rigidum & [illegible]latum.

*Methodus curationis est, vt adhibeantur mo[illegible]cientia & humectantia: & distrahantur omnibus [illegible] distractionum, leuibus quidem: & vt exhibeatu[illegible] quid, quod spiritus, ab intemperie frigida & sicca qua[illegible]tos, ad pristinum temperamentum reducat, siue ea n[illegible] olentia admoueantur, siue ea per os iniiciantur, quod [illegible] vinum, & quidem meracum efficere in hac ægritud[illegible] sueuit.*

## CAP. IX.

## *De Paralysi.*

IN paralysi siue sit vniuersalis, à capite infra: siue [illegible]poris medietatis tantum, vel vnius partis part[illegible] fit totum corpus à capite infra, vel medietas alter[illegible] vel pars particularis resoluta sine sensu & motu [illegible] ea paralysis adscribenda est symptomati, quod [illegible] læsa, nimirum ablata, sensus & motus, pa[illegible]tarum.

Causa eius est obstructio, quæ fit ab intem[illegible]da & humida materiali: in vniuersali, in orig[illegible] in ea vero quæ est alterius partis, obstructio [illegible]dietati nuchæ: sicut in particulari est obstructio [illegible]

uis deseruientibus pro sensu & motu illius partis. Signa autem sunt, quæ dicta sunt alias de dominio phlegmatis.

*Methodus curationis: vt victus ratio sit calefaciens & desiccans. Non tamen ab initio, fluente materia, sit immodica calefactio, ita vt colliquet materiam. Concoquatur deinde pituita, & ad expulsionem paretur cum incisiuis & tenuantibus & tergentibus: habita tamen ratione, quod primo triduo aut quatriduo ea sint omnia clementiora. Mox exhibeatur purgatio corpori. Distrahatur præterea humor, qui ad partem resolutam defluit, clysteribus scilicet, sternutatorijs, apophlegmatismis, gargarismis. Digeratur postremo materia, quæ est in parte resoluta, frictionibus & calidis vnctionibus: simulque cerebrũ & aliæ partes resolutæ roborentur. Præstant multoties, his omnibus non conferentibus, balnea aquarum sulphurearum & nitrosarum, atque lutum horum. Mirum in modum valet in hac ægritudine theriaces de viperis & mithridaticæ confectionis vsus.*

## CAP. X.

## *De Spasmo.*

IN spasmo totum corpus conuellitur contrahiturque versus cerebrum, quod est principium neruorum, & motus voluntarii. Triplex autem est spasmus: vnus, cum ceruix, vna cum reliquo corpore, ante & retro intenditur, vt immobilis maneat, & in neutram partem flecti valeat: vocatur hic spasmus distentio. Alius est, cum contrahitur anterius: & dicitur tensio ad anteriora. Tertius est, cum caput in scapulas cõtrahitur: & vocatur tensio ad posteriora. Fit etiã aliquando particulari aliquo in membro. Manifestum est ergo, quod tam vniuersalis spasmus, quam particularis, pertinet ad symptoma deprauati motus. Est enim actio corrupta virtutis voluntariæ motiuæ. Nam virtus in actione corrumpitur, non quod ipsa non moueat, sed quod membrum non possit continere a malo motu, quin scilicet non contrahatur ad suum principium.

Interdum istud symptoma morbum sequitur siccum: & signum est, quod accidit post vomitum aut solutionem ventris, vel aliam notabilem euacuationem, aut

laborem superfluum', vel febrem vehementis caloris, fitque paulatim, cuius curatio difficilis est admodum. Nonnunquam etiam consequitur morbum frigidum & humidum: signa autem hæc habet, quod subito fit. Interdum etiam fit à flatibus: & agnoscitur, quia cito fit & cito desinit.

*Methodus curationis est à ratione victus, calida & sicca instituta: quòd concoquatur pituita cum ab humore est, & expulsioni paretur, primum clementibus ad quinque dies, deinde ab his vacuetur, & quidem leuibus: post, iterum valentius apparetur, atque deinde fortioribus & acuantibus expurgetur & hoc vbi morbus moderatus sit, neq; symptoma inuehat multum formidinis. Quod si vehementior est morbus, ac dolorem afferat, qui vires victurus sit: statim absque hoc quod percoquatur, etiam potentioribus remediis euacuandus est humor. Præterea methodus est, vt stetur in auertètibus, vt clysteribus, frictionibus, sternutatoriis, gargarismatibus, apophlegmatismis, & similibus. Postremo reliquiæ humoris, quæ neruis infixæ sunt, digerantur vnctionibus, fotibus & frictionibus. Item si spasmus leuis est, præstat eidem cucurbitulas, seu ventosas applicare. Vbi vero non contulerint hæc, experienda sunt balnea naturalia, sulphurea, salsa, aluminosa. Dentur insuper quæ resoluant & roborent: & si dolor vehemens fuerit, qui intolerabiliter cruciet, ponatur in balneo ex simplici oleo communi. Si à siccoprouenerit spasmus: methodus est, vt humida victu & temperate calida nutriatur, membraque conuulsa humectentur linimento aliquo, vel etiam balneo. Si à flatibus contigerit: adhibeantur parti quæ flatum digerant & resoluant.*

## CAP. XI.

## *De Epilepsia.*

IN epilepsia fit conuulsio omnium membrorum, cum detentione functionum facultatũ principum. Quamobrem, quantum ad conuulsionem ipsam, pertinet ad symptoma, quod est de genere mali motus voluntarii: quantum autem ad detentionem facultatum principum, pertinet ad actionem diminutam, multum scilicet, & quasi ablatam, earundem facultatum.

Pendet

Pendet à morbo officiali in via: ab obstructione ventriculorum cerebri: quæ fit ipso cerebro se contrahente à re nociua, vt expellat. Hæc autem est res, interdum humoralis, pituitosa, vel melancholica: aliquando vaporosa. Quæcunque vero sit, à cerebro ipso est, vel à stomacho, aut ab aliis partibus corporis. Quo fit, vt ex parte materiei, duplex sit epilepsia: vna humoralis, altera vaporosa. Ex parte autem partium à quibus venit hæc materia, triplex est epilepsia: à capite vna, altera à stomacho, tertia quæ fit ab aliis partibus. Hæc vero accidit & pueris & adultis, & in omni ætate. Pueris etsi periculosa sit, eorum tamen plurimi, si viuunt, ætatis permutatione liberantur: difficilis admodum in iuuentute curatu: in senectute vero impossibilis. Afficit autem hæc periodice: propterea aliud regimen debetur ægro, dum est in accessione, aliud vero tempore quietis: hoc enim tempore non curatur, sed eget potius prouidentia: tempore accessionis proprie ei debetur curatio. De epilepsia quæ pueris accidit, nunc nō agetur: sed tantū de curatione eius quæ accidit adultis, atq; aliis, aliarum ætatum, hominibus.

*Methodus quidem est, vt instituatur prouidentia vitæ, regimen calefaciens & siccans, si fuerit à pituita. Si vero à melancholia, magis humectans & remissius calefaciens, cum omnimoda vini abstinentia. Paretur subinde humor quicunque fuerit, propriis concoquentibus, calidis & siccis in pituita scilicet, in melancholia autem aliquantum humidis: atq; euacuetur sufficientibus, iuxta exigentiam humoris eam facientis. Præterea distrahatur à capite, balneis seu glandibus, clysterib. frictionibus, masticatoriis, omnibusq; id genus auertentibus. Postremo, qui humor in cerebro relinquitur, commodis resoluentibus digeratur, & caput ipsum roboretur.*

*Ego quandoque vsu solius decocti ligni guaiaci cum additione herbarum capitalium, & agarici quantitate, ex aqua pæoniæ, vel ex aqua fumiterræ, secundum quod vnus vel alter humor erat causa affectionis, aliquos ab accessione seruaui: interponendo quandoq; acceptionem theriacæ de viperis, vel confectionis mithridaticæ, quandoque etiam idem operatus sum sola cauterizatione in summitate capitis, loco commissuræ coronalis, excitando ibidem vlcus, quod diu dimissum est apertum.*

*Si vero contigerit epilepsia vitio partis, consortium habentis cum capite: methodus est, vt affectus illius membri, secundum quod exegerit, curetur.*

*Vbi vero fiat ab aliqua parte subiecta per consensum, elato ad cerebrum ex ea vapore prauo ac venenoso, accessionem committente: methodus est vt fiat stricta deligatura quæ viam præcludat vapori; deinde materia à parte illa vacuetur, vesicatione & vlcere, in parte eadem excitatis.*

*Tempore autem accessionis & paroxysmi, methodus est vt immoretur in diuertentibus omnis generis: deinde digeratur (præsertim si sit à vaporibus capiti communicatus) suffitu aliquo appropriato, puta castorei, assæ fœtidæ, pæoniæ, & similibus. Methodus est tamen in omni epilepsia, vt caueatur à vaporosis, iisq; caput tentantibus, morbum hunc à proprietate mouentibus.*

## CAP. XII.

## *De Incubo.*

IN incubo, fit difficultas motus, & sensus videtur torpidus, patientes dum dormiunt, se graui opprimi mole videntur. Symptoma est ergo actionis corruptæ sensus, diminutæ motus, quod in somno contingit. Sequitur morbus officialem in via, nempe obstructionem non omnino integram ventriculorum cerebri: quæ fit à multitudine sanguinis, fit etiam à phlegmate, à vaporibus crassis eleuatis, à cruditatibus ventriculi ex crapula, ob quam obstructionem prohibentur integre diffundi spiritus motiui & sensitiui per neruos partium corporis.

*Si à sanguinis abundantia contigerit: methodus curationis est, vt statim is minuatur & sectione venæ, & diæta tenui. Si vero à pituita: ea purgetur à corpore, atque distrahatur à capite. Si à cruditatibus ventriculi ex crapula: prohibeatur cibatio superflua, atque stomachus vomitu euacuetur, roboreturq; caput, ne recipiat, moderetur item in vtraque stomachus, & instituatur vt bona fiat concoctio.*

## CAP. XIII.

## *De Melancholia.*

MElancholia est mentis alienatio sine febre cum tristitia & metu. Patet igitur symptoma esse duarum facul-

facultatum principum cerebri functionum [illegible] imaginationis scilicet, & cogitationis. In hac autem læditur vna interdum, aliquando plures, vt videre ipsa re est in melancholicis: quæ alienatio est sine febre, ad differentiam eius quæ fit in phrenitide, quæ cum febre est, quæ apostema sequitur velaminum cerebri. Hæc autem ab intemperatura frigida & sicca materiali, melancholica fit. & triplicem habet speciem. Vna, quando totum corpus simul ac cerebrum melancholia abundat: alia fit, quando solum caput: tertia, quando hypochondria ipsa tali humore exuberant, & in consensum trahunt cerebrum, ista vocatur hypochondriaca & flatuosa. In omnibus autem speciebus adest metus & tristitia.

*Methodus curationis est, vt cautè accedatur ad melancholicum, ne aliquid mali medico ab ipso melancholico inferatur: victus ratio instituatur humectans, verum non excedens, sed temperata in calore. Concoquatur mox melancholia, aliquo conuenienti decocto, eandem parante ad expulsionem: euacuetur, non quidem fortibus sed leuibus & soluentibus clementer primò, tractu verò temporis paretur medicamentis aliquanto fortioribus. Auertatur insuper humor à cerebro & corde, ligaturis, frictionibus, cucurbitulis balanis, & clysteribus acribus. Postremo reliquiæ resoluantur, roborentúrque partes principes, cor scilicet & cerebrũ: & hoc tam in ea melancholia quæ est à capite, quàm à toto, in qua expedit mittere sanguinẽ à iecoraria: cum consideratione tamen, vt si niger exeat, copiosior fiat phlebotomia, si verò minus ater visus fuerit, longe parcior.*

Alia melancholia flatuosa dicitur, & hypochondriaca & mirachialis: nõ quia sit propriè eius materia in mirach & in hypochondriis, sed quia sub mirach & hypochondriis contenta est, scilicet in mesenterio & eius venis: & ita vocatur, quoniam principium habet à partibus quæ sunt sub mirach, scilicat à iecinore & liene: quorũ membrorum vnum generat melancholiam & humorem atrabilarem, hepar scilicet, ob eius intemperiem: alterum, materiam melancholicam nõ attrahit; propter defectum aliquem in eius temperatura, vel natura officiali: & dicitur etiam flatuosa, quòd in hac flatus plurimus abundet, vt ex rugitibus, continuisque fere ructationibus, in his qui hanc patiuntur, facilè deprehenditur.

*In hac methodus curationis est, ut principaliter iecinori & lieni incumbatur. Propterea temperetur iecur ne calore excedat, & phlebotomia facta à iecoraria & alterantibus frigidis, ne humores adurantur, à quibus hæc fit melancholia, ut plurimum. Prouideatur item, ne cibis & potibus hæc pars incalescat. In hoc enim plurimi medicorum aberrant, qui excellenter calefacientia & exsiccantia administrant, dum rugitibus & ventositatibus intendunt consulere. Lien præterea roboretur & prohibeatur ab oppilatione & induratione: cerebrum deinde, ne recipiat fumos. Postremo mirach sinistroq; hypochondrio apponantur digerentia fortia & attractiua, sicut ventosæ & medicinæ rubificantes, ut materia exitum habeat, atq; digeratur per cutim insensibiliter, & per ulcera illis partibus excitata euacuetur, fumiq; eius à cerebro distrahantur.*

## CAP. XIIII.

## *De Tortura oris.*

IN tortura accidit ægro, ut os contorqueatur: & secundum hoc patet, quod oris tortura pertinet ad morbum deprauatæ figuræ oris. Qui morbus causatur à materia in frigida & humida, faciei musculos alterius partis mollificante, vel ab eadem materia crassiori in musculis alterius partis imbibita, & musculos ipsos spasmante & contrahente. Signa sunt manifesta ad sensum.

*Methodus curationis est, ut à principio usq; ad septimum diem nil ferè operetur, præterquam si constricta fuerit aluus, ut leniatur, & quidem clysteribus lenibus, tenuiq; diæta, eademq; mediocriter exsiccante & calefaciente, & regimine regatur. A septimo, concoquatur materia clementibus lenibusq; præparantibus, deinde clementibus quoq; medicamentis euacuetur: nisi adeò vehemens fuerit affectus, ut apoplexiam minetur, quo casu medicamentis fortioribus utendum, quibus in ipsa apoplexia. Procedatur præterea cum diuertentibus, roboreturq; caput, & digeratur materia quæ resolutionem facit vel spasmum, in faciei musculis. In reliquis ut in paralysi & spasmo procedatur.*

CAPVT XV.

## De Stupore.

QVi patitur stuporem in membris, sentit hebetiori tactu quod tangit: propterea stupor est symptoma tactus, quod dicitur diminutio ipsius. Contingit autem à morbo in via: quoniam ab obstructione, quæ fit à sanguine interdum, & vt plurimum à pituita. Signa sunt, quæ arguunt dominium sanguinis vel pituitæ.

*Methodus curationis est in causa sanguinea, vt minuatur sanguis, & inediâ & sectione venæ. Non tamen sit dicta tenuissima, sed mediocris & exsiccans, verum in calore & frigore temperata. Si verò contigerit à pituita, curetur curatione paralysis, de qua suprà.*

CAP. XVI.

## De Tremore.

IN tremore, membra quæ mouentur motu voluntario, mouentur quidem, sed tremulè, & duplici motu contrario. Patet ergo, quòd tremor in quacunq; parte fuerit, pertinet ad symptoma actionis læsæ, virtutis motiuæ voluntariæ, membri trementis scilicet, ad actionem corruptam eius facultatis: mouentur enim membra quæ tremunt malo motu, quo naturaliter moueri non debent. Et pendet à morbo intemperaturæ frigidæ & humidæ, materialis vt plurimum.

*Methodus curationis eius est, vt euitentur omnia quæ infrigidant, mollificant, humectant, & replent cerebrum, & neruos. Mox concoquatur, pareturq; humor ad euacuationem, calidis quidem & siccis: dein humor purgetur à cerebro & neruis: & excutiatur deinde masticatoriis atq; gargarismatibus. Postremò administrentur ea, quæ confortent & calefaciant cerebrum & neruos materiasq; consumant. Et si opus est (omnibus scilicet his non conferentibus) balnea thermarum vel aqua maris experiantur.*

CAP.

## Cap. XVII.

### *De Catarrho.*

Catarrhus est defluxus è capite ad nares vel ad fauces, materiei quæ ad dictas partes destillat & extra mittitur. Manifestum est, quòd, quantum ad materiam effluentem & extra missam, est symptoma de genere exeuntis mutati: fluit enim & emittitur materia per os vel per nares à cerebro, quæ à sano homine exire & emitti non consueuit, quoniam materia calida aut frigida, acris aut salsa, aut insipida aut aquosa. Fit autem ab actione læsa cerebri, scilicet contentiua vt expulsiua, à materia genita, propter actionem læsam virtutis concoctricis eiusdem, quæ sequitur morbum intemperaturæ frigidæ aut calidæ. Et signa eius sunt, caliditas seu frigiditas percepta in capite, & qualitas materiei effluentis.

*Methodus curationis est, vt consideretur primo, an indicatio causæ & catarrhi materiei coincidat, eademq; remedia requirat catarrhus & causa: vel si indicatio amborum contrarietur, atq; ob id postulet contraria. In hoc enim complexu auersantium indicantium, maior est habenda ratio vrgentioris, & propterea refrigeretur in calida materia, in frigida verò administrentur ea quæ calefacere possunt, vitenturq; omnia aduersantia. apparetur deinde materia & concoquatur cum frigidis vbi calida sit & subtilis, eademq; sicca. Si verò frigida sit materia & crassa, cum calidis & tenuantibus, & quidem in principio clementioribus: habita consideratione, quòd si materia fluxerit ad pectus, sint ea in vtraq; materia humectantia & lenientia: si verò ad nares vel ad os, magis sicca. A præparatione insuper & concoctione purgetur humor, medicamento calidam materiam euacuante vel frigidam. Et auertatur cum frictionibus ligaturis extremorum, cucurbitulis in natibus & scapulis, nasipurgiis, primo quidem debilibus, mox fortioribus. Præstat in casu frigidæ materiei ad eandem intentionem excitare vlcus cauterio potentiali vel etiam actuali, in commissura coronali vel post aures. Postremò sistatur materia distillans præsertim si ex largiore & impetuosa destillatione suffocationis periculum immineat, aut excoriatio, aut tussis aspera, aut insomnia: quorum periculum si non affuerit, non constringantibus materia in cerebro restinguatur. Fungatur tenui diæta cum*

*abstinentia*

*abstinentia potus vini in calida: In frigida verò concedatur vinum, sed apud concoctionem. Habenda est consideratio, quod si materia fuerit calida & cum febre, immineatq; periculum, ne infigatur in aliqua parte nobili, vt statim sanguis à cephalica mittatur. Sunt qui etiam in materia calida, stante febre, & periculo imminente fixionis, in aliqua parte nobili, statim secta cephalica vena sanguinem detrahunt.*

## Cap. XVIII.

## *De Ophthalmia.*

IN ophthalmia inflammatur coniunctiua seu membrana oculi: & interdum magis vel minus intumescit, secundum maiorem & minorẽ quãtitatem materiei ipsam efficientis. Plerunq; tantum augetur tumor illius, quòd cornea & pupilla constringitur & obstruitur, ita quod ex obstructione, immediatè visio læditur: quare tunc ophthalmia non refertur ad morbum oculi, sed ad causam. Est enim causa, qua constringitur pupilla. Cùm verò ophthalmia parua est, ita vt nocumentum efficiat visioni: tunc est morbus ipsius membranæ oculi, cuius actio per se primò & principaliter læditur. Patet quòd ophthalmia est morbus compositionis, quoniam est apostema membranæ, quum scilicet est paruum: quum verò magnum, vt coangustet & constringat pupillam oculi, est causa morbi. Fit autem ex sanguine multò & bilioso confluente ad dictam membranam, ea scilicet quæ vera est ophthalmia. Fit etiam non vera, & est intemperies oculi calida cum rubore exiguo sine tumore. Signa autem veræ ophthalmiæ sunt, rubedo & repletio oculi cum dolore & tumore.

*Methodus curationis ophthalmiæ non veræ est, vt auferatur causa externa, à qua excitari vt plurimum consueuit. Deinde iniiciantur oculo quæ remittant eius intemperiem calidam: & caueatur ab omnibus oculum ipsum ad calidum alterantibus.*

*Methodus autem curationis veræ ophthalmiæ est, vt instituatur victus ratio refrigerans, eademq; tenuis, prohibeanturq; omnia quæ humores comminuunt, spiritusq; resoluunt: auertatur materia sectione venæ cephalicæ eiusdem lateris, vel ventosis,*

*ventosis, cum scarificatu, vel citra scarificatum, aliisq; generibus distractionum, lotionibus scilicet, frictionibus & iniectione clysterium. Repellatur materia fluens, admouendo fronti frigida & sicca, itemq; oculo iniiciantur à principio eadem. Vbi etiam magnus vehemensq; fuerit dolor, ad narcotica collyria transeatur. Materia deinde apparata cum aliquo apparante frigido & sicco, euacuetur, vel pilulis, vel etiam decocto ex myrobalanis citrinis, quod maximè in casu ophthalmiæ veræ comprobatum est. Postremò reliquiæ digerantur balneo, vel fotu, cum spongia ex decocto meliloti vel seminis fœnigræci, hoc enim in digerendo materiam præcipuum est, præsertim apud declinationem. A vino caueatur omnino à principio, neq; concedatur nisi morbo declinante.*

## CAP. XIX.

## *De Imaginatione & suffusione.*

Contingit interdum, vt ante oculos obuersari corpuscula quædam videantur caliginosa, vel aliqua lucentia, aut tanquam pusilli pulices: & vocatur hoc accidens imaginatio; quæ præuia est & quasi principium suffusionis, quæ vbi completa est, cessant huiusmodi omnia, & nil prorsus videtur ab altero oculorum, aut ab ambobus. Secundum hoc patet, suffusionem habere triplex tempus: principii scilicet, quod & augmentum comprehendit, quo fit, & tempus status quum facta est. Videtur autem, quo ad principium & augmētum eius, pertinere ad symptoma, quod est actio corrupta functionis visiuæ: videntur enim præ oculis versari, quæ naturaliter non debent. In eius verò statu, cum ex toto pereat visus, videtur pertinere ad actionem ablatam visus. Vtrumque symptoma sequitur morbum officialem in via, obstructionem scilicet, à materia vaporosa, aut humorali, cadente inter vueam & corneam: quæ generatur interdum in oculo, & in eo inspissatur: aliquando eadem materia venit aliunde, puta à cerebro, vel à stomacho, vel ab alia parte corporis.

*Vbi facta est suffusio, methodus est, vt à corporis & capitis purgatione acu puncto oculo, materia obstruens deponatur. Pro hac tamen operatione aduertendum, ne sit viscidior, tenacior, neque oculis adhæreat, sed quòd mediocris sit consistentia.*

*Verum vbi nondum suffusio est absoluta, methodus curationis est, vt instituatur diæta tenuis, eademque calida & sicca, consulaturque membro, si per consensum fuerit, cui oculi consentiunt, iuxta exigentiam illius affectus. Si vero à cerebro est, concoquatur à materia pareturque pituita, vt facile à corpore educi possit. subtiliando eam vbi crassa sit, incidendo vbi viscida. Vacuetur deinde, præsertim pilulis, à capite & oculis materiam ipsam educere efficacibus. Neque contentetur vna solum euacuatione, sed iteretur purgatio, donec in totum purgatus sit affectus. Auertatur clysteribus acribus, balanis, frictionibus, & ligationibus extremorum. Quibus omnibus non sufficientibus, excitetur hulcus cauterio in coronali aut prope aures, aut setone ceruici affixo. Postremo dissoluantur & dissipentur reliquiæ humorum, partim his quæ hora somni assumuntur, puta electuario humani, quod plurimum laudatur in hoc casu, vel confectione mithridatica, aut etiam theriaca de viperis: hæc enim digerunt & dissoluunt, nedum vaporem, verum & aquā: præsertim si qua auxilia oculo admoueantur, quæ priusquam iniiciuntur, corporis & capitis purgationem requirunt.*

## Cap. XX.

## *De sanguinis narium fluore.*

EST sanguinis è naribus profluuium, quum exit sanguinis quantitas multa; & hoc dupliciter accidit, critice nempe, & non critice. De non critice exeunte agimus; qui, quantum ad sanguinem, spectat ad symptoma, quod est de genere exeuntis mutati ex toto genere præter naturam: sequitur autem actionem læsam contentiuæ vel expulsiuæ facultatis, propter morbum instrumētalem, hoc est, apertionem orificiorum vasorum terminantium ad radicem narium, qui morbus fit propter quantitatem sanguinis, vel eiusdem qualitatem malam, irritantem naturam ad expulsionem sui. Cognoscitur, si est à quantitate exuberanti, ex plenitudine corporis & venarum, & retentione alicuius vacuationis consuetæ sanguinis, aut ex dimissione exercitii consueti. Si autem sit à mala qualitate irritante ad expulsionem & apertionem venarum, cognoscitur tum calore, tum acuitate sanguinis, vel aquositate.

Metho-

*Methodus curationis est, quum est ex quantitate sanguinis: vt minuatur sanguis victu tenui ac refrigerante & astringente atque sectione venæ, in maxima abundantia, secundum habitum totius corporis, à iecoraria, vel communi, post à cephalica. Distrahatur ventosis admotis scapulis, vel parti lienis, aut iecinoris; secundum quod sanguis exierit, à parte sinistra aut dextra narium. Fiant & aliæ auersiones frictionibus, & ligaturis fortibus, etiam lotionibus ex aqua calente. Sistatur præterea sanguis, iniiciendo intra nares frigida siccaque & glutinantia frontique eadem admoueantur, & ad narc [illegible] transeatur: tamen consilium est, vt à mitioribus semper incipiatur. Si mala qualitas in causa fuerit, methodus est vt humor, sanguinem vel calidiorem vel etiam humidiorem efficiens, expurgetur.*

## CAP. XXI.

## *De synanche.*

IN synanche vera fit difficultas anhelandi, & quasi suffocatio: in non vera autem fit difficilis transglu[illegible] Quare vera quantum ad id, est symptoma, quod p[illegible] ad actionem læsam attractiuæ virtutis & expulsiuæ aeris, pro cordis refrigerio. Pendet autem à morbo compositionis in via: quoniam oritur ab obstructione viæ spiritus, ab apostemate, quod fit in gutture & [illegible] partibus. Hoc autem apostema fit à materia rhe[illegible]zante, interdum calida, interdum frigida. Si ca[illegible] per febrem cognoscitur, & per punctarum quæ fit in [illegible] co apostematis: si frigida, vt plurimum est sine febre [illegible] paretq; in ore ægrotantis multitudo saliuæ pituitosa[illegible] non sit vera synanche, pertinet ad symptoma a[illegible] læsæ meri & stomachi, propter eundem morbum.

*Methodus curationis est in vera, vt prohibeatur a[illegible] tum apostematis, victu tenui, eodemque refrigerante & [illegible] tentibus, tum phlebotomia à cephalica, tum vent[illegible] quis distrahentibus ad oppositum. Item auertatur ma[illegible] bi scilicet synanche fiat à sanguine mixto aliis hum[illegible] lutione ventris: repellatur item fluens ad partem fri[illegible] siccis gargarismatis. Quod si à materia frigida cont[illegible] retur ea & digeratur: vacuetur deinde sectione venæ, [illegible]*

dicina

*dicina expurgante. Postremo, à repulsione & sufficienti purgatione, coquatur materia impacta parti, & dissipetur gargarismatibus ad opus hoc opportunis. Quod si materia resolui non potest, suppurantibus maturetur & rumpatur, mox hulcus mundificetur atque idem consolidetur. Si autem fuerit non vera synanche, iisdem remediis curabitur. Hæc tamen non est ita periculosa, sicut vera, dummodo spirationem non intercipiat.*

## Cap. XXII.

### *De tussi.*

IN tussi mouentur partes pulmonis & pectoris, ad expellendum id quod sentiunt nocivum. Tussis ergo est symptoma mali motus, qui fit à materia irritata à causa morbifera: quæ est inæqualis intemperatura, vel solutio continuitatis partium pectoris, cum materia, vel citra materiam. Quando fit à materia, est rheumatisans aliunde, præsertim a capite: & cognoscitur catarrhi descendentis indiciis.

*Methodus curationis est, vt primo curetur caput decenti purgatione, præmittendo scilicet maturantia & præparantia: deinde vacuetur materia eadem prædigesta, & auertatur à pectore, omnibus modis quibus distrahi potest sæpe declaratis: sistatur insuper catarrhus vbi materia præcipitet nimis. Postremo, quæ est recepta in pulmone, expulsionē facilem facientibus educatur. Victus præterea tenuis instituatur, calida quidem in frigida materia, & frigida in calida: vt cap. 17. de catarrho ante dictum est.*

## Cap. XXIII.

### *De asthmate.*

IN asthmate fit crebra inspiratio & exspiratio, sicuti his accidit qui citatiore cursu defatigati sunt. Et propterea, quantum ad hoc, videtur asthma esse symptoma, quod pertinet ad actionem corruptam virtutis naturalis attractiuæ & expulsiuæ, pulmonis. Pendet autem à morbo officiali in viâ, scilicet ab obstructione contingente viis & canalibus pulmonis, à materia frigida & humida pituitosa crassa & viscida, quæ, vt plurimum, rheumatica est,

ca est, à frigido cerebro defluens: licet interdum possit fieri à ventositate contenta in pulmone.

*Methodus curationis est, vt ratio regiminis & victus sit calefaciens & exsiccans: praeterea à cerebro, vel partibus aliis, in pulmonem transmittentibus materia paretur calefacientibus & humectantibus, incidentibus, tenuantibus & tergentibus: hac tamen ratione ab initio, ne sint haec multum eleuata in calore: & purgetur leui etiam medicamento: tempore tamen accessionis procuretur magis purgatio per sputum. Non dimittantur reuulsiones, quae fiunt nasipurgiis, apophlegmatismis, & caeteris de quibus in catarrho. Postremo dispergatur materia reliquia suffitu aliquo fortiter siccante, in quo etiam plurimum valere comperimus, ventosam magnam apponi ei parti, quae à tergo è directo cordis habetur. Et praecipue si a materia ventosa asthma contingat.*

## Cap. XXIV.

## *De pleuritide.*

PLeuritis est dolor lateris cũ febre assidua, difficultate spiritus, tussi, punctura, & pulsu serrino. Quamobrem quantum ad hoc quod dolor est, symptoma est tactus partium dolentium in latere, quae sunt membrana & praecipue costas succingens, vel distinguens spiritualia à naturalibus, aut diuidens pectoris dextrum a sinistro & hoc praesertim in ea pleuritide quae vera dicitur secundum locum: sunt etiam partes dolentes musculi intercostales, in non vera, secundum locum dicta. Sequitur morbum compositionis, quoniam apostema calidum earundem partium, si vera est pleuritis: quod apostema fit fluxu humorum ad illas partes. Potest fieri etiam non vera, ratione materiei, ab humoribus frigidis. Verum illud raro contingit, quoniam humores frigidi, densi membranalem substantiam, vt calidi, facile penetrare non possunt. Haec habet tempora, principii scilicet, augmenti, status & declinationis: item habet varias terminationes, nam praeter caeteras, vt plurimum, resoluitur per sputum, vel maturatur.

*Metho-*

*Methodus curationis est, ut consideretur primo, an vera sit, & qualem terminationem sit facilius habitura: nam iuxta diversitatem horum, diversa ei debetur methodus. Si itaq; in principio fuerit, tota intentio debet esse, ut eius augmentum & complementum prohibeatur. Quod commodè fiet missione sanguinis, primo à iecoraria lateris oppositi, præsertim si corpus sanguine multo abundarit. Si non tanta fuerit plenitudo, vel [illegible]ritudo processerit secundum augmentum, mittatur sanguis a parte eadem, ab eadem vena. Neq; audiendi sunt, qui ut in[illegible]igant an vera pleuritis sit, vel dolor sit ex ventositate, primo [illegible]efactoriis utuntur: non enim his opus est, ubi signa, necessariò [illegible]equentia veram pleuritidem, apparuerint. Neq; etiam, ubi [illegible] pungitiuus; cum hic perseuerauerit una die vel duabus, [illegible] intensior continuo factus fuerit: qui affectum pleuritidis [illegible]dentissimè demonstret. Methodus quoq; est, ut prohibeatur [illegible]mentum & complementum apostematis, tenuissimo victu, [illegible] quatuor usq; dies; modo vires victus rationem hanc patian[illegible] à quarto autem die ad septimum procedatur non ita tenui [illegible]ctu, & secundum quod processu temporis visa fuerit conco[illegible], & maior resolutio materiei per screatum, aliquantulum [illegible]agis incrassatur, ita tamen ut à carnibus vinoq; potu absti[illegible]at æger usq; ad finem, vel saltem ad declinationem: hoc fiat [illegible]en habita ratione semper ad vires corporis. Prohibeatur [illegible]m complementum auertentibus materiam, cucurbitulis [illegible] affixis inguinibus, & hypochondriis, frictionibus, & li[illegible]uris, fotibusq; calidis, balanis & clysteribus, lenibus tamen; [illegible] fluor sæpissimè morbo huic laterali superuenire consueue[illegible]temq; periculosus sit. Materia deinde aparetur his præ[illegible], quæ thoraci familiaria sunt auxilia, ob id quòd spu[illegible] facilè reddunt: omnia quidem lenientia sint, ne sputum [illegible]ibeant, quod præsertim in hoc morbo facilè reddi debet. [illegible]d si procedat morbus, neq; prohiberi possit eius complemen[illegible] statim priusquam maturatio apostematis tentetur, quæ [illegible]benda quantum possibile est: materia parti affixa vacue[illegible] iterata phlebotomia à parte eadem usq; ad sanguinis colo[illegible]utationem: præsertim si superiorem partem thoracis dolor [illegible]rit. Si verò inferiorem partem cruciauerit dolor, medi[illegible]ento magis purgetur: attamen fortia soluentia fugienda [illegible], & lenibus procedendum. Præterea procuretur, ut materia [illegible]uritidis, etiam ab ipso principio, per omne tempus, ad pulmo-*

 nem

*nem exſudans per ſputum eiiciatur: dentur itaq; ea, quæ fa[illegible] lè & fluidum ipſum reddant, quæ ſi ore retineantur & pau[illegible] tim deglutiãtur, magis id perficient. For[illegible] quoq; ea adm[illegible]n- tur quæ idem operentur, doloremq́ vbi ve[illegible]mentiſſimus [illegible] ſedent & mitigent: ſiue ſint linimenta, ſ[illegible] fotus e[illegible] ter[illegible] anodynis & lenientibus. Si verò pleuritis his omnib[illegible]- uerit prohiberi, quin ſuppuretur: iuuetur matu[illegible] ad hoc opportunis, deinde procuretur ruptio tu[illegible] ciferatione, vomitu & ſternutamentis atq; id[illegible]- ter corpus concutientibus. Poſtremò tergat[illegible] aliquo decocto mundificante, conglutinetur & [illegible] autem pleuritis fuerit non vera, quia in pa[illegible] trahatur foras cucurbitulis, deinde maturetur, r[illegible] gatur, & propriis auxiliis glutinetur.*

## CAP. XXV.

## *De Sputo ſanguinis.*

IN ſputo ſanguinis, eiicitur ſanguis per os qui, [illegible] tum ad ſanguinem exeuntem, ſpect[illegible] quod dicitur, exiens mutatum ex toto q[illegible] ram. Conſequitur morbum interdum con[illegible] ſolutionem continui; interdum officia[illegible]em q[illegible] nem oſculorum vaſorum ſanguinis. Et cauſa [illegible] morborum aliquando eſt à ſanguine, quaſi a[illegible] peccante: quoniam à ſanguinis exuberantia [illegible] quam etiam à mala qualitate acri eiuſdem, cõ[illegible] ſolui, vel oſcula ipſa aperiri. Contingit et[illegible] ipſos fieri à materia alia humorali, puta a[illegible] chiali rheumatizante. Et quoniam exiens, [illegible] quæ habent exitum à corpore præter natura[illegible] dentia quæ ſuperueniunt huic exitui, ſigna[illegible] locum ex quo exit. Nam ſi eiicitur cum tuſſ[illegible] eſt: ſi cum attractione inferius, à capite: ſi cum [illegible] ſputo, ab ore. Et propterea debet modus exitu[illegible] rari, vt intelligatur pars à qua venit.

*Methodus curationis eſt, ab inſtitutione & r[illegible] refrigerantis, ſiccantis & adſtringentis, tenuiter [illegible] Pro auerſione ſanguis mittatur à vena iecoraria, & [illegible] vice, multæ quantitatis: ſi ſanguinis quantitas in cauſ[illegible]*

*Si vero magis qualitas peccauerit, partiatur phlebotomia neq; vna vice quantitas quæ mitti debet, sed pluribus & iteratis vicibus mittatur: non prætermittantur reliquæ species auersionum. Sanguis præterea temperetur & æquetur, his quæ sanguinem laudabilem in qualitate reddunt. Postremò glutinetur atq; constringatur etiam narcoticis, statim ab ipso principio misso sanguine per venæ sectionem. Si vehemens tussis fuerit in causa ea sedetur: si catarrhus, is methodo curetur, vt de catarrho dictum est.*

## CAP. XXVI.

## *De Phthisi.*

PHthisis est absumptio totius corporis cum febre, præcipue habituata, quæ consecuta est hulcus in pulmone. Et propterea si consideretur, quantum ad consumptionem corporis; pertinet ad morbum compositionis, in quantitate diminuta scilicet. Cuius causa est, à mala complexione calida & sicca, defectio appositionis nutrimenti ad membra. Si verò consideretur phthisis quantum ad vlcus in pulmone; spectat ad morbum solutæ continuitatis: quod vlcus factum à vulnere contingente vel à defluxu materiei catarrhalis acris, vt plurimum, & salsæ; vel à vehementi tussi; aut consequitur hulcus istud apostema ruptum in pulmone. Quomodocunq; consideretur, difficilè curatur.

*Methodus curationis est, cum contraria exposcant febris scilicet & emaciatio vlceris, quod causa est phthisis, vt regatur regimine temperato in calido & frigido, verum declinante ad siccum, gratia vlceris. Deinde, vt abigantur, quæ sunt causa phthisis. Si enim est catarrhus, procuretur eius curatio si vena rupta, vt in methodo curationis earum dictum est. Deinde tergatur hulcus, atq; mundificetur & syrupis & decoctis dulcibus & amaris; attamen vbi febris vrgeat ea temperentur frigidis. Postremo hulcus carne impleatur & glutinetur. Administrentur ea quæ totius substantiæ proprietate prodesse consueuerunt.*

C A P. X X V I I.

## *De Palpitatione cordis.*

IN palpitatione cordis, cor ipſum mouetur & pulſat frequentiore motu & inordinatiore, quàm naturaliter debet. Et conſtat quòd ſymptoma eſt, contineturq; ſub deprauato motu pulſatili cordis: & ſequitur morbum conſimilem, quoniam malam & inæqualem intemperaturam cordis eſſentialem, vel ipſi aliunde communicatam. Et quando communicatur intemperies cordi; poteſt illa communicari ab aliqua parte, vt in febribus, in quibus loco vno determinato putreſcit materia venenoſa, competens, velut à matrice, à qua interdum vapor venenoſus eleuatus, ipſum cor intemperie mala afficit, vnde ſequitur palpitatio.

*Methodus curationis eſt, vt victus ratio ſi eſt ab intemperie calida, ſit refrigerans: ſi verò frigida, ſit calefaciens. inſtituaturq; cibatio proportionata regimini. Apparetur deinde materia ſi craſſa fuerit tenuantibus: ſi calida, frigidis, atq; ſi frigida fuerit, calidis: verùm ambobus moderatis, ne ab immodice alterantibus, cor princeps membrum in contrariam intemperiem præcipitetur. Vacuetur deinde materia, non quidem forti & exſoluente medicamento, ſed benedicto atq; leni. Et deriuabatur materia ad partes ignobiles, auertentibus frictionibus, ventoſis, atq; id genus omnibus, clyſteribus maximè & cucurbitulis. Roboretur poſtremò cor ipſum, & intemperies corrigatur, & epithematibus, & vnguentis, electuariis, & confectionibus. Quòd ſi à parte aliqua, vel vapores communicante, vel etiam materiam, palpitatio contigerit: præter omnia quæ dicta ſunt, adhibeatur ratio eius partis, vt omnino non communicet, diſtrahendo purgationibus atq; partem illam temperando. Non prætermittatur tamen in palpitatione à calida cauſa, miſſio ſanguinis, nam ſolet ea in eo caſu ſola prodeſſe.*

C A P. X X V I I I.

## *De Syncope.*

SYncope eſt præceps virium lapſus. Et quantum ad hoc, patet, quòd ad ſymptoma referendum eſt, quod dicitur actio læſa facultatis principis, hoc eſt vitalis. In

ſyncope

Syncope enim exsoluuntur vires vitales, & propterea di- functio vitalis diminuta multum, vel quasi ablata. Consequitur istud symptoma morbũ cordis primarium, aut communicatum: habet enim cor commune cum aliis membris, quòd potest pati aut compati. Et propterea sequitur accidens hoc malam intemperiem cordis: quæ interdum est calida resoluens spiritus; aliquando frigida extinguens & suffocans. Fiunt autem istæ intemperies interdum a plenitudine, aliquando ex euacuatione.

*Methodus curationis est, vt euitentur exsoluentia superflue spiritum vitalem & vitentur omnia quæ eundem spiritum totum ad cor retrahunt, vel ipsum prohibent ad membra diffundi, vel ipsum mortificant. Deinde roboretur cor his cordialibus, quæ ab intus & extra administrantur. Et confortentur spiritus bonis odoribus atq; horum fumigiis: frigidis, si corpus & cor æstuauerint; calidis, si frigeant. Cauenda tamen sunt ista. Vbi fiat syncope ex præfocatione matricis venenosa. In cuius curatione methodus est, vt mali odores, naribus applicentur, & boni inferius vuluæ supponantur. Præterea nisi syncopes causa fuerit, frigus extrinsecum, aut solutio ventris vehementissima, inspissetur cutis exterius frigidis aut stipticis. Insuper irroretur vultus frigida vel rosacea aqua. Vbi sit à calida, epithemetur cor frigidis. In syncope verò ab euacuatione vel fame, odorentur cibi desiderati, & administrentur, qui sunt facilis resumptionis: fricentur & constringantur extrema, bibantur q; & masticentur cordialia restrictiua. In omni præterea syncope administretur vinum subtile & meracũ vel limphatum nisi vehemens febris, vel intentissimi dolores capitis aut apostema intrinsecum, periculum adferat. Vbi fit a materia venenosa, detur confectio theriaces, vel Mithridatica.*

## CAP. XXIX.

## *De Cholera.*

IN cholera eodem tempore eiiciuntur infrà & suprà superfluitates, eæq; cibales corruptæ, vel humorales. Quo fit, vt quantum ad deiectionem ipsam, pertineat ad malum motum facultatis expulsiuæ stomachi & intestinorum à causa morbifera, quia ab inæquali intemperatura & solutione continui, à materia, cibali vel humorali.

*Methodus curationis est, ne pacto aliquo constringatur huius euacuatio (nisi ea fiat cum virium lapsu) verùm materiæ corruptæ, siue sint cibales siue humorales aliquo abluente à stomacho mundentur: puta aquæ hordei exhibitione in multa quantitate vel etiam brodii carnium pullorum, ita vt per superius & inferius materia superflua a stomacho educatur. Roboretur deinde stomachus stipticis: & cibetur corpus cibis facilis concoctionis, paucæ superfluitatis, & boni nutrimenti: iidemq; paratis cum aliquibus, corruptionem prohibentibus. Si verò in hoc affectu aliqua accidentia superuenerint grauia, iis incumbatur iuxta eorum exigentiam. Solent in hoc fieri symptomata grauia, modicum perterrentia.*

## Cap. XXX.

## *De Imbecillitate ventriculi.*

IN imbecillitate ventriculi, potest lædi vnaquæq; ipsius actio: sed propriè imbecillitas dicitur actionis alteratricis facultatis læsio, cum diminutione, ita ne perfectè conficiat nutrimentum, cibumq; integre digerat & immutet. Secundum hoc pertinere videtur ad actionem diminutam facultatis concoctricis. Quod symptoma pendet à morbo intemperaturæ frigidæ & humidæ vt plurimum materiali: licet etiam possit contingere à morbo intemperaturæ calidæ & siccæ; nam omnis immoderata dyscrasia actum virtutis deiicit.

*Methodus curationis est vt perspiciatur causa, quæ imbecillitatem efficit. Si fuerit intemperies frigida & humida, primo vacuetur materia, si fuerit materialis, vel per vomitum, vel per secessum: parata eadem aliquo incisiuo si fuerit viscosa, & abstergente, si fuerit adhærens. Deinde contrariis auxiliis, & intus & extra administratis, temperetur ventriculus & roboretur stipticis. Idem dicatur, si fuerit ab intemperie calida humorali, vt humor scilicet purgetur: deinde contemperetur & roboretur stomachus. Vbi tamen ab intẽperie frigida prouenerit, danda sunt cibaria subtilia, quæ facilis coctionis, neq; flatuosa. In calida autem intemperie, cibus aliquanto crassior conuenit cum vini abstinentia, quod tamen in frigida conceditur meracum & odoratum.*

Cap.

CAP. XXXI.

## De dolore ventriculi.

DOlor ventriculi, ſenſus eſt corruptelæ contingentis organo tactus in ventriculo; & propterea ſymptoma eſt tactus, quod actio corrupta dicitur. Pendet autem à morbo intemperaturæ, vel ſolutionis continui, materiali, vel immateriali; à materia quidem humorali vel ventoſa.

*Methodus curationis eſt, vt abiiciatur materia quæ inæqualem intemperaturam facit, ſiue ſit humoralis, ſiue ventoſa; & hoc per vomitum vel per ſeceſſum præparata primo, ſi fuerit opus, conuenienti præparante. Sedetur deinde dolor anodynis. Et ſi fuerit à ventoſitate, ea digerentibus abſumatur.*

CAP. XXXII.

## De phlegmone ventriculi.

PHlegmone ventriculi, apoſtema eſt calidum: & propterea ſpectat ad morbum compoſitionis trium generum morborum, ſcilicet morbi in intemperatura, in quantitate & vnitate. Fit à ſanguine ad ipſum influente.

*Methodus curationis eſt, vt à principio euertatur repellaturque materia, & ſectione venæ, & reliquis auertentibus. Deinde digeratur in augmento: ſint tamen digerentia mixta cum repellentibus. Quod ſi reſolui non poteſt, quod tamen optatius eſt, coquentibus eſt ſuppurandum apoſtema: quod vbi ruptum fuerit, tergatur, ſiccetur, carne impleatur, & cicatrice tegatur.*

CAP. XXXIII.

## De ſingultu.

IN ſingultu mouetur ſtomachus motu cõuulſiuo, ad expellendum aliquid noxii: non tamen conuulſio dici debet, quoniam ſtomachus caret motu voluntario, cuius ſymptoma eſt conuulſio: ſed pertinet ad ſymptoma naturalis expulſiuæ, quoniã eſt deprauatus eius motus: qui fit à mala & inæquali intemperatura, & ſolutione continui cum materia, calida, & interdum frigida, fit etiam interdum à ventoſitate.

*Methodus curationis est, ut instituatur victus ratio contraria qualitati humoris, singultum efficientis. Apparetur materia: si frigida sit, crassa, & viscida, attenuantibus incidentibus & abstergentibus. Si vero calida & tenuis, app[illegible]tibus non est opus, cum prompte euacuetur, nisi [illegible] tunicis ventriculi impacta sit. Ab hac præparatione methodus est, ut euacuetur, & quidem clementibus medicamentis, quorum vis hepar non transcendat. Præstat excutere materiam à ventriculo, vomitu vel sternutamento. Postremo, intemperies relicta à calido vel frigido humore, suis abiiciatur contrariis, tum intus tum extra administratis, Si vero sit à ventositate, si ea est à materia, à primo eiiciatur stomacho, sin minus, digeratur, & absumatur, auxiliis dissipationem facientibus.*

## Cap. XXXIV.

## *De immoderata appetentia.*

IMmoderata appetentia est insatiabilis appetitus ciborum. Et propterea symptoma est actionis corruptæ appetitiuæ facultatis oris stomachi. Sequitur morbum inæqualis intemperaturæ siccæ: quæ interdum consequitur absumptionem factam à morbo, vel nimio corporis motu, aut simili alia causa. Interdum consequitur morbum intemperaturæ frigidæ & siccæ, materialis oris stomachi.

*Methodus curationis est, si fuerit ab inanitione & siccitate membrorum, ut concedantur cibi pauci, sed frequenter, & coctu faciles: atque resumptioni corporis & membrorum omnino incumbatur. Verum si fuerit à materia frigida & sicca, ea euacuetur, & spleni potissimum incumbatur: demum exhibeantur ea, quæ appetitum prosternunt, ut pinguia oleaginosa.*

## Cap. XXXV.

## *De dolore hepatis.*

IN dolore hepatis, dolet hepar ratione panniculi ipsum cooperientis, alioquin enim sensu caret hepar. Dolor eius, ut aliarum partium dolores, spectat ad symptoma corrupti tactus. Et sequitur morbum intemperaturæ, vel solutæ unitatis, aut morbum compositionis, ut apostematis. Fit interdum à materia humorali, interdum ventosa.

*Metho-*

*Methodus curationis est, vt adhibeantur remedia quæ causæ dolorificæ contraria sint. Et semper mixta sint his, quæ robur hepatis conseruant. Si igitur dolor fuerit ab intemperie materiali; euacuetur materia, & corrigatur intemperies contrariis: si à ventositate, digeratur & dissipetur.*

## CAP. XXXVI.

## *De phlegmone hepatis.*

IN phlegmone hepatis, viscus hoc secundum partem in qua est phlegmone, intumescit, atque soluitur sua vnitate. Quo fit vt pertineat ad morbum compositionis, qui comprehendit tria genera morborum In intemperaturâ calida, & morbum in vnitate. Fit autem morbus hic compositionis, à sanguine vel à cholera dominante in sanguine, quum scilicet ad eam partem confluit, aut in ea congeritur.

*Methodus curationis est, vt instituatur victus ratio tenuis & refrigerans, quæ sanguinem ad fluendum ineptiorem reddat. Retrahatur materia quæ ad hepar fluere est parata, secta vena iecoraria: item ligaturis, frictionibus, & cucurbitulis in artus ipsos impactis. Repellatur dein ab hepate, frigidis & stipticis: hac tamen cautione, vt hoc mitioribus fiat, ne viis hepatis contractis, obstructio in eo excitetur: ne etiam ex immoderatis frigidantibus phlegmone in sinum transeat. Coquatur præterea materia, habita semper ratione, vt coquentia non priuentur aliqua astringente facultate, vt robur partis principis seruetur Ab his euacuanda est materia, vacuantibus lenibus, per secessum, vbi phlegmone imam hepatis partem obsederit: si vero gibbam, magis per vrinam. Insuper reliquiæ materiæ digerantur mixtis, tamen stipticis. Et postremo intemperies derelicta, frigidis corrigatur, vbi scilicet phlegmone resoluentibus est persanata. Si vero fieri non potuerit quin suppuretur; coctio adiuuanda est ex cataplasmatibus: demum abscessus ruptio procuretur, saltu, vomitu, sternutamento: postea vlcus tergatur & glutinetur.*

## CAP. XXXVII.

## *De hepatis imbecillitate.*

IN hepatis imbecillitate, non inducit hepar perfectam formam sanguinis in chylum, sed dimittit ipsum aquosum

quosum satis, & similem aquæ loturæ carnis recens mactatæ. Quo fit vt debilitas hepatis pertineat ad symproma diminutionis, functionis alteratricis hepatis. Pendet autem à morbo intemperaturæ frigidæ. Verum & hepatis, vt aliarum quoque partium, imbecillitas, à quauis intemperie insigni effici potest.

*Methodus curationis est, vt per contraria corrigatur, vacuata primum materia, & addantur clementer aperientia & roborantia hepar.*

## CAP. XXXVIII.

## *De icteritia.*

IN icteritia, color totius corporis vergit ad citrinum, vel viridem, vel nigrum. Et hoc quidem accidit, cum crisi, vel citra crisin. Quum citra crisin fit, quantum attinet ad colorem, sub symptomate ponitur, de genere qualitatis visilis corporis mutatæ: quod symptoma sequitur malam actionem totius corporis ab intemperie calida: aut malam actionem membrorum nutrimenti, scil. quæ nutrimentum faciunt, puta hepatis ob morbum consimilem calidæ intemperaturæ; aut propter morbum compositionis, scilicet ob inflammationem: vel sequitur malam actionem membrorum, quæ nutrimentum purgant & tunc est vel vitio lienis, vel vesicæ fellis, scilicet ex actione eius functionis attractiuæ læsæ, propter intemperiem frigidam, vel propter obstructionem, quæ accidit meatibus, quibus attrahitur flaua bilis ad ipsam vesiculam, vel atra bilis ad ipsum lienem. Fit etiam interdum ictentia, quum vnum aut alterum istorum membrorum plenum est, neque expurgatur, propter malam intemperiem, aut obstructionem meatuum, per quos vnus, aut alter humor expurgatur.

*Methodus itaque curationis est, si facta fuerit icteritia ex intemperie calida totius corporis vel iecinoris, vt contrariis contemperetur dyscrasia, subducta primum materia, & instituatur victus ratio refrigerans & humectans. Si vero contigerit propter obstructionem, victus ratio sit tenuans, aperiens & admodum calefaciens, pareturq; materia meatibus infarcta, incidentibus, tenuantibus, primo quidem leuioribus, & aperientibus*

*entibus, deinde euacuetur: & ab hac euacuatione meatus aperiantur: viſcusq́ illud roboretur, iuxta exigentiam eius defectus, ſi ex debilitate eius contigerit.*

## CAP. XXXIX.
## *De hepatis obſtructione.*

IN obſtructione hepatis, obſtruitur hepar in poris ſuis, vel in vaſis vel meatibus, per quos expurgatur ſanguis à ſuis ſuperfluitatibus: & nunquam fit integra obſtructio vaſis, quin aliquid penetrare poſſit, quod penetrare debet, licet fortaſſe id tenuius, & ſubtilius ſit, quod penetrat. Patet ſecundum hoc, quod pertinet ad morbum officialem in via: qui fit ob multam materiam, vel craſſam, vel viſcidam, retentam in viis ac meatibus iecinoris, in quibus eſt obſtructio: interdum eſt materia vaporoſa obſtruens, quæ cum difficultate ob eius craſſitiem digeritur.

*Methodus curationis eſt, vt à victu tenui calefaciente & aperiente, ea adhibeantur, quæ obſtruentem materiam primo ſubtilient, incidant, & meatus abſtergant: dein quæ purgent & aperiant. Propterea euitentur craſſa, lenta, multa alimenta, motus, balneum, ſtudium, & ſomnus à cibo.*

## CAP. XL.
## *De Hydrope.*

IN omni ſpecie hydropis errat alteratrix facultas iecinoris grandi errore, quoniam vel plurimam aquam, conficiendo ſanguinem, facit, vel flatum plurimum, aut ſanguinem pluſquam deceat pituitoſum. Si aquam plurimam generat, vna efficitur ſpecies hydropiſis, quæ aſcites dicitur: ſi flatus, ſpecies ſecunda, quæ tympanites vocatur: quum autem ſanguinem pituitoſum, fit tertia ſpecies, quam hypoſarcam nominant. Vtraquæque ſpecies ergo, quantum ſpectat ad errorem alteratricis hepatis, pertinet ad ſymptoma actionis eius corruptæ. Sequitur autem morbum conſimilem in intemperatura frigida ſemper, priuatiue, ſcilicet quæ fit per priuationem naturalis caloris, licet præternaturalis abundet: aut ſequitur intemperaturam frigidam poſitiue, & hoc præſertim in ſpecie hypoſarcæ. Si tamen particulariter vnaquæque

quæq; consideretur; Ascites primo quantum ad ventris tumescentiam impedientem quoquo modo operationes corporis, dicitur morbus compositionis, in quantitate aucta, cuius causa est aquositas cõtenta in vacuitate ventris, interdum inter siphac & intrach Idem dicitur de specie tympanitis. Hyposarca autem potest referri ad duos affectus, & ad affectum malæ compositionis in quanto, pro quanto scilicet aucta moles totius corporis plus æquo, lædit eius operationes proprias: potest etiam referri ad morbum, in intemperatura frigida & humida, materialem, si consideretur, pro quanto hæc intemperatura naturalibus operationibus officit Raro hydrops simplex, hoc est, vnius speciei inuenitur. Imo, vt plurimum, complexum habet vna species cum altera, præsertim ascites cum tympanite, & econtra Nomen tamen assumit à specie valentiori, id est, magis apparente. Si aliqua species hydropis curabilis est, præcipue curatur hyposarca: reliquæ duæ species difficillimæ habentur curationis,

*Methodus curationis est in omni hydrope, vt materia eius euacuetur: in ascite scilicet, aquositas persoluentia, quæ tamen hepati non inimicentur: in tympanite, per digerentia: sicut & in hyposarca purganda est materia pituitosa. Danda sunt præterea quæ aperiant, & vrinam prouocent, in duabus speciebus, ascite scilicet & hyposarca. Temperandum est præterea hepar contrariis eius dyscrasiæ. Instituatur in omni specie victus ratio calefaciẽs & exsiccans, & aquæ potus interdicatur omninò, quum nil omnino malo huic magis, quã ipsa aqua aduersetur.*

## CAP. XLI.

## *De dolore splenis.*

DOlor splenis est sensus tactus nociui, contingens lieni ratione panniculi ipsum cooperientis. Ideo ad symptoma tactus corrupti pertinere videtur, quum sentiat quod naturaliter sentire non debet, scilicet corruptionem, quæ ipsi accidit propter morbum inæqualis intemperaturæ, materialem vel immaterialẽ, aut propter morbum communem solutæ continuitatis, quæ fit vel à ventositate, vel humore.

*Methodus curationis est, vt euacuetur humor missione sanguinis per sectionem venæ iecorariæ, sinistri lateris, si sanguis fuerit*


*fue it in causa Si alius humor, purgatione educatur & digetatur vent. sitas, & anodynis dolor sedetur.*

## CAP. XLII.

## *De colico dolore.*

Dolor colicus est dolor intestinorum, praecipue crassiorum: nam qui fit in gracilibus, iliacus nominatur. Manifestatur vtique dolor circa ventrem, & fit cum difficultate exitus eorum, quae egredi consueuere per inferiora. Quare pertinet ad symptoma duarum facultatum, primo partim actiuae intestinorum, consequenter eorundem expultricis. Quantum enim ad dolorem, est actio corrupta tactus intestinorum: qui sentit corruptionem contingentem ipsis intestinis, ob duplex genus morbi, scilicet in aequalis intemperaturae, & solutionis continuitatis: fiunt à materia humorali pituitosa, vt plurimum, vel à ventositate. Quantum ad difficultatem exitus eorum, quae egredi consueuerant spectat ad actionem laesam dictae innatae virtutis expultricis, vel etiam interdum turbatam, a morbo in via, quoniam ab obstructione quae fit a siccitate faecum, vel etiam fit à mala complexione frigida pituitosa.

*Methodus curationis, est in omni specie colicae, vt primo subducantur faeces cum administratione clysterium. Dein exhibeantur quae soluunt materiam pituitosam, non tamen à longinquis attrahant, sed ab intestinis, leniendo atque flatum digerendo quale est oleum amygdalarum dulcium, cum penidiis, per os administratum, vel cum electuario de dactylis. Sunt praeterea admouenda ventri anodyna & doloris sedatiua: casu tamen vehementissimi doloris, vires prosternentis, narcotica: quale est philonium aut theriaca noua, vel etiam mithridatica confectio. Et instituatur ratio victus tenuis, calefaciens & exsiccans cum omnimoda aquae abstinentia.*



CA-

## Cap. XLIII.

## *De voluulo.*

IN voluulo, accdit dolor in gracilibus inteſtinis, ac per ſuperius expelluntur ea, quæ deorſum expelli conſueuerunt: quare patet quod pertinent ad duarum facultatum ſymptomata: ſcilicet ad ſymptoma tactus, quantum ad dolorem, qui tactus eſt corruptus ipſorum inteſtinorum gracilium, & eius cauſa eſt morbus in intemperatura, vel ſolutio continui. Quantum autem ad expulſionem materiei, per ſuperius, quæ deorſum expelli conſueuit; pertinet ad actionem corruptam expultricis facultatis eorundem inteſtinorum. Et fiunt vtraq; ſymptomata à materia, vt plurimum, frigida, vel a ventoſitate craſſa, quæ obſtruunt partes inferiores, & impediunt naturalem expulſionem deorſum.

*Methodus curationis eſt, vt clyſteribus & glandibus fortiter attrahentibus ſubminiſtratis, deorſum materia trahatur.*

## Cap. XLIV.

## *De fluxu ventris.*

IN fluxu ventris fit excretio violenta, & ideo fit præter naturam, humorum ſcilicet, ciborum, vel ſubſtantia inteſtinorum. Et propterea, quantum ad ſubſtantiam excretam, pertinet ad ſymptoma, quod eſt exiens mutatum, quod morbum ſequitur mediante alio ſymptomate, quoniam mediante actione læſa inteſtinorum, ſcilicet expultricis vel retentricis eorum: quorum actiones læduntur à morbo inæqualis intemperaturæ & ſolutionis continui, materialibus quidem, à materia defluente ab aliis partibus. Et propterea fluxus ventris differentiæ plures habentur, non duntaxat ex parte materiei, ſed etiam membrorum à quibus defluit materia ad inteſtina: vnde ex parte materiei dicitur triplex fluxus, ſcilicet lientericus, diarrhœus & dyſentericus. Lientericus eſt fluxus materiæ cibalis, vel parum immutatæ, à cibo: diarrhœus vero, eſt fluxus humoralis: dyſentericus vero, ſubſtan

ſubſtantiæ inteſtinorum. Ex parte membrorum ſunt tot differentiæ, quot membra à quibus fluit hæc materia: interdum enim à cerebro, aliquando à ſtomacho, quandoque à iecore, quandoque à liene, & aliis membris, defluit hæc materia.

*Methodus curationis eſt, vt nullus fluxus cohibeatur ſtatim & à principio præterquam fluxus lientericus, qui & ab ipſo principio cohibendus eſt, quum ex eo nutrimentum corpori ſubtrahatur, vireſque deiiciantur. Propterea danda ſunt in fluxu iſto, quæ ſtatim ſtomachum à materia pituitoſa expurgent, atque ipſum roborent, atque conſtringant. In fluxu diarrhœo, purganda eſt materia, & contemperandum eſt membrum à quo fluit materia ad inteſtina, moxque conſtringentia ſunt adhibenda. In dyſenterico autem fluxu, cauſa ipſius à corpore eſt abiicienda, atque abluenda ſunt inteſtina, loricandaque vnctuoſis clyſteribus. Quod ſi facta ſint vlcera, ab excoriatione inteſtinorum ea tergenda ſunt, mox ſolidanda. Si vero fluxus contigerit ab aliquo membro, eius membri ratio prius habenda, demum contrarius fluxus curandus eſt, habita ſemper conſideratione, quod victus ratio ſit contraria fluxui.*

## CAP. XLV.

## *De teneſmo.*

IN teneſmo fit frequens & aſſidua deſidendi voluntas. Quo fit vt pertineat teneſmus ad ſymptoma facultatis expulſiuæ inteſtini longanonis, quia malus motus, qui fit cum irritatione nociui alicuius. Et propterea pẽdet à morbo inæqualis intemperaturæ, & ſolutionis continui, à materia acri borachia vel ſalſa, vel fit etiam à ventoſitate.

*Methodus curationis eſt, ſi ſit teneſmus à materia humorali, vt abluantur ab ea inteſtina, ex aliquo decocto abſtergente, per clyſterem ſubminiſtrato. Si à ventoſitate, admoueantur ano quæ calefaciant & exſiccent, flatumque ipſum digerant.*

## CAP. XLVI.

## *De iſchuria.*

IN iſchuria, vrina in ſolidum ſupprimitur: quare pertinet hæc ſuppreſſio ad malam actionem virtutis natu-

ralis vesicæ expultricis: quæ mala actio fit ob morbum intemperaturæ frigidæ vesicæ. Interdum contingit ob morbum officialem in via: quoniam propter obstructionem meatus ceruicis vesicæ, aut vrinariæ fistulæ quæ fit vel ab humoribus crassis, sanguine, sanie, aut lapide. Signa, quod actio impedita ab intemperatura frigida, sunt quod, si manib. locus vesicę comprimatur, effluit vrina. Quũ v. est ab obstructione, cognoscitur, quoniam a [illegible] præ[illegible] fit mictus sanguinis. Si à crassis humoribus, co[illegible]tur ex victus ratione, quæ præcessit. Si a lapide, [illegible] lapidis.

*Si itaque supprimatur vrina ab intemperie frigida, [illegible] dus est, vt purgatio adhibeatur corpori ab hu[illegible] demum contemperetur vesica calidis & siccis. Si [illegible] obstructione, ea assumantur, quæ materiam crassam [illegible] viscidam abstergant atque incidant: & si [illegible] fuerit [illegible] lum pectini admoueantur hæc, verum etiam instrumento im- posito, obstruens materia à collo vesicæ, atque vrinariæ [illegible] amoueatur.*

## Cap. XLVII.

## *De calculo renum, & vesicæ.*

EX calculo fit interdum obstructio in viis renum [illegible] exit vrina: tunc pertinet lapis renũ & vesicæ, ad [illegible]sam morbi officialis in via. Interdum nocetur me[illegible] virtuti expulsiuæ vesicæ: tunc pertinet ad morbum [illegible] numero addito. Fit lapis ex materia qualibet [illegible] potissimum pituitosa, quare debet nedum curari, [illegible] etiam prouideri ne fiat.

*Methodus autem prouidentiæ est, vt euitentur [illegible] eius materiam in corpore augent, instituendo scilicet [illegible] rationem contrariam generationi pituitæ. Si qua [illegible] pore congeritur, prohibeatur ne ad renes deriuetur [illegible] psam ad intestina, & clysteribus sæpe subministr[illegible] niente medicina superius accepta. Si qua præterea m[illegible] tio ad renes transierit, methodus est vt aliquo abl[illegible] eo expellatur. Et in summa in illa prouidentia t[illegible] debet verti ad duo membra, stomachum scilicet & re[illegible] rando scilicet stomachum vt bona fiat concoctio, & [illegible]*

*ipsis*

*ipsos contemperando, ne nimio calore lapidem ipsum ex materia efficiant.*

*Curationis vero methodus est, vt lapis iam concretus rumpatur atque expellatur, viaq; aperiantur dilatenturq; & lubricentur: administrando primo cassiam cum oleo amygdalarum dulcium & etiam amararum, & ab his ea quæ attenuandi & frangendi lapidem, vires habent.*

## CAP. XLVIII.

## *De stranguria.*

STranguria est vrinæ stillicidium, & est quum paulatim & guttatim vrina destillat, ac assiduam ad meiendum irritationem facit. Quantum igitur ad destillantem vrinam, & modum, quo effluit & stillat; pertinet ad symptoma, quod dicitur exiens mutatum; & sequitur immediate actionem læsam musculorum ceruicis vesicæ, quoniam resolutionis, quæ contingit, propter morbum ipsis proprium, vtputa, propter frigiditatem & humiditatem materialem vel immaterialem; vel propter morbum communicatum à vesica, quoniam propter vlcus, vel inæqualem intemperiem calidam, quæ inducitur ab acuitate vrinæ in vesica. Signum, quòd sit à resolutione, est quod effluit vrina sine dolore. Quum vero est ab vlcere, aut ab vrinæ acrimonia, signum est dolor & vrinæ mordacitas in exitu.

*Methodus curationis est, vt auferatur causa, si fuerit scilicet ex resolutione ceruicis vesicæ, cum calidis, & siccis, & eadẽ victus ratione de qua in paralysi, adhibita corpori purgatione pituitosorum humorum. Si vero fuerit ex acrimonia, puta ex administratione flauæ bilis: instituatur victus ratio refrigerans & humectans & prohibeantur omnia acria, salsa & acetosa. Purgetur deinde flaua bilis leni medicina, non autem exsoluente.* Et *adhibeantur ea, quæ multam vrinam faciunt, eandemq; non mordicantem, & quæ vrinæ acrimoniam obtundunt, narcotica scilicet in maxima vrgentia & necessitate. Si vero fuerit ex vlcere, methodus est, vt vlcus primo tergatur sero lactis asinini vel caprini, donec pus excerni cesset, dein dentur ea quæ glutinent & vlcus solident.*

## CAP. XLIX.

### *De mictu sanguinis.*

IN mictu sanguinis eiicitur sanguis per mictum: qui quantum ad sanguinem exeuntem, pertinet ad symptoma, quod dicitur exiens mutatum de toto genere præter naturam. Sequitur actionem læsam vesicæ, vel membrorum superiorum: quoniam sequitur virtutem contentiuam venarum læsam, à morbo communi, scilicet solutione continui: consequitur etiam actionem læsam renum, atque etiam iecinoris, quoniam debilitate secretricis ipsorum.

*Methodus curationis est vt, si fuerit ex quantitate sanguinis, sanguis vena secta iecoraria educatur: si ex qualitate, purgetur corpus ab humore, qui malum sanguinem efficit, & distrahatur omnibus generibus distractionum. Si facultas retentrix imbecilla renum, sanguinis mictum fecerit, illius loco in aliquo frigido & sicco linimento vel vnguento, renes roborentur. Instituatur dein victus ratio, quæ contrarietur causæ.*

## CAP. L.

### *De diabete.*

IN diabete fit sitis pertinax, neque satiantur ægri ex aliqua liquoris exhibitione: quicquid tamen assumpserint per totum, siue vinum sit, vel aqua, citissime per vrinam expellitur. Quare quantum pertinet ad vrinæ exitum, potest dici & connumerari inter symptomata, quæ sunt de genere exeuntium mutatorum, quoniam vrina mutata est in eius exitu secundum quantitatem multam. Consequitur istud symptoma actionem læsam vesicæ, quoniam contentiuam, à quantitate vrinæ à renibus effluente. Potest considerari etiam, vt est vitio renum, quoniam vitio caloris eorundem, & sic videtur pertinere ad genus morbi similaris in intemperatura calida.

*Methodus curationis est, vt administrentur ea, & admoueantur quæ refrigerant renes, & in hoc est summa curationis huius affectus.*

## CAP. LI.

### *De vermibus.*

SYmptomata, quæ vermes comitantur, varia sunt & diuersa: fiunt enim in quibusdam morsus intestinorum & ventriculi, tussiculæque tenues ac exiguæ, & frequenter irritantes, quum tamen nihil reiiciatur: aliis accidit singultus, & somnus cum tremore: a somno quidam exsurgunt cum clamore & iterum sopiuntur: sic & varia accidentia fiunt. Vermes autem possunt considerari, vt impediunt intestinorum expulsiuam à proprio munere, obstruentes scilicet, & quantum ad hoc, sunt connumerandi inter causas morborum. Pro quanto autem immediate lædunt intestinorum constrictionem, quæ fit ad expulsionem fæcum, possunt reduci ad genus morbi in numero addito. Causa ipsa est, cruda materia crassa & pituitosa & putredini accommoda, quæ licet in pueris abundet, ex malo & inordinato regimine & mala victus ratione: potest etiam in adultis & cuiusque ætatis hominibus coaceruari. Propterea præcauendum est à generatione ipsorum, curandaque simul corpora vbi sunt geniti.

*Prouidentiæ methodus est, vt ea corpori administrentur in ratione victus & medicinarum, quæ prohibeant pituitæ generationem.*

*Curationis autem methodus est, vt instituatur victus ratio calefaciens & exsiccans, & ea primo corpori concedantur quæ vermes necant, dein quæ necatos expellant. Prohibeatur etiam ascensus ipsorum ad ventriculum, stipticis & amaris sumptis & ventriculo admotis. Procuretur præterea vt deorsum trahantur dulcibus, scilicet iniectis per clysterem, & balanis.*

## CAP. LII.

### *De hæmorrhoidibus.*

IN hæmorrhoidibus fluit sanguis per venas quæ ad anum terminantur. Quantum ad sanguinem fluentem, pertinet ad symptoma exeuntis mutati, quod consequitur actionem læsam contentiuam, venarum hæmorrhoidalium,

dalium, à morbo officiali, quoniam ab apertione osculorum, venarum, quæ fit à sanguine multo, vel qui sua qualitate peccat.

*Methodus curationis est, quum à sanguine est multo, vt non constringantur antequam vires deficiant. Idem etiam, quum fuerit fluxus iste ex mala sanguinis qualitate; nam multoties fluxus iste à morbis corpori imminentibus præseruat. Quum vero eius constrictione opus est, vacuetur primo sanguis secta vena, qui superabundans est, & auertatur omnibus generibus distractionum: corrigaturq; sanguinis vitium victu tenui, vbi copiosior fuerit, & purgationibus, si vitio humoris alterius malam qualitatem habuerit. Contrahantur præterea ora venarum & incrassetur sanguis, sumptis refrigerantibus, & admotis stipticis constringantur: & si opus fuerit administrentur narcotica, in casu, quo scilicet vires deiiciantur, nec aliis remediis sanguis supprimi possit.*

## CAP. LIII.

## *De ani procidentia.*

IN ani procidentia, quum æger ad sedem surgit, fit exitus extremæ longanonis partis, quæ sphincter dicitur. Et propterea quantum ad exitum partis à suo loco, pertinet ad morbum in situ: fit autem à mala intemperatura humida laxante musculos, quæ partem illam releuant.

*Methodus curationis est, vt victus ratio instituatur calefaciens & exsiccans: dein introducto manibus ano, illa admoueantur quæ refrigerent & exsiccent, eaq; sub forma linimenti, vel fotus, vel insessionis quoque.*

## CAP. LIV.

## *De vteri exitu.*

VTerus quandoque descendit ad vnum aut alterum latus, quandoque etiam adeo procidit, vt extra videatur & appareat. Hic ergo exitus pertinet ad morbum in situ. Prouenit autem ab humiditate multa ligamentorum, vel abscessu ab vlcere, aut à partu infelici, vel à casu ab alto.

*Propterea*

*Propterea methodus curationis est, ut causa auferatur, & restituatur uterus suo loco natiuo. Solet autem impedire reditum hunc multoties inflatio. Hæc ergo fotu ex aliquo decocto flatum digerente primo dissipetur: Mox ne recidat inspergatur uteris puluueribus stipticis, & male-lentia supponantur, quæ vero bonum odorem referunt, per superius administrentur.*

## Cap LV.

### *De mensium fluore.*

IN mensium fluore ex[illegible]cerat sanguis consuetus effluere per venas matricis atque adeo, ut corpus imbecillitatem sentiat. Quantum ad sanguinem immodice fluentem, pertinet ad symptoma exeuntis mutati ex toto genere præter naturam: quod symptoma sequitur actionem læsam venarum matricis a morbo officiali, quoniam ab apertione orificiorum venarum matricis, & hoc ob sanguinis multitudinem aut qualitatem.

*Methodus curationis est, si fluxerit ex copia sanguinis: ut euacuetur distrahaturq; sanguis secta vena hepatis, & minuatur victu tenui, eodemq; refrigerante. Si fluxerit ex commistione bilis, vel alterius humoris: humor ille a corpore subtrahatur, medicina tamen stipticitatem habente. Sistatur deinde his quæ per os assumuntur, quæ ventri & dorso admouentur. Præstat reuulsionis causa apponere ventosas siccas sub mamillis, atque reliquas facere diuersiones, & interdum casu necessitatis exhibere narcotica.*

## Cap. LVI.

### *De suppressione menstruorum.*

QVum non expurgetur mulier mensibus singulis, secundum quod per sanguinem naturaliter purgari debet, dicitur pati suppressionem menstruorum. Quæ suppressio, quantum spectat ad ipsum sanguinem non exeuntem, secundū morem pertinet ad symptoma quod dicitur exiens mutatum, quoniam retentum. Et consequitur actionem læsam virtutis naturalis expulsiuæ matricis, quæ deficit in sua actione propter morbum intemperaturæ consimilem, ut plurimum frigidæ & siccæ. Aliquando consequitur morbum officialem, quoniam obstructionem. Interdum etiam læditur expultrix uteri ob morbum compositionis, id est, propter apostema.

*Methodus curationis est, vt causa suppressionis abigatur. Si fuerit obstructio ob multum sanguinem, secetur vena poplitis aut malleoli; & instituatur victus tenuis. Si à crasso humore, tenuetur humor. Si à lento, incidatur, tergatur: Deinde dentur ea quæ aperiant, & menstrua prouocent. Si fuerit ex siccitate matricis, administrentur humectantia. Si à paucitate sanguinis, restauretur corpus primo: deinde dentur ea quæ prouocent. Si ab apostemate, curetur apostema, & cætera.*

## Cap. LVII.

## *De gonorrhœa.*

IN gonorrhœa exit semen inuoluntariè. Et quantum ad materiam exeuntem, dicitur gonorrhœa symptoma de genere exeuntis mutati, quod sequitur actionem læsam contentiuæ vel expulsiuæ vasorum seminis à spasmo, propter inæqualem intemperiem, ab acuitate seminis, & tunc exit pene intento: aut malam actionem contentiuæ virtutis eorundem, à resolutione, propter malam intemperiem frigidam & humidam, pene resoluto aut paralytico.

*Primæ speciei curationis methodus est, vt administrentur frigida & humida, remittentia acuitatem seminis. In huius curatione valet plurimum nenuphar. Alterius speciei curationis methodus est, vt procedatur calidis & siccis, tum intus assumptis, tum extra admotis, & in hoc valet mirabiliter semen agni casti à purgatione pituitæ, & inunctiones calidæ. Nota tamen, quod interdum effluit materia catarrhalis & vocatur iste fluxus gonorrhicus. Et decipiuntur medici: nam si esset hic fluxus, deberet inducere corporis debilitatem & maciem, si perseueraret aliquot vel paucos etiam dies: sed hic perdurat menses & annos, nec corpus sentit aliquam imbecillitatem, quare non debet appellari gonorrhicus, nec curari aliter, quam alii fluxus catarrhales. Hoc ergo considerandum.*

## Cap. LVIII.

## *De suffocatione matricis.*

ACcidit mulieri interdum vitio vteri, vt quasi suffocetur, nec mediocriter quidem etiam spirare videa-

videatur, compati nte scilicet corde & cerebro, ad ipsum vterum eleuatis venenosis vaporibus, à spermate retento corrupto, vel à sanguine menstruo etiam corrupto. Et quantum ad suffocationem ipsam, pertinet ad symptoma actionis lęsæ virtutis cordis, propter scilicet morbum intemperaturæ frigidæ eiusdem.

*Methodus curationis est, vt in omni suffocatione matricis distrahantur fumi mali & venenosi à corde, frictionibus, omnibusq; aliis modis, qui deorsum vapores conuertunt: etiam phlebotomia, si fuerit suffocatio à sanguine menstruo retento: quo casu administrentur ea superius & inferius quæ menstrua prouocent. Si vero fit à spermate retento, fiat prouocatio seminis: &, si nubilis est, nubat in domino: vel ea administrentur quæ sperma excocunt. Et in summa, in vtraq; regimen & victus ratio sit attenuans.*

## Cap. LIX.

## *De Rhagadibus.*

Rhagades sunt rimæ quædam & fissuræ vtero accidentes, quandoq; extrinsecus apparentes in ore & collo, interdum interius, ita ne oculis conspiciantur. Et omnes pertinent ad morbum solutæ continuitatis; & fiunt à siccitate.

*Methodus curationis est, vt principio toti corpori purgatio, mox localia præsidia humectantia adhibeantur.*

## Cap. LX.

## *De Mola matricis.*

Interdum accidit mulieri, vt sese vtero gerentem credat, quum tamen non sit prægnans, & tamen venter intumescit, ac si esset grauida, perseueratq; ventris augmētum vltra debitum pariendi tempus: quoniam interdum in vtero earum generatur caro informis, ex spermate mulieris, & eiusdem sanguine menstruo, vel concurrente etiam maris spermate, non tamen apto formationi propter causam aliquam. Aliquando etiam causa tumescentiæ ventris est aquositas, quæ in vtero congeritur. Multoties etiam flatus idem efficit. Et ante tempus pariendi quandoq;, plerumq; etiam post tempus pariendi debi-

rum, aquositas erumpit ex vtero, vel flatus, aut mola, aut informis caro reiicitur, non sine periculo. Patet quòd pertinet dispositio hæc quantum ad molam, ad morbum in numero addito. Discernitur autem mola ex eius grauitate: & ad motum mulieris de latere ad latus, mola ipsa itidem mouetur. Ventositas autem deprehenditur eius sonitu ad vteri percussionem: sicut etiam aquositas deprehenditur eius motu instar vteri pleni aquæ.

*Methodus curationis est, vt à principio prouideatur auxiliis menses mouentibus: in processu verò adhibeantur ea, quæ & ad deducendum fœtum mortuum sunt idonea vbi scilicet fuerit tumescentia ventris ex carne informi. Si verò sit ex aquositate vel flatu, ea administrentur quæ aquositatem exsiccant & flatum digerunt. Et in summa, dentur ea quæ corpus ab aquositate expurgant, eaq; ratione procedatur, qua in hydrope, ascite & tympanite.*

## Cap. LXI.

## *De Ramice.*

Dvplex est ramex, mirachialis scilicet, & ossealis. Est autem vnaquæque, excrescentia & magnitudo scroti, vel partis mirach. Et sic patet quòd est morbus compositionis, quoniam in quantitate aucta partis ramicatæ. Causam habet multiplicem, videlicet zirbum, vel intestina, quæ in scrotum descenderunt, propterea quòd didymus est relaxatus, vel mollificatus aut solutus: aliquando aquositatem, quæ vitio hepatis, digestiuæ vel discretiuæ eiusdem, ad eandem partem effluxit: interdum ventositatem, quæ est genita à cibis & calore debili.

*Methodus curationis est, si sit ex intestinis ramex, vt primò introducantur intestina in locum proprium, dein ligatura conuenienti, aliquo exsiccante remissa, intus seruetur. Si ab aquositate, methodus est vt consulatur hepati, corroborando ipsum à sufficienti purgatione & aquositas exsiccetur, vel etiam sectione educatur. Si à ventositate, digeratur. victusq; ratio instituatur calefaciens & exsiccans.*

## Cap. LXII.
## De Arthritide.

ARthritis est dolor, omnium vel plurium iuncturarum corporis: cuius species sunt chiragra, gonagra, podagra. Dolor genus, & similes dolores, sunt omnes symptomata tactus, quoniam sunt tactus corrupti partium dolentium. Oboriuntur ob duplex genus morbi: scilicet ob genus morbi inæqualis intemperaturæ, & solutionis continui. Fiunt autem morbi arthritidis, à materia catarrhali, semper, ob debilitatem partium, & latitudinem viarum, atq; fortitudinem mandantium membrorum in expultrice. Et licet possint esse omnia principalia, tamen maxime est cerebrum, quò d ipsum sit fons materierum catarrhalium, tum quòd propter suam frigiditatem, non concoquit perfectè proprium alimentum, tum quòd non digerit vapores, qui ab inferioribus partibus continuò ad ipsum feruntur. Et licet merito huius, arthritis semper deberet fieri à morbo, à frigida materia dependente; tamen stante in aliquibus corporibus caliditate iecinoris multa fit etiam aliquando materia calida dominante. Et signa sunt caliditas partium dolentium percepta ad tactum, & coloris rubedo, temperatura calida, ætas, regimen præcedens, intensio doloris, vt plurimum, cum febre. Si verò a frigida, signa sunt frigiditas temperaturæ, regimen ad cruditatem faciens cum prolixitate.

*Methodus curationis est, vt euacuetur, & distrahatur materia à parte sectione venæ, si sanguinea fuerit; si verò alterius humoris, purgatione: repellatur dein materia à parte affecta. & remittatur qualitas materiei: & si dolor vehemens fuerit, anodynis sedetur: deinceps dissipetur quod fluxit. Regimen instituatur, quo feruor materiei remittatur, & eiusdem fluxus inhibeatur.*

## Cap. LXIII.

## *De Ischiadico dolore.*

ISchias idem est quod coxendicis dolor: qui species est arthritidis, quoniam dolor est iuncturæ ischiæ: & est symptoma eius partis, quoniã actio eius corrupta, quum sentiat, quod naturaliter sentire non debet, scilicet corruptionem, organis eius partis contingentem.

Consequitur morbum inæquali intemperatura, & solutione continui eiusdem partis: materialem quidem, à materia per modum catarrhi, ad eam partem, debilem naturaliter, vel casu aliquo. Et hæc materia, licet possit ab omni parte corporis, præsertim principe, defluere, propterea quòd pars labefactata debilis, omnium superfluitates partium apta est recipere: tamen potissimum hæc materia à capite defluit: & potest esse calida vel frigida, vel mixta, vt plurimum, tamen dominante frigida.

Signa sunt à corporis habitudine, à regimine præcedente & à modo doloris: nam semper in calida, vel in dominio calidæ, temperatura corporis calida est, regimen etiam præcessit proportionatum generationi humorum calidorum dominantium, & dolor semper intensior. In dominio autem frigido, complexio frigidior, regimen præcessit faciens magis ad cruditates, & dolor non ita intensus, præterea longioris spatii est quàm in calida.

*Methodus est, quòd cùm iste dolor pendeat à morbo fiente, habente causam, vt priusquam morbo ipsi vel symptomate vacemus, causam ipsam auferamus. Præterea capiti ipsi tanquam malorum origini & toti corpori, purgationem adhibeamus, vt in arthritide. Mox auxilius topicis morbum ipsum curemus. adhibita tamen hac consideratione, ne repellentia admoueamus parti, sed ea quæ valenter foras ex profundo cotyli trahant.*

FINIS.



# EPIPHANII EMPYRICA 1561. 21. APRILIS, FVIT EMPYRICVS MEDICVS IN GRÆcia Peregrinatus, Quem Gesnerus adolescens cognouit, & ex cuius libro, qui hic est, quædam descripsit in libro suo, quem inscripsit Euonymus.

## AQVÆ.

*Aqua experta in vlcere præputii virgæ & testiculorum.*

Recipe Oua iij. elixa dura à quibus albumen accipias, quod subtiliter scindas & in mortario teras, deinde infunde quartam partem vnius mensuræ aquæ vitæ aluminis vnc. s. camphoræ drach. ij. viridis æris drach. s. terantur omnia simul in mortario, postea per telam lineam fortiter exprimantur, vtendi modus is est, capiantur fila lanea in hac aqua madefacta, quæ in vulnere ponantur ter aut quater in die & miraberis effectum.

*Aqua experta ad asthma.*

Recipe Calamenti hissopi capill. veneris prassij scabiosæ vngulæ caballinæ an. m. 1. aristol rot. vn. 1. Ireos vnc. 5. sem. vrticæ vnc. 1. s. radi. fœniculi petroselini an. vnc. 2. enulæ campanæ lib. s. sem. sinapi nasturcij. an. vn. 1. s. costi drach. 5. spicæ drach. 10. baccarum lauri vnc. 4. nigellæ vnc. 1. s.

vnc.i.s. terantur omnia subtiliter & stent per dies 6. in infusione in vino albo mensuris 6 dein lento igne destillentur mane ℥. 3 dentur.

*Aqua qua in tinea, ac in omni cutis fœditate caput aut totum corpus lauetur.*

℞. Farinę cicerum ℔. 1. fœnugræci furfuris tritici baurach salis nitri sinapis an ℥. 2. rad. altheæ incisæ ℥. 3. misceantur in aceto & aqua, & postquam sudaueris lauetur deinde & locus fœdus vngatur cum vnguento, de quo infra in litera V.

*Aqua ad idem pro pauperibus.*

℞ Lactis virginis ℥ 1. ß. aquæ rosatæ parum sulphuratæ ℥. 1. olei de tartaro, de frumento de vitellis ouorum an. ℥. ß. camphoræ ℈. 1. quære olea in lit. O.

*Aqua ad mundificandos dentes.*

℞. Salis armoniaci, salis gemmæ an. ℥. 3. aluminis Tuceanini ℥. 1. ß. ponantur ad alembicum & destillentur, quod si aliter vis facere imponas aquæ fontis ℔. 2. & sic stent per 8. dies colentur & dentes lauando frica.

*Aqua contra calculum.*

℞ Hyperici chamædrios chamæpitheos, senecionis, graminis pentaphyllon, scolopendriæ parietariæ verbenę, eupatorii pulegii rutæ an. m. 1. quinque rad. diureticorum, acori, enulæ rubræ tinctorum, azari, tamarisci an. ℥. iij. quinque seminis diureticorum, saxifragiæ milii Sol. dauci raphani Macedonici, ameos maratri car. ileustici an ʒ. ij. nucleorum persicorum ʒ v. liquiritiæ ℥ 1. granorum iuniperi ℥ ß. Quatuor semin. commu. frig. maior mundatorum an. ʒ. j ß. terantur & infundantur in ℔. v. vini, stent per duos dies in infusione, postea lento igne destilletur, da post balneum vel mane in aurora tepida ℥ ß. vel ℥. j. vel ℥. j. ß. pro vna vice vt tibi videbitur.

*Aqua experta ad grossos id est ficus(Celſ.l.5.c.3. σύκωσις græcis) circa naſum & poma maxillarum.*

℞. Sulphuris viui vn.i. terantur & per ſyndonem fiat alcool:poſtea ponatur aquæ roſar. ℔. i. electæ, omnia in phi la obturata ad ſolem ſuſpendantur dieb. 40. in canicularibus vt quotidie bis vel ter vitrum moneatur poſtea illa aqua loca inungantur, cui iudicio meo ſi addas camphoræ drac.i. melior erit quia probata eſt.

*Aqua frigida in febricitantibus, ne fumi à ſtomacho ad caput aſcendant.*

℞. Hordei mundati vnc.iij. iuiubarum ſebeſten an.n. xii.prunorum n. xv. granorum granatorum acetoſorum vnc.i.ß.ſacchari roſati vnc.ij. aquæ menſuras ij. bulliant vſque ad conſumptionem medietatis, bibat frigidum.

*Aqua faciem dealbans*

℞. Entale dentale(conchæ ſunt) *claſſis* boracis ſarcocollæ corallorum alborum, criſtall. alb. gypſi aceti, rizi farinæ orobi portulacæ an.vnc.ß.cum aqua fabarum miſceantur, fiant trociſci & cum opus fuerit fumigetur antea facies cum aqua decoctionis hordei & auenæ,deinde trociſcus vnus diſtemperetur cum aqua fabarum, & facies liniatur quando cubitum vadit, mane vero lauetur facies cum aqua decoctionis,fabarum & furfuris,poſtea cum aqua frigida, & ſi formantur trociſci cum aqua limonum fortius operatur,imo limone aſſato facies liniatur,nam ipſam pulchram reddit.

*Aqua elegans contra calculum.*

℞. Aſparagi braſci apii fœniculi petroſelini rubeæ tinctorum an.vnc.ß. ſem. v. diureticorum leuiſtici mili ſolis,ameos raphani ſileris montani dauci ſaxifragiæ ana drach.iij. adianthos ſcolopendriæ ceterach. trifolii hepaticæ,graminis,ſem.peucedani, ſenetionis ana m.i. ireos vnc.ß.liquiritiæ vnc.i.quatuor ſem.frigid. communium maior.mundat. ana vnc. ß. hederæ arboreæ & terreſtris ana m.i.ß.nucleorum ceraſorum vnc.i. ſpicæ nardi drac. ij.gummi hederæ drac.vi ſanguinis hirci præparati vn. ß.cinnamomi vnc.i. terantur & in vini albi vij. menſuris, per dies aliquot infuſa maneant, poſtea deſtilletur.

*Aqua*

*Aqua somnifera.*

♃. Sem. hyoscyami ʒ ij. mandrag. ʒ i. opii ʒ i. gith, corabe an ʒ ij semperuiuiæ vermicularis, nenufaris lactucæ an. m. i. terantur & infundantur in ℔. ij aquæ papaueris cum ʒ i. ß. seminum lolii per dies 2. postea secundum artem destillentur.

*Aqua caponis restauratiua & stiptica.*

♃. Caponem coctum secundum artem cui adde aquæ rosatæ ℔. i. conseruæ rosar. borraginis bugl... vnc. i corall. amborum an. drac. ij. s. ec. d arrh... tis drac. i. p... latum ab arillis mundatarum vnc. ... andri præparat drac s. fragmentorum omnium, ma... ritar. an drac. i. s. destillentur.

*Aqua multum odorifera.*

♃. Basiliconis mentæ sampsuchi ... is balsamitæ h... pi saturaiæ salui e melissæ lauendulæ rorismarini ... ß. garyoph. cinnamomi nuc. mosch. an. vnc. i ci... (citri) num. iiij. aut ij. aquæ rosatæ q. n. terantur & in... dantur in aqua per dies tres, postea lento igne ... tur, & destillationi adde musci scrup. i. ponas postea ... Solem.

*Aqua frangens lapidem.*

♃. Succi saxifragiæ ℔. ij. succi milii Sol. petrosel... anisi an. ℔. ß. aceti albi vnc. viij. destillentur, da ... iune.

*Aqua ad fistulas experta.*

♃. Vini albi optimi destillati in vase in quo aq... tæ destillatur ℔. iij. aquæ rorismarini saluiæ an. ℔. ... chari ℔. ij. destilletur in simul iterum, deinde ♃. ... fol. Saluiæ an. vnc. i. misce per dies 8. cola & ser... vitreo, vtere quando opus est.

*Aqua ad fistulas artificialis.*

♃. Rorismarini lauri anethi apii syluestris ... stici recentium an. ℔. i. destillentur; postea adde ... thinæ vnc. vi. gummi hederæ vnc. iij. thuris vn... masticis cubebarum nuc. mosch. myrrhæ gal... namomi aloes garyop. an. vnc. i. destillentur & ... let etiam contra stomachi passiones.

*Aqua faciem dealbans.*

♃. Lithargyri argenti ℔. ß. triti & cribrati co...

ceto albo ℔.ij, destillari per filtrum cum spatula miscendo, donec tertia pars aceti minuatur, cui adde camphorę vnc.ß. aluminis lauini, boracis, olei tartari ana ℥.i. deinde cola per filtrum & vbi opus fuerit faciem & collum inunge.

*Aqua ad caput frigidum, qua caput fricetur.*

♃. Aquæ vitæ vnc.ij. nuc.mosch. garyoph. maioranæ, cubebarum, piperis longi ana drach. ß. terantur & in simul misceantur, caput ea fricetur diu, postea ponatur quod in litera S.L. aliqui addunt in aquam euphorbii ℈.s.

## BALNEA.

*Balnea ad matricem frigidam.*

♃. Calamenti pulegii arthemisiæ, camomillæ meliloti ana m. j. matricariæ nepetæ ana m. i. ireos vnc.j. bulliant in aqua, proiiciantur in tineam in qua ieiuna sedeat ad vnam horam, & post prandium ad duas horas, postquam sæpe purgata fuerit.

*Balneum ad leprosos.*

♃. Scabiosæ fumi terræ anthos camomillæ meliloti ana m.ij. rad. lapacii ℔. i. sulphuris vnc. iiij. bulliant postea lauetur corpus cum lotione quære in lit. L.

*Balneum pro leprosis & fœda scabie infectis.*

♃. Fumiterræ scabiosæ ana m ij. camomillæ meliloti saxifragiæ ana m. i. rad. lapacii acuti subtil. incisarum & tecent. ℔. i. piperis longi sinapis aloes nitri ana vnc. i. sulphuris vnc. iij. coquantur in x. vel xv. ℔. aquæ & ʒ. aceti donec plus quam tertia pars remaneat, & in balneo fricetur & deinde liniatur cum sanguine leporis in exitu, aut à balneo da theriacam cum vino, postea vngatur vnguēto, quod quære in litera V.

*Balnea ad calculum.*

♃. Maluæ bismaluæ brancæ visinæ verbenæ camomillæ rad. fœniculi, rad althææ meliloti parietariæ, graminis agrimoniæ, rad. petrofelini acori ana m. iij. sem. lin. ℔. i. bulliant in aqua.

*Balneum ad idem.*

♃. Violariæ maluæ bis maluæ parietariæ scolopendrię sene-

senecionis rad. fœniculi apij petroselini ana m.ij. sem. lini ℔.i.s. fœnugræ ℔.s.

*Balneum in dolore capitis frigidi.*

℞. Rutæ saluiæ betonicæ maioranæ calamenthi hyssopi sticados arab. rosmarini garyophyllatæ, fol. lauri ana m.i. m. fc. fi. sacculus ex quo [illegible]

*Balneum stipticum consolidatiuum ex quo vlcerum lotio fieri potest.*

℞. Gallarum nucum cupressi, balaustiarum cupulorum glandium ana m. i. myrtillorum drac. x. thuris mastices sarcocollę ana vnc. s. aluminis vnc. ij. vel plus vt vis videl. 4. consolidæ plantaginis rosarum millefolij centaurii ana m. ij.

*Balneum ad imprægnationem.*

℞. Myrtillorum rosarum ana ℔.s. corticum mandragoræ vnc. i.s. gallarum n. xxx.

*Balneum ad idem.*

℞. Arthemisiæ m.ij. sem. papau. alb. vnc. ij. agni casti, rosf. rub. cassiæ ligneæ, rad. mandra. ana vn. iiij. granorum pæoniæ ℔. s. terantur grosso modo in aquæ situlis du[illegible] in qua ferrarij extinguunt ferra, in ea mulier sedeat cum tepida est horam vnam ante introitum lecti, mane vero bibat potionem, quam quære in litera P. & pessarium quære in litera eadem, aut pulüerem. Q.

*Confectio matricalis.*

℞. Specier. diamusci dulcis drac. i. diambræ drach. iij linguæ auis sem. fraxini rasuræ eboris, nepetæ ana ℈ [illegible] sachari in aqua matricariæ q. s.

*Confectio ad vermes.*

℞. Senæ Alexandrinæ drac. ij. cornu cerui vsti cortic. granat. ana drac. ß. diptami garyoph. Rhabarb. an. drac. i. centonici drac. i. ß. cinnamomi ℈.4. sachari in aqua graminis aut absynthij dissoluti.

*Confectio bona restauratiua in febribus.*

℞. Pulpæ corporis perdicis fasiani aut hædi vnc. i[illegible] amigd. dulc. excortic. vnc. ij. pistachiar. in aqua rosf. ca[illegible]da infusarum per horas 5 postea exiccatarum, pinear[illegible] militer præparatarum ana vnc. i. liquiritiæ rasæ v[illegible] passularum, pulpar. sebesten ana drach. iij. sem. communium maiorum frigid. ana drac. ij. minorum ana ℈ [illegible] sachari q. s. fiat confectio in liquida. Confe-

*Confectio alia ad idem.*

Recipe Pulpæ quamuis ℥ 4. amygd. dulc. pinearum an. drac. 6. fisticorũ auellanarum an. vn. s. Specierum aromatici rosati drac. 2. triasantali drac. 1. ameli vnc. 1. gummi dragacanthi arab. an ℈ 2. liquiritiæ rasæ ℥ ß. sachari dissoluti in aqua melissæ q. s. fiat confectio, vt vis.

*Confectio ad impragnationem.*

Recipe Sem. pastinacæ, napi, rasuræ eboris, seseleos, been vtriusque, linguæ auis drac. s. cinnamomi doronici carioph. macis galangæ piperis longi, anthos, xilobalsami, blaccæ byzantiæ, maioranæ pulegii an. ℈ 2. melissæ buglossæ, cortic. citri an. ℈ 1. Spicæ ℈ 1. ß. ambræ margaritarum an. ℈ ß. terantur & cum saccharo dissoluto in morsello fiat confectio in morsellis.

*Confectio ad vomitum cholericum solutionemq;.*

Recipe Nucleorum granatorum assorum, sumach an. drac 3 rosarum spodii sandali citrini, Sem. portulacæ an. ℥ 1. ß. masticæs antosati cubebarũ cardamomi ligni aloes an ℥ 1. Syr. myrtini q. s. fiat conditum.

*Confectio pro nauigantibus & phlegmaticis.*

Recipe Garyoph. piperis anisi cumini ligni aloes cardamomi galangæ cinnamomi ℥ ℥. an drac. 1. Sem. melonum, citrulli cucumeris cucurbitæ rosarum an drach. s. santalorum ℥ ℥. macis squinanthi an. ℈ 1. senæ epithymi an dra. 3. croci ℈ 1. mellis rosarum q. s. fiat elect. da vnc. s. mane ieiune.

*Confectio admirabilis ad tussim frigidam.*

Recipe Succi liquiritiæ hyssopi capill. veneris an dra. 3. cardamomi piperis nigri, an. ℈ 1. amygd. amar. sem. vrticæ an. drach. 4. aristoloch. rosar. drach. 2. mellis despumati q. s. hoc elect. pectus ab omni superfluitate copiosa mundificat.

*Confectio turbith ad purgandum humorem tuberositatem, phlegma grossum in scrophulis, bolio, morbo gallico.*

℞. Turbith. albi præparati, agarici trociscati, ellebori nigri an. ℨ. 1. ß. polypodii ℥ ℥. Methridatii Rhabarb.

an. ʒ. 3. diagridii drach. 1. cinnamomi ſpicæ an drac. s. ſachari q ſ. ad incorporationem ſpecierum fiat confectio in morſulis vel Syr. roſ. q. ſ. ad incorporationem fiat mixtura da ℥. ß. plus vel minus vt videbitur in morbo gallico, præſentaneum eſt remedium.

*Confectio euphraſiæ valens aduerſus oculorum caliginem eorum ſanitatem conſeruans, viſum clarificans, reacuens.*

℞. Euphraſiæ ℥. j. ß. cinnamomi cubebarum macis piperis long. garioph an. ʒ j. ß. ſem. fœniculi ℥ ß. mellis deſpumati ℔. j. ß. ſucci rutæ verbenæ an ℥. j ſucci chelidoniæ ℥ 1. ß. bulliant in ſimul vſque ad ſuccorum conſumptionem, poſtea cætera miſceantur, & fiat confectio da ʒ ij ß. in ingreſſu lecti continue.

*Confectio ad Hydropem.*

℞ Specierum diacurcumæ, dialaccæ an ʒ 2. diacymini ʒ. 1. ß. triaſandali ʒ 2. adip. lupi ʒ. 2. trociſci de ſpodio, de berberis an. ʒ. ß. ſachari diſſoluti in aquis endiuiæ epaticæ an. q. ſ. fiat confectio in ſolida.

# CLYSTERES.

*Clyſtere conferens materiei aduſtæ in cerebro vt eſt melancholia, mania, lupina, &c.*

℞. Fumariæ polyodii ſenæ thymi epithymi an. m. coloquintidæ in petia ligatæ ʒ. 1. agarici turbith hermodactyli an. ʒ, ß. ſtechad. arab. ſaluiæ acori maioranæ betonicæ pæoniæ an. m. 1. flor. nenuph. violarum an. ℥. 1 ſem. end. acetoſæ roſarum an. p. 1. mellis violati ℥. 1 ß. ſalis gemmæ ℈ 3. diaſenæ ℥ 1. olei camomelini, mellis colati an. ℥ 2. miſce & videas ne debilites, quia forti conuenit, vide Montagnanum in antidotario.

*Clyſte-*

*Clyster forte & diuersiuum in dolore nuchæ & iuncturarum.*

℞.Fol. caulium camomillæ centaureæ an. m. 1. rad. cappa. aristoloch. Vtriusque gentianæ. rad. cucumeris asinini vel agrestis ana p. 1. coloquintidis in petia ligatæ ʒ 2.bulliant, capiatis ℔. 1. intus dissoluatur benedictæ laxatiuæ ℥ 1.olei camomelini, mellis colatian.℥.2. salis communis ʒ.1.& lac Lanfranci doctrina 2. tractat. 3. cap. 17.Sed nota quod sicut artificiale est hoc clystere,& multum conueniens,ita non debet dari,nisi præcedente vna aut duabus purgationibus.

*Clyster in dolore capitis frigido plegmatico.*

℞.Saluiæ vtriusque, stœchados arabicæ hyssopi maioranæ betonicæ centauriæ blitis mercurialis an. m. 1. coloquintid. in petia ligatæ ʒ 2. agarici aloes an. ʒ 1. ß. Hiera picra, hiera Logodij, olei de ruta, rosan. q. s.

*Clyster in dolore capitis calido.*

℞.Violarum mal.brancæ vrsinæ blitis an. m. j. succi mercurialis, cassiæ extractæ an. ℥. 1. ß. tripheræ sarracenicæ ℥ ß.olei violati.

*Clyster stipticum.*

℞.Plantaginis m. 2. rosarum m. 1. sumach balaustionum cupular.glandium an.ʒ 1.ß.fiat decoctio postea adde pul.rosarum ʒ 2. seui renum caprarum ℥ 2. albuminis oui n.1.fiat in parua quantitate.

*Clyster conueniens apoplexiæ paralysi subeth & lethargiæ.*

℞. Centaureæ abrotani calamenti origani vtriusque saluiæ rutæ an. m. 1. Sem. maratri anisi seseleos an. ʒ.2. stecados arab.ʒ.3. pulpæ coloquintid. in petia ligatæ ʒ 2. agarici ʒ 1.ß.Cassiæ ext.ʒ 11. Hieræ picræ Gal. salis gemmæ, olea,& possunt addi de castoreo ℥2.ß.& erit melius & fortius.

*Clyster conueniens paralytico.*

Recipe Saluiæ rutæ siccæ stecad. arab. maluæ mercurialis centaureæ camomillæ furfuris an. m. 1. Hieræ picræ, benedictæ Hiera Logodii, mellis rosati colati, cassiæ, olei communis, vel camomelini, salis communis, potest etiam addi seminis anisi fœniculi cimini drach. 1. & erit fortius.

*Clyster carminatiuum ventositatis.*

Recipe Sem. anisi fœniculi, anethi carui cimini an. drach. 1. rutæ absynthii origani calamenthi centaureæ an man. ß. camomillæ meliloti, rad. altheæ furfur. an. man. 1. Sem. lini fœnugræci an. drachm. 1 s. mellis rosati colati, cassiæ Hieræ picræ, benedictæ, olei de ruta, anethini camomelini, salis communis, possunt etiam addi baccæ lauri, ameos cartami polypodii, & erit melius etiam cum electuario Indo. & de baccis lauri, & diaphœnicone an. q. s.

*Clyster in colica phlegmatica ventosa cum magno dolore appropriate valens.*

Recipe Polypodii quercini vnc. 3. folliculorum senæ vnc. 2. s. salis gemmæ vnc 6. seminis cartami vnc. 1. agarici turbith an. drach. 2. sem. anisi fœniculi cymini carui an. drach. 1. thymi epithymi an. drach. 2. ʒʒ galangæ an. drach 1. s. aquæ ℔. 10. in qua bulliat antiquus gallus virgis cæsus & euisceratus, cum suprascriptis vsque ad consumptionem medietatis, sed vltimo addatur thymus epithymus sena misce fiat clyster, & da clystere hoc cum oleo de Sem. lini & electuario Indo & diaphœniconis. Clyster hoc etiam potest dari in potione vnc. 5. cum electuario Indo aut diaphænico. Sed melius esset quod ante daret aliud clyster cum herbis, Hiera picra, ad intestina mundificanda, quia hoc remouet dolorem. In summo etiam dolore dedi decoctionem cymini carui ameos anisi fœniculi, facta in solo oleo anethino, & expressa, bene conuenit.

Clyster

*Clyster confortatiuum abstersiuum & confortatiuum.*

Recipe vini al[illegible]i odoriferi vnc.8 vrinæ pueri vnc.4. vel 6 [illegible] ellis co[illegible]ati & despumati vnc.3. salis communis dra.2. s.ol[illegible] communis vnc.3. c[illegible]nfert ad sequentia. Clyst. hoc p[illegible] m dari debet quibus intestina phlegmatis viscosis [illegible] na [illegible]nt & obtusa, quibus cachecticum est corpus & ad hyp[illegible] [illegible]am tendens, factis tamen antea vniuersalibus purg[illegible]onibus.

*Clyster elegans ad caliditatem & siccitatem intesti[illegible]orum.*

Re[illegible]i[illegible]e Violarum endiuiæ lactucæ nenupharis solatri an.m. 1. bulliant adde olei violati de pauate nenupharini, de cucurbita Syr. [illegible]olati an. q s.

*Clyster in schiadica.*

Recipe Centaureæ abrotani an.m.1.acori vnc. 2. vtriusque sticados an. p. 1. meliloti camillæ bliti mercurialis an.m 1. Sem saxifr[illegible]giæ an si an drac 3.milij solis drac.i s. bulliant addantur Hiera Logodii : benedictæ laxat. an. vn.s Hermodactyli subt. puluerisati dra. 2. olei liliorum camomelini mellis despumati communis an vnc. 1. salis gemmæ ℈2. da semel aut bis in hebdomada.

*Clyster ad lethargiam & subeth.*

Recipe Bliti meliloti chamæmeli, anethi an.m.1.polypodii vnc.2.helleb.nigri vnc.s mellis salis, olei communis, potes addere agaricum & coloquintid.

*Clyster in tympanite cum caliditate.*

Recipe Camomillæ, meliloti anisi fœniculi tribulorum an.m. 1. bulliant ol camomel. anethini, de lilio q.s. mellis, salis, &c.

*Clyster vltimum sedans dolorem & ventositatem in colica.*

Recipe Rutæ ℥.ß bulliant in oleo de sem. lini aut anethini q.s. capiantur ex eo ℥.4. deinde intus dissoluatur castorei ℈ i.oppoponacis Scrapini an.℈ ß.plus & minus de stis duob. vt videbitur opii grana 7.

*Clyster stipticum consolidatiuum vlceris intestinorum.*

♃.Eupatorij rosar.ambar. barbæ hircinæ an. m. 1. arnoglossæ plantaginis an.p.1.cupulorum glandium ℥ 2.ß,

rifi ℥.1 ß. coquantur in aqua q.suf.capiat ℔ ß. in quo dissoluatur puluis iste. ℞ thuris sang. draconis ceruſſæ lithargyri boli maſticis an.ʒ1.opij ʒ ß. vitelli duorum ouorum miſce fiat clyſter.

*Clyſter ſodæ calidæ & phreneſi ſomniferum.*

℞ Florum violarum nenupharis an. m. 1. ſem. communium frigid. cum corticibus contuſorum an.ʒ 2. herbarum violariæ maluæ Mercurialis an. m. 1. ß. olei violarum nenufaris an.℥.j ß.

*Clyſter conferens Cephaleæ, ſubeth, lethargiæ, ſcotomiæ, vertigini, epilepſiæ attrahens phlegma & melancholiam à capite.*

℞.Gentianæ peucedani ireos ariſtol.rotun.acori rad. pœoniæ an.m.1. arthanitæ p. ß. cubebarum calami aromatici, hyſſopi ſem. ameos leuiſtici an.p.1. Sem. altheæ maluæ lini an.ʒ 2.hellebori nigri ʒ j.ß. foliorum ſenæ ℥ 1. thymi epithymi an.p.1.hiera Logodii Hiera ruffi, caſſiæ extractæ, olei anethini, in diebus frigidis veſperi, calidis mane ponatur.

*Clyſter ad omnem dyſcraſiam ſenſuum.*

℞.Sticados origani folij, maioranæ betonicæ ſaluiæ roriſmarini an.m.1.ß.fol.hederæ lauri, hyſſopi, eupatorij meliſſæ an.m.1 rad. apii acori pœoniæ an. p.1.polij montani m.2.electuaria olea adde vt vis.

*Clyſter euacuans materias calidas à pectore thorace ſtomacho & ventre inferiori.*

℞.4.Sem.maio.frig an.p.1.ſem.portulacæ lactucæ an. ʒ 2.endiuiæ acetoſæ ſcariolæ cuſcutæ an.ʒ 1.maluæ bliti violariæ, mercurialis an. m. 1. electuarij de pſyllio caſſiæ extractæ olei violati communis.

*Clyſter conferens dolori inteſtinorum ventoſo & phlegmati mucilaginoſo.*

℞. Centaureæ folij chametryos chamæpitheos Iuæ rutæ abſynthij an.m.ß.cam. meliloti anethi an.m.1 ſem carui rutæ cimini anethi lini apij an. p. 1. polypodii ℥ 2. agarici ʒ 2. electuarij de coſtuni, de baccis lauri, Fleſcop.Indum, de dactylis, ſalis gemmæ, Indi an. ʒ.ß. olea anethi &c. da vt ſupra.

*Clyster ad omnes passiones iuncturarum ut schiatica podagra gonagra à materia frigida.*

℞. Herbæ paralysis iuæ stecad. arab. Betonicæ pulegii saluiæ rorismarini melissæ fol. hederæ an. m.i. agarici ireos hermodactyli an ʒ i. coloquintid. in petia ligatæ ʒ. i. ß. vtriusque aristoloch. an p ß. polypodii folliculorum senæ an ℥ i sem. carthami epithymi an. ℈. 4. electuaria olea, quæuis, & amigdal. dulcium.

*Clyster ad præfocationem matricis, menstrua alba sterilitatem, a materia frigida aquosa.*

℞. Matricariæ mellissæ rutæ scabiosæ anthos abrotani peucedani an. m i. sem. ameos seseleos amomi an. ʒ i baccarum lauri ʒ 2. calami aromatis cassiæ ligneæ corticum cassiæ fistulæ sem. an. ℈ 4. cymini anethi anisi an. ʒ i. olei de costo, de ruta, elect. de baccis lauri, benedictę, bis in hebdomada clystetizentur. deinde dum vadit dormitum fumiget se hoc fumigio. ℞ aliptæ muscatæ cōfectionis neræ an. ʒ. 2. galliæ muscatæ, storacis calamitæ an. ʒ 3. aluminis crudi ʒ. i. ß. puluerisentur omnia per se vel cum succo matricariæ fiant trocisci dosis ʒ i.

*Clyster conferens schiatica.*

℞. Foliorum hypericonis, camomillæ, centaureæ maluæ anethi an m. i. Sem. lini fœnugræci an. ʒ, i. rad. bryoniæ ℥ i anisi ℥ i ß coloquintid in petia ligatæ ʒ. 2 olei amigd. amarar. ℥. 2 mellis despumati ℥. i. Hieræ picræ benedictæ sal gemmæ, &c.

*Clyster in passione renali expertum.*

℞. Maluæ mercurialis bliti camomillæ meliloti rad. althææ an. m. i. parietariæ senecionis an. m ß. furfuris macri p i. sem. lini fœnugræci an ʒ i. bulliant in aqua qu suf. pro clystere capiatur ℔. i. in qua dissoluatur cassiæ extractæ ℥. i. ß. benedictæ ʒ 3. vitelli ouorum. n. 2. olei camomelini anethini violarū an. ℥. i. sacchari ℥. ß. misce fiat enema.

*Clyster vnum nobile & expertum ad dysenteriam & rasuram intestinorum.*

℞ Hordei lentium excorticatarum omnium assorum balaustiorum, corticum mali granati, sem. myrthi an. ʒ. ii. os. rub. ℥ i. bulliant in aqua chalybeata q. s. pro clysteri accipiantur ℥. 8, intus addatur seui caprarum ℥. i. boli ℈. 2.

gummi arabici, dragaganti, acaciæ, assorum an. ℈ 4. cerussæ ℥.1. vitelli oui assati n 1. misce fiat enema.

*Clyster ad spasmum & paralysin ex repletione.*

℞. Camomillæ meliloti stecados arab. iriæ chamæpithyos muscatæ anethi an. m 3. rad. enulæ ℥. 1. ebulorum ℥.2. maioranæ prassii saluiæ nepetæ matricariæ rutæ an, m.1. anisi cimini an. ʒ.2. castorei gr.6 theriacæ ℈.4. mellis ℥.3. ping. vulpinæ ʒ.6. olei camomelini anethini, de lilio an. ℥.1.ß. caput vnius castrati aliqualiter contusi, bulliant omnia in simul in aquæ s. q. vsq; ad consumptionem medietatis fortiter colentur, ex colatura capiantur ℥ 12 vini odoriferi ℥.3 iterum parum bulliant & administra quia expertum est.

*Clyster in febre acuta & phrenesi.*

℞. Violar. lactucæ papauer. albi maluæ an. m.1. nenupharis, semperuiuæ, solatri an. m.ß. olei violati nenupharini an. ℥.1.ß. sachari violati ʒ.6. salis ℈ 1. adde si lubet decoctum bliti ℔ 1. olei violati qu. suf.

*Clyster ad illum quem post sedem punctio intestinorum sequitur ex acuitate materiæ vnde sequitur excoriatio.*

℞. Adipis renum caprarũ ʒ.3.ß. vrsi ℥.1. hordei excorticati mundi ℥,ß. decoquantur sine sale in s. q. aquæ capiantur ℥.8. chalibeatur postea addatur vitelli oui assi dissoluti in oleo rosato, Sief albi drach.3. misce fiat enema, de Sief albo lege in litera S.

*Clyster magistrale in torsione & colica.*

℞. Caput vnius castrati ferro aliqualiter contriti, camom. meliloti, anethi, rad. altheæ, parietariæ maluæ an. m.1. Sem. fœniculi cymini carui an. ʒ.1.ß. bulliant omnia in simul cùm s. q. aquæ vsque ad cocturam carnis, de qua colata capiatur ℔ 1. in qua dissoluatur olei camomelini, anethini, rutacei, mellis rosati ana drah.1. vitelli ouorum duorum, electuarii Indi, de dactylis, Hieræ picræ benedictæ laxatiuæ vt vis.

## COLLYRIVM.

*Expertum ad surditatem.*

℞. Folio. saluiæ stecados arabic. lauri an. scrup.1. ellebori albi drac.ß. castorei gr.6. baurach ℈ ß. euphorbii g.2.

Colo-

Coloquintidæ gr.4.olei amigdal.amar.de spica odorifera an.℥ 1 succi raphani ℥ 1.ß. vini albi vnc.3. terendo terantur & bulliant vsque ad vini consumptionem colentur, intus addatur musci gr.2. misce ponatur ad vitium.

*Collyrium album ad oculorum inflammationem.*

♃ Cerussæ ablutæ vnc ß. gummi dragaganthi arab. an.drac.2. amyli cretæ marinæ an. vnc.6. misce omnia simul cum aqua ros. q. s. deinde extendatur super pannum & fronti applicetur.

*Collyrium ad idem.*

♃ Cerussæ ablutæ vnc ß sarcocollæ nutritæ in lacte mulieris gummi arabici dragacanthi an. drac.2.opii ℈.1. aquæ rosatæ fiat vt supra.

*Collyrium ad idem multotiens probatum.*

♃. Farinæ hordei cretæ marinæ an.vnc 1.ß.boli armeni ʒ.6.gummi arab.dragracant.an.ʒ 2. Camphoræ ℈ 2.aquæ rosatæ plantag.an.q.suff.fiat in forma emplastri.

*Collyrium Mesue nobile visum acuens & conseruans.*

♃. Succi fœniculi rutæ an.℔.1.vini granatorum ℔ ß. mellis vnc.1 ß. misceantur & stent ad solem per menses tres aut super fornacem in hyeme, vitro in harenam sepulto, deinde feces abiiciantur, residuum seruetur, & oculis duę guttæ ponantur in vno quoque oculo bis in die diebus 30.continuis.

*Collyrium ad interficiendum vermem in aure.*

♃. Succi foliorum persici vel persicariæ aut succi absynthii vnc.1.ellebori albi scrup.2. colloquintidæ scrup.1. tepidum auribus imponatur.

*Collyrium expertum ad sibilum & tinnitum aurium.*

♃. Olei nardini facti secundum artem & non per infusionem vnc.3 olei de orig.vnc.5.pul.coloquintid.subtilis drach.5 origani,ligni aloes an.drach.3.bulliant omnia vsque ad consumptionem tertiæ partis per pannum spissum,coletur,& ad vitrum ponatur, & gutta vna aut duæ auribus imponantur, & nota quod nullum medicamen auribus imponatur nisi pręmissa euacuatione,deinde auris bene mundetur postea nihil frigidum aut calidum sed tepidum imponatur,neq; sit multæ quantitatis,quod auribus imponitur, sed gutta vna aut duæ, non plus.

*Collyrium*

*Collyrium ad lachrymas oculorum.*

℞. Myrrhæ electæ ʒ. ß lapidis hæmatitis ʒ. ſucci tenerrimarum partium, rubi & extremitatum partium roſarum an. ℥. 1. bulliant in ampulla clauſo orificio in caldario aquæ bullientis vſq; ad conſumptionem medietatis, coletur & ponatur vna gutta ractu frigida in oculis quater in die, frons autem ſero in introitu lecti vngatur ſucco roſarum.

*Collyr. ſublime & expertum ad acuendum viſum.*

℞. Aquarum rutæ chelidoniæ euphraſiæ an. ℥ ʒ. ſucci fæniculi verbenæ an. ℥. 1. ß. fellis lucii ʒ 6. ligni aloes ſubtiliſſ. triti ʒ 1. Sem. rutæ, chelidoniæ maioranæ an ʒ 1. pulueriſand. pulueriſentur & omnia in ſimul ponantur in vaſe vitreo bene obturato & paſta molli circumuoluto, deinde ponantur in furno bene calido poſt extractionem panis per diem naturalem, quo elapſo extrahatur, poſtea deponatur orificio bene clauſo & ad ſolē per dies x. ponatur, vlt. imo per pannū ſpiſſum bene coletur, de quo colly. ponātur guttæ duę in vnoquoq; oculo bis in die 22. ſupra ſupinus iaceat, dieb. xx. continuis, & laudabis effectum.

*Coll. ad lacrymas oculorum.*

℞. Lapid. hemathitis decies in aqua frigida præparati ʒ 2. roſarum ſpodii corallorum amborum carabe Mirabolano. citrin an. ʒ 1. ſucci extremitatum rubi ℥ 8. fiat alcohol. omnia, & miſceantur cum ſucco ſtent diebus. x. ad ſolem vel fornacem, & de collyrio illo bis in die in oculos guttæ 2. imponantur.

*Collyr. dolorem ſedans & incarnans vlcus veſicæ, & per ſyringam immitti debet.*

℞. Ceruſſæ ſarcocollæ thuris, gummi arabici, amyli opii ſanguinis draconis an ʒ ß terantur vt alcohol. poſtea cum lacte mulieris qu. ſuff. fiat collyrium non multum ſpiſſum nec multum liquidum, ſed antequā ponatur hoc collyrium intromittatur per ſyringam aquæ mellis mixta cum aqua decoctionis apii & ſem. lactucæ & cucurbitæ.

*Collyr. nobile ad idem dolorem ſedans & vlcera mundificans vna cum vrinæ prouocatione.*

℞. Hordeum bullitū cum aqua donec aliqualiter tumeſcat coletur, capiatur ℔ 1. de illa aqua, in qua ponātur ℥. 3, mellis & pulueris huius ſubtiliſſimi ℞. gummi arabici, tra-

ci, tragacanthi thuris, sanguinis draconis, opii papaueris albi, Sem. lactucæ melonum cucurbitæ an ʒ 3. bulliant item omnia in simul, colentur & per spongiam tepide proiiciantur.

*Collyrium nobile ad ardorem vrinæ.*

℞. Sem. papaueris alb. ℥ 3. pastentur perfecte, ita quod humidum fiat in modum olei, deinde addatur opii ℥. 1. olei violati ℥. 2 [illegible] ad ignem calefiant spatula bene agitando, postea ponantur ad sacculum & torculari exprimantur per syringam ponatur.

*Collyr. album expertum M Petri cathelani ad rubedinem oculorum & pruritum.*

℞ Cerussæ lotæ in aqua rosata drach. 5 amyli drach. 3. gummi arab. trag acanthi an ʒ 2. camphoræ drachm. ß. aquæ rosar. ℔ [illegible] fiat collyr.

*Collyr. ad dolorosum vlcus virga renum & vesica.*

℞. Lactis mulieris ℥. 1. emulsionis 4 sem. com. frig. maior. ℥. 1. cerussæ amyli an. drach 1. per syringam ponatur.

*Collyr. expertum ad oculorum scotomiam.*

℞. Liquoris qui emanat ab hepate hirci dum assatur in veru ℥ 1 thutiæ præparatæ ʒ 1. lucii sarcocollæ nutritæ in succo fœniculi an. ℈. 1. fiat alcohol & terantur ad radios solares, vel in hyeme ad fornacem 4. hebdomadas, & de hoc collyrio ponantur 2. guttæ actu frigidæ in oculos ter in die expertum & singulare est.

*Collyrium expertum ad surditatem.*

℞. Origani pulpi coloquintid. serpilli, maioranæ an. ℈. 4. hellebori albi ℈ 2. musci ambræ an. ℈. 1. cubebarum laudani macis, storacis calamitæ an. ʒ. ß. terantur omnia per se, & ponantur in ampulla vitrea, deinde addatur olei amigd. amar. liliorum alborum an. ℥ 5. bene obturetur & ponatur per horas 2. in caldario aquę bulliẽtis, deinde singulis diebus ter ponantur guttæ duæ in vnaquaque aure.

*Collyr. ad idem cui par non reperitur.*

℞ Ascool aloes coloquintidos an drach. 1. euphorbii ℈ ß. cum felle vaccino fiant trocisci exiccati, quorum vno quando vti volueris cum succo raphani fiat collyrium 3. in die tepidum imponatur.

*Collyrium ad fistulam in oculo.*

℞. Antimonii thutiæ præparatæ: an. ʒ. 1. sarcocollæ in lacte

lacte mulieris nutritæ ℈.5. lini sanguinis draconis spodii dragaganthi torrefacti, scoriæ ferri præparatæ an. drac. 3. aquarum rutæ solatri chelidoniæ an ℥.1.ß. fiat Sief cum succo rutæ, ponatur in oculo, deinde supponatur emplastrum, hoc ita, quod locum bene tangat. Quære in lit. E.

*Collyrium expertum & indubium ad imagines oculorum.*

℞ Maioranæ fœniculi basilicoris recentium an. drac. 1. rutæ vnc.ß. Vini montani subtilis & clari ℔.ß. succi euphrasiæ vel eius aquæ ℥.3. ponantur in vase vitreo obturato in caldario aquę fortiter bullientis per horas 2. postea ad radios Solis exponantur diebus xx cum d ac 1. thutiæ præparatæ & ex hoc liquore ter ponantur in die guttæ duæ in vnoquoque oculo exterius epithementur in introitu lecti cum tela in hoc collyrio madefacta.

## CAPVTPVRGIVM SIVE NASALIA.

*Caputpurgium ad sodam antiquam phlegmaticam ventosam, dolorem oculorum & tinnitum aurium.*

℞. Fellis tauri myrrhæ aloes an. ℈ 1. musci gr 3 fiant pilulæ & cum necesse fuerit dissoluatur vna cum aqua saluiæ, aut alia quamuis naribus attrahatur mane ieiune.

*Caputpurgium ad antiquam hemicraniam.*

℞. Opoponacis fellis lucii vel alterius piscis an. ʒ ß. lentium amararum ʒ. 5. Serapini origani an drachmæ 1. f. pilulæ ex quibus capiantur ad quant. 3. gran. hordei naribus attrahatur.

Caputpurgium vocatur omne quod caput purgat, & specialiter illud ponitur cum nasali aut alio aliquo modo vel ingenio, per quod purgatur materia ventosa aut humoralis. Scias præterea, quod ex istis pulueres linimenta nasalia canonice facere potes, ideo sub hoc capitulo caputpurgia omnia sub omni forma continebatur.

*Caputpurgium mirabile expertum ad debilitatem visus tenebrositatem panum & lachrymas.*

℞. Succorum rutæ, & eupatorii cichoreæ chelidoneæ euphrasiæ fellis tauri gruis aut lucii an. ℥.ß. naribus attrahatur, factis purgationibus cum pilulis cochiis attrahatur autem bis aut ter mane ieiune in hebdomada.

Caput-

*Caputpurg solenne & expertum ad coroborationem omnium sensuum.*

℞. Agarici electi ℈. iij musci ambræ anagr. v. cubebarum ligni aloes ana ℈. i. terantur & infundantur in aqua ireos & sic exsiccentur, & fiunt trocisci, quorum vnus paruus ieiune masticetur & miraberis effectum.

*Caputpurg in materia phlegmatica.*

℞. Fellis vaccini lucij aut caprini opoponacis ana dra. ij. castorei gr. v. croci ℈ ß. fiant magdaleones, & cum vti volueris dissolue ex eis gra. vi. cum aqua maioranæ, aut da in puluere.

*Caputp. in dolore capitis frigido.*

℞. Succus bliti Maioranæ anagallo ana vnc. ß. aromatizetur cum puluere nucis musc. cubebarum ana scrup. i. misce, potest etiam addi succi caulium, ac parum succi cyclaminis, quod licet forte sit, vidi tamen digna experientia in vno congelato, cui optime successit, ideo in tali casu vti potes secure.

*Caputp. nobile ad idem.*

℞. Aquæ mellis vnc. iij. succi bliti depurati vnc. i. ß. nigellæ præparatæ vt supra, nucis musc. cubebarum an. dra. ß. vini albi odoriferi vn. s misce trahatur per nares, quod si fortius cupis adde condysi (ostrutij) drac. i.

*Caputp. superinfluitatis cerebri.*

℞. Succi maioranæ, succi mediarum corticum sambuci ana vnc. i. pulueres condysi vel piperis vel castorei, vtere vt vis.

*Caputp. elegans.*

℞. Maioranæ melissæ anthos ana drach. ß. lauendulæ cardamomi cubebarum spicæ nardi piperis longi ana ℈. ß. cum ladano cera & terebinthina fiant nasalia.

## CEROTVM.

*Cerotum nobile & expertum ad scrophulas.*

℞. Galbani opoponacis bdellij serapini ammoniaci in aceto infusorum ana vnc. i. gummi elemi vnc. i. ß. picis naualis terebinthinæ resinæ pini, visci quercini, sordiciei vasorũ, apij an. drac iij. rad. harundinis lapatij calamenti

ana

ana vnc.ß.axungiæ porcinæ, olei liliorum cœlestium an. vnc. iij ceræ q. s. fiat ceratum quia certe est artificiale, præmissis purgationibus. Elegantem quære supra in litera C.

*Cerotum ad callos mundificandos pulchrum.*

♃. Limaturæ panis vnc.ß. picis qu. suf. pix. liquefiat & misceatur in simul postea applicentur, quia mollificabit.

*Cerotum supra commissura coronali applicandum, raso ante capite; & posita ventosa absque scarificatione ita vt locus rubeat, valens mirabiliter ad decursum catharri.*

♃. Laudani, gummi elemi, sandarachæ, olibani storacis calamitæ, resinæ, storacis liquidæ ana vnc.ß. myrrhæ drac. ij. & cerotum excellens est.

*Cerotum ad idem præstantius ad descensum phlegmatosi mucilaginosi versus palatum, nares & fauces, ex quo timetur suffocatio.*

♃. Resinæ claræ & electæ vnc. ij. laudani vnc i. myrrhæ masticis ana drac. i sandaracæ drach. ij. gummi ... soluantur in aqua cicerum vnc. i. & aceti vnc. ß deinde coquantur & cum ceræ drac. vi. fiat cerotum, quod extendatur super panno grosso calido, tota caluities emplastretur, cum ipso multos homines vidi ab imminenti periculo subitæ suffocationis fuisse liberatos, sed caput antea radatur.

*Cerotum cordiale.*

♃. Been vtriusque, doronici ossis de corde cerui fragmentorum hyacinthi, smaragdi saphiri ana drac ... margaritarum drac. ij. fol. auri n. x. resinæ electæ & ... aceto rosaceo ʒ. x. infusionis dragacanthi in aqua rosarum muscata qu. suf. fiat cerotum supra panno de grana extensum, continuo portetur supra mamilla sinistra, quia pulchrum est.

*Cerotum elegans ad duriciem splenis.*

♃. Armoniaci drac. vi. bdellij ʒ. iij. dissoluatur in aceto squillitico tamarisci drac. i. ß. Scolopendriæ Sem agni

casti

casti, plantag. anethi ana drac. ß. ceræ qu. s. resinæ parum fiat cerotum.

*Cerotum ad dolorem sciaticæ excellens.*

♃. Armoniaci vn. i ß. serapij bdellij opoponacis dr. i. arthanitæ, pœoniæ hermodactylor. ana drach. ß. vitrioli drac. i. ceræ & resinæ an. q. s. fiat cerotum.

*Cerotum ad nodum iuncturarum.*

♃. Oxycrocci vnc. ß. emplastri de mucilaginibus dr. vi. euphorbij ℈. i. Serapini oppoponacis armoniaci ana drac. i. dissoluantur in aceto forti resinæ electæ drach. vi. ceræ albæ drac. iij. fiat cerotum.

*Cerotum ad dissoluendam natam.*

♃. Armoniaci vnc. i. ß. pyrethri euphorbij ana dra. i. salis nitri drac. ß. resinæ ceræ an. q. s. fiat. cer.

*Cerotum calidum pro stomacho.*

♃. Masticis cinnamomi gariofil. lignialoes spicæ, calami aromatici. galangæ ana drac. i. ß. sandal. ambor. coriandri præparati, seminis acetosi ana drac. i. galliç musc. aliptæ muscat laudani ana vnc. ß. cum cera & parum resinæ, & oleo de menta an. q. s. fiat cerotum, aromatisetur cum gr. iij musci.

*Cerotum stomachale fluxum dyssentericum & vomitum vltime stringens.*

♃. Picis naualis resinæ ana vnc. i. masticis mentæ gariof. ana vnc. ß. trocisc. de carabe de bolo, de terra sigillata lapidis hæmathitis, sanguinis dracon. hypocyst. mumiæ ana drac. i. galliæ musc. storacis calamentæ an. drac. i. vini citoniorum q. s. fiat & ceræ q. s. cerotum.

*Cerotum ad stomachum debilem, sitim, mordicationem, vomitum nimium, à calore prouenientia ex febre.*

♃. Rosarum spodij masticis coriandri myrtillorum hypocystidis acaciæ veruicis sanguinis draconis ana ʒ. i. laudani drac. iij galliæ muscatæ drac. ij. picis naualis resinæ ana drac. v. ceræ q. s. fiat cerotum quod bulliat in ℥ vi. vini citoniorum vsque ad vini consumptionem & vtere quia pulchrum est.

*Cerotum ad stomachum frigidum.*

♃. Galliæ musc. aliptæ muscat. ana drach. ij. laudani vnc. i. masticis macis storacis calamitç gariof. nucis mo-

ſchatæ cinnamomi electi ana vnc. ß. ligni aloes drach.ij. corallorum amborum ana drac.i.ſpicæ nardi calami aromatici,ſpicæ celticæ ana drac.i.ß.abſynthij mentę an.m. i.roſar. rub. ſem. ytoniorum myrtillorum . na drach. ij. grana paradiſi drach.i. ß abrotani calam enti ana p.i.galangæ 33.ana drac.ij.thuris ciperi ana drac,i.croci ℈.i.olei citoniorum , de maſtice, de abſynthio ana vnc.i.ce æ q.ſ.fiat cerotum.

*Cerotum pro renibus vtile atque mirabile ad prohibendum abortum , de quo vidi vtilia , & præcipue in vxore illuſtriſſ. Principis Sabaudiæ Ducis Philippi & aliis matronis,*

♃ Maſtic. electi vn.i.laudani dr. vi.r.d. ſtorræ,nuc. cupreſſi hypociſtid. aca ię ſanguinis d.aconis roſar.rub. corall. rub.ſcandalor. coriandri præparati galliæ moſc. terræ ſigillatæ ana drach. ij. olei oliuarum ℔. j. ſubſtitui poſſunt olea huc facientia , in minori ponde e , terebinthinæ parum ceiæ q.ſ.

*Cerotum ad fluxum matricis album expertum.*

♃.Galbani vnc.ij.oppoponacis vnc.ß. ſandaracæ thuris hypociſtid. ana vnc. i. gummi diſſoluantur in ace o rubeo & cætera addantur , poſtea liniātur ſuper corio & ſerico interbaſtetur ad quantitatem vnius nebulę & miraberis operationes.

## DESTILLATIO.

*Deſtillatio mater omnium medicaminum ad cunctas neruorum paſſiones.*

♃. Myrrhæ electæ, aloes hepaticæ, ſpicæ nardi ſanguinis draconis, thuris mumiæ carpobalſami, maſticis, gummi arabici,ſtoracis liquidæ,rubeę ana vnc. ß. bdellij oppoponacis,ſarcocollæ ana drac.vi. roci vnc ß.muſci drach.i.herbæ paralyſis vnc, ij. laudani vnc i.j.ß.terebinthinæ ad pondus omnium , deſtillentur per balneum Mariæ, & liquor ſeruetur in vaſe vitreo, ex quo nu ha dorſum iuncturæ bis in die liniātur , quia expertum eſt, & præcipue in materia frigida, vera deſcriptio eſt in Meſue c.de paſſionibus cordis.

Deſtil-

*Destillatio experta in vlceribus renum & vesicæ Domini Cardinalis Tritell.*

Recipe Caudæ equinæ plantaginis, ros.rub. maluauisci gran. alkermes liquiritiæ rasæ ana vnc. 1. iuiubarum Sebesten ana drach 6. boli armeni vnc. ß. quatuor sem frigid. maior mundatorum an. drac. 3. sem. papau alb. drac. 6 citoneorum vnc. ß. seri caprini ℔. 6. stent per duos dies in infusione, postea secundum artem destillentur, da tepide ieiune vnc. 4. quamdiu durat.

## DECOCTIO.

*Decoctio ad dolorem dentium.*

Recip. Piperis longi cubebarum, staphysagriæ cortic. rad. mori, rad. cappar rad. mandragoræ an. drach. 1. hyoscyami albi drac. ß. pyrethri drac. 2 ß. terantur & bulliant in vino nigro q. s. vsque ad ℔. 1. deinde in ore teneat, quia expertum est si reiteratur sæpe calid. fuerit.

*Decoctio pectoralis screatum facilitat.*

Recip. Hyssopi m 1 violarum vnc. 1 sem papau. alb vn. ß. maluæ cucurbitæ lactucæ an. drachm. 2. capill. veneris surfurellæ an. m 1. hordei mundi p. 1. liquiritiæ vnc 1. ficuum dactylorum an. n. 6 passularum drach. 6 Iuiubarum sebesten an. n. x. rad. Ireos, enulæ, altheæ an. p. 1. sem. vrticæ drach. 1.

*Diazinziber elegans confortatiuum & solutiuum.*

Recip. ℥ ℥ b. albi drach. 1. liquiritiæ rasæ vnc. ß. garyoph gran. paradys. macis, cardamomi, cubebarum an. ʒ. 1. turbith ʒ 2. scammoneæ vnc. ß. sacchari q. s. da ℥. ß. vel ʒ ʒ.

## ELECTVARIVM.

*Electuarium Nephriticis sanguinem purum & guttatim mingentibus sequente dolore & ardore.*

℞. Pinearum mundatarum amigd. dulc. an. ℥ ß. sem. lini, dragacan. assorum an ℈. 2. succi liquiritiæ ʒ. 1. ß. herbæ pentaphyl. p j solatri, melonum citrulli cucurb. cucumeris an. ʒ. 1. sem altheæ portulacæ papaueris albi, acetos. boli, spodii an ʒ. ß sem. bombicis, apii anisi petroselini an. ℈ 2. lactucæ hyoscy. an. vnc j. opii scrup. 1 cum syrupo de

liquiritia fiet electuarium, da vnc.ß. cum aqua alkekengi & arnogloss.

*Electuarium in hydrope frigida.*

℞. Masticis ar.stolochiæ longæ costi spicæ calamenti asari galangæ,ʒʒ sem. maratri anisi apii squinanthi laccæ, piperis longi, garioph. cubebarum eupatorii folii an.ʒ ß. croci absinthii an.℈ 1. myrrhæ gentianæ an. drach.ß. Reubarb. elect. vnc.ß. cum syr. de eupatorio q.s. fiat electuarium, da ex eo vsq; ad vnc. ß. mane ieiuno, quia pulchrum est & solutiuum.

*Electuarium ad idem nobile & pulchrum in cachexia stomachi & hepatis.*

℞. Masticis cinnam ʒʒb. garyoph. squinanthi sem. anisi maratri, rad. . z.ri, herbæ absinthii an. drac.2. rheubarb. el. drac.5. costi spicæ laccæ cassiæ ligneæ aristol. rotund. sem. apii an. drac.1. croci calamenti, cardamomi an. drach.ß syrup de eupat q.s.

*El. in mala dispositione calida stomachi & hepatis.*

℞. Vini granatorum acetosorum ℔.1. zuchari ℔.ß eoque ad spissitudinem postea ℞. rosarum spodii sandal. albo an. drach.2. masticis dragacanthi an. drach.ß. carabe galliæ moschat. an. ℈.1. ligni aloes cinnam. an. ℈.2. croci ℈ ß. camphoræ g.8. fiat elect. da cum aqua frigida quamuis, si addes fragmenta auri & alia cordialia tunc in peste nobile erit.

*Elect. in mala dispositione stomachi frigida humida, vomitu, ventositate, defectu appetitus, debilitate cordis senibus proprie valet.*

℞. Mastichis ʒʒb. cinnam galangæ, calami aromatici, cardamomi, mentæ, an drach.1.ß. croci ℈. ß. ligni aloes drac. 1.ß. spicæ piperis nigri azari macis, cubebarum cassiæ ligneæ, galliç mosch. sem, anisi an. scrup.2. musci gr.6 syr. citoneorum, siue de menta q.s. fi. elect. da drach.3 ieiune cum vino albo quia pulchrum est elect.

*Elect. ad idem.*

℞. Masticis ʒʒb. cinnam. spicæ cassiæ ligneæ an ʒ.1.ß. garyoph. asari galangæ, calami aromat. sem. anisi herbæ menthæ an. drac.2. piperis vtriusque, cardamomi folii, carui ciperi ameos macis an. drach.1.ß. croci drach.ß ligni aloes, costi, cubebarum, sem. apii cimini, maratri an drach 1.

drachm.1.galliæ moschat.scrup.2. musci gr.6.cum.syr.de mentha q.f.fi.elect. nobile certe est.

*Elect. ad sputum sanguinis & vlcus siue vulnus pectoris, phtisicis quoque valens.*

℞. Spodii boli an.drach.1. cancrorum vstorum vnc.1. dragacanthi myrtilorum amyli sem cuscutæ maluæ arnoglossæ nucleorum passularum omnium assorum an. drach.ß.syr.myrtini q.f.fi. electuarium da drach. 1.aut 2.

*Electuarium ad idem.*

℞. Cancrorum vstorum vnc.ß.succi liquiritiæ drac.2. dragacanth. drac.1 sem.portulacæ arnoglossæ maluæ cucurbitæ cucumeris melonum citrulli anth r; papauer.albi an scrup.1. amyli drachm.6.conseruæ rosarum veteris drach.x syrupi rosati q.f.& da vt vis.

*Electuarium nobile certe & artificiale in tussi sicca restaurans quoque.*

℞. Sebesten nu.xxv. passularum enucleatarum ℔. ß. succi liquiritiæ drach 2 bulliant omnia in ℔ 4 aquæ vsq; ad consumptionem medietatis, coletur, colaturæ addatur penidiorum, candi, an, vnc.3 bulliant iterum vsq; ad spissitudinem deinde addatur gummi dragacant arabici, succi liquiritiæ an.scrup.4.sem.maluæ citrulli cucurbitæ cucumeris melonum lactucæ papaueris albi aut alterius ad hoc præparatum q.f. amyli drach.6. vel cum zucharo q.f.fi.in forma liquida & non in alia.

*Elect. cordiale ad melancholiam capitis cum timore.*

℞. Chebulo: condit. vnc.1.flo borrag.bugl an scrup. 2.Karabe oss. de corde cerui, berberis terræ sigillatæ spodii corall.amb.drach ß ozymi serici an.scrup.2.squinanthi lign.aloes garyoph zedoariæ folii macis doronici an. drach 1.cinnamomi drach 2.musci gr.6. camphoræ gr.3. sachari q f.fiat in liquida. Quod si laxatiuum cupis habere adde follicul.senæ elector.drach.6.lap.lazuli præparati drach.3.sammonii drach 2.potes etiam incorporare cum aliquo syrupo & erit melius da drach. 3. vt luber.

*Elect. ad melancholiam valens timidis ex cholera adusta.*

℞. Quatuor genera mirobalan. an.drach 1. indorum drach.2 ß.sandal. citrini flor. violarum nenupharis rosa-

rum rubearum, buglossæ, cuscutæ, squinanthi epithymi an.℈.ij.azari ligni aloes thymi, garyoph. cinnamomi macis an.℈ 1. croci ℈ ß. troch. de agaric.ʒ 1 follicul. senæ ℥. ß. lapid. lazuli præparat.ʒ 2. dragacanthi mastich. an.℈.1. syrupi borraginis buglossæ q.s.

*Elect. ad pulsum cordis pauorem debilitatem ex melancholia, senibus proprie valet.*

♃. Chebul condit. vnc.1. flor. cordialium an. scrup.1. cortic citri garyoph. ozymi ciperi ligni aloes zedoariæ doronici an scrup.2. macis nuc. mosch. an.ʒ ß. cinnamomi drach.1.ß. musci gr.6. cum aliquo syrupo cordiali.

*Elect. optimum probatum contra pestem, quo omnes facillime à peste præseruantur.*

♃ Granorum iuniperi drac 2 ß. garyoph. nuc. mosch. macis ʒʒ. zedoariæ an.ʒ.2 aristolochiæ vtriusq;, gentianę tormentillæ enulæ, rad. herbæ tunicæ an. drac.1 ß. saluiæ rutæ balsamitæ pulegii ceruini.i. chelidoniæ an. drach 1. baccarũ lauri sem. acetosi, sem. citri masticis olibani boli armeni, terræ sigillatæ, ossis de corde cerui, spodii rasuræ eboris, rasuræ vnicornu margaritarum electuarium, fragmentorũ saphyri smaragd. hyacinth. topacii, corall rub. ligni aloes sandal. rub. muscatellinorum an. drach ß. conseruæ rosarum buglossæ, nenupharis acetosæ, carnis tamarindorum subtil. incisorum, theriacæ probatæ an vnc.1 sacchari q.s. ad incorporationem, & non plus dissoluti in aqua scabiosæ & rosarum fi. confectio in liquida cũ scrup.ß. camphoræ gran 8. mane detur drach.1. infectis autem drach.6. quia singulare Bezoatricum est.

*Elect. nobile cordiale & excellens.*

♃. Limaturæ auri & argenti vel foliorum eius an scru ß. ossis de corde cerui doronici corallorum rubeorum folii macis an scrup. 1. hyacinthi rubini smaragdi saphyri an. drac. ß. cinnamomi drach.1 ß. garyoph. scrup.2. melissæ rosarum an. scrup. ß. corticum citri drach.1. mirobalanorum chebulorum conditorum vnc 1. fisticorum vnc ß. nutritorum per duos dies in vnc 4 succi buglossæ vnc vini albi, specierum lætificantis Almansoris drach 1 sacchari candi & tabeizet dissolutum in aqua buglossæ an. q.s. fiat electuarium in solida vel in liquida.

*Elect-*

*Electuarium fluxum hæmorrhoidalem stringens.*

℞. Myrob. indorum emblicorum bellijcorum, lotorum in aqua plantaginis, donec amaritudinem amiserint an. vnc.ß. rad tapsi barbati drach.3.ʒʒ b. cinnamomi nuc. mosc. galangæ olibani an. drach.1. ameos, spicæ squinanthi an. drach ß. scoriæ ferri præparati & coctę aceto drac. 3. conteruæ rosarum veteris, rob de ribes, de berberis an. vnc.ß sacchari q.s fiat morsellatum.

*Electuarium ad tussim siccam.*

℞. Sem. citrulli excorticati vnc. ß sem. altheæ maluæ an. drach 3. amigd. dulc. an. vnc.1 gummi arab. dragacant. sem. citoniorum excorticati an. vn. ß. succi liquiritię ʒ.2. amili penidiarum an vnc.1. capiant rad. liquirit. subt. incisæ & bulliant in aqua violarum q. s. vsque ad aliquam spissitudinem, deinde cætera misceantur, & fiat electuarium in quo si opus fuerit potes addere syrupi de papauere vnc 2.

*Electuarium excellens contra calculum.*

℞. Milii solis, saxifragiæ ameos anisi, carui maratri, dauci, petroselini apii cimini anethi leuistici cardamomi piperis longi, sileris montani, sem. papauer. albi, melonũ maluæ asparagi, granorum iuniperi, hederæ nucleorum persicorum an. drach.1 rad saxifragiæ ʒʒ b. galangæ cinnamomi spicæ azari ziperi, acori sandali amborum, lapidis iudaici, lienis spongiæ rasuræ eboris maxillaris lucii an. drach ß sanguinis hirci præparati drachm.2 Syr de liquiritia q.s. da drach 2. vel 3. cum decoctione cicerum rubeorum in aurora vel post balneum.

*Electuarium stipticum valde, quod in ruptura valet.*

℞. Conseruæ consolid. ℔ ß rosar. veterum vnc.1 .ß. specierum diatragacanth. drach.2 diacymini drach.1. ß. rad. valerianæ, boli, lapidis sanguinarii an. drach.2. sachari dissoluti in aqua ferrata.

*Electuarium herniosorum.*

℞. Radicum consolidæ nuc. cupressi, dragacanthi mastiſcis gummi arabici boli sanguinis draconis spodii Keireos aruinæ an. drachm.1. pilorum leporis subt. incisorum drach.3 mellis despumati q.s.

*Electuarium solenne & expertum in hydrope.*

℞. Croci azari, sem. petroselini dauci apii anisi apa

drac.1.rheubar.electi vnc.ß.meu costi, cassiæ ligneæ squinanthi spicæ rubeæ tinctorum absinthii an. drac.ß laccæ drac.1. calami aromatici cinnamomi an.scrup.4.rosarum drach.1.ß.bdellii scrup.2.mellis q.s. da ieiuno vnc ß. cum liquore vt vis.

*Elect.in dyscrasia calida capitis.*

♃. Conseruæ rosarum vnc.1. borraginis violarum an. vnc.ß.sem.cichor. endiuiæ acetosæ scariolæ an. scrup.2. flor. violarum nenuphatis an.drach.ß. coriand.præparati drach.2.vini aut syr.granat. fi.in liquida.

*Electuarium de pæonia.*

♃ Granorum pæoniæ vnc 1. conseruæ pæoniæ vnc. 1.macis spicæ croci corall rub. margaritarum non perforatarum an.drach.ß.myrtillorum an.drachm.1.ß.masticis drac.ß.stecad.arab.cinnamomi nuc.mosch.garioph.folii zinciber. piperis longi, cubebarum.cardamomi gr. paradys.melegetæ an.drach 2.liquiritiæ drach.5.anacardine vnc.1.ß. musci ambræ an gr. 6. sacchari dissoluti in aqua rosarum & rutæ an. q.s. Hoc electuarium solenne est ad epilepsiam apoplexiam paralysim hemicraniam, ad omnem quoque dyscrasiam capitis frigidam.

*Electuarium tutum expertum ad coitum.*

♃. Nuc. mosch. drachm. 1. ℥ ℥ b. macis zedoariæ an. drach.ß.cardamomi piperis longi cubebarum, granorum paradysi, cinamomi an. drac:1.ß. conseruæ salynorum id est radicum vnc.2. sem. vrticæ rapæ syluestris pastinacæ an.drac.ß. caudæ & vmbilici scincorum an.vnc.1. Gariophylorum drac.5 thuris scrup.2.sem.cimini carui porri siseleos an.drac.1. fisticorum mundatorum vnc.1 ß. pinearum mundatarum drac.6. pyrethri scrup.4.mellis q s.fiat electuarium vtatur mane & sero ad quantitatem vnius nucis mosch.

*Elect.in apoplexia & similibus capitis confortatiuum.*

♃. Aureæ Alexandri vnc.1.Methridati vn.1.ß. theriac vn.1.Specierum diaplicis cum musco drac.2.nuc.mosch. vnc.1. misce fiat conditum capiat ter in hebdomada ad quantitatem auellanæ post euacuationes.

*Electuarium ad coitum.*

♃. Pinearum fisticorum amygdal. mundatarum an. vnc.ß.sem.vrticæ, cinnam. piperis longi dactylorum ℥ ℥ b.an.

ℏ.an.drach.2.sileris montani galangæ an.℥ ß.sem sinapis cardamomi an.dra.3.croci dra.i.conseruæ salynorum vn. i.sachari dissoluti in aqua melissæ q.s.fiat electuarium.

*Electuarium ad apoplexiam.*

Recipe Pyrethri seseleos sticados an dra.x agarici dra. i.cardamomi assæ fœtidæ aristoloch. rotund. an. dra.i.s succi squillæ vnc.s. mellis q. s. fiat electuarium da quotidie ieiuno.

*Electuarium excellens contra calculum.*

Recipe Cineris corticum ouorum ex quibus pulli nati sunt drac. 2. nitri combusti lapidum spongiæ iudaici an. drac.i.s. sem. apii petroselini asparagi brusci leuistici saxifragiæ milii soli,raphani,an. drac.i. liquiritiæ rasæ vn. s.sanguinis hirci præparati drac. 3. anisi vnc. s. oxymellis compositi vnc.3. sachari q. s. fiat electuarium cum vnc.2. fisticorum mundatorum, & in liquore conuenienti aliquandiu maceratorum.

*Electuarium de citro Mesues, stomachum confortans, digestionem corroborans, odorem oris bonum faciens.*

℞. Citri conditi ℥ 2. garyoph. cinnamomi macis galangæ an.drac.2.cardamomi vtriusque, nuc. mosch.ʒʒ. an.drac.i musci gra.4. terantur & cum syr.de ʒʒ.q s. fiat elect. carminatiuum etiam est.

*Electuarium contra sterilitatem.*

℞. Siseleos rasuræ eboris,rad.& gra. pæoniæ, rad spinæ albæ an.drac.i.s.cinnamomi,ciperi, calami aromatici,squinanthi artemisiæ an drac.i. spicæ garyoph. olibani masticis an.drac.s ambræ ℈ s.sachari q s.

*Electuarium expertum ad idem.*

℞.Sem.agni casti,rad.pæoniæ an.vnc.i.coriandri præparati ℥ 2.granorum myrti ℥ i. ß. conseruæ rosarum veteris ℥.3.iulepi rosarum q.s.

*Electuarium expertum & vtile ad restaurandam virtutem animalem & vitalem.*

℞.Pulpæ perdicis bene coctæ ℔. ß. been vtriusq; flor. borrag.bugloss.zedoariæ an.dra.i. croci ℈ i. macis dra.s. hyacinthi smaragdi saphyri,ossis de corde cerui an.℈2.limaturæ auri drac.s.fol.auri n. x. (alii v.) margaritarum dra.i.pinearum recentium ℥ 2.per vnum diem infusorum

in vino dulci & ℥ 2. vini citoniorum, zuchari q.ſ. fiat in forma liquida, da in aurora ℥ 1. poſtea da deſuper parum aquæ bugloſſæ.

*Electuarium indubium & certum contra epilepſiam.*

℞.Pyrethri coſti ſticados arabi.an.ʒ.v. agarici ʒ 2.ß. carui ſem. anethi ariſtoloch rotun. aſſæ fætidæ an ℈ 4. ſucci ſquillæ ℥ 4 mellis ℔. i. miſce ſecundum artem cum oxymelle ſquillitico, fiat ſuccus vt mel coquantur.

*Electuarum nobile ad torturam oris.*

℞. Aureæ Alexandrinæ, ætatis annorum quinque, methridatii an.℥ß. gran. pœoniæ nuc. moſ h. maioranæ ſem.rutæ an.ʒ 1. fiat electuarium da ʒ 2. mane in aurora & ſero in introitu lecti, factis antea quæ canonice fieri debent.

*Electuarium ſublime pectorale.*

℞.Pinearum, amigd. dulcium mundatarum ℥ i. piperis ℈ i. hyſſopi praſſii an.℈ 2 fiſticorum ℥.2. ireos ʒ 3 capil. veneris drac, 1. ß. liquiritiæ diac. 6. aniſi ℥ ß. croc. ʒ i. rad. enulæ ℥ ß. ficuum dactylorum an. nu. 6. paſſularum ℥ 2. pulmonis vulpis præparati ſecundum artem ℥ 4. ſachari q.ſ. fiat electuarium, quod mirabiliter materias groſſas à pectore euacuat, ſi zucharum cum ſapa decoqueretur ſublime eſſet certe Thoma.

*Electuarium ad aſthma pectoris mundificatiuum.*

℞.Hyſſopi, praſſii, rad. enulæ an. ℥ ß. ireos ʒ 2. capill. veneris ʒ v. aniſi cinnamomi liquiritiæ raſæ an. ℥ ß. trium pipereon an ʒ ß. paſſularum ℥ 2. ß. ficuum num. 6. coquantur omnia in ſimul vſq; ad aliqualem ſpiſſitudinem coletur, intus addatur ſucci liquiritiæ ℥ ß. ſem. apii fœniculi an.ʒ 2. vrticæ infuſæ per diem naturalem in decoct. liquiritiæ ʒ 3. cardamomi ℈ i. penidiarum ℥ 3. zachari mellis an. q.ſ. fi. elect. cum ℈ i. croci.

*Electua-*

*Electuarium ad fastidium stomachi & caninum appetitum.*

Recipe Cimini piperis vtriusque garyoph. ligni aloes croci cassiæ ligneæ azari squinanthi calami aromatici ameos ʒʒ. an. ʒ. 1. s. masticis ʒ ß. cum syrupo de pomis & citoniis an. q. s. fiat elect. da ʒ 3. in auroia cum aqua vt vis.

*Electuarium ad frigiditatem & inflationem stomachi.*

Recipe Croci drac. s. sem. rutæ leuistici apii cimini carui an drac. 1. zzb. drach. 2 ß. pinearum ℥ ß. amigd. amar. drach. 2 thuris piper. an drach. s. garyoph. galangæ nuc. mosch. an ℈ 2 sachari q. s. fi t morsell. t m

*Electuarium contra inflammationem & ventris solutionem.*

Recipe Spodii, sandalorum citrinorum berberis an. drach. 1 s. acetosæ portulacæ gummi dragacanthi boli præparati acaciæ an. drac. 1. cum syrupo granatorum q. s. fiat elect. da vt vis.

*Electuarum contra crapulam.*

Recipe Sem. caulium drach. 1. s. boli carabæ an. drac. s. borraginis berberis cuscutæ an. drach. 1. sem. portulacæ drac. 1. camphoræ gr 6. syrupi de agresta.

*Electuarium ad idem.*

Recipe Sem. citruli cucumeris, berberis an. drac. 1. spodii carabæ an. dra. s. rosarum ℈ 2. folii cuscutæ ligni aloes an drach. 1. sem. portulacæ dra. 1. s. mastices ℈ 2. sem. arnoglossæ ℈ v. cum syrupo de agresta aut simili fiat elect.

*Elect. nobile & pulchrum ad fluxum ventris.*

℞. Fursuris farinæ ʒ 2. mespilorum sumach melonum granatorum an. ʒ 1. berberis sem. acetosæ castanearum an. ʒ ß. cum vna agresta fi. pasta, seruetur & cum vti volueris pulueris-da ℥ ß. cum aqua quam vis.

*Elect. ad idem stipticum.*

Recipe Nucleorum granatorum assatorum sumach an dra 1. spodii masticis rosarum rub. cimini assi an. ℈ 1. sem. portulacæ sem nasturcii assorum an drac. 2. cum syrupo citoniorum.

*Electuarium ad idem.*

℞. Sem. nasturtii assi ʒ 3. cimini in aceto infusi, sem. lini, porri assorum an. ʒ 1. mastices ℈ 4. myrab. indorum assorum ℥ ß. syrupi citoniorum q. s.

Electua-

*Electuarium ad coitum ex frigiditate renum testiumq; sperma quoq; augens.*

Recipe Rad. lignorum ℥ ß. piperis longi cinnamomi costi been vtriusq; an. dra.i. sem. nepæ erucæ anisi dauci asparagi cynoglossæ an. ℈ i. pinearum vnc.i. croci ℈ß sachari q.s. fiat elect. in liquida, da cum brodio cicerum rubeorum.

*Electuarium ad coitum ex frigiditate renum & testium nobile.*

Recipe Pinearum auellanarum pistachiarum an. dra s. sem. lini sesami erucæ cæpæ anisi fœniculi asparagi bulbi bauriæ vrticæ, been vtriusq; piperis longi an dra. s. satyriorum ℥ß caudæ scincorum iringorum an. drac. 2. gall æ mosch. an. dra. i. s. croci ℈ i. fiat electuar. in liquida.

*Electuarium ad idem pulchrum & elegans.*

Recip. Bauriæ vrticæ assæ in calido cinere postea mundato & pistato ℔. ß. amili prius infusi in decoctione bauriæ ℥ 3. croci ℥. ß. piperis vtriusque zinzib. galangæ garyoph. been vtriusq; an. dr. i. satyrionum stincorum iringogorum an. dra. 3. nucis indæ, pinearum, fisticorum auellanarum ℥ ß. misce fiat elect.

*Electuarium nephriticis & guttatim cum dolore & ardore mingentibus.*

℞. Pinearum amigdal. dulc. auellanarum an ℥ ß. sem. lini cuscutæ, melonum citrulli cucumeris cucurbitæ altheæ portulacæ, papaueris albi lactucæ an. drach. i. apii anisi petroselini maratri an. ℈ 1. hiosquiami drac. i. gummi arab dragacanthi, succi liquiritiæ an. dra. i. gran. alkekengi, sem. solatri an. dra i. apii ℈ i. ß. si placet cum syrupo de liquiritia misce fiat electuarium.

*Electuarium ad iuuenes cholericos constipatos appetitu carentes & sitibundos & exiccatos.*

℞. Violarum mannnæ an. dra. 2. gummi arabici dragacanthi cuscutæ rosar. rubr. an. ℈ 2 diagridii ℈ i. ß. syrupi gran. q. s fiat electuarum.

*Elect. nobile pro ictericis & illis, qui post acutam febrem dolorem capitis & aurium tinnitum patiuntur.*

℞. Florum violarum ℥. ß. myrabol. citrinorum dra. v. indorũ chebulorum an. ʒ. i. cassiæ nouiter extractæ ℥ i. diagridii ʒ ß. syrupi violati q. s. fiat electarium.

*Electua-*

*Electuarium ad omnem dyscrasiam stomachi & hepatis frigidam, principium hyposarcæ, dolorem articulorum & paralysin.*

Recipe Cymini ℈ 4. mastices ℈ 1. ʒ3b. carui cinnamomi garyoph. an. dra. j. origani saluiæ maioranæ, anthos sticados arabicæ an. ℈ i. ciperi piperis longi cardamomi nuc. mosch. macis, azari, carpobalsami xilobalsami, calami aromatici folii squinanthi spicæ, sem. anisi ameos dauci apii an. ʒ ß ligni aloes dra. 2. facchari q. s. fac vt lubet in solida aut in liquida.

*Electuarium ad ardorem vrinæ & vlcera renum & vesicæ.*

Recipe sem. melonis cucumeris cucurbitæ, portulacæ, papaueris albi, endiuiæ hiosquiami apii sang. draconis cortic. mandragoræ an. drach. i. syrup. de reliquiritia q. s. fiat electuarium.

*Electuarium ad idem.*

Recip. sem. melonum drac. i. citrulli cucurbitæ portulacæ papaueris albi an drach. i. hiosquiami ℈ 2. syrupi liquiritia q. s.

*Electuarum ad gonorrhæam.*

Recipe coriandri præparati mastices acaciæ, gr. myrti capul. glandium, spodii an. drac. i. ß. sem. rutæ agni casti torrefactorum & in aceto sparsorum, menthæ macis pyrethri an ℈ 1. coll. rub. drach. 3. miuæ citoniorum q. s. fiat electuarium capiat ℥ ß. mane in aurora cum aqua decoctionis gallarum aut cipressi ex diebus continuis quia vltimum est

*Electuarium ad coitum breue & vltimum.*

Coquantur tres vitelli ouorum in vino dulcissimo ℔. ß. deinde addatur penidiarum dra vi. satyrionum dra 2. s. macis ℈ i. bibat diebus 8. continuis mane in aurora, quo plerosq; impotentes ad coitum reduxi.

*Electuarium ad idem.*

Recipe Pinearum pistachiarum auellanarum, amygd. dulc. an. drac. 2 sem. lini, sisami, anisi, bauricæ cæpæ, vrticæ asparagi an. drac. i. ʒ3b. galangæ cardamomi an. ℈2. satyrion drac. vi. zachari q. s. fiat in liquida.

*Electua-*

*Electuarium ad botium gulæ.*

♃.Rad. vrticellæ cucurbitæ, polypodii brusci asparagi aristoloch. rotundæ porri tapsi barbati, spongiæ marinæ, paleæ marinæ an ʒ 1. palea & spongia terendo, mane autem da syrupum, quem quære in litera S. deinde da emplastrum, quære in litera de emplastris.

*Electu. contra hecticam & senium propter dominium siccitatis per totum corpus & vocatur restauratiuum Placentini.*

Recipe Vnam gallinam veterem pinguem & perdicem vel quartam partem anteriorem vnius hædi lactantis, vel vnius agni non lactantis, bulliant vid. istæ carnes gallinæ & perdicis tantum, vel carnes hædi, vel agni tantum per se tamdiu, quod caro ab ossibus separetur, hinc accipiantur ℔.4 & pulpæ pectoris & alarum, incidantur frustatim; postea ponantur in mortario & contundantur vltima contusione, deinde addatur dra. 4. istius pulueris. Recipe Cardamomi cinnamomi ligni aloes folii ga yoph. cubebarum zz. gummi dragacanthi arab. gal gæ, nuc. mosch. an. ʒ i. macis croci ʒ i. s. deinde addantur [illegible] ʒ. de istis rebus. ♃. amili liquiritiæ pinearum mundat[illegible]n, amygd. dulc. passularum, auellanarum, sebesten, [illegible]orum sem. cucurbitæ, melonum, cucumeris, lactucæ papaueris albi portulacæ an. drach. 2. penidiarum vnc. ʒ sacchari ℔. 4. dissoluti in aqua carnium q. s. fiat electuarium probatum est.

*Electuarium contra pestem diaphoreticum.*

♃. Succi rutę saluiæ pimpinellę pulegii centaureæ nucis gallicæ non maturæ, absynthii valerianæ matricariæ an. partem vnam mellis partē mediam totius fiat decoctio vsq; ad spissitudinem, de qua ♃. vnc. 3. theriacæ boli armeni terræ sigillatæ an. vnc s. da drac. 3. ante somnum, quia sudorem prouocabit. Si vero succos non habes, capias decoctionem diu decoctam, in qua reliqua dissolue & da vnc. s.

*Elect ad asthma propter pectus plenum.*

♃. Vngulæ caballinæ hyssopi farfarellæ capill. veneris an. ℈ 2 liquiritiæ ℥ s. cinnamomi dra. 2. sem. fœnugræci drac. s. passularum drach. 6. pinearum fisticorum amygd. an vnc. 1. Ireos sem. vrticæ an. drach. 1. syrupi violati q. s. fiat elect.

*Electua-*

*Electuarium restauratiuum in sputo sanguinis.*

♃ Pulpæ caponis coctæ in aqua chalybeata ℔. ß. gummi dragacanth arabici ana drac ß. boli armeni præparati in aqua rosarum drac.i. carabæ, mumiæ, terræque sigillatæ lapidis hæmathitis ana drac.ß. portulacæ, plantaginis ana drach. ij amigd. dulc. lotorum in vino citoniorum vnc.iij iuiubarum sebesten num. x. sachari candi & albi ana qu. sufficit fiat electuarium secundum artem.

*Electuarium de pulpa caponis restauratiuum vt in phthisi*

♃. Pulpæ caponis ℔ ß.4. sem. frigid. comm. maior. an. drac. ij. pinearum infusarum in aqua violata vnc.ij. sem. scariolæ endiuiæ, lactucæ ana drach. i. amili de hordeo vnc.ij gummi arabici dragacanthi ana drac.i macis ℈.ij. sachari dissoluti in aqua violarũ q. s. fiat elect. in morsellis comedat quater in die.

## EMPLASTRVM.

*Emplastrum nobile resoluens & maturans omnem squinantiam.*

♃. Nidum hirundinis tritum & coctum in aqua deinde cum aqua per cribrum colatum in quo postea coquantur herbæ istæ.

♃. Rad. lilij maluacisci Brioniæ fol. mal. viol. parietariæ ana p. i. deinde cum farina sem. lini fermenti boni acris ana q. s & ol. veteri & axungia porcinæ sine sale ana q. s. fiat emplastrum.

*Emplastrum in squinantia quando maturari vult.*

♃. Farinæ hordei lini ana m. i. carnium dactylorum ficuum ana n. v. Micæ panis infusæ in ol. lini vnc. iiij. butyri sine sale vnc.i

*Empl. doloris sedatiuum.*

℞. Medullæ panis albi infusi in aqua fermenti & expressi vnc. iiij. vitelli oui n iij ol. ros. q. s fiat emplastrum valet etiam in dolore brachij aut pedis facto à phlebotomia potes panem in aliquo oleo aut aqua infundere.

Empl.

*Empl. ad dolorem membri paralytici aut spasmati ex repletione.*

♃. Absynthij, pulegij Bacca . lauri cumini ana vnc. i. te-antur & bulliant cum melle q. s. donec inspissentur & tepidi loco dolenti apponatur, quia mirabiliter dolorem sedat expertum est. Ioan.

*Empl ad idem.*

♃. Fol. Maluæ Bismaluę Violar. parietariæ brancæ vrsinæ volubilis maior. hyosciami ana vnc. ß. bulliant vsque ad spissitudinem & cum Axungia veteri & farina hordei q. s. fiat Emplastrum in calida val t.

*Empl. sanguinis constrictiuum & fracturarum conglutinatiuum*

♃. Farinæ volatilis Molendini vnc. i. sang. dracon s thuris masticheś sarcocollæ ana drac. i. cum album oui fiat emplastrum.

*Empl. ad idem.*

♃. Mirrhæ aloes boli thuris acatiæ dragaganthi masticheś laudani farinæ volatilis molendini ana d[illegible] puluerisentur & fiat emplastrum.

*Emplastrum ad restaurationem iuncturarum.*

♃. Ol. ros. vnc. iiij. resinæ vnc. iij. ceræ vn. ij. colophoniæ thuris mastic. ana vnc. ß. nucum cupressi curc[illegible] ana drac. ij. croci drac. i.

♃. Thuris masticheś farinæ volatilis molendini [illegible] sang. draconis ana vnc. ij. sepi arietini ceræ albæ ana vnc. viij. liquefiat sepum & cera vltimo addatur tela & [illegible] qualiter grossa ibi madefiat & calefiat postea ex[illegible] & vtere quando uis in decoctione autem si addideris mucilaginem rad. consolidæ præstantissimum erit.

*Empl. nobile ad duritiem post ossium fracturam remanentem.*

♃. Axungiæ porcinæ vnc. ij pinguedinis anseris gallinæ anatis ceræ terebinthinæ ana vnc i ol. communis vnc. ij farinæ fœnugræci sem. lini ana dra. vi. bdellij opopanacis mastiches thuris ana vnc. ß. gummi in vino temperentur postea axungia pinguedines & oleum [illegible] uantur & cætera addantur quibus si adiungitur [illegible] hyssopi humidæ storacis calamitæ ana vnc. i. me[illegible] vt patet considetanti.

Empl

*Empl. excellentius omnibus in vulnere capitis & saniem attrahens ossa eleuans & conso- lidans.*

℞. Terebinthinæ vnc. vi. ceræ vnc. iij. resinæ vnc. ij. Liquefiant ad ignem colentur super aceto & dimittantur per diem postea cum aceto bene malaxentur deinde secundo liquefiant & proiiciantur super succi bethonicæ vnc vi. verbenæ vnc iij. bulliant iterum & cum lacte mulieris bene malaxentur & fiat magdaleon secundum artem hoc pulchrum empl. lege.

*Empl. in dolore virgæ*

℞ Micæ panis vn. i. vitelli oui n. i. olei papaueris albi qu. suf.

*Empl. mirabile extrahens ossa cum velocitate.*

℞. Sordiciem apum ol. liliorum alb. ceræ citrinæ Euphorij aristol. rot. armoniaci bdellij dissolutorum ol. liliorum alb ana vnc. ß. f. Empl.

*Empl. certum & indubium ad eleuandum os cranei depressum ex casu vt in pueris contingit quando cadunt.*

℞. Mellis communis ℔. ß. coquantur ad ignem & addantur ista furfuris frumenti salis communis ana vnc. ß. cumini absynthij ana drac. iij. f. empl. quia expertum est in xv. diebus.

*Empl. vnum craneum sit fractum cum nulla læsio ab extra appareat.*

℞. Thuris ceræ laudani ana vnc. i. ß. pulueriseutur & incorporentur & per empl. capiti ponatur prius tamen abraso & per noctem vnam dimittatur mane autem remoueatur & vbi læsio fuerit pars ista erit exiccata & per istud exprimentum læsionem percipiet.

*Empl ad idem.*

℞. Succi agrestæ myrthi ana vnc. ß. fœni encaustæ pictoris drac. iij croci de aluminis iameni drac. i. cum aceto, misce. nota quod strictura in hoc multum valet.

*Empl. nobile & expertum ad dolorem capitis calidi.*

℞. Rosarum violarum nenupharis ana drac. i. farinæ hordei vnc. ß. sem. maluæ drac. i. sandalorum alb. & rub. ana ℈. v. sem. papau. alb. lactucæ ana drach. i. capitum pa-

pau.℈.iiij. ſucci ſolatri vel vermicularis aut ſemper viuæ aut lactucæ ol. roſ. aut pauco aceto miſce frigide apponatur.

*Empl. nobile ad idem & ſomniferum eſt.*

℞. Cort.Ca.pap. albi drac.ij.ſem.maluauiſci lactucæ hioſquiami ana drac.ß Rad.mandragoræ ℈.ij. farinæ piſtilli hordei ana d ach.vi.opii ℈. ß. cum ſuccis ſupraſcriptis & adde modicum aceti propter venetrationem.

*Empl.ad dolorem capitis frigidum.*

℞. Rad.cucum. aſinini abſy. thii ec ctorum in oleo & aqua q.ſ.f.empl.valet etiam in vertigine.

*Empl ad idem.*

℞. Fol. ruthæ recentis m.i.ß. arthemiſiæ m ß.bethonicæ.m.i.ſolatri m. ß.ſalis communis drach. ij. croci ℈.i. cum alb.oui.

*Empl.ad ſplenem.*

℞. Armoniaci in aceto diſſo uti vnc.i. extendatur ſuper corio & ſpleni applicetur diſſoluit & mollificat.

*Empl.ad idem.*

℞. Abſynthii eupatorii ana m. i. terantur deinde ana vnc.i.ß. farinæ lupinorum & cum aceto decoctionis fœnugræci q.ſ fiat emplaſt.

*Empl ſanguinis conſtrictiuum.*

℞.Boli dr.iij.ſang.drac.dr.i ß farinæ volatilis molendini vnc.ß.aluminis ouorum.

*Empl.ad idem nobile & pulchrum.*

Rec. Sanguinis vnius columbæ poſtea pulueris cumini camomillæ ana dra.i.ß.farinæ fœnugræci drac.i ſpicæ celticæ nardi ana dr.i.vini maluatici q ſ fiat.

*Emplaſtrum ad idem mirandum.*

Rec Calamenthi m.ij. decoque in vino optimo & calide ſuperpone.

*Empl ſupra ventrem ad hydropem.*

Rec. Ol.irini vnc.ij laurini,de ruta ana vnc.iij. ſuccorum ebuli eupatorii ſambucci ana vnc. i ſulph. viui vnc. ß.ſalis communis drac.i. ol.de euphorbio vnc.i.ß. de coſto vnc.i.chimoleæ drac. vii.ſtercoris columbini caprini exiccatorum & puluériſarorum ana drac. vi. cineris vitis Querci ana vnc.ß.bulliant omnia ſimul vſque ad ſuccorum conſumptionem f.empl.

Empl.

*Empl. ad idem elegantiſ.*

℞.Serapini Bdellii opopanacis an. ʒ 2. ſulphuris viui ℥ 2. ſalis nitri communis an.dra.i. ſtercoris columbini ℥ 3. capriui ℥.v. cineris lignorum querci & vitis an.℥ 2. farinæ milii hordei fabarum an. ℥ i. limaturarum cum teſtudinibus ℥ 2. chimoleæ pumicis an ℥ 1 Baccarum lauri ℥ 3 cumini ℥ 1. ß ſuccorum ebuli eupatorii ſambucci an. quartam vnam ol rutæ lauri irini an ℥.3 miſce, fiat Emplaſtr. ſecundum artem cum modica cera.

*Emplaſtrum Meſue valde ſomniferum.*

℞.Succi lactucæ portulacæ ſemperuiuæ herbæ hioſquiami ſolatri an.℥ 2. farinæ fabarum hordei an. ℥ i. opii puluerifati drach. 1.ol. mandragoræ nenuphari roſati,de papauere an.℥ i. mucilaginis pſillii ana ℥ i. ß. bulliant in ſimul vſq; ad ſpiſſitudinem & poſtquam frigidum factum fuerit fronti applicce.

*Emplaſtrum matricis confortatiuum ad impragnationem valens.*

℞.Ceræ picis naualis an.℔.i.laudani ℔.2.Rad.Biſtortæ ℥ 4 ligni aloes ſandali muſcatellini Berberis antheræ an.drac.6. cinnamomi caryophillorum ſquinanthi chameleontis an.drac.3.Maſtiches aliptæ moſch. galliæ moſchatæ ſtoracis calamitæ liquidæ an.ʒ 2. muſci ℈ 2.terebinthinæ qu.ſuff.fiat Empl.

*Vnguentum pro vermibus quod ſupra ſtomacho poni debet.*

℞.Nigellæ drach.i.aloes corall.rub an. drachm.2.abſynthii ℥ ß.maſtiches drac. 3. coriandri præparati ℥ i. fiat puluis incorporentur cum ℥ 3. farinæ filiginis & drach.6. farinæ lupinorum croci drach. i. ſucci rutæ ℥ 2. ſucci abſynthii ℥ 4. miſce fiat Empl.

*Emplaſtrum mirabile ad idem.*

℞.Mirrhæ Gentianæ aloes diptami ana drach. 2. abſynthii ſem.portulacæ attriplicis pulueris lupinorum raſuræ eboris cornu ceru.vſti an.drach.1.croci dra.s.farinæ hordei vnc.i.s.cum ſucco porrorum non tranſplantatorum qu.ſuff.miſce fiat Empl. cum gran.3 muſci.

*Empl. nobile contra contusionem.*

♃ Rad Consolidæ vtriusq; an. ℔. ß. Camomillæ Meliloti an. ℥ 2. Croci ʒ ß. farinæ fabarum ℥ 4. Butyri sine sale ℥ 5. farinæ fœnugræci ℥ 4. coquantur radices vsque ad coctionem temperatam deinde reliqua ponantur nisi addis succi absynthii succi Cumini an ℥ 1 par non habet in resoluenda & exsiccanda materia mortificata in loco contuso.

*Empl. ad inflationem testiculorum puerorum ex aqua & vento.*

♃ Rad. liliorum alb ℥ 4. farinæ lini subtilis ℥ 1. farinæ fabarum ʒ 6. Dauci Ameos an. ℥ ß. sulphuris viui ʒ 1. Gallarum cupressi ℥ 2 Bdellii dissoluti in aceto squilitico ʒ ß fiat emplastrum testiculis antea vnitis cum istis O e s Recipe de piperibus de croco an. ℥ i. misce postea immediate ponatur.

*Empl. Carminatiuum in hydrope Tympanica.*

♃. Storacis capræ sicci ℔. 1. Cumini ℥ 2. Rad. Cucum. asin. ebuli an. ℥ 3. farinæ hordei ℥ 4. Aceti Chalybeati ℥ 4 per Emplastr. cum lixiuio bene coctum quo calide emplastretur totus venter, quia poros aperit & ventositatem resoluit.

*Empl ad prouocandum lac.*

♃. Radic & fol. petroselini Coaguli hædi an. ℥ ß. storacis calamithæ ʒ 3. ol amygdal. dul. recent ℥ 4. farinæ hordei ℥ 1. ß. Emplastrum cum decocto petroselini & appone tepide.

*Empl. hæmorrhoidarum fluxum stringens.*

♃. Succi extremitatum Rosarum ℥ 2. Albumina ouorum lapidis hæmatitis ʒ. i. gipsi ℥ ß. f.

*Emplastrum cordiale.*

♃ Capillorum Veneris flor. Bor. Buglossæ Acetosæ an. m. 1. Rosarum m. 2. farinæ hordei ℥ 3. Been Vtriusq; an ℥ 1. doronici ossis de corde cerui anethos Viol. an. ʒ 2. croci ℈ 1. Resinæ si placet ℥ 1. succi Borag ℔. ß. misce fiat.

*Empl. Solenne ad Epilepsiam quod supra coronali commissura supra corio extensum applicari potest.*

℞. Thuris Mastiches l..cæ subtiliter puluerisatorum an. ʒ 6. Galbani oppopanacis an. ʒ 1. visci quercini ℥ 2. Rad. Vel granorum Pœoniæ ʒ 2. Gummi Ruthæ Syluestris ʒ 3 nucis mosc. cubebarum an. ℥ 1. castorei euphorbii amoræ an. ℈ 1. laudan ʒ 6. Malaxentur & fiat.

*Empl. Vltimate Constrictiuum in fluxu hepatico.*

℞. Fol plantag. ℔. fol granatorum vtriusq; consolidæ recentis an. ℥ 2. pentaphil..n ℥ 1 ß. Gallarum perforat: Sumach granorum Myrthi an. ℥ 1. Coriandri præparati ℥ 2. Terræ Sigill. ℥ 1. Sang. draconis ℥ ß Boli ℔. ß. croci ʒ 1. macis ℥ ß. 6. arabici dragaganthi torrefactorum an. ℥ 1. terantur & bulliant in aquæ chalybeatæ ℔. 15. & ℔. 10. vel 5. aceti nigri vsq; ad spissitudinem postea adde camphoræ bonæ tritæ ℥.. misce fi. Empl.

*Emplastrum ad duritiem Mamillarum dissolutiuum.*

℞ Farinæ hordei fabarum an. ℔ ß. cumini ℥ 1. ol. violati ℥ 2. coaguli hædi ℥ 2. ß. aquæ acetosæ q. s. fiat Emplastrum.

*Empl. maturatiuum, resolutiuum, mitigatiuum doloris in apostemate auris.*

℞. Rad. Maluauisci mundatarum à medullis costarum incisarum optimi & pistatarum ℔. 1. farinæ lini fœnugræci flor. camomillæ an. ℥ 2. Butyri ℥ 3. vitelli ouorum num. 5. incorporentur & actu calidum apponatur loco dolenti.

*Emplastrum ad extrahendum codexellas.*

℞. Rad. altheæ ℥ 2. Farinæ frumenti farinæ linosæ an. ℥. 1. ß. farinæ hordei farinæ synapis an. ℥ 1. Terebinthinæ ℥. 1. ß Album. ouorum nu. 2. ficuum n. vi. Cæpe lilii nu. 2. fiat empl. secundum artem.

*Emplastrum ad lac coagulatum.*

℞. Siclæ apii calamenti an. m. i. Bulliant & calide appicetur.

*Emplastrum ad idem.*

Recipe Micam panis farinæ hordei fœnugræci lini an. p.i. Rad. Maluauisci maluæ erucæ an. vnc. i. bulliant omnia trita vsq; ad spissitudinem & cum oleo anethino siue camemelino q.s. Empl. conficiatur.

*Emplastrum ne mamillæ crescant.*

Recipe Lapides duos cum quibus cultelli acuuntur tritos diu subtilissime, & in aceto fortissimo diu mixtos & fricatos & in formam emplastri factos calide super mamillas positos & cum binda in eo tincta mamillas ligabis in die, quia expertum est mamillæ vero non tangantur neq; palpitentur.

*Emplastrum puerperis vt mamillarum papillæ exeant.*

Rec. Cupulam glandium aut nucum terebinthinę plenã & calidè applicatam bis in die per dies tres continuos.

*Emplastrum ad lac coagulatum.*

Recipe Rad. Maluauisci herbæ erucæ an m. i. terantur & bulliant in aqua q. s. vsq; ad spissitudinem postea addatur micæ mundæ panis farinæ hordei lini fœnugræci an. ℥. ß. Ol. camemilini anethini q. s. fiat emplastrum calide apponatur.

*Emplastrum scrophularum resolutiuum.*

Recipe Synapis sem. vrticæ sulphuris spumæ maris vel lapidis pumicis Aristol. rotun. armoniaci an. ʒ. i. Ol. antiqui q. s. fiat emplastrum aliqualiter molle in quo potes addere parum de emplastro de mellíloto.

*Emplastrum in hyposarca.*

Recipe Spicæ mastiches ciperi squinanthi cinamomi calami aromatici mirrhæ croci an. ℥ ß. Coquantur in vino albo optimo grosso modo contusæ vsque ad spissitudinem postea extendatur super tela & hepar emplastretur & vbi frigidum est iterum calefiat & calide apponatur.

Recipe Calami arom. Zedoariæ galangæ cinamomi squinanthi ana drachm. i. s. Mastiches mirrhæ ciperi an. drach. 2. Spicæ croci an drach. i. puluerisentur singula, mastix vero & mirrha & crocus in modico vino dissoluantur & cum reliquis misceantur, deinde cum modica

cera

cera & Terebinthina fiat emplastrum extendatur super corium & formam emplastri apothecario da.

*Emplastrum de bethonica ad vulnera capitis.*

♃. Succi bethonicæ succi plantaginis succi apii colatorum an ℔.ß Resinæ ceræ nouæ an.℥ 3. Terebinthinæ vnc.v. Coquantur ad succorum consumptionem deinde addatur Terebinthina & fiat Empl.

*Empl ad idem fortius vt est de cent aurea.*

♃. Centaureæ minoris m. 6. Temperetur per vnam noctem in vino albo ℔.4. postea coquantur vsq; ad consumptionem medietatis colentur fortiter & bulliat vsque ad aliqualem spissitudinem postea capias mellis ℥ 3 lactis mulieris ℥ 2. terebinth. ℔ ß.ceræ nouæ ℥ 4. resinæ, ℥ 1.ß. thuris mastiches gum. arabi. an. vnci. fiat est pulchrum certe hoc

*Emplastrum saniei mundificatiuum & incarnatiuum.*

♃ Mellis ros. col.℥.4.farinæ hordei ℥ ß. terebinthinæ ʒ v ceræ resinæ ana drac.2. thuris mastich ana ʒ i mumiæ mirrhæ sarcocollæ ana ʒ ß.ol.mastich ℥ i fiat.

*Emplastrum ad paralysin colli & linguæ balbutiem.*

♃ Florum camomillæ melliloti maioranæ baccarum lauri & fol eius pirethri zz. piperis longi ana ʒ 3. opopanacis ʒ 2.cum oleo sambucino & cera q.s. fi. emplastrum calide loco applicetur.

*Emplastrum valens ad extrahenda ossa & spinas & sciaticæ conueniens.*

♃.Granorum inuentorum in palma baurach salis armoniaci Aristol.rot.cucum. asinini an ℥ i. terebinthinæ ℥. 2. piperis nigri albi armoniaci amomi xilobalsami an ℥.3. thuris mirrhæ colophoniæ capitis lacertæ an. ℥ i. lactis arborum morum ʒ x ceræ ʒ.xx. adipis capræ ℥. 2, fecis ol. de lilio q.s. per emplastrum vtatur sic. locus læsus cum oleo de lilio ad ignem vngatur, deinde per aliquam vilem personam sugatur postea emplastrum intromittatur & cum lana succida carpinata leuiter cooperiatur & cum binda scissa in medio secundum crucem vt non comprimatur locus suauiter ligetur semel in die sufficit.

*Emplastrum incarnans & mundificans.*

♃. Plantaginis consolidæ vtriusque bethonicæ verbenæ pimpinellæ pilosellæ millefolii linguæ canis caudæ equinæ omnium recentium an.m.2. terantur & cum ℔.3.sepi veruecis bulliãt vsq; ad succorum consumptionem coletur addatur resin.cer.ana ℥ 2.sarcocoll. galbani an.℥ 1 terebinth ℥ 4. misce fiat.

*Emplastrum de vermibus ad idem consolidans & incarnans vulnera & vlcera neruosa elegans & pulchrum.*

♃. Vtriusq; consolidæ cynogl ss. pilosell. vtriusque plantaginis an.m.1.vermium terrest. ℔ ß. terantur omnia & ponantur in ℔. v. olei communis per dies septem deinde modicum bulliant exprimantur tunc adde sepi arietini mundati ℥ 8 picis naualis ℥ 3 Græcæ ℥ 1. ß. armoniaci oppopanacis galbani terebinth an. ℥ ß. thuris mastiches ana ℥ ß.misce fiat magdaleon.

*Emplastrum gratiæ Dei speciale.*

♃ Bethonicæ verbenæ consolidæ vtriusq; centaur. pimpinell. hypericon herbæ saraconicæ an. m.1. bulliant in ℔. 4. vini albi vsque ad consumptionem medietatis coletur postea addatur ceræ albæ resin an.℥6.armoniaci ℥ 2 terebinth.℥4. galbani olibani mastichis mirrhæ an.℥ ß. Aristol.rot. ʒ.3. cum lacte mulieris & ol.ros. fiat magdaleon.

*Emplastrum ad dolorem hæmorrhoidarum excellens.*

♃. Camomillæ rad. altheæ melliloti tapsi barbati an. man. 1. coquantur donec inspissentur addatur vitelli ouorum elixatorum numero 2.croci mirrhæ aloes an ʒ.1. farinæ fœnugræci lini an. ʒ. 6. butiri sine sale q.s. fiat emplastrum in quo si addis opii ʒ 1.optimum erit.

*Emplastrum ad tumorem pedum antea facta fermentatione.*

♃.Sulphuris ℥ i. stercoris columbini ʒ. x. farinæ fabarum ℥ i. ß. puluerisentur & cum modico aceto decocto aphodillorum & succo caulium rubr. fiat emplastrum quod tepide applicari debet,pulchrum est.

*Emplastrum de lino Auicennæ vulnera maxime consolidans.*

℞. Pannum de lino adlutum & tritum, donec fiat vt puluis vnc. 1. thuris Aristol. adustæ drach. 1. ol rof vnc. 3. minii in ol rof. dissoluti scrup 1 vel galbani drach. ß. consolidatiuum supra omnia expertissimum.

*Emplastrum contra ossium fracturam.*

℞ Aloes mirrhæ boli armeni thuris acatiæ nucis cupressi dragacanthi laudani an. vnc. 1. pulueris molendini drach. 6. cum albumine oui q. s. fiat emplastrum extendatur super telam.

*Emplastrum anthracis furiosi maturatiuum.*

℞. Ficus pingues num. 7 passularum vnc. 1 spicæ aliii mundati n. 2. piperis scrup. ß. salis drach. 2. pistentur optime & cum oleo antiquo vn. 3 aceti fortiss. vnc. ß. fermenti acerrimi ad medietatem totius fiat emplastrum.

*Emplastrum aliud ad idem.*

℞. Fermenti acris lactis mulieris mellis vitelli ouorum an. vnc. 1 stercoris gallinæ columbini an. vnc. ß. misce in baurach. drach. 3. & est forte maturatiuum.

*Emplastrum carbunculi maturatiuum.*

℞. Ficuum pinguedinum ℔ 1. sinapis vn. 3 farinæ fænugræci & lini an. vnc. 1. ß. armoniaci in aceto dissoluti vnc 2. terebinth. ℔. ß. fiat emplastrum cum melle.

*Emplastrum aliud ad idem.*

℞. Mucilaginis lini altheæ fœnugræci an. vnc. ß. axungiæ gallin anatis anseris medullæ crucis vaccæ vnc. 1. armoniaci dissoluti in oleo liliorum alb. bdellii galbani dissoluti an. vnc. ß. cum farina hordei fiat electuarium etiam in peste pulchra emplastra.

*Emplastrum aliud ad idem solennissimum.*

℞. Rad. cucum. asinini cum glutine albo ana vnc 4. salis nitri drach. 1 ficuum vnc. 2. fermenti vnc 1. fiat emplastrum cui si addatur vnc 1. ß. fellis porri exsiccati in modum vnguenti basiliconis non habet par lege Bertapalium de apostematibus cap. 10.

*Emplastrum ad idem maturatiuum in codexellis probatum.*

℞. Ficuum n. 6. passularum vnc. 1. cæpæ lilii albi sub prunis tostorum & optime pistatorum n. 3. sinapis triti

vnc.3. mellis rof. collati fermenti an. vnc. 1. croci vnc. ß. baurach. drach. 1 farinæ fœnugræci lini an. vnc. 3 altheæ optime coctæ & pistatæ vnc. 2. ol. camomill. anethi liliorum alborum an. vnc. 1. butyri fine fale axungiæ pormiæ gallin. an. vnc. ß. cum decocto altheæ q. f. fiat emplastrum.

*Emplastrum ad idem vesicatorium.*

♃. Fermenti ad quantitatem vnius oui cantharidas puluerifati cochleari 1. aceti fortiff. q. f. fiat emplastrum ponatur super anthracem quia attrahit venenum aperiantur veficæ deinde cum butyro & maturatiuis procede vt venenum ad exteriora exhalet.

*Emplastrum in combustione ignis expertum.*

♃. Calcis viuæ decies extinctæ in aqua frigidiffima deinde exficcatæ in petia ad vmbram vnc. 3. ol. rofarum ceruffæ lotæ in lacte mulieris an. vnc. 1. ß camphoræ drac. 1. ceræ q. f. fiat vnguentum molle limetur ample & valde totus locus.

*Emplastrum in superfluo fluxu menstruorum ex quo fumigium quoque facere potest.*

♃. Thuris mastiches nucis cupreffi fpodii fang. draco. gallarum pfidii boli arm. cornu cerui vfti fumach balaustiorum cupulorum glandium gummi arab. tragaganthi mumiæ an. drach. 1. laudani drach. 6 Terantur & cum fucco arnogloffæ & parum mucilaginis pfillii fiat Trochifcus vnus quib. fe fumiget bis in die. Si vero emplastrum. ♃. Trochifci de carabe de terra figill. an vnc. ß. boli drachm. x. Aceti Rof. vnc. 1. Cretæ vnc 3. aquarum arnogloffæ q. f. fiat emplastrũ applicetur dorfo & pectori.

*Emplastrum mollificans duritiem membri restaurati.*

♃. Rad. maluauifci fol maluæ melliloti an. m 1. fem. lini fœnugræci an. vnc. 1. Ol. communis vnc. 3. bulliant omnia in brodio castrati donec fiat in forma emplastri.

*Emplastrum ad duritiem splenis pulchrum.*

℞. Armoniaci ferapini bdellii opopanacis in aceto diffoluti an vnc. ß. farinæ lini fœnugræci an vnc. 2 lupini vnc. 3. Terebinthinæ vnc. 2. ß. Ol. de fpica vnc. 3. de capparibus vnc 2. cera, Oleum & gummi diffoluantur deinde cætera addantur & fiat emplastrum femel in die remoueatur.

Empla-

*Emplastrum remouens duritiem mamillarum.*

♃ Farinæ fabæ hordei an. vnc ß. farinæ lini fœnugræci an. drach. 6. Ol. Rosf. vnc. 3. croci ℈ 1. fiat emplastrum.

*Emplastrum optimum ad tumorem & vehementem mamillarum inflationem.*

♃. Plantaginis fol. maluæ recentis m. 1. ß. bulliant omnia in aqua solatri Rosarum an. q. s. vsque ad aliqualem spissitudinem deinde addatur farinæ hordei vnc 2. Ol. Rosf. vnc. 1. ß. bdellii in aceto dissoluti drach. 2 fiat empl.

*Emplastrum nobile ad sciaticam.*

℞ Emplastri de mell. l. to ℔ ß. Galbani vnc. ß. Armoniaci bdellii an. drach 2 styracis liquidæ vnc. ß. calamenthi drach. 3. castorei drach. 1. Terebinthinæ q. s. ad incorporandum fiat emplastrum loco dolenti apponatur inuncto ante loco vnguento. quod quære in litera V. fol.

*Emplastrum ad puncturam optimum.*

℞. Galbani vnc. 1. armoniaci vnc. 2. opopanacis vnc. 1. ceræ ℔ ß. lithargirii aurei ℔. 1. ß. Ol. laurini vnc. 1. oliuarũ ℔ 1. ß. mirrhæ Thuris viridis æris Aristolochiæ rotundę mastiche an. vnc. 1. lapidis calaminaris vnc. 1. Terebinth. ℔ ß. fiat magdaleon. Si in punctura remanserit ferrum adde ad ℔ 1. emplastri vnc. ß magnetis.

*Emplastrum stipticum.*

Recip. Carabæ sang. draconis corall. amborum limaturæ chalybis boli armeni an drach. 2 Acatiæ spodii Terræ sigillatæ an. drach. 2 ß Gallarum balaustiorum nucum cupressi an. drachm. 3 nucis mosch. galangæ gariophillorum an. vnc. ß. Thuris mastiches styracis calamithę mumiæ Rad. bistortæ consolidæ an. drach. 5 lig. aloes sandalorum omnium an drac. 1. sem. nasturtii torrefacti plantaginis an. vnc. 2. ceræ q. s. fiat ceratum.

*Emplastrum solutiuum in colica.*

♃. Saponis butyri recentis an. vnc. 1. ß. dissolue postea salis communis vnc. ß. extendatur totum supra corio & frigido super vmbilico ponatur ad laticem 6 digitorum.

*Emplastrum ad mollificanda ossa male consolidata vt iterum facilius refringi possint & etiam certum ad omnia apostemata dura.*

♃. Fol. Cicutæ in aqua decoctæ in forma emplastri in quo

quo adiunge axungiæ gallinæ vel porci parum & hoc reiterando quotidie continuetur per dies x. ( vide consil. Helidæi.)

*Emplastrum ad retentionem vrinæ quod super pectinem poni debet.*

℞. Maluæ vitricariæ apii an. m. I bulliant ad spissitudinem postea adde farinæ fœnugræci an vnc. I. olei scorpionis anethi camomillini an q. s. fiat emplastrum quod si in decoct. addis anethi m. I. milii solis saxifragiæ an. vnc. I. parietariæ m. I. excellentius erit.

*Emplastrum expertum in carbunculo.*

℞ Ruthæ recentis m I. fermenti vnc. ß. piperis drac. I. salis communis drac. I. ß. fi. uum siccarum num. 4. pistentur omnia optime. Si in forma emplastri ponatur bis in die & separat in duabus diebus carnem malam a bona.

*Emplastrum cordiale mirabile ad pulsum & tremorem cordis prouenientem à materia calida virtutis vitalis restauratiuum.*

℞. Doronici ossis de corde cerui been vtriusque an. drach I ß. santalorum amborum spodii lambrusci corall. amborum an. drachm. 2. Rosarum drach. 3. farinæ hordei vnc. I. ß. croci scrup 2. margaritarum drachm. I. hyacinthi smaragdi saphiri an. scrup. I. Ol. de croco vnc. ß. aqua buglossa vnc. I. ß. vini maluatici cyathum I Resinæ drach. 2. fiat emplastrum quod etiam magis frigidum fieri potest augmentando lambruscum corallos & spodium.

*Emplastrum maturatiuum bonum & expertum.*

℞. Rad. altheæ vnc 4. cæpe liliorum alb. ficuum ping. an. nu. 2. florum camomillæ meliloti an. m. I. farinæ lini hordei fœnugræci an. vnc. 2 butyri sine sale Ol. liliorum alborum camomill. ping. gallinæ an. vnc I. pistis pistandis & coctis coquendis.

*Emplastrum constrictiuum fluxus.*

℞. Fol. plantaginis vnc 2. coriandri præparati vnc. I. ß. myrtillorum fol. nucis an. vnc. I farinæ volatilis molendinæ an. vnc 2. glutinis piscium drach. x gummi arabici drach. I. farinæ fabarum vnc. 2. nucis cupressi vnc. 6 granorum iuniperi vnc. I. specierum elect. constrictiui de oibani descriptio Rhasis cap. de fluxibus ℥. I. ß. fiat emplastrum ponatur ab ore stomachi vsque ad pudibunda.

*Empla-*

*Emplastrum mirabile ad omnes fluxus antiquos excoriatiuos quo a stomacho tota regio ventris & hepatis vsque ad pudibunda emplastrari ca:ide debet in diarrhœa quoque excellens.*

℞. Eupator i n .i iquinanthi di a. hm. 2. spicæ scrup. 2. macis mast: hes an. vnc. ß. ligni aloes drac. 3. myrobalan. emblic chebulorum assatorum an. vnc. 1. boli hæmatitis terræ sigillatæ an. drachm. 6. co iandri præparati vnc 1. ß. spodii dra h. 2. rosarum vnc. 1 farinæ hordei vnc. 2. Trium santalorum camphoræ an vnc ß. scoriæ ferri drach. 1. Ol. mastych. myrtilli an. q. s. fiat emplastrum sine igne quod c li. um ap l cet ır.

*Emplastrum expertum in muliere quæ ex nimio fluxu menstruorum deducta fuit in pulsum vermicularem 1419. quod super ventre Alcharin dorso vsque ad sphincterem applicari debet Valet etiam ad omnem fluxum hæmorrhoidarum & dysenteriam.*

℞. Lentium excorticatarum ℔. 1. bursæ pastoris plantag nis an. m. 3. stercoris asini & capræ exsiccati menthæ siccæ ana vnc 1 ß thuris vnc. ß. sanguinis draconis drach. x. aca ıæ hypocistidis licii an. vnc 1. gypsi in aceto infusi per diem vnum vnc. 4. albuminis ouorum nu. 5. farinæ fabarum vnc. 3 bulliant omnia in simul in succo plantaginis q. s. ad spissitudinem fiat emplastrum.

## EPITHEMA.

*Epithema cordiale temperatum.*

℞. Aquarum melissæ buglossæ acetosæ an. vnc. 3. ros. viol. an vnc. 4 specierum cordialium temperat. drach. 1. ß. croci scrup. ß. lig. aloes sandal. citrini sem. basiliconis behen vtriusque hyacinthi smaragdi an. scrup. ß. succi limonum vnc. 2 anthi vnc. ß. vini maluatici vnc. 1. aquarum florum salicis melissæ lambrusci an. vnc. 1. misce per epithema.

*Epithema cordis ad magnam caliditatem.*

℞. Aquarum buglossæ violarum scario boraginis an. vnc. 4 rosarum vnc. 8. specier. cordial. temperat. corall. alb an scrup. 4. camphoræ scrup. ß margaritarum drac. 1. ß. fol. auri n. 8. species subtilissime terantur misce & fiat epithema.

*Epithe-*

*Epithema cordis calidum.*

℞. Aquarum buglossæ melissæ an. vnc. 4. maioranæ rorismarini an. vnc. 2. rosarum vnc 3. behen vtriusq, sem. basiliconis coral. rub an. scrup. 4 croci scrup 1 musci ambræ an. gr. 2. hyacinthi smaragd. saphiri an. drach. ß. vini maluatici vnc. 2. bulliant omnia parum simul. optime tecta.

*Epithema aliud cordiale.*

Recip. Aquarum buglossæ vnc 3. melissæ rosarum acetosæ foliorum salicis an vnc. 1. ß. ros sandal ambarum an. drach. 1. camphoræ scrup. 1. croci scrup ß. misc

*Epithema aliud ad idem Nobile.*

•Recip. Aquarum melissæ vnc. 5 rosata præparata cum musci ambræ an. gr. 2. viol. salicis lambrusc. an vnc. 2. ß. spodii rosarum sandalorum amborum ossis de corde cerui fol. & sem. basiliconis an scrup. 2. vini maluatici vnc. 1. croci scrup. 1 lig. aloes scrup. ß. bulliant vnica lenta ebullitione bene lenta & scarlacum madefiat pulchrum est, in quo si spongiam madefeceris modicum bullitum præstans erit fitque emplastrum ad idem ex speciebus supra scriptis farina hordei, quibus bullitis parum addatur fol. auri nu. x. marg. pulverizatarum drach. 1. quod extenditur super scarlaco applicetur.•

*Epithema ad vermes.*

Recip: Nigellæ drach. 1. aloe absynthii centaureæ gentianæ mastiches an. drach. 1. ß. coriandri præparati drac. 1. corall. rub. scrup 2. fiat puluis & cum succo absynthii & aceto fiat epithema super vmbilico.

*Epithema aliud.*

Recip. Aquarum hyssopi menthæ an. vnc. 5. graminis vnc. 8. vini maluatici vnc. 2. gentianæ mirrhæ croci ana drach 1 lig. aloes sem. sancti an. drach. 1. ß. musci gr. 5 aceti cochlear 5. misce.

*Epithema ad hepar.*

Recip Aquarum solatri endiuiæ epaticæ acetosæ ana vnc. 4. absinthii vnc. 2. specierum diatriasand. diarrhodon spodii an. drach. ß. croci gr. 3. aceti ros. drach. 6. misce.

*Epithema aliud.*

℞. Aquarum rosarum vnc. 4. endiuiæ solani acetosæ an. vnc

ana vnc.i.ß.spodii ros.rub.sand.rub.ana ℈.ij. camphoræ ℈.ß.aceti ros. parum misce.

*Epithema frigidum repercussiuum ad inflammationem membri.*

♃.Cerusæ lythargirii subtiliter pul.vnc.ß. camphoræ ℈.i.boli drach.ij. aquarum portulacæ plantaginis vermicularis ana vnc.iij misce.

*Embrocha stomachalis cum spongia.*

♃. Menthæ absynthii origani calamenthi ana m.i.ß. fœnicul anisi cumini anethi ana vnc.ß. masticхes dra.ij. corall.amborum ana drac.i.galliæ moschatæ drac. ß.ros. rub.lambruscæ ana m.i.squinanthi myrtillorum coriandri ana dr.i.terantur & bulliant in vini veteris nigri ℔ 4. ad consumptionem tertiæ partis.

*Embrocha ad menstrua prouocanda.*

♃. Pulegii arthemisiæ calamenthi abrotani ruthæ centaureæ hyssopi ana m.i.sabinæ m.ij.cinamomi galangæ rubeæ tinctorum ana vnc.i.mirrhæ vnc ß. bulliant in aqua & embrocetur pecten dorsum & etiam desuper sedeat.

*Embrocha somnifera.*

♃ Lactucæ viol.rosarum cap papaueris albi ana m.i. rad.mandragoræ flo.nenuph.ana m.ß. hyoscyami lactucæ papaueris albi ana vnc. ß. maluæ melissæ camomelli ana p.i.misce ambrocetur frons, poterit etiam pedes ex eo lauare.

*Embrocha ad pleurisim.*

♃.Camomillæ meliloti violar. capillorum veneris anethi vngulæ caballinæ sem. altheæ maluæ ana m.ij.passularum vnc.i.ß.cort.papa.albi n.v. bulliant adde butyri sine sale vnc iij.misce vtere.

*Fomentatio ad dolorem ventris & hypochondriorum frigidorum.*

♃. Arthemisiæ matricariæ ruthæ recentis si haberi potest ana m ij. hederæ arboreæ m.ij. camomillæ m.iij. cap.papaueris albi n.x.rad.paucedini n. xii. teratur grosso modo & bulliant in aqua vsque ad consumptionem tertiæ partis in quam spongiæ magnæ infundantur. Expertum certe est sæpe ad dolorem spatularum & præcipue ventrem frigidum.

Fomen

*Fomentum ad surditatem.*

♃.Pulpæ colocynthidos drach.ij serpilli ruthæ abrotani stæch.arabici pulegij calamenti ana m. i. ß. origani m.iij.nit.i drach.i.ß. bulliant hæc omnia in vino & aqua qu. s. & ni.us ponantur lapilli igniti & fumus exeat qui per embolum intromittatur in aures.

*Fomentatio seri, lotio pedum trahens phlegma à capite.*

♃.Camomillæ meliloti stæchados abrotani fol. lauri maluæ origani saluiæ maioranæ misce.

*Fomentatio ad sciaticam.*

♃.Camomillæ mellil.oti an p ij.flo. vtriusque stæchadis an.p i.absynthij p.i.ß.sem.aneth. marathri ana vnc.i. nucis cupressi vnc.i. ß. terantur & bulliant in aqua & vino ana q.s.& fiat fomentatio in spongia.

## FVMIGIVM.

*Fumigium phlegma à capite vacuans & confortans.*

♃.Maior.drac ij.cort.citri dr.i. camomelli drac.ij.ß. lig.aloes ℈.iiij.spicæ ℈.ij. bulliant in aqua saluiæ aut alia capitali in vase stricti orificij bene obdurato aperiatur & odoretur.

*Fumig.ad idem fortius.*

♃. Nigellæ drac.iij.maioranæ fol.persici stæchad.arab.ana p.i.misce.

*Fumig.ad idem.*

♃ Sambsuchij m.i.fol citri camomillæ ana m.s.lig.aloes drac.iij.spicæ drac.i.misce.

*Fumig ad dolorem capitis frigidum.*

♃. Fol. lauri pulegij bethonicæ rorismarini narcissi abrotani ana m.i.bulliant hęc omnia in vino rub.optimo in olla bene cooperta deinde fumum per os ad nares recipiat & cum hoc tepefacto lauentur brachia, manus crura & pedes.

*Fumig.ad idem.*

♃. Gallij in pastillos conuersam & assam in furno cũ his rebus.

♃. Fol.lauri rorismarini maioranæ ana p. i. cubeb.zz. lig.

lig. aloes piperis longi nuc. mosch. ana drac. ij. postquam assa fuerint deponantur & super pastillos foramen fiat & odoret deinde comedat famil.

*Fumig. ad idem nobile.*

℞. Florum lauri pulegij bethonicæ rorismarini maiorana, ana m. i. abrotani p. ſ. cubebarum piperis longi nucis moscatæ ana drac. ij. terantur grosso modo & bulliant in vino albo q. ſ. deinde later incensus capiatur super quem vinum hoc aspergatur & fumus per os & nares trahatur.

*Fum. ad sodam calidam expertum.*

℞. Sand. citrini farfarellæ ros mar. rub. ana drach. ij. ß. camphoræ dr. ß. spicæ ℈ i. bulliant.

*Fumig. ad prouocanda menstrua.*

℞. Pulegij calamenthi abrotani rubeæ tinctorum centaureæ hyssopi ana m. i. sutinæ matricariæ ana m. i. ß. oppopanacis drac. ij. ammoniaci drach. i ß galangæ cinamomi ana drac. ij. sileris montani rubeæ tinctorum ana dr. vi. mirrhę dr. ij. bulliant omnia in aqua qu. ſ. fiat fumig. factis antea purgationibus.

*Fumig. ad tumorem matricis.*

℞. Saluiæ ruthæ rorismarini serpilli coquantur in vino bono nigro & fumigetur.

*Fumig. ad matricem frig.*

℞. Ligni aloes thuris ana dr. i. [illegible] gallię moscatæ rasuræ eboris iræos buglossæ ana ℈. ij. cum styrace liquida fiant trochisci.

*Fumig. ad fluxum albarum humiditatum.*

℞. Rosſ. rub. corall. rub. ana drach. ij. rauich drach. iij. gallarum sumach balaust. cupulorum gland. ana drac. ß. moschi ambrę ana gr. iij. bdelij dr. ß. cum aqua rosa. ferrata formentur trochisci.

*Fumig. materiam cholericam à capite educens & caput confortans expe. tum.*

℞. Rosſ. rub. sand. rub. lig. aloes ana drach. i. flores camomillæ drac. i. ß. aqua ros. q. ſ. bulliant in vase stricti orificij bene tecto & vbi bullierit fumus recipiatur, si autem vigilias patitur adde cort. papa. albi.

*Fumig. aliud.*

℞. Ireos ℔.i. rosatum vnc.iij. styracis calamitæ vnc. i. ß. sandali mu cateli. drac.i. calami aromat drac. vi. ciperi vnc.i. sampsuchi vnc ß gariophyl. drac. i coriandri præpa-ti dr.iij moschi ℈.i. fiat puluis, quoniam etiam in pillulas reducere potest. Item in electuar. vt ita contra fœtorem oris in vsu habere multum valet.

## GARGARISMA.

*Gargar. ad elongationem vuluæ.*

℞. Piperis pyrethri saxifragiæ balaust æ gallarum an. drac. i. mellis vnc. ij. aceti vnc. i. vini dulcis ℔ i. ß. bulliāt ad consumptionem medietatis colentur dissoluatur in-tus mellis aut oxymellis simpl. aut compos. aut squilliti-ci vnc. ij. vt tibi videtur.

*Garg. melancholiam capite educens.*

℞. Syr. de epithymo vnc. i ß. aquæ decoct. stœchad. ℔. i. misce.

*Garg. aliud ad idem.*

℞. Oxymellis simpl. vnc. ij. aquæ decoct. ciperi acori epithymi pœoniæ passularum anthos ℔.i. misce.

*Garg. ad idem.*

℞. Ciperi acori fol. senæ epithymi camomillæ stœch. arab pœoniæ coquantur in aqua & vino odorifero adde oxymellis s. vnc. ij misce.

*Gargaris. ad paralysin, torturam & grauitatem linguæ.*

℞. Sinapis maioranæ origani hyssopi ana p. i. zinzib. piperis longi cubeb. pyrethri ana drac. iij. staphidisagriæ dr. i. ß. baurach. drac. ij. rad. lilii cœlestis capparorum ana dr. iij. granorum granatorum acerof. torrefactorum vn. ß. oxymellis vnc. ij. ß. aquæ q. s. misce.

*Garg. ad catarrhum salsum os aut linguam vesicantem.*

℞. Gallarum balaust. rosarum, sumach, cortic. granatorum, plantag. solani ana m. ß. sem. alchanæ, acatiæ, spodii, sand. rub. ana drac. i. aluminis drach. i. ß. bulliant in ℔. i. aquæ & aceti rof. vnc. ij. aquæ plantaginis rof. solani an. ℥. iij. vsq; ad consumptionem tertię partis coletur

intus

intus addetur diamoron vnc. ʒ. mellis rof ℥. i. misce fricentur etiam vesicæ cum puluere quem quære in littera F. folio.

*Gargaris. stipticum ad os.*

℞. Diamoron vnc. i. rob nucum vnc. ß. aluminis vst. drach. i. mell. rof. vnc. i. ß. nucis mosch. drac. i. ß. aceti rof. vnc. ß. aquæ prunellæ ℔. i. gargarizet sæpius in die.

*Garg. ad idem.*

℞ Gallarum n. 2. sumach myrtillorum rosarum rub. ana drach. 6. stercoris canis ossa solum comedentis gallinæ saturagiæ ana drach. i. fiat puluis cum aqua mellis distemperetur, fiat garg.

*Garg. ad paralysin & balbutiem linguæ phlegma valde purgans.*

℞. Stœch. arab. hyssopi saluiæ maioranæ ana p. i. pyrethri drach. i. cort. rad. capparorum drachm. i ß. bulliant in aqua q. s. ad remanentiam ℔. i. coletur intus dissoluatur oxymel squilliticum vnc i ß. misce.

*Garg. ad idem.*

℞. Origani sambucci fo. lauri hyssopi an. m. i. costi nigellæ pyrethri & piperis longi cubeb. ana ℈. i. misce cum oxymelle squillitico

*Gargaris. ad squinanthiam & elongationem vuluæ stipticum.*

℞. Rob. nucum vnc. i. ß. aquæ decoct. sumach vnc. ß. misce.

*Garg. nobile & expertum ad vlcera gutturis ex morbo gallico.*

℞ Fol. plantaginis rof. caudæ equinæ acetosæ ana m. i. lentium herdei ana p. i. sumach balaustiorum ana ℥. i. licii drachm. ß. myrob citrin. vnc. ʒ. bulliant in aqua rof. plantag. chalybeata vel in qua fabri extinguūt ferrum an. q. s. ita quod ℔. i. ß. remaneat coletur intus dissoluatur aluminis drach. i. ß. aquæ vitæ ℥. ß. mellis rof ℥. 3. misce.

## LIXIVIVM.

Concordat cum balneis sacculis.

*Lixiuium ad dolorem capitis.*

℞. Meliloti amomchi sampsuchi saturegiæ arthemisiæ calamenthi origani an. m. i. fiat sacculus.

*Ad dolorem capitis antiquum expertum.*

℞. Decoctionis pæoniæ & rad. bryoniæ ana q.s. fiat lixiuium quo caput lauetur, deinde in introitu lecti vngatur pars dolens cum vnc. 1. dialtheæ & musci g. 3. miraberis effectum.

*Lixiuium ad idem expertum.*

℞. Rad. serpentariæ pæoniæ ana vnc. 1. fol. hederæ lapideæ maioranæ bethonicæ rorismarini ana m. 2 coquantur in aqua ad consumptionem tertiæ partis, postea cum cinere, fiat lixiuium.

Nota, quod aliqui capiunt vitellum oui & aquam vitæ, & simul miscent postea caput lauant & præcipue partem posteriorem, quod mihi certe maxime contulit.

*Lixiuium aliud capitis confort*

℞. Calamenthi origani pulegii saluiæ iuæ rorismarini maioranæ camomillæ ana m. 1. absinthii m. 1. ß. spicæ celticæ vnc. 1. flo. & baccarum lauri ana p. 1. terantur & bulliant, & fiat sacculus.

*Lixiuium aliud pro capite phlegmatico.*

℞. Camomil. melliloti stœchad. arab. abrotani fol. lauri saluiæ maioranæ ana p. 1 fiat sacculus.

*Aliud ad idem.*

℞. Camomillæ stœcad. arab. fol. lauri Bach folliculorum senæ ana m. 1. misce.

*Aliud ad idem.*

℞. Azari panis porcini hederæ maioranæ rorismarini ireos ana m. 1 cineris ligni ficus aut iuniperi & lauri fiat lixiuium, in quo bulliet sacculus iste. ℞. Maioranæ rorismarini saluiæ camomillæ stœch. arab. calaminthi fol lauri rosarum rub. ana p. 1 macis nigellæ, nucis muscatæ caryophillorum cort. citri ana drach. 2 sandali albi & citrini ana vnc. ß. terantur & fiat sacculus in tela linea.

## LOTIO.

*Lotio pedum somnifera.*

℞. Fol. salicis solatri violarum lactucar. nenuph ana m. 2, camomill m. 1. misce, da in introitu lecti.

*Lotio alia.*

℞. Cort. mandragoræ vnc. ß. viol. maluæ scariolæ, lactucæ

ctucæ, portulacæ ana m.1 flor. nenuphar. cort. papau. albi ana vnc. ß. lauentur crura & nares in introitu lecti.

*Ad dolorem dentium, & gingiuas putrescentes.*

♃ Balaustiorum sumach gra. myrtillor. cap glandium ana drach. 1. ß. cort. rad. mori capparis ana drach 2 liquiritię drach 2. ß. sandaracæ, sarcocollæ thuris ana drach 1. ireos drach. 1. ß. bulliant in aqua ferrata vel vino tenui austero.

*Ad gingiuas putrescentes.*

♃. Gallarum sumach myrtillor. balaust. capul. glandium sem. myrtillorum plantag. ana drach 1. vitrioli albi aluminis scissilis ana drac. 1. ß. antophili, sem. rorismarini ana drach. 2 ß. terantur grosso modo, & bulliant vsque ad consumptionem medietatis coletur & sæpe os lauetur deinde super gingiuas & radicem dentium aspergatur iste puluis. ♃ Mastiches sandarachæ acaciæ hypocystidis ana scrup. 1. thutiæ præparatæ drach. 1. vitrioli albi scrup. 4. fiat puluis expertum est.

*Lotio manuum & pedum elegans contra epilepsiam quæ semper horam ante cœnam fieri debet.*

♃. Granorum & rad. pæoniæ ana m. 2. visci quercini m. 3 granorum paradisi lign. aloes, styracis, calamitæ ana vnc. ß. fiat sacculus, & bulliat & prohibet paroxysmum epilepticum.

## LICINIVM.

*Licin. in tenasmo & dysenteria.*

♃. Sumach drach. 1. hypocyst scrup. 1. balaust accatiæ ana scrup. 2 opii scrup. 1. cum succo plantaginis & albumine oui.

*Aliud dolorem sedans in dysent.*

♃. Croci thuris licii myrrhæ ana drach. 1. ß. opii scrup. 1. cum vino rubro.

*Aliud ad idem.*

♃. Thuris gummi arab. licii ana drach. 1. opii scrup. 2. cum infusione tragacanthi.

*Aliud ad idem pulchrum.*

♃. Mirrhæ boli arm accatiæ hypocyst. licii croci opii ana scrup. 1, cum infusione tragacanthi q. s.

*Aliud ad idem nobile.*

Recip. Sang. draconis boli armeni cerussæ nouies ablutæ in decoctione mastiches an. drachm. 1. opii, hyosciami scrup. 2. croci scrup. 1.

*Aliud ad idem excellentius cæteris.*

Recip. Opii hyosciami papaueris albi mandragoræ an. drac. 1. cort. granat. myrtill. croci mastiches an. drac. 1. succi plantaginis q. s.

## LINIMENTVM.

*Linimentum in morphæa subnigra.*

Recip. Tartari fulig. an. vnc. 2. sulphuris viui ana vnc. 1. alum. [illegible] helleb. vtriusque auripigmenti lithargiri an ℥. ß. puluerisentur omnia & incorporentur cum sapone saraconica & succo lapatii acuti fumiterræ panis porcini, misce bene ad bonam spissitudinem.

*Linimentum ad idem.*

Recip. Aquæ ros. succositatis citri ana vnc. 4. sulphuris viui puluerisati vnc. 1. stent per dies xx. ad solem in vase vitreo & faciem illines bis in die vitrum non mouendo.

## ODORAMENTVM.

*Odoramentum capitale & cordiale nobile in materia mixta.*

Recip. Ros. rub. non adhuc maturarum drach. 2. lambrusci flo. salicis an. ℈. 2. behen vtriusque sem. basiliconis florum eius maioranæ ana drac. ß. melissæ drac. 1. caphuræ ℈. ß. moschi ambræ ana g. 3. terantur & fiat sacculus in syndone rubea inter bastatus. Nota, quod ex istis odoramentis sacculos, puppas, poma, syrupos quoq; facere potes.

*Odor. ad dolorem capitis frig.*

Recip. Origani folii maioranæ ana scrup. 1. lign. aloes drach. 1 ß. styracis calaminthæ cyperi mastiches an. drach. ß. ambræ ℈. 8 laudani vnc. 1 fiat pomum cum infusione tragacanthi in aqua origani cum musco ambra & ligetur in syndone rubea.

*Odor vltimum ad cerebrum frigidum confortandum.*

Recip. Aquæ maioranæ vnc. 3 musci el. gr. 5. trahatur mane

mane ieiune octo diebus continuis tepide per nares parum fact santea euacuationibus, quia videbis effectum mirabilem.

*Odor. cerebrum confortans & ipsius opilationes profundas aperiens.*

℞. Lign. aloes maioranæ an. h. s se. basili onis an. ʒ i. gran. paradisi cubeb zinzib gariophi. ana. drac. 2. muschi ambræ an. gr. 1. s tos. cort citri ana scrup. i. origani drac 2. terantur omnia per se, & ligentur in syndone rubea & sæpe odoretur.

*Odoramentum aliud sublime & mirandum ad caput confortandum.*

℞. Musci ambræ ana ℈. i. ligu aloes ʒ. i. maioranæ ʒ. ß. behen vtriusque croci garioph. an drach. i rosarum non perfecte apertarum lambrusci spodii an. ʒ i. puluerisentur omnia per se & ligētur in syndone rub. & odoret quia expertum est.

*Odoram. trahens phlegma à capite.*

℞. Nigellæ horas 24 in aceto nutritæ & in syndone inuolutæ ʒ. ß. expertum est. Si volumus vt attrahat infundatur si solum aperire debet non infundantur.

*Odoram. ad idem.*

℞. Laudani lig aloes ana drach. 2. musci gran 3. misce.

*Odor. ad dolorem capitis frigid.*

℞. Lig. aloes drach. I. ß. florum hederæ spicæ stœch. arab. an. ℈ I macis maioranæ an. ʒ i. azari origani an. ℈. I. lambrusci drach. I. ß. fiet sacculus & odoretur.

*Odoram. aliud expertum & nobile.*

℞. Nigellæ in aceto infusæ & exiccatæ drac. I. ß. Nucis mosch. lig. aloes. sand. citrini an. drac. ß. ligentur in petia.

*Odor. in dolore capitis calido.*

℞. Flor nenuph. ʒ. I. rof. rub. violarum se. acetosæ endiuiæ, portulacæ an. ʒ. ß. macis ℈. 2. camphoræ ℈. ß. lign. aloes drach. I. terantur vt fiat puluis, & ponatur ad pupam & odoretur.

*Odor. ad idem.*

℞. Flor. violarum nenuph. rof. sandal. citrini an. ʒ. ß. infundantur in aceto parum exiccentur & odoret, vel absque aceto odoret. In materia autem mixta adde garioph. ℈. I. infundantur in aceto.

*Odor. ad tremorem cordis.*

♃ Croci ſcrup.ß. macis drach 1.ß corr. citri drach 2. lig. aloes drachm.1.ß. behen. vtriuſque fol. baſiliconis an. ſcrup.4. terantur & ponātur in ſyndone rub. & odoretur.

*Odor. ad dolorem capitis cal.*

♃ Flor. violarum nenuph. ſalicis ana vnc.ß. roſ. rub. drach. 2. caphoræ ſcrup 1 fiat ſaccalus tritis ſpeciebus, & cum aqua roſ. fiat magdaleon.

## OLEVM.

*Oleum ad erectionem virgæ.*

♃. Formicarum habentium alas vnc 4 ol. ſambucellini vnc 7. ſtent in vaſe vitreo obdurato ad ſolem 10. dieb. poſtea adde cumini caryoph piperis galangæ pyrethri coſti cipeti ana drach. 1. pulueriſentur & bulliant in ſucco maioranæ vnc. 4 & vini vnc. 8. ad conſumpt. medietatis fortius colantur & cum formicis miſcentur, & iterum parum bulliāt coletur vngatur pecten & virga pulchrum eſt certe.

Oleum de fermento, de ſynapi, de vitello ouorum, de tartaro, de iunipero, de ſerpentibus, valent ad faciem decorandam.

## PVLVIS.

*Puluis pro botio montagnanæ.*

♃. Auellanæ ſpongiæ vſtæ paleæ marinæ chartę combuſtæ oct. ſupra ſem. plantag ana vnc. ß. trium piperum zz. ſalis gemmæ lapidis pumicis nucis moſchatæ gallarum ariſtol. longæ cinnamomi helleb. alb. & nigri ana ʒ. 2. limaturæ ferri præparati cineris corticum ouorum ana vnc.ß (ʒ ß.) miſce fiat puluis da drach 1. ieiuno per 4 hebdomadas.

*Puluis pro mingentibus in lecto.*

♃. Stomachorum gallinarum præparatarum vnc. ß. agrimoniæ vnc. 1 cineris Eritii combuſti vn ʒ. fiat puluis da drachm. 1. in introitu lecti cum modico vino aut brodio.

*Puluis ebrietatem tardans.*

♃. Sem. caulium nabaci cumini amygd. dul. mentaſtri abſyn-

absynthii ruthæ siccæ ana drach. i. salis drach. i. s. ameos drac. i fiat puluis da drac. 2. cum aqua frigida si cum febris non est.

*Puluis ad idem.*

Recipe Coriandri præparati sumach berberorum sc. cau'ium citoni rum spodii ana ℥ ß. caphoræ ℥ ß (ʒß) misce fiat puluis da drac 2. cum vino granatorum.

*Puluis pro cerebri confortatione decpilatiuus & materiarum phlegmaticarum consumptiuus.*

Recip. Stech. d. arab. origani calam enti pulegii, granorum paradysi aristo. rotund. maioranæ azari ana drac 3. bethon. flo hypericonis macis ana drac. 2 fiat puluis, ponatur in introitu lecti super commissuras capitis mane cum sedula aut pectine caput à puluere mundat

*Puluis optimus ponendus super commissuras capitis ad ventositatem & humiditatem in oculo*

RecipeSem ruthæ gallitrici euphrasiæ verbenæ caryophilaginis ana dra. i. ligni aloes drach 2. caryophillorum drac. i. s. fiat puluis. Caryophilago est herba crescens ad altitudinem vnius palmæ plurib. ornata virgulis foliisq; subtilibus & mollibus pilisq; quam plurimis referta.

*Puluis electus ad ardorem vrinæ cholericum.*

Recipe Sem. endiuiæ scariolæ acetosæ ana dra. 2. sem. portulacæ lactucæ ana ℥ ß. papa albi pinearum incisarum ana ℥ i. sem. hyosciami dra. 2 puluerisentur puluerisanda cætera scindantur, & cum dupla quantitate zuchari tabatzet, misce & fiat puluis.

*Puluis stomachalis.*

Rec. Cinamomi el. ℥ i. ß. zz liquiritiæ ana ℥ ß. piperis longi, caryophillorum, galangæ macis cardamomi melegetæ nucis mosch. ana drach. i spicæ drac. i. misce, fiat puluis.

*Puluis alius stomachalis qui dicitur dulcis.*

Recipe Cinamomi el. gariophil interiorum cinamomi, amomi melligetæ trium piperum zz. folii ligni aloes macis an ʒ ß cardamomi cubeb ana. drach. i. spicæ nardi ℈ ß. moschatæ ambræ ana gran. v. nucis mosch. drac. i. zuchari vnc. 6. fol auri nu. 6. misce.

*Puluis pro epithemate cordialis.*

Recipe Flo. borag. buglossę, melissæ a ... m. s sand. om. rof. rub ana drac. 2. doronici behen vtriusq; ... diarabe ossis de corde cerui ana ℈ 3. corr. citri sem. acetosæ caryoph. ana drac. s. croci ℈ s. fragmentorum om ana drac. 1. fiat puluis aut cum aliquo syrupo elect. fol. auri & arg num. xxv. si placet.

*Puluis cordialis temperatus in caliditate.*

Recipe Corali. ... boli ... terræ sigil. ana drach. s. rasuræ eboris, cornu cerui, margaritarum, coriandri præparati, spodii rosarum ana ℈ 2. sem. acetosæ ossis de corde cerui fragment. om. ana drac s. fol. auri nu. xxv. zuchari ℥ 3. fiat puluis cum ℈ß croci marg. 32.

*Puluis contra vermes expertus.*

Rec. Cornu cerui vsti, nigellæ præparatæ mirrhæ diptami sem. caulium sem. acetosæ coriandri præparati tormentillæ sem. portulacæ ossis de cor. cerui ana drac. 1. fragmentorum om. ana ℈ 2 rheub el ℈5. fol. auri nu. 6. sem. seuiltici ℈4. misce fiat puluis

*Puluis in ardore vrinæ & mictu sanguinis.*

Recipe Sem. melonum mund. vnc. 1. citruli portulacę cucurbitæ papa. albi an. vnc. s. hiosquiami ʒ 2. zuchari ad pondus om.

*Puluis stomachalis pulcher & breuis.*

Recipe Cinnamomi vnc s. caryophill. galangæ lign. aloes, macis, nucis moschat. zinzib. ana drach. 3. coriandri vnc. s. zuchari ℥ 6.

*Puluis stomachalis.*

Recipe Cinnamomi caryophill galangæ macis nucis moschat. cardamomi cubebarum zinzib. ana drac. 1. folii foliorum lauri ana ℈2. lig. aloes drac. 1. se. anisi, fœniculi, coriandri ana drac. 3 zuchari ℔. s. misce.

*Puluis capitalis.*

Recipe Cinnamomi caryophilorum galangæ nucis mosch. cardamomi cubeb. piper. longi ana ʒ. i. se. pœonię dra. 2. zuchari ℥. v.

*Puluis elegans ad caput frigidum qui supra commissura coronali poni debet.*

Recipe Anthos maioranæ stœchad. amb. ana drach. i. caryoph

caryoph. dra. ʒ .misce, fiat puluis, & scias, quod solus puluis caryoph. ad hoc summe valet, potest etiam sacculus fieri.

*Puluis aspergendus super commissuras capitis sero, quando vadit dormitum ad idem.*

Recipe Bethonicæ pulegii origani calamenthi stœch. arab ana ℈ i. macis lig. aloes an. drac. s. maioranæ carioph. ana ℈ 2. misce, fiat puluis.

*Puluis violarum Francisci Ferrarij.*

Recipe Ireos Florentinæ ℥. 14. rosarum ℥. i. storacis ciperi sand. alb. & citrinorum ana drac. 6. sampsuchi drac. i. s. calami arom. dra ʒ. caryoph. drac. 1. s. lauendulæ dra. ʒ. coriand. drach. i. s. misce, fiat puluis, adde muscum ad placitum.

*Puluis alius.*

Recipe Ireos ℥. 8. rosarum drach. xi. sand. albi dra. i. caryoph. ℈ i. maioranæ ʒ. x. calami aromatici ʒ 2. ciperi ℥ ß. (ʒ ß.) coriandri ℈ ß. lauendulæ g. 3. fiat puluis.

*Puluis elegans solutiuus.*

Recipe Mastiches ℈ i. croci ℈ ß. spicæ, cinamomi cardamomi caryoph. macis ana ʒ ß sem. anisi azari ana ℈ 2. rosarum ℈ i. violarum drach. i. turbith drac. i. s. zinzib. ℈ i. rheub. el. diagridii ana drac. i. fiat puluis da drach. i. quia satis fortis est.

*Puluis phlegmatis & melancholiæ solutiuus.*

Recipe Violarum epithymi stœchad arab. an. ʒ ß. carthami ʒ i. ß. caryoph. zz spicæ macis anisi ana ℈ 2. diagridii ʒ i. ß. da ʒ i. fortis satis certe est.

*Puluis solutiuus in dyscrasia frigida stomachi.*

Recipe Spicæ cinamomi garioph. carpobalsami galangæ xylobalsami zz. lig. aloes, azari, piperis longi cassiæ ligneæ calami arom. ciperi ana ℈ i macis drac. i. s. turbith drac. 2. s. diagridii drac. i. s. fiat puluis da drac. i.

*Puluis elegans solutiuus in mixt.*

Recipe Sand. rub. & alb. violarum ana ℈ 2. anisi drac. s. cinnamomi nucis mosch. macis ana drac. i. turbith lorhi vt supra hermodactylorum ana drac. 2. rheub. el dra. i. s. spicæ zinzib. an. ℈ ß. diagridii dra. i. misce da drac. i.

Puluis

*Puluis ad idem.*

Recipe Liquiritiæ rheub el. drach. 2. diagridii ℈. 4 pul. stomachalis confortatiu: dra ʒ. macis d. ac. 1. senæ drac. v, fiat puluis.

*Puluis soluens humorem phlegmaticum.*

Recipe Turbith albi & gu... oti h... rmodactylorum ana drach. 2. zz. mastiches ca... yoph... gala... gæ cinamomi ana dra. s. diagridii anisi fœn cu... i grana solis ana drac. 1. s. zuchari dra. 2. da drac. 1.

*Puluis ad idem.*

Recipe Turbith ℥ ß. hermodactylorum drac. 2. zinzib. drac. 1. caryoph. macis nucis mosch. diagridii ana drac. s. zuchari ad pondus om... misce da ... trach. 1.

*Palnis solutiuus in mixtis humoribus elegans.*

Recipe Cinamomi sachari ana drach. 3. zz. caroph. liquiritiæ, nucis mosch. ana ʒ 1. turb rh. diagridii ana ʒ 1. s. rheub. ʒ 2. ß. spicæ ʒ 1. fiat puluis da ʒ 1.

*Puluis senæ caput purgans.*

Recipe Senæ drach. 12. zz diach. 3. tartari cinamomi dr... h. 1. s. macis cubeb. piperis longi, nucis moschatæ ana dr... fiat puluis.

*P...luis ventrem leniens qui horis duabus ante cibum cum brodio sumi debet.*

Recipe Thymi, epithymi, polypodii ana drac 1. fol. senæ drac. 7. tartari drac. 3. cinnamomi, macis anisi, anethi ana drac. 1 fiat puluis da dra. 1.

*Puluis ad vlcus renum & vesicæ & ad ardorem vrinæ calidum.*

Recipe Sem. cucurb cucum, melonis citrulli ana dra. 2. portulacæ maluarum pap... albi dragacanthi succi liquiritiæ ana drach. 1. sem. scari... læ lactucæ ana ℈ 2. citoni... rum rosi. spodii ana dra. 1 ß. pincarum amygd d... l. ana ʒ ß da cum syrupo violaceo, ego addidi masticis ʒ. 1.

*Puluis ad ardorem vrinæ renum & vesicæ.*

Recipe Cucurb. melonum citrulli cucum. papau. albi portulacæ succi liquiritiæ dragachanti ana dra. 2. maluæ apii ana dra 1. amygd. dul ℥ ß. misceantur.

Puluis

*Puluis elegans in passionibus renum & vesicæ & ardore vrinæ*

Recipe Sem. cucurbitarum cucumeris melonum endiuiæ lactucæ maluæ citrulli anisi ana drachm.i. succi liquiritiæ vnc.s. pinearum amyg.dul.ana drachm.v misce, fiat puluis.

*Puluis ad idem in magno dolore & mictu sanguinis*

Recipe Sem. portulacæ, maluæ, lactucæ, citrulli cucur. melonum ana drac. s. hyosquiami ℈ 4. spodii dragacant. boli rosarum violarum ana ℈ i. sem. apii ʒ. ß. amygd.dul. ℥ ß. succi liquiritiæ ʒ i. misce fiat puluis da vt supra opii dia s. ad ℈ si placet

*Puluis expertus in ardore vrinæ.*

Recipe Sem. hiosquiami ℈ 2. opii ℈ ß. sem. citrulli lactucæ [illegible] ana drach. i. papau. albi ℈.4. misce fiat puluis da ʒ

*Puluis [illegible] restrictiuus in vulnere.*

Recipe boli [illegible] draconis aloes drac.i. misce fiat puluis apponatur vulneri.

*Puluis ad idem fortior.*

Recipe Calcis viuæ sang. draconis gypsi aloes thuris vitrioli ana ʒ. pulueriza cum albumine oui & tela aranea apponatur.

*Puluis sanguinem stringens.*

Recipe Boli dra.i. gallarum vstarum dra. i. sang. draconis, thuris aloes, masticheś ana ʒ ß pilorum leporis subtiliter incisorum ℈2. misce fiat puluis.

*Puluis ad idem*

Recipe Thuris ʒ i. sang drac. ʒ ß. calcis viuæ ℈ i. misce fiat puluis.

*Puluis ad idem expertus.*

Recipe Balaust drach.2.alum. drach. i rosarum vstar. vnc.s.(ʒ ß )misce.

*Puluis ad idem*

Recipe Colophoniæ dra i.boli dra.s. masticheś olibani sang.draconis ana dra.i. s. rad. consol. maio. rosarum rub. ana dra.i.misce.

Puluis

*Puluis exiccans & sigillans superficiem vulneris cutimq; generans.*

Recipe Balaust. aloes sang. drac. cacochymiæ argenti, æris vsti & loti ana ℥.i. misce fiat puluis.

*Puluis alter ad idem.*

Recipe Cort. pini vnc.ß. lithargyrii cerussæ ana drac. 2. nucis cupressi centaureæ minoris aristolochiæ vstæ ana drach. 1 misce fiat puluis, & si calidum est vulnus adde rosas nenuph sandal. alb. laccæ lotæ siccæ ana scrup. 2. misce.

*Herzioforum elegans & stipticus vel consolidans continuus puluis.*

Recipe Trium consolidarum, sigilli S. Mariæ vtriusq; al. heæ plantag. vtriusq; valerianæ pimpinellæ ana m. 1. nucis cupressi, muscatæ cinamomi rheub. assi fructus tamarisci seminis nastuitii, cumini, coriandri in aceto præparati ana drach. 2. sang. draconis thuris mastiches mumiæ terræ sigil. boli sarcocollæ dragacanthi ana drac. 1. misce fiat puluis in aurora cum vino rubro stiptico drachm. 1.

*Puluis ad elongationem vuluæ.*

Recipe Gallarum balaustrorum piperis pirethri ana ℈1 sand. rub drach. s. caphuræ ℈ß. misce fiat puluis suffletur cum penna aut spatula eleuetur asperso hoc puluere.

*Puluis in tenasmone & dysenteria intestinorum.*

Rec. Cerussæ ℥ ß. gummi arabici dragacanthi amyli ana dra. 3. chimæ dra. 2 opii dra. 1 misce.

*Puluis restrictiuus sanguinis.*

Recipe Thuris g. arabici tragacanthi torrefactorum ana dra. i. carabæ hæmatites ana dra. i. ß. plumbi vsti sanguis draconis ana ℈4. boli armeni ℥ ß. mumiæ sang. inis draconis ana dra. 2. fuliginis furni gypsi ana drac. 3. misce fiat puluis.

*Puluis stipticus.*

Recipe Boli ℥ 3. myrtillorum ℥ i. ß. sang. draconis ℥ i. thuris mastiches ana ℥. ß. rosarum balaust. ana ℥ 1. misce fiat puluis.

*Puluis expertus multoties ad aperiendas vias renum & matricis*

℞. Milii solis ameo. [illegible] marathri carui dauci petroselini apii anethi macedonici raphani asparagi brusci nucleorum persicorum ana drac. ß. spicæ azari ciperi acori ana ℈. [illegible] rubeæ unctorum ℈. v. lapidis spongiæ Iudaici [illegible] lucii ana drach. i. liquiritiæ [illegible] vnc. ß. [illegible] præparati drach. ij. g. tragacanthi drach. i. ß. misce fiat puluis.

*Puluis diureticus.*

℞. Azari petroselini ana drac. i. ß. meu acori phu ana drac. ij [illegible] anisi carpobalsami apii liquiritiæ ana drac. i. sem. c[illegible] melonum cucum. ana drach. i. ß. misce fiat puluis da [illegible] conuenit.

*Puluis alius.*

℞. Sem. dauci anisi [illegible] frag carui milii sol. & petroselini [illegible] ameos [illegible] drac. i. [illegible] carpobalsami costi azari [illegible] capparorum acori enulæ rub. unctorum ana drach. ß. [illegible] chamepytheos parietariæ verbenæ me[illegible] spicæ ana ℈. i. caryophil. nucis mosch. ana ℈. ij liquiritiæ vn[illegible] ß. misce fiat puluis, potes si libet addere rheub. el. drac. iij.

*Puluis ad idem nobilis.*

Rec. Sem. melonum mund. dauci milii solis vitri combusti [illegible] dr. iij. liquiritiæ dr. ij da post balneum dr. i. cum brodio cicerum rub. potes si libet fortiorem facere.

*Puluis nobilis & expertus contra calculum.*

Rec. Milii solis saxifrag. ameos anisi carui marathri dauci petroselini apii cumini anethi leuistici cardamomi piperis longi sileris montani se. papau. albi melonum malnæ asparagi gra. iuniperi hederæ nucleorum persicorum ana drac. i. rad. saxifrag. zzb. galangæ cinamomi spicæ azari ciperi acori sandal. amborum, lapidis Iudaici lincis spongiæ rasuræ eboris maxill. lucii ana dr. ß. sang. hirci præparati, drach. i. fœniculi drach. i. misce fiat puluis. Si vis elect. parare, adde syr. liquiritiæ, q. s. da drac. ij. vel iij. cum decoctione cicerum rub. in aurora vel post balneum.

*Puluis*

*Puluis ad retentionem vrinæ.*

♃.Sem apii,raphani,milii solis,rubeæ tinctorum,petroselini Macedonici,iuniperi ameos fœniculi,spicæ,amygd.amararum,ana vnc.ß azari,sem melonum,an. dr. i.canthar. abscissis alis & capitibus ℈.i.misce, fiat puluis cum dra.i.armoniaci in vino dissol. da cum decoct.diuretica.

*Puluis vrinam subito prouocans.*

♃.Sanguinis hircini præparati,lapid.lyncis, spongiæ Iudaicæ, vitri combusti,ana drac.i.misce, fiat puluis,da drac.ß.cum liquore aliquo conuenienti.

*Puluis valde odoriferus, qui supra carbones poni debet.*

♃. Ireos ℔.i.rosarum vnc iij.storacis,calamitæ,vnc.i.ß.sandali muscatellini drach. x. calami aromatici drac. vi ciperi, vnc.i samsuchi vnc.ß.caryoph.drac. ij coriandri præparati drach iij musci ℈.i.misce, fiat puluis:hunc puluerem potes reducere in pilulas , & elect.contra fœtorem oris in vsu habere,quia summe valet.

*Puluis ad putrefactionem gingiuarum.*

♃. Consolid.maior.caryophyl. cinnamomi,ros rub. cort. granatorum ana drach.i.misce,fiat puluis cum cornu cerui vsti & salis gemmæ ana drach.ß. Valet enim in carne addita.

*Puluis ad idem.*

♃.Caryoph.nucis mosch.rosarum rubr.aluminis zuccharini,pirethri,capitum & crurium cancrorum,ossium dactylorum combustorum,cort.mali granati, ana drac 2 misce,fiat puluis, ante huius pulueris vsum dentes fricētur , cum aceto aut aqua rosarum,fortior est superiori & elegantior.

*Puluis ad morsum canis rabidi*

♃. Cineris cancrorum fluuiatilium adustorum ana drac. vi.gentianæ,drach.2.ß.terræ sigillatæ vnc.i.misce fiat pulta cum aqua mane drach. iij in qua cancri fuerint cocti, & hoc fit per mensem vnum continuum.



*Puluis*

*Puluis ad morsum canis rabidi, & præcipue, vbi iam incipit melancholizare, & expertum est.*

℞. Veterum catharid. abscissis cruribus & capitibus drac. i. lentium mundat. drac. ß. croci. spicæ, cariophyl. ana ℈. ß. da ℈. ß. cum vino mane tribus aut quatuor diebus, donec sanguinem mingat, & liberabitur.

*Puluis cibalis pro stomacho frigido.*

℞. Cinnamomi vnc. ß. ligni aloes, spicæ, caryoph. macis, nuc. mosch. ana drac. i. ß. zz. drac. iij. zuchari vnc. iij. misce fiat puluis.

*Puluis contra ebrietatem.*

℞. Coriandri præparati vnc. ß. sumach. berberorum, sem. citoniorum, caulium ana drac. i. camphoræ gr. vi. da cum vino granatorum.

*Puluis ad idem.*

℞. Sem. caulium, endiuiæ, berberorum, lentium excorticat. rosſ. rub. spodii ana dr. i. da cum vino.

*Puluis ad idem.*

℞. Coriandri drac. ß. sem. citoneorum, caulium, spodii, berberorum ana drac. i.

*Puluis expertus contra lepram, & omnem sanguinis infectionem.*

℞. Seri caprini q. s. pro haustu, puluer. epithymi dr. ij. misce, bibatur mane tepide 40. aut 50. diebus, quia maximæ virtutis est.

*Puluis papau. communis expertus ad rubedinem oculorum.*

℞. Thuthiæ præparatæ drach. i. antimonii præparati drac. ß. margaritarum drac. ij. corallor rub. drac. i. ß. serici crudi de flosculo vermis drac. ß. misce, f. alkohol, seruetur in ferreo aut plumbeo vasculo, & cum stylo imponatur argenteo.

*Puluis cibalis in tympanide.*

℞. Cinnam. vnc. ß. cardam. drach. i. cumini, carui, fœniculi, anisi ana drachm. ß. caryoph. nuc. mosch. piperis longi, zz. ana drachm. i. ß. piperis nigri drachm. ß. croci ℈. i. zuchari, &c.

*Puluis calidus cibalis.*

♃. Piperis longi, caryoph. nuc. mosch. folii, galangæ ana dr. ij. cardamomi vnc. ß. croci dr. i. zz. dr. iij. macis dr. i. cinnamomi vnc. i. zuchari, &c.

*Puluis stipticus ad destillationem vrinæ.*

♃. Glandium vn. ß. myrtyll. rosſ. rub. ana dr. i. ß. accaciæ dr. i. amyli, carab. dragacanthi, boli ana dr. i. lentium excorticat. dr. iij misce, fiat puluis.

*Puluis exiccans sperma.*

♃. Cumini, carui, origani, menthæ, calamenthæ, rutę ana dr. i. zz. cinnamomi ana dr iij ameos, amomi, sem agni casti ana dr. i. ß. misce fiat puluis.

*Puluis ad idem.*

♃. Sem. agni casti vnc. ß mentastri, ruthæ, cumini, ciperi, balaust. ameos, amomi ana drachm. i. misce, fiat puluis.

*Puluis ad impragnationem.*

♃. Granorum pœoniæ, rad. mandrag. ana drac. ß. moschi, ambræ ana gr. iv. misce, fiat puluis, aspergatur bombaci & intromittatur.

*Puluis pro hepate elegans confortatiuus, & præcipue in hydrope.*

♃. Cinnamomi vn. i. ß cardamomi, caryoph. nuc. moschat. ana drach. i. ß. sem. anisi, fœniculi, cumini, dauci, ameos, ana dr. i piperis longi, zz. ana dr. ß. sand. alb. & rub. rasuræ eboris ana dr. i. amili, spicæ ℈. ij. misce, f. puluis.

*Puluis quo fricantur vesica in ore vna cum gargarismate ad hoc.*

♃. Citoniorum combust drach. i ß. gallarum nuc. cupressi, cort. granatorum, balaust. boli armeni, mastiches ana drac. ß. aluminis zucharini dra. i. caphuræ ℈. i. misce, fiat puluis.

*Puluis exiccationis stipticus.*

♃. Nucum cupressi, cort. granatorum dra. ij. balaust. pul. qui reperitur in lignis marcidis quernis gallarum (aloe) cortic. pini ana drac. iij. lytargiri, cerussæ, ana dra. ij aristol vstæ, centauriæ ana drac. i. ß. tuthiæ præparatæ vnc. ß. vermium terrestrium, testarum conchiliorum, plumbi vsti, æris vsti, sang. drac. ana dr. ij. mastiches, sarcocollæ, colophoniæ, olibani ana dr. ij. ß. atramenti vel ... cort. salicis vnc. i. misce, f. puluis,

*Puluis contra dolorem matricis.*

℞. Nuc. mosch. ℨ i zz. ℥ i sem. viticæ, nasturtii, myrtillorum an. ℨ 2. misce f. puluis da ℨ i. cum oleo oliuarum aut amygd. dulcium

*Puluis contra calculum.*

℞. Sem. milii solis, saxifragiæ, alkakengi Macedonici, Petroselini, bauriæ, cretæ marinæ an. ℥ ß. sem. anisi, fœniculi, xilobalsami, carpobalsami an. drach. 2. liquiritiæ drach. 3. pilorum leporis combustorum, lapidis lyncis, spongiæ an. drach. 1. sang. hircini, præparati ℥ ß. cinnamomi, caryoph. ligni aloes, nuc. moschatæ an drac. i. misce fiat puluis.

*Puluis elegans ad stomachi debilitatem.*

Recipe Cinnamomi ℥ ß. macis, nuc. mosch. galangæ, zz. melegetæ, cardamomi, folii, piperis longi, an. drac. 1. croci ℨ ß. zuchari ℥ v. misce fiat puluis.

*Puluis capitalis, qui poni debet supra commissur.*

Recipe Pulegii, calamenthi, stœchad. cort. citri, maioranæ, betonicæ, sandaracæ, caryoph. an drac. 2. misce fiat puluis.

*Puluis pro mingentibus in lecto.*

Recipe agrimoniæ drac. 1. vel plus da cum pauco vino in introitu lecti.

*Puluis ad idem.*

Recipe Pulueris Erinacei drachm. i. vel plus, similiter caro eius mirabiliter valet.

*Puluis & est magnum meum secretum ad putrefactionem gingiuarum, & dicitur puluis de Brionia, valens ad quascunque corruptiones cancrosas & vlcerosas gingiuas & aliarum partium corporis humani.*

Recipe succi brioniæ, ℔ ß. dragacanthi, carab torrefactorum an. drach. 1. sarcocollæ, mastiches, thuris, Ireos an drac. s. thutiæ lotæ cum aqua rosarum drach 2. calamenthi, combusti ℨ ß. terantur omnia, postquam fuerint puluerisata vt Alkokol in mortario lapideo, & ad solem exponantur, donec consumatur succus; deinde alter succus addatur & hoc fiat quinquies, postquam exiccatus fuerit, aspergatur aut cum melle & puluere hoc sæpe liniatur.

*Puluis ad Botium gulæ expertissimus.*

Rec. Spongiam vnam in furno exiccatum ita vt possit puluerizari, & da ℥ i. istorum pul. cum vino albo ieiuno, deinde desuper ad omnes minus hor. 3. ieiunet. & hoc facies hebdomadis aliquibus continuis, & miraberis nobilem effectum.

*Puluis experientissimus ad egressionem ani & matricis.*

Recipe ossium dactylorum vt alkohol puluerisatorum, superaspergas ano & matrici.

*Puluis contra pestem excellens.*

Recipe boli præparati dra. i. tormentillæ, doronici, diptamni, sand. rub. an. drac. i. ras. ebor. spodii, cortic. citri an. drac. s. margarit. splendid ℈ i. Iacinthi, saphyri an ℥ ß. anth. oss. de corde cerui an. drac. i. rasuræ vnicornu ℥ ß. zuchari ad pondus omnium misceantur f. puluis, da ℥ ß. & plus cum vino subtili.

*Puluis carminatiuus.*

Recipe origani, ruthæ, anisi calamenthi, ameos, carui an ℥ ß. Thuris, mastiches an. ℥ i. caryoph. drach. i. misce fiat puluis.

*Puluis cordialis elegans.*

Recipe Lapid. omnium pretiosor. an. drach. s. corall. amb. an. drac. 2. ossis de corde cerui, spodii, ligni aloes, cinnam. an. drac. 1. limaturæ auri & argenti ana ℈ i. croci ℈ i. ambræ gr. 2. Misce fiat puluis.

*Puluis expertus ad ardorem vrinæ.*

Recipe sem. cucumeris, cucurbithæ citrilli, meloni, portulacæ, maluæ, papau. albi an. drach. 1. s. dragacanthi, viol. amyli, spodii, boli ana dra. s. zuchari ad pondus omnium fi. puluis.

*Puluis contra dolorem post partum.*

℞. Cassiæ lign. cinnamomi, capill. veneris an. drach 1 sem. anisi, passularum an. ℥ ß. Misce f. puluis, da cum vino albo quia optimus est.

*Puluis pro fluxu spermatum.*

℞. Menthæ siccæ drach. 3. sem. agni casti, rad. ireos, an. dra. 1. sem. ruthæ drac. 1. sem. lactucæ drach. 2. ß. zuchari ad pondus omnium, misce, f. puluis, da drac. i. cum vino albo ieiune.

Puluis

*Puluis expertissimus ad epilepsiam puerorum.*

℞.Coriandri præparati, cum aceto & vino citoniorum ʒ i.sem.pœoniæ, portulacæ an drach.1. vngularum asini adustarum ℥ ß. misce, fiat puluis, da cum aqua ruthæ diebus 40. continuis.

*Puluis ad exitum ani.*

℞ Thuris, mastiches, nucis cupressi, antimonii, cort. gran balaust. glandium an. ʒ.i. misce fiat puluis.

*Puluis expertus ad frangendum lapidem in vesica.*

℞. Milii solis, saxifragiæ, cinnamomi, capill. veneris, se[illegible] an ʒ i. l.quiritiæ ʒ i. ß. lapidis lincis iudaici an. ʒ i. [illegible] asparagi ana drac.i. misce, fiat puluis, da [illegible] albo ℈4

*Puluis contra morsum scorpionis, & phlegmaticam febrem, item quartanam expertus.*

℞. Asæ fœtidæ, ruthæ, piperis, mirrhæ ana partes æquales, misce fiat puluis, da drac.i cum vino, contra morsum scorpionis, contra quartanam hora vna ante paroxysmum, cum oxymelite simplici, ʒ 2. diebus 3. in hora paroxysmi factis antea euacuationibus.

*Puluis ad morsum scorpionis nobilis.*

℞. Aristolog. vtriusque zinzib. an drach. 2. calamenthi ruthæ syluestris an. ʒ ß. misce fiat puluis, da drach.i. cum vino, & locus emplastretur, cum foliis lauri in vino decoctorum.

*Puluis ad occultam ventositatem stomachi & intestinorum.*

℞. Cassiæ ligneæ, spicæ, celticæ, sem. apii, marathri, anisi, anethi, rad. costi, azari vtriusque, cardamomi, caryophyll. zz. piperis longi & nigri an. ʒ ß. cinnamomi ʒ 2. macis ℈ i. misce fiat puluis, da ʒ i.

*Puluis carminatiuus ventositatum.*

℞. Carui, anisi, cumini, cinnamomi, cardamomi, vtriusque macis, apii, ameos, caryop. zz. galangæ piperis vtriusq; ana ʒ.i baccar. lauri ʒ 3. misce, fiat puluis.

*Puluis ad idem.*

Recipe Cnmini, carui, anisi, marathri ana ℈4. sem. petroselini, apii. ameos, anethi ana ℈2. piiethri, zz. galangæ, piperis vtriusq; an. ʒ. ß. asari ameos, cinnamomi, spicæ, squinanthi, ciperi, cardamomi, cubeb. cariophil. an. ℈ 1. misce fiat puluis.

*Puluis ad idem.*

℞. Cumini, piperis longi zz. galangæ ana drac. i. ß. costi, azari, ameos, spicæ, carpobalsami carioph. cub. folii, Xilobalsami, sem. marathri, sileris montani ana ℈2. maioranæ, ruthæ, ana ʒi. fiat puluis.

*Puluis ad grossam ventositatem & grossos humores in stomacho.*

℞. Sem. anisi, ameos, apii, ʒ 1 ß masticheş, squinanthi, costi, ana ʒß. thuris ℈ 1. nasturtii, pyrethri ana ʒ 1. misce fiat puluis.

*Puluis digestionem confortans inflationem curans, opilationes hepatis & splenis aperiens senibus, &c.*

℞. ZZ. ʒ 3. origani, mastiches ana ʒ 1. carui cumini, piperis nigri ʒ 1. ß. sem. anisi marathri, carui ana ʒ 2. misce fiat puluis.

*Puluis ad frigiditatem stomachi & corruptionem.*

℞. Mastiches, caryoph. cumini, cubeb. zz. cardamomi spicæ, anisi, ʒ 1 ß. ozimi, azari, an. ʒß. ligni aloes ʒ 2. ß. galangæ ʒ. 1. misce fi. puluis.

*Puluis ad stomachum malum & colorem pallidum.*

℞. Mastiches, carioph. cassiæ ligneæ asari, rof. ozimi, cort citri ana ʒi. galangæ macis zz. nucis mosch. ana ℈i. misce fiat puluis.

*Puluis ad idem.*

℞. ZZ sem. anisi, apii, marathri, spicæ ana ʒ. i. ameos ʒ 1. ß. menthæ, calamenthi ana ℈1. cassiæ ligneæ, cumini, carpobalsami, pyrethri ana ℈2. folii ʒ ß.

*Puluis de Polypodio solutiuus.*

℞. Sem. anethi, anisi, liquiritiæ, violarum, acetosæ, endiuiæ an. ʒ i. ß. polypodii ℥ i. macis, cinnamomi an ʒ 1. mastiches ℈ i. diagridii ℈. 2. flor. nenuph. ℈ 4. misce fiat puluis.

*Puluis de polypodio.*

℞. Polypodii ℥.i. cinnamomi ʒ i. ameos, anisi ana ℈ i. tartari ʒ.i. salis Indi ʒ i. misce fiat puluis.

*Puluis ad dysenteriam.*

℞. Boli ʒ ʒ. spodii sem. acetosæ, amyli max. (assorum) an. ʒ i. sem maluæ, acaciæ an. ʒ ß psilii assi ʒ 2. misce, fiat puluis, da cum liquore stiptico.

*Puluis ad idem.*

℞. Sem porri dra.2. Ozymi, dragacanthi, amyli assorum, glandium siccarum, sanguinis draconis, balaust an. ʒß. misce f. puluis.

*Puluis alter elegans ad idem.*

℞. Sem. ozimi, nucleorum passularum, sumach an ʒ2. glandium siccatum assarum, cast. ceterach, balaust. an ʒi. sem. coriandri assi ʒ1. sem. acetosæ, spodii, myrtil. gallarum assarum an. ʒi. ß. misce fiat puluis.

*Puluis ad lienteriam.*

℞. Nucleorum granatorum acetosor. ℥. 1. cumini in aceto infusi & assi, myrtill. Xylocaractæ, coriandrorum assor. sumach. glandium, balaust assar. ana ʒ 1. mastiches dra. 2. misce

*Puluis alius elegans & expertus ad fluxum antiquum & diuturnum.*

℞. Balaust. sumach, glandium, Xilocaractæ, myrtill. nucleorum, granatorum acetos. hypocist. spicæ, coriandri, nucleorum passularum, apii gallar. omnium assarum an ʒ 1 sem. hyosciami ʒ1. ß. mastiches, olibani an. drac. 1. misce f. puluis.

*Puluis elegans in excoriatione intestinorum*

℞. Psillij drac. 1. sem. portulacæ, acetosæ, arnoglossæ, anteræ, amyli, terræ sigillatæ gr. dragaganthi. omnium assorum an dra. 3. misce f puluis.

*Puluis ad sanguinem fluentem ex ano & vulua.*

℞. Sumach. balaust. coriandri, gallarum in aceto infusarum, carioph. conchiarum assar. carabe. corall. an ℥ ß. misce f. puluis. Nota quod ex huiusmodi stipticis facere potes pulueres, emplastra, cerata, fumigia, lixiuia, & alia, vt proposito tuo videbitur.

*Puluis valde stipticus pro clystere in dysenteria & tenasmone.*

♃.Panis assi vnc.s.sandal.rub.gland. gallar. gran. dragacanthi assat.sanguinis draconis,accatiæ an. drac.i.opii ℈1.ß.misce fiat puluis,da ʒ 1. s. in vna vice potes etiam cerussæ ℈4.addere si libet.

*Puluis ad idem.*

♃.Sandaracæ dra. i. accatiæ, carthæ,bombicis vst.an. ʒ2 s rosf.rub.antheræ,arnoglossæ an. ℈ 2. misce, fiat puluis,dosis dra. 2.

*Puluis ad mictum sanguinis.*

♃.Sem.citrulli,cucurbitæ, cucumeris, melonum portulacæ,spodii,succi liquiritiæ an. drach 2. sem.lactucæ, maluæ,rosf.rub.papau.albi,dragacanthi an.℈ 2.sem. myrtill.acetosæ,boli accatiæ an. ℈ 1. Terantur & cum succo plantaginis,f.trocisci, exiccentur & iterum puluerisentur,da cum liquore conuenienti.

*Puluis sanguinem stringens expertus.*

♃.Thuris,sang. draconis, gipsi, granorum passularum,pulueris molendini, stercoris equini vel asini vsti an.ʒ i.f.puluis,qui imponatur cum albumine oui.

*Puluis Rhasis carnem generans.*

♃ Olibani,sarcocollæ, sang. draconis, rad.ireos,an. dra.i.misce f.puluis.

*Puluis Lanfranci ad idem.*

♃.Thuris,mastiches,fœnugræci an.ʒ i.f.puluis.

*Puluis incarnatiuus.*

♃.Rad.ireos,aristol.rotund.vstæ myrrhæ mastiches, aloes,sang.draconis,farinæ orobi an.drach.2. misce fiat puluis.

*Puluis sanguinem stringens.*

♃. Thuris,aloes,sang. draconis, mastiches, pilorum leporum subtiliter incisorum, telæ araneæ an. ʒ ß. cum albo oui.

*Puluis ad idem fortior.*

♃.Sarcocollæ,cort.gran.arill. passular. sumach. spongiæ marinæ vstæ, lateris vsti, scoriæ plumbi, tragacanthi,thutiæ an. ʒ 1. telæ araneæ ʒ 1. ß. pilorum leporum subtiliter incisorum,misce cum albumine oui.

*Puluis*

*Puluis ad idem.*

℞. Thuris drach.2 aloes drach 1. pilorum lep. subtiliter inciss. drac ß. cum albumine oui pulcher est & breuis.

*Puluis incarnatiuus stipticus elegans.*

℞. Gallarum, nucum cupressi glandium, thuris, mastiches, sarcocollæ, tartari aluminis zucharini an.drach. 1. f. puluis.

*Puluis incarnatiuus.*

℞. Farinæ lupinorum, orobi olibani, Ireos, sarcocollæ, myrrhæ an.drach.1 misce f. puluis.

*Puluis vulnera consolidans.*

Recip. Cerussæ lythargirii an. drach. 1. scoriæ pumbi, myrrhæ, gallarum an. drach ß. misce f. puluis.

*Puluis ad idem probatissimus.*

Recip. Olibani, aloes, sang. draconis, sarcocollæ an.ʒ. 1. ß. aristol. vstæ, lithargirii, cerussæ, cortic. arbor pini vstorum, centaureæ minoris an. drac. ß. gallarum, balaust. an. scrup. 2. misce, f. puluis. vtere & miraberis.

*Puluis sanguinem stringens, ossa consolidans, vnde in affectibus vuluarum magnum est secretum.*

℞. Consolid. maior. boli armeni an. vnc.1. picis Græ. vnc.3. mastiches olibani an vnc.ß. sang. draconis, mumiæ vnc.1 ß. potes addere telæ araneæ, spongiæ vstæ, pilorum leporis subtiliter inciss. ana drach.1. misce, f. puluis, expertum est.

*Puluis in stillicidio vrinæ.*

Recip Spodii, rosar. an. scrup 2. sem. portulacæ. lactucæ, anthræ, sumach succi liquiritiæ, sand. alborum, dragacanthi, lentium mundatar. coriandri in aceto infusi, ana drac.1. misce, f. puluis, da cum liquore stiptico.

*Puluis expertus in macula oculorum.*

Recip. Sacchari candi, tuthiæ præparatæ drach. 2. puluerisentur, & cum aqua rosarum in pelui aspergantur, imeretur puluis, super fumo ligni aloes & modicum thuris, postea exiccetur vt alcohol, misce, fiat puluis.

*Puluis expertus in icteritia & Hydrope.*

Recip. Cantharid. adustar. drac.1. vel scrup 2 da scrup. ß. cum vino, quia multam humiditatem per vrinam euacuat, vbi aduruntur, adde parum gummi cerasarum, misce.

*Puluis supra vulnera capitis debet poni.*

℞. Ireos, farinæ orobi, thuris, aristologiæ, cort. capparorum, mirrhæ, sarcocollæ, sang. draconis, myrtill. nucis expressi, misce fiat puluis.

*Puluis apertiuus hæmorrhoid.*

℞. Hellebori nigri drac. 1. pulueriza & misce cum succo cæpe, postea exicca, & hoc fiat quater, deinde cum felle tauri licinium imponas tandiu donec fluxus cesset.

*Puluis qui supra commissuram capitis frigidi aspergi debet.*

℞. Cariophil. cubeb. ligni aloes, piperis longi thuris, mastiches, maioranæ ana drach ß. rof. lambrusci, sandal. alb. ana scrup. 1. misce, fiat puluis.

*Aliud ad idem sed in calido.*

Recip. Spodii, coral. rub. lambrusci, ros. rub. coriand. an. drach. 1 macis. caryop. an scrup. ß. misce.

*Puluis ad descensum catharri.*

Recip. Flor. camom l. drachm. 1. maioranæ, mastiches, thuris, nucis cupressi, cubeb. caryoph. nucis mosch. ana scrup. 3. misce fiat puluis.

*Puluis in discrasia calida cordis.*

Recip. Rosarum, spodii, sem. portulacæ, berberis, borraginis an. scrup. ß. boli, carabe, ligni aloes, caryoph. ana scrup. ß. sem. cucum. drach. 1. camphoræ gran. 8.

*Puluis carmniatiuus.*

Recip. Sem. anisi fœniculi, ameos, carui, amomi, petroselini, rutæ, pulegii, calamenti origani an. drach. 2. seseleos, apii, leuistici an. drach. 1. cimini piperis an. drach. 1. ß. cinnamomi zz. an. drac. 6. liquiritiæ mundæ vnc. 3. misce, fiat puluis subtilissimus.

*Puluis ad idem.*

Recip. Piperis vnc. ß. sem. anisi, fœniculi, seseleos apii, carui, ameos, amonis, euphrasiæ, zz granorum parad. galangæ ana drach. 2. baccarum lauri drach. 3. liquiritiæ vnc. 3. misce fiat puluis.

*Puluis ad oculos valens.*

Recip. Ruthæ, gelidoniç, euphrasiæ sicc, an. vnc. ß. sem. seseleos. carui cimini an. vnc. 1 cinnam. vnc. 2. piperis longi, cubebarum, carpobalsami, sem. apii, ana vnc. ß. sacchari q. s.

Puluis

*Puluis partum facilitans.*

Recip. Sauinæ, pulegii, artemisiæ an. p. 1. cort. cassiæ fistulæ drach. 2. ß. croci scrup. ß. cinnamo drach 1 ß. galbani, myrrhæ an. scrup. ß. misce f. puluis, da drac. 1. cum vino calido. Si vero decoctionem vis, quæ melior erit, adde ficuum dactylorum an. n. 2. bulliant in vnc. 6 vini ad consumptionem tertiæ partis, cola, da vnc 3. calide.

*Puluis elegans contra stranguriam.*

♃. Sem. apii, petroselini, granor. pæoniæ, sem. saxifragiæ, genistæ an. drachm. 1 ß. sem. anisi, fœniculi carui an. scrup. 1 sem. com frigidorum mundatorum an. drachm. 1. milii solis ʒ ß spicæ, cinnamomi an. ℈. 2. liquiritiæ ʒ 3. sem. papa alb. drach. 1. ß. lactucæ, portulacæ ana drach. ß. sacchari vnc. 1 ß misce, f puluis, da drac 1. ß.

*Puluis stringens fluxum sanguinis immoderatum.*

Recip. Gummi dragacãthi arabici torrefact an. scrup. 1. sang. draconis. coral. rub, lapidi hematitis an drach ß da scrup. 4. cum aqua plantaginis adiungendo psilii assi ossis de corde cerui, carabæ an. scrup. 1. misce, fiat puluis.

*Puluis elegans ad sanguinem coagulatum.*

♃. Rhabarb elect laccæ, terræ sigillatæ, mumiæ sperma cæti an. drach. 1. misce, fiat puluis, da drac. 1. bis in die, facta tamen euacuatione vtraque si opus est.

*Puluis ad vertiginem & epilepsiam.*

Recip. Maioranæ balsamitæ, betonicæ, saluię rorismarini, lauendulæ, melissæ, sticad arab. an. scrup. 1. coriandri præparati nuc. mosc. cinnamomi an drach. 3 cubebarum, cardamomi, galangæ, piperis longi, sem. gallitrici, visci quercini, gran. pæoniæ, an. drac 1 caryoph macis, zedoariæ zzb. sem. fœniculi, carui, agni dei carpobalsami Xilobalsami an drach ß. misce fiat puluis.

*Puluis matricem confortans ad conceptionem.*

Recip. Piperis longi, zz galangæ, spicæ nardi, seseleos, gran. pæoniæ, nucum mosch. zedoariæ cardamomi cubeb. cassiæ ligneæ, a. drac 2. g. paradysi vnc. ß. saluiæ, mentæ, maioranæ, nepetæ diptami ana drach. 1. coagul. leporis vnc. ß sacchari vnc. 1. misce fiat puluis, da drach. 1. mane ieiuno, in auro ia cum brodio cicerum.

*Puluis ad idem.*

♃. Puluis reginæ vnc. 1 spec. diamargarit. calid. vn ß.

musci gran. 5. sem. anisi, maratri, cymini an. drach. 1. misce, fiat puluis, comedat hora vna ante cœnam, cum pane asso, & in vino madido cum hoc puluere.

*Puluis lac generans.*

℞. Anisi drach. 3. da sero in introitu lecti cum brodio caulium.

*Puluis expertissimus ad elongationem vuluæ.*

℞. Pulueris facti ex corticibus exterioribus nucum exiccati & puluerisati, imponatur cochleari, ligetur, ac sub vulua ponatur. Ad hoc fortius valet puluis aluminis tamen combusti, positi, vt supra, fortius adhuc sal armoniacum vstum & positum, vt supra.

*Adhuc pulchrius.*

℞. Ros. balaustiarum, cort. granatorum hypocistidos, acatiæ an. scrup. 1. pyrethri drachm. ß. cinnamomi piperis albi an. scrup. ß. myrrhæ gr 5 expertus est.

*Puluis præseruans à peste.*

℞. Sem. citri, acetosæ an. drach 2. boli præparati vnc. 1. diptami, gentianæ, tormentillæ ana drach. 2. cinnamomi electi vnc. 1. margaritarum, saphirorum ossis de corde cerui, sandal. omnium, ozymi, an. drach. 1. misce f. puluis, da drach 1. vel drach. 2. vel 3. vel 4. postea bibat parum aquæ acetosæ desuper.

*Puluis ad impregnationem.*

℞. Nucum mosch. zz. cubeb. an drach. ß. piperis longi masticis, cinnamomi ana drach. 2. galangæ drach. ß. linguæ auis, rasuræ eboris, seseleos been vtriusque an. scrup. 2. misce, f. puluis, da drach. 1. ß. ieiune, cum aliquo liquore diebus continuis aliquibus.

*Puluis muscatus optimus ad vermes.*

℞. Sem. atriplicis drach 1 sem. sancti drac 2. rad gram. hyssopi, abrotani ana drach. ß. liquiritiæ ʒ. 1. ß sem. anethi ℈. ß. musci ℈. ß. f. puluis, da cum aqua graminis calida.

*Puluis alius muscatus ad idem.*

℞. Sem. atriplicis, portulacæ polii montani, organi, an. drac. 1. sem sancti vnc. ß. liquiritiæ drac. 1. lupinorum ʒ. 2. musci ambræ ana ℈. ß. misce, f. puluis.

*Puluis ad eminentiam vmbilici.*

℞. Lupinorum petias, panni linei an. ℥. ß. combure & cum vino misce vt emplastrum, & tunc suprapone supra vmbilico.

Puluis

*Puluis mundificans gingiuas.*

℞. Ramusculorum querci, balaust. ana p.1. gallarum, sumach granorum myrthi cupularum glandium ana ℥.1. vitrioli albi, aluminis ana drac.1.ß.antophyli, sem. rosar. ana drach 2 ß.pistentur grosso modo, & bulliant in ℔.2. ß.vini fortis, donec ℔.1.ß. remaneat, deinde ablue in die, & postea cum suprascripta puluere dentes & gingiuas leuiter frica. ℞. mastiches. sandaracæ hypocist. an. scrup.1. thutiæ præparatæ drach.1. vitrioli albi. drach 1.ß. misce, fiat puluis.

*Puluis Casui & percussioni.*

Recip. Laccæ, myrrhæ ana scrup.2.boli drach 1.ß.

*Puluis ad idem:*

Recip. Boli, terræ sigillatæ rubiæ tinctorum, rhabarb. elect. ana drach.1 ß.myrtil drach.1. croci, cósti, ana ℈.1.

*Puluis ad idem.*

Recip. Boli, balaustiorum, amygdal amar. an. drach.1. sang. draconis, myrtill. an. drac.ß. da cum succo arnoglossæ, & præcipue vbi sanguinem spuunt.

*Potio secreta in peste, & nulli reuelanda est.*

Comedat omni die herbam verbenæ masticando, donec gustus deglutiatur. Vel da succi eius vnc.ß. cum vino aut brodio ad bibendum, & verum scias esse hoc secretum, quia mirabile est, potest etiam syrupum facere, sed non tantum valebit.

*Potio breuis Cordialis.*

Recip. Theriacæ drac.1.ß aquæ muscatæ rosatæ q.s.

*Potio excellentissima ad debilitatem neruorum.*

Recip. Puluis pyrethri drach.ß. aquæ rorismarini vn.3. bibat mane in aurora diebus continuis 30. quia miraberis effectum.

*Potio experta ad idem.*

Recip. Mithridati vetustissimi drach. 2. aquæ saluiæ agrestis vnc.3 da xv. diebus.

*Potio sedans dolorem ventris post partum.*

Recip. Trypheræ magnæ ℥ 3. decoct. arthemisiæ q. s.

*Potio somnorifera in phreneticis.*

Recip Papaueris albi ℥ ß. cort mandragoræ, sem. hiosciami albi ana. drach.1. terantur grosso modo, ponantur in petia rara, postea accipe vn.6. aquæ nenupharis, in qua

per

per horas sex stent, deinde post prandium vel cæna da ℥ 1. ß. vel ℥. 2.

*Potio experta diuretica lapidem frangens in renibus & vesica.*

℞. Radic. raphani sylvestris vnc. 2. saxifragiæ vnc. 3. liquiritiæ vnc. 1. lapidis lyncis vnc. 1. bulliant in vino & modico mellis, da vnc. 4. quoties opus fuerit.

*Potio secretissima ad debilitatem cordis.*

℞. Pulu. Zedoariæ vnc 1. vini albi aromatici aut maluatici drach. 2 aquæ melissæ vnc. 3. misce fiat potio detur tepida 4. vel 5. diebus.

*Potio ad idem sublimis.*

℞. Aquæ florum aut foliorum croci vnc. 4 musci gran. 3. misce.

*Potio experta ad confortandum stomachum frigidum.*

℞. Carnis drach. 1. mastic. scrup. 1. grana piperis integri nu 2. bulliant & f potio quia experta est.

*Potio Imperialis Maximiliani aureis literis in libro suo scripta, inuenta, contra intensum dolorem colicum, quam post primam euacuationem clysteri ieiuno tepide dabat.*

℞. Ruthæ absynthii an. p. 1. cimini, carui an. scrup. ß. gran. piperis integrorum nu. 20. bulliant in vino albo & aqua camomillæ q. s. pro haustu vno, deinde addatur theriacæ probatæ philonii ana drac. 1. sperma ceti scrup. 1. opii gr. 2. misce, tepide detur ieiuno, philonium dico sine euphorbio, videbis certe operationem.

*Potio ad ascensum matricis experta.*

℞. Stercoris equi auenam solum comedentis drach. 2. puleg Caryoph. scrup 2 pulu. carabe drachm. 2. vini Iramini vnc. x. terantur, bulliant in simul colentur, in duas partes diuides, quarum vna da mane tepide ieiuno, deinde bene se tegat, potest etiam alia hora dari.

*Potio diaphoretica.*

℞. Caudæ equinæ m. 1. rad. os. mundæ vnc. 1. ß. tragacanthi drach. 6. bulliant in vino q. s. coletur, pro vno haustu da quando opus est.

*Potio in hydrope experta quia diuretica est.*

℞. Grillos aut cantaridas, ablatis alis & capitibus in urno combustis ℈ 2. cum aqua conuenienti.

Potio

*Potio nobilis & experta, mundificans vias vrinæ, saniem, arenulam expellens & menstrua prouocans.*

℞. Lixiuii cineris truncorum fabarum vnc.iv.tepide bibat ieiune, si addes sanguinis hirci præparati scrup.ß. pulueris diuretici gran viij præstantiss. erit remedium.

*Potio ad scrophulas.*

℞. Rad.brusci, asparagi, polypodii violarum esulæ, bismaluæ, ireos, tragacanthi, ellebori nigri acori rad. cimarumque oliuæ, stœchados, pœoniæ, scrophulariæ ana m.i.squillæ vnc.ß.coccognidii vnc.iv. cimini drac.vi. rad herbæ & omnia infundantur in ℔.iv. vini per diem naturalem, postea bulliant, vsque ad consumptionem medietatis, & sic stet in infusione per vnam diem, colentur & cum melle dulcorentur, da vnc.iij.in aurora, & horas 4. desuper ieiuna.

*Potio ad idem.*

℞. Scrophulariæ vnc.iij.violar.azari arist.rotund.rad. bryoniæ, mali terræ ana vnc.i.

*Potio ad idem.*

℞. Cinnamomi, caryophyll.nuc moschat.spicæ olibani ana drach.i.piperis ℈. ij coriandri vnc. ß. diagridii drach m ij.misce fiat puluis: da drachm.i. cum aqua scrophulariæ.

*Potio ad matricem frigidam & humidam.*

℞. Cyperi drac.vi.rad.mandrag.℈ iv.hyssopi artemisiæ ana m.i.sem.ameos, seseleos ana vnc.i.agni casti vnc. ij.piperis longi, cassiæ ligneæ ana vnc. ß. ellebori nigri drac.ij.gran.pœoniæ vnc.ß.sacchari q. s. da in aurora vn. iv.cum drac.i.trypheræ magnæ sine opio facta ante purgatione cum myrabolanis, & hoc fac ad duas purgationes menstruales.

*Potio rhabar. de oppilatiua hepatis ac viarum vrinæ excellens.*

℞. Rad.petroselini asparagi brusci, apii, rubeæ tinctorum ana vnc.ß.liquiritiæ drach.vi.sem.lactucæ endiuiæ, cucumeris, cucurbitæ melonum ana drachm.ij rhabarb. drachm.iij. non in petia ligati sed puluerisati, & in decoctione iam facta impositi, da vnc.iv.

*Potio in febre acuta loco potus.*

♃.Prunorum n xx.item lactucæ, portulacæ endiuiæ, cichorii cucurbitæ ana vnc.ß

*Potio menstrua prouocans breui.*

♃.Cyperi, cappari acori z'zeleos ana vnc i.asari vnc. i.ß.rubiæ tinctorum vnc.ij.ß.

*Potio elegans solutiua in ascyte.*

♃. Fumi terræ m.. ß.absynthii, e... ato i anam i. spicænardi dra.i endiuiæ p.j.bulliant omnia in aqua q. f.pro haustu vno, coletur, intus addatur myrobal.citri.i.vnc ß. bulliant iterum vnica ebullitione, stet per noctem in infusione, mane coletur, intus addatur rhabarb. puluerisati drach.i.

*Potio ad impregnationem.*

♃ Cort.mandragoræ, gran.pœoniæ, sem agni casti, ros.rub. piperis longi, cassiæ ligneæ ana vnc.ß. terantur & bulliant in vini rubr. ℔.iij. vsque ad consumptionem medietatis, coletur, postea accipiantur vnc.iij.in quibus dissoluatur trypheræ magnæ sine opio drac.i & bibat in aurora interuallatis diebus, & incipiat post menstrua diebus xiv. continuis balneet se, & balneo comedat ieiune & quotidie, etiam ieiune de sisceleos.

## POMVM.

*Pomum odoriferum ad caput frigidum.*

♃.Gran.paradysi, pulegii origani, calamenti, serpilli ana drach i.ß.ruræ, sticad. arabici, maionæ ana drach.ij. macis vnc ß.garyoph. storacis, calamitæ ana drach.i.ß. laudani vnc.ij. musci ambræ ana gran.v.infusionis dragacanthi in vino infus.q f f.puluis.

*Pomum odoriferum capitis confortatiuum quod nudum manibus gestari debet.*

♃.Ros.rub drac.ij.maioranæ, flor. lauendulæ anthos drac.i.cort.citri drac.i.ß.ligni aloes, caryoph. ana drac.i. cinnamomi drach.ij.storacis, calamitæ vnc.ij.benzuen. vnc.ß.galliæ mosch aliptæ mosch. ana drach.iij. laudani vnc.ij. infusionis tragacanthi in aqua rosata muscata, stora-

storacis liquidæ ana qu.suf. musci ambræ ana ℈.ß. olei de spica, parum malaxentur.

*Pomum confortatiuum capitis frigidi.*

℞. Storacis, calamitæ vnc. i. caryoph. macis ana drac. ij. ligni aloes drac. vi. laudani vnc. i. spicæ drach. i. galliæ mosch. vnc. ß. musci ambræ ana ℈. ß. infusionis tragacanthi q. s. ex hoc eleganti pomo si lubet trociscos facere potes, quia elegantis sunt odoris.

*Pomum aliud ad idem.*

℞. Folior. citri spicæ ana drac. ß. garyoph. nuc. muscatæ, ligni aloes ana ℈ ij. laudani vnc. ß. musci gran. iij. infusionis tragacanthi, aqua maiorana muscata q. s. fiat pomum.

*Pomum odoriferum capitis frigidi.*

℞. Laudani vnc ß. nigellæ cort. citri, nuc. mosch. garyoph. ligni aloes ana drac. ß. galliæ mosch. drac. ij musci ambræ ana gran. iij. infusionis tragacanthi in aqua saluiæ q. s. fiat pomum.

Nota quod huiusmodi odorifera dari non debent nisi bene euacuato.

*Pomum contra pestem Montagnanæ.*

℞. Storacis calamitæ drach i. ß flor. buglossæ ℈ ij. garyophyl. drach i. been vtriusque ana ℈. i. ligni aloes ℈ ij. myrrhæ, calami aromatici, nuc. moschatæ, spicæ, thuris, mastiches ana ℈. i. musci ambræ ana gran. viij. croci ℈. i. carabæ ℈. ij. semperuiuæ drach. iij. camphoræ ℈. ij trium sandal. ana dr. i. rof rub. drach. iij. succi portulacæ, succi arantiorum ana drach. ij. coriandri torrefacti, nenufar. ana drach. ij. corall rub. spodii ana drac. ß. syrupi de citro boli ana vnc. ß. terræ sigillatæ drach ij. laudani infusi in aqua rosata & aceto, vnc. ij. infusionis tragacanthi in aqua rosar. q. s. fiat pomum.

*Pomum odoriferum.*

℞. Storacis, calamitæ vnc. ß. sandali muscatelli drach. ij. caryoph. vnc. i. laudani vnc. i. ß. camphoræ ℈. i. storac. liquidæ vnc. i. f pomum, cum infusione tragacanthi in aqua rosata muscata.



*Pomum odoriferum in descensu catharrhi.*

♃. Laudani vnc. i. ligni aloes storacis calamitæ, costi spicæ, olibani ana dr. ß. aucum mosch. cupr ssi, sandaracæ ana dr. i. nigellæ, cinnamomi, caryoph. ana dr. ij galliæ mosch. aliptæ mosch. ana dr. i. ß musci ambræ gr. vi cum aqua rosata & pauco vino f. pomum.

*Poma da sic fit.*

♃. Pomorum dulc. mundatorum à cortice & semine num. 6. aquæ nenupharis, plantaginis. rosar. ana gr. i. caryoph. dra. ij. fac decoctionem vsque ad medietatis consumptionem, postea coletur & bene exprimatur, deinde intus addatur axungiæ caprinæ colatæ quarta vna, ceræ albæ vnc. i. axungiæ gallinæ vnc. ß. bulliant hæc vsque ad mediam consumptionem & dimittas infrigidari cum spatula semper agitando deinde adde camphoræ dra. ij. aquæ muscatæ vnc. ß. musci ℈. i. fiat ad modum vnguenti liquidi.

*Pasta ambra ex qua poma aut pater noster facere potes.*

♃. Laudani purissimi vnc. iv. benzuin vnc. i. ß. storacis calamitæ vnc. ij. aliptæ moschatæ vnc. i. galliæ moschatæ vnc. i. garyoph. cinnamomi ana vnc. ß. macis amyli ana vnc. i. musci ℈. i. infusionis tragacanthi in aqua rosata, muscata q. f. fiat pasta.

*Pasta Hartmanni.*

♃. Pul. saponis ℔. iij. laudani garyoph. Ireos ana vnc. vi. storace calamitæ vnc. ß. musci optimi ℈. ß. aq ros. q. f. fiat pasta.

♃. Saponem in aqua rosarum bene lotum quantum vis garyophil. vnc. i. & pone saponem in testa noua ad ignem cum aqua rosarum, & fac bullire parum semper agitando cum spatula & dum bullit pone medietatem pulueris garyophyllorum, & aufer ab igne, & fine parum infrigidari, & pone aliam medietatem pulueris & cum pulueris cooperti bene, & dimitte infrigidari, & cum formare volueris pone parum olei benzuin, & erit optimum pomum odoriferum.



PVRGA-

# PVRGATIO.

*Purgatio cholerę.*

℞. Violarum unc.1. prunorum num. x. Sebesten nu.6. Iuiubarum num.xv. coquantur in aqua ſ.a.pro hauſtu vno,ſtent per horas 6 in infuſione coletur intus diſſoluatur Elect.de pſillio de Zucharo roſat. aut diaprun ſolutiui.

*Purgatio alia ad idem artificialis.*

℞. Violarum unc.1. prunorum nu. xij Sebeſten nu.x. Iuiubarum nu. xx. bulliant ℔.2 ß. aquæ vſque ad medietatem, coletur intus addatur tamarindorum vnc.ß. myrabolanor. citrin. an. drach 2. mannæ drach.6. item bulliant, coletur, colaturæ vnc. 5. addantur electuarii q. vis vt rhabarbari.

*Purgatio ad inflammationem cholerę & ſanguinis.*

℞. Prunorum num. x. tamarindorum drach.6. myrabolanorum citrin. drach.2 ß. pruna & tamarindi bulliant in aqua q. ſ. ita quod vnc. 8. remaneant cum prunorum Iuiubarum an. num.8 colentur, deinde myrobalani contuſi intus addantur & bulliant poſtquam per noctem in infuſione ſteterint & mane bullierint, colentur, colaturæ addantur, mannæ drach.2. caſſiæ extract.drach.3. de ſucco roſarum drach.2.ß.ſyr.granat.vel de acetoſitate citri vnc.ß. macis gr.1.miſce.

*Purgatio ad idem.*

℞. Prunorum Sebeſten an. nu. x. tamarindorum drac. 11.florum nenupharis violarum, roſ. rub. lactucæ an. p.1. bulliant in aqua q. ſ. ita quod vnc. 8. remaneant, coletur, quibus addatur drac.3.pulu.myrobalanorum citrinorum per noctem infuſorum, poſtea mane colentur, colaturæ adde vt ſupra & ſi adhuc magis comprimere vis, da in ſubſtantia drach. 1.ß.myrobal.citrinor.

*Purgatio elegans nobilis & artificialis,ita vt nulli ſit manifeſtum.*

℞. Pullum iuuenem extractis viſceribus in cuius ventre bulliant hæc:

℞. Flores frigidos an.p.1. rhabarbari electi drachm.3. ſcammoneæ ſcrup.2. bulliant & fiat iuſculentum & bibat

cum gr.1. macis, quia soluit sine torsione, potes & myrobalanos addere, & permutare cum medicinis respicientibus phlegma aut alios quosuis humores.

*Purgatio ad idem elegans.*

℞. Passularum vnc.ß. coctarum in aqua violarum per mediam horam colentur per cribrum deinde aspergantur cum drachm.2. pulu. scammoneæ da quando vis 30. aut 40. & non plus cum panatella.

*Purgatio ad choleram & sanguinem.*

℞. Prunorum nu.x. passularum mundat vnc.1.ß violarum borraginis buglossæ fumiterræ an. m. 1. quatuor sem. frig. maior. mundat. an. ℈.2. fiat decoctio in aqua q.s. donec ℥ 9. remaneant, quibus addatur cortic. myrobalanorum citrinorum puluerisato. drach. 6. stent per noctem in infusione, mane colatur adde supra.

*Purgatio elegans ad idem.*

Recip. Rosa. violarum capill. veneris an m. 1. prunorum num. xv. iuiubarum Sebesten an num. 8 bulliant s.a. in aqua q.s. ita quod ℔ 1. remaneat, coletur, cui addatur tamarindorum drach. 6. pul. myrobal. citrinor. vnc.ß. stent per noctem.

*Purgatio elegans tibi sæpe experta in dolore stomachi intestinorum & tenasmone à materia cholerica.*

Recip. Prunorum Damascenorum nu.5 Sebesten n.3. flor. borrag. violarum buglossæ thymi epithymi fumiterræ an. p. ß. passularum ab arillis mundatarum vnc.ß. fiat horum decoctio. s artem in aquis endiuiæ lupinorum an. ℥.6. colentur, intus dissoluantur pulueris myrobolanorum (adustorum, si lubet) citrinorum ℥ ß; vel ʒ 6. & si aliquid de phlegmate admixtum adde Chebulorum drach. 2. stent per noctem in infusione mane bulliant vna ebullitione colentur, intus addatur rhabarbari electi drach.1. syrupi granat. vnc ß. misce.

*Purgatio elegans ad Choleram.*

Recip. Capill. veneris epaticæ violarum vnc.ß. quatuor sem. frigid. maior. contusor. an. drach. 1 prunorum nu xv. Iuiubarum Sebesten nu.3. liquiritiæ passularum an. vnc.ß. bulliant s a in aqua q.s ita quod ℔.1. remaneat, coletur, intus addatur tamarind. drac.ß. pulueris Myrobal. citrin. vnc ß.

*Purgatio*

*Purgatio alia ad idem.*

℞. Capill. vene. endiuię borraginis scolopędriæ, epaticę violarum p.1. rad. fœniculi drac.2 quatuor sem. frigid. contusorum maior an. drach.1 iuiubarum prunorum Sebesten an. nu.8. bulliant adde myrobal. citrin. ℥ 3. tamarindorum vnc.ß. bulliant & colentur: rhabar. elect. drac. 1. spicæ gran 1. Iterum vna lenta ebullitione bulliant, coletur, intus dissoluatur sachari rosati noui propter stomachorum drach.2. misce.

*Purgatio ad Sodam phlegmaticam catharrosam.*

Recip. Flor. borraginis violarum an m.1. polypodii ℥. ß. turbith anisi an. scrup.4. zinzib ℈.1. passularum mundat. liquiritiæ an. vnc.ß. terantur & bulliant in ℔.1. aquæ vsque ad consumptionem medietatis, colentur, intus addatur chebulorum vnc.ß. agarici albi scrup.2. iterum vna lenta ebullitione bulliant in qua per noctem stent mane, colentur, intus dissoluatur elect. de dactylis drachm.1 ß. macis gr.1. misce.

*Purgatio ad icteritiam.*

℞. Myrobalanorum citrin. drach.6. prunor. nu.x. terantur & bulliant in aqua q.s. ita quod vnc.6. remaneant, stent per noctem in infusione, mane coletur, & iterum intus bulliat, secundum rhabarb. electi, drach 2. vel drac. 1. fortiter coletur, & intus addatur syr. ros. nenupharis aut aliarum, &c. potes etiam addere electuarium de succo rosarum, prassium expertum, adianthos epatica & polytricum, expertum eupatorium endiuia, illa à proprietate valent inquit Placentinus.

*Purgatio in tenesmone & dysenteria.*

Recip. Myrobal. citrin. emblic. an. drach 6. ros. amb sumach balaustiarum acaciæ an. scrup 1 sem. anethi fœniculi ameos an. drach.ß. bulliant postea, adde syrup. citonior. aut myrtil.

*Purgatio elegans contra phlegma in stomacho.*

Recip. Turbith albi & à cortice mundati agarici trochiscati an. scrup 2 ß. zinzib. scrup.ß. spicæ gr.5. hyssopi scrup.1. terantur & fiat infusio in aqua decoctionis passularum q.s & bulliant secundum artem, in qua ebullitione stet per noctem, deinde mane coletur, & intus dissoluatur electuarii elescoph. drach.2. de dactylis drach.1 ß. de

succo rosarum drachm.1.macis gr.2.syr. acetos. compos. vnc.ß.1.misce.

*Purgatio ad idem pulchra & pracipue in mixta.*

℞. Eupatorii azari an. ℈.1. agarici albi drac.2. rhab.electi drach.1.ß.spicæ zinzib an gr.5.

*Purgatio ad Melancholiam.*

℞. Chebulorum nigrorum an. vnc ß. flor. borraginis buglossæ stœcad. arab. thymi, epithymi herbæ vtriusque buglossæ cum rad. an p 1 fumiterræ, chamedrios chamæ pitheos, an. p. ß. agarici drach. 1. polypodii vnc. ß. fol. Sennæ drach. 6. liquiritiæ passul. an. drach 3.

*Purgatio ad idem,*

Recip. Flor. borraginis bugloss. viol. thymi, epithymi, an scrup. 1. fol. senæ vnc. 1. polypodii vnc. ß. passul mund. liquiritiæ an. drachm. 3 fiat decoctio in sero Caprino q. s. pro haustu vno coletur, intus infundatur myrob. emblic. bellir. an. vnc. ß. stent per noctem in infusione, mane vero fricetur manibus & vna ebullitione bulliant colentur, intus dissoluantur electuaria quævis.

*Purgatio ad idem.*

Recip. Flor. melissæ nenupharis borraginis buglossæ violarum thymi, epithymi, stœcados arab an. p. j. fol. Sennæ vnc. ß. fiat decoctio in sero caprino q. suff. pro haustu vno, coletur intus addatur prunor. emblicor an. vnc. ß. stent per noctem in infusione.

*Purgatio sublimis ad idem, multotiens experta in melancholia euacuanda & est secretum.*

Recip. Flor borrag. bugloss. sem. acetosæ, scariolæ, endiuiæ & violarum ad anthos, polytrichi an. drach. 2. fisticorum in succo buglossæ per duos dies noctes infusorum vnc. 4. pinearum, similiter infusarum vnc. 3 cort. myrobal. Indorum vnc. 1 hyacinth. smaragdi, saphyri ana drach. 1. ossis de corde cerui, doronici Zedoariæ, an. drach. 2. lapidis Lazuli armeni præparatorum an scrup. 2. ß. margaritarum elect. ʒ. 1. ß. syrupi de pomis ℥. 5. musci gr. 2. ambr. gr. 4. sacchari q. s. Huic simile secretum est sequens.

*Purgatio elegans solutiua, experta in melancholia euacuanda.*

Recip. Thymi, polypodii, sennæ, centaureæ an. drach. 3. lapidis armeni præparat. drach. 2. ellebori nigri, drach. ß. diagri-

diagridii gr.xv.myrobal. indo.ur. drach.3.flor.violarum nenupharis melissæ buglossæ, cinnamomi el. ct. macis, sem.basilicon's, been albi, ... drachm ß.terantur, & cum vnc 2. passulatum confrictarum & syr. myrobalan. indorum, conseruationis ... syrupo de citro q.s.fiat electuarium, da mane in aurora cum aqua lactis aut zuchari drach.2.

Nota quod ex istis elongatioribus purgationibus syruposlongos magistrales & conuenientes facere potes, etiam in omni tali purgationis decoctione addere succi pomorum dulcium ℥.1.ß.vel 2 vt lubet plus vel minus & elegan...

*...atio elegans & artificialis in melancholia.*

℞ ... m buglossi. melissæ borraginis an.℥.4.polypo... do contusi drac.3 agarici albi drac.1. pass... itæ an.drac.2. stent per diem in infusione, ... n tu.bu. ebullitionibus coletur, postea inf... nebulorum contusorum drach 2 Indorum -diac... h m sc up.2. zz.macis an.gr.5 flor borrag. bugl... æ stœcad arab. ana scrup.1 iterum vnica ebullitione bulliant, coletur addatur diacatholicon dial... nnæ.

*Purgatio ad idem.*

℞. Eupatorii fumiterræ an.p.1 ß œcados arabici drac. 1.epithymi ʒ... chebul.embilicor.belliric.an.ʒ.2.turbith. agarici an.ʒ.1. polypodii foliculorum sennæ an.℥.ß. squinanthi ℈.1. ellebori nigri ʒ 1. passularum liquiritiæ an.℥. ß.hamech diacatholicon diasennæ an.ʒ.2.

*Purgatio ad idem.*

℞. Vtriusq; buglossi cum rad.fumiterræ, chamædrios, chamæpytheos, eupatorii, camomeli an. p. 1. polypodii foliculorum sennæ an.drach.6. capillorum vener epithymi stœcados arab. an.drach.1.squinanthi drac.ß ellebori nigri dra... 1.ß. succi pomorum dulc. vnc.1 ß. flor borrag. bugloss.an.p 1.

*...urgatio elegans phlegmatis & melancholiæ.*

℞. Helleburi nigri ℥ ß.rhabarb.electi ʒ 2. turbith ʒ 1. ß.foliculorum sennæ, ʒ.6.croci zz an.ʒ.ß.spicæ ℈.ß. macis nuc.moschat.cinnamomi garyoph an.ʒ 1.ß.liquiritię rasæ ℥.1.syrupi de zz. conditi & de chebulis conditis q. s. fiat elect.

 Purga-

*Purgatio elegans.*

♃. Agarici albi drach.1. follicul. vnc.1. thymi epithymi an. drach.1. polypodii vnc ß. sem. anisi fœniculi drach.2. prunorum nu.5. diacatholicon. diasennæ diacarthami.

## PILVLÆ.

*Pilulæ ad quartanam febrem.*

♃. Costi, spicæ, myrrhæ, chamædryos, cinnamomi, croci, azari, squinanthi, Carpobalsami, amomi, scordeon, folii aristol. rotund masticheś, caryophyl. helleb nigri, gentianæ, agarici, polypodii, an. scrup. ß. Diagridii drac. 1. aloes vnc. ß. tempera vt vis da cum conuenit.

*Pilulæ ad ablationem appetitus à materia cholerica.*

♃. Ros rub. drachm. ß. rheub. myrobal. citrinorum, an. drach.1. mastiches sand alb. & citrin. an. scrup. ß. spec. hieræ picræ ad pondus omnium cum aqua absynthii fiat massa, potes si lubet diagridium addere.

*Pilulæ excellentes ad fœtorem oris.*

Recip Cardamomi, caryophyl. nucis moschat. galangæ, cinnamomi, fol. lauri, macis, origani, scrup. ß. ligni aloes, drach.1. ß moschi, ambræ, an. gran.6. cum vino albo & aqua ros. q. suff.

*Pilulæ ad idem.*

Recip. Caryophyllorum, galangæ, cyperi, calami aromat. rosarum myrtyllorum, ligni aloes, spicæ folii, nucis moschatæ, macis, origani, ireos, an. scrup. ß. musch. gr.3. cum vino.

*Pilulæ hepaticis aschiticis & ictericis.*

♃. Myrob. citrinorum rheub. ol. an. drach.1. mastichis spicæ squinanthi ros rub. sandal alb. anisi an scrup.1. laccæ ablutæ scrup.2. diagrid. drachm ß. croci scrup. ß, succi absynthii eupatorii an. drachm.2. succi scariolæ qu. suff. fiant pilulæ.

*Pilulæ ad tympanitem,*

♃. Rheub. el. drac.2. carui ameos an. drach.1. turbith. coloquintid. an. drach. ß. spicæ ℈ 1. cum succo eupatorii.

*Pilulæ in aschite quando est febris & vrina rub.*

♃. Rheub elect ʒ.1. turbith agarici colocynth. zz. an. ʒ. ß. sem. endiuiæ lactucæ cichorii opii an. ʒ. ß. cum succo endiuiæ qu. suff. fiat massa.

Pilul.

*Pilulæ in aschite vbi non est febris neq; vrina rubra*

Recipe Fol. mezereon Rheub. an. drach. 2. euphorbii scrup. 2. rosarum masticхes an. ℈i. turbith. colocynth. an. dra s cum succo eupatorii aut absynthii q. s. fiat massa.

*Pilulæ ad idem.*

Recipe Sem. endiuiæ cichorii lactucæ apii fœniculi petroselini an. drach. ß. euphorbii mezereon an. drach. 1. Rheub. drac. 3. colocynth. agarici turbith an. drac. s. spicæ masticхes ros rub an ℈ i. succi Eupat. q. suf. f. massa.

*Pilulæ ad hydropem elegantes.*

Recipe Pilul. de rhabar. drach. 2. turbith, agarici ana ℈2. pulpæ colocynth. drach. s. bdellii gran. 8. sem fœniculi, cardamomi an. ℈1. salis com. salis nitri ana ℈ ß. fol. mezereon præparat. ℈2. rorismarini, spicæ, cuscutæ ana ℈ ß. cum succo ebuli & eupatorii quan. suff. fiant pilulæ ix.

*Pilulæ ad pulsum cordis expertissimæ.*

Recipe Smaragdi el. catabæ ana drach. ß. hyacinthi seminis Basiliconis an. ℈ 2. cum aqua rosar. q. suf. ♃. Pilul. com. da in hora qua molestatur à pulsu.

*Pilulæ ad oppilationem splenis.*

Recipe Ammoniaci ℥ ß. bdell. dra. 2. agni casti cordic. capparorum, tamarisci, scolopendriæ an. dra. s. cum syrupo acetoso compos. q. s. fiant pilulæ 7. & postquam sæpe fuit digestus syrupis longis, & purgatus cum diasena, capiat diebus 8. pill. 2. hora vna ante cœnam, & hoc interuallatim sæpe reiteretur, quia laudabilis operatio est.

*Pilulæ excellentes & probatæ contra debilitatem memoriæ vt vidi in quodam, qui memoriam amiserat, & his pilulis per mensem continue vtendo ad bonam memoriam rediit.*

Recip. Cubebarum, calamenthi, nucis mosc. caryoph. an. drach. i. ambræ ℈ 2. moschi gran. 2. fiant pilulæ 6. cum succo maioranæ, da in introitu lecti vnam, vel 2. tribus diebus continuis.

*Pilulæ stupefactoriæ ad dolorem dentium vehementem,*

Recipe. Opii manu calefacti in pauca quantitate cum cera mixti, & in pil. redacti, ponatur denti doloroso, & subito cessabit.

*Pilulæ stomachicæ purgantes choleram & phlegma sine impedimento.*

Recipe Specierum Hieræpicræ ℈ 2.myrob. cit in. Indorum, agarici trochiscati, turbith. an. ℈ ß. epithymi, ameos, anisi ana gran. 6. diagridii ℈ ß. cum liquore quemuis accipe f pilulæ 7.

*Pilulæ contra fumos à stomacho ad caput ascendentes, visumq; clarificantes.*

RecipeMyrob.citrin. [illegible] orum ana ʒ i.ß.licii folii, cassiæ ligneę, squinanthi, [illegible] m. stiches. cubeb. piperis longi ana ℈ ß. agarici trochisc. ℈2 colocynthid. ℈1 Spec. Hieræ picræ ʒ2. euphrasiæ q.s. fiat massa.

*Pilulæ ad fœtorem oris.*

Recipe Caryoph. cardamomi, macis, ligni aloes, folii costi, sandal. citrin. Xilobalsami cubeb. ana ℈ ß. origani drach s. galangæ, nucis mosch. an. ℈ 1. camphoræ gran. 2. aquæ menthæ, rosaceæ muscatæ, q. suf. fiant pilulæ, da ante cibum 8. post 11. pil

*Pilulæ ad viscosos humores & ventositatem stomachi artheticos podagricos & calculos, nobiles.*

℞. Emblicorum indorum belleric. an. ʒ i. bdellii sem. apii anisi, carui, ameos, maratri, rosf. ceterach, masticнes, amomi ana ℈ ß. cinnamomi cardamomi, acori, spicæ, croci, cassiæ ligneæ an. ℈ 1. hermodactyl. ℈ 4. agarici albi an. drach. ß. colocynth drach. i. cum aqua saluiæ, q. s. fiat massa.

*Pilulæ ad Epilepsiam.*

℞. Seseleos, Aristolog. vtriusq;, gran. pœoniæ; sem. ruthæ, stecad. arabici, epithymi, polypodii, camædrios, camæpitheos. an. ℈ ß. Myrtil. citrin. Indor. Belleric helleborinigri, turbith. ana ℈ i. colocynth. trocis. squillæ an ℈2 lap. lazuli præparati ʒ i castorei gr. 6. cum succo ruthæ.

*Pilulæ ad hydropem calidam aschitem.*

℞. Rheubarb. ele ɛ̃t. succi eupatorii ana drach. i. ß sem. scariolæ ℈2. agarici ʒ. ß. mezereon ʒ2 succi scariol. q. s. misce fiat massa.

*Pilulæ sub lingua cum quibus Lanfrancus restituit loquelam vni mulieri.*

Recipe Gran. lauri nu. 6. euphorbii gran. 6. cum ficu mundo, ( alii habent ficuum siccarum mundat. num. 6 ) corticib.

corticib. ligno & ficco f. xii. pilulæ, da vnam sub lingua bis in die, quibus si addis assam & castoreum meliores erunt, verum horribiliores.

*Pilula contra pestem.*

Recipe Myrrhæ, croci, cornu cerui, spodii, sem. basilicon. been vtriusq;, boli an ʒß. flor. borraginis ℈ 2. caryop. cort. & sem. citri an ℈ß. ambræ grana 4. agarici trochisc. granator an. ℈1. camphoræ ℈ß. aloes ad pondus omnium cum vino

*Pilulæ elegantes ad choleram & dolorem capitis calidum.*

♃. Myrob citrin. Indorum an. ʒ 2. rheubarb. elect. ʒ i. sem. scariolæ, port. endiuiæ ana ℈ i. diagridii ʒß. rosf. rub. sand. alb. & citrin an. ℈ß. cum succo scariolæ, q. s.

*Pilulæ ad dolorem capitis phlegmaticum.*

♃. Spec. hieræ picræ ʒ i. sem. apii, colocynth an. ʒß. agarici trochis. chebul. ana ℈ 2. cum succo saluiæ q. s.

*Pilulæ elegantes ad idem.*

Rec. Agarici ʒ i. ß. cassiæ ligneæ polypodii camedrios, camepith. mastiches, anisi fœniculi cinnamomi, cubeb. ligni aloes, nucis mosch. costi piperis longi, granorum pœoniæ ana ℈i. turbith ʒ i. aloes ℥ß. colocynth. ʒ i. scammoneæ ʒß. cum succo saluiæ.

*Puluis ad dolorem capitis melancholicum,*

♃. Thymi, epithymi, cuscutæ, stecad. ara. hypericon. rad. capparorum, sem. anisi, fœniculi an. ℈ i. colocynt. ʒ i. scammoneæ ʒß. myrob. Indorum chebul. an. ʒ i. ß aloes ℥ß. fol. senæ ʒ2 tum doron. epithymi q. s. fiat massa.

*Pilulæ ad duritiem splenis & quartanam.*

♃. Rhabarb. elect. ʒ. i. costi, aristol. lon rad. cappar. laccæ, absynthii, mastiches squinanthi, azari, folii, spicæ celticæ, sem. anisi apii, cassiæ ligni aloes, eupatorii, gentianæ an. gran. 8. croci, caryoph. an. ℈ ß. lapid. Lazuli abluti & præparati ℈ 2. diagridii ℈ 1. ß. cum diasenæ q. s.

*Pilulæ ad choleram elegantes.*

Recipe Aloes ʒ 2. myrob citrin. Indor. rheubarb. an. ʒ i. spicæ, rosf. rub. sand. citrin. alb. ana ℈ß. scammoneæ ℈ß. succi solani q. s.

Pilulæ

*Pilulæ Bechicæ.*

Rec. Succi liquiritiæ, zuchari candi an. ʒv. amyli gummi tragacanthi, amygd. dulc. ana ʒ. 2. ß. syrup. de liquiritia quan. suf. fiant pilulæ latæ.

*Pilulæ elegantiores ad materiam cholericam, melancholicam adustam, descendentem à capite, phlegma quoque purgant.*

Recipe Masticħes, spicæ cassiæ ligneæ, cub. ligni aloes ana ℈ i. caryophil. folii an ℈ ß. colocynthid. agarici, turbith, hermodact. senæ, ephithymi ana ʒ ß. hellebori nigri ʒ i. rhabarbar. elect. ʒi. ß. aloes ℥ß. conficiantur cum succo rutæ, in quo per noctem vnam residentiam fecerint ℈ 2. scammoneæ, fiant pilulæ in aqua fumaria.

## SYRVPVS.

*Syrupus aperiens oppilationem hepatis renum dolorem, & febrem mitigans ac ventositatem in intestinis dissoluens.*

Recipe Rad. marathri, apii ℥ ß. liquiritiæ ʒ 2. borrag. capil. ven. amygdal cuscut. absynthii, ros. an. m. i. squinanthi ʒ i. sem. anisi ℥ ß. petroselini, dauci, asparagi, cucurbit. melonum cucumeris ana ʒi. f. spicæ, folii, mastiches ana ℈ i.

*Syrupus in febre acuta, siti linguæ ariditate & caliditate, iuuenibus & cholericis conueniens.*

Recipe Prunorum, sebesten iuiubarum ana num. xv. flor. violarum, nenuph solatri portulacæ lactucæ an. m. i. bulliant postea adde mannæ granatæ ℥ i. ß. granatos. acetos. ℔. i. zuchari q. s. pulcher fit si addis tamarind. ℥vi. in colore & incisione.

*Syrupus ad idem nobilis præcipue in tussientibus.*

Recipe Iuiubarum, sebesten prunorum. an. num. xv. liquiritiæ rasæ ℥ i. borrag. violar. ana ℥ ß. sem. maluæ, citoneor. ʒ 3. mannæ, granatæ ℥ i.

*Syrupus ad stomachum ventosum frigid. dolorem hypochond. & diaphragmatis, corruptionem appetitus, nec non aperitiuus.*

Rec Rad. endiuiæ, apii, acori an. ℥. i. sem. anisi, fœniculi an. vnc. ß. absynthii, centaureæ, cuscutæ, ros. an. m. i. squinanthi, spicæ, azari, folii an. drach. i. liquiritiæ dra 6. bulliant postea adde rheub. in puppa ligati drach. 2 & zuchari q. s.

*Syrupus ad phlegma salsum & scabiem.*

Rec. Myrob. Indorum dra. 6. citrinorum dra. s. cuscutæ endiuiæ, lupulorum, fumiterræ, cichorii, capilor. veneris, epaticæ, absynthii, borraginis, buglossæ, violarum ana. m. i. rad. lapatii acuti vn. 2. rosar. sumach. an. ʒ 2. liquiritiæ ℥ß. prunorum, sebesten. num. xx. tamarind. ℥ ß. thymi epythimi an. ʒ i. Nota quod omnes istos & alios quoscunq; vis, syrupos solutiuos facere potes, & præcipue in materia phlegmatica & melancholica secundum doctrinam Auicennæ 1. tertii cap. de canonibus curationis.

*Syrupus in discrasia stomachi & laterum ventosa cum pallore cutis.*

Rec. Eupatorii, cuscutæ, absynthii, centaureæ capill. veneris, ros. borrag. ana m. 1. radic apii acori an. ℥ i. sem. anisi, fœniculi, marathri, apii an. ℥ ß. liquiritiæ ʒ i. spicæ, caryoph galangæ, piperis longi, squinanthi ana ʒ i. sem. scariolæ ʒ i. ß.

*Syrupus in omni vehementi inflammatione elegans & nobilis qui & in peste solennis est.*

♃. Succi, citri gran. acetos. vuarum immatur. aquæ ros. an. ℔. ß. aceti ℥ 3. camphor. ʒ ß. zuchari &c.

*Syrupus in calid itate hepatis febre acuta variolis asperis à sanguinis ebullitione ipsius feruorem comprimens, vnde & ebriis conueniet.*

♃. Tamarindor. ℥ 1. sebesten, iuiubar. an num xv. sem. portulacæ, lactucæ, endiuiæ, maluæ, cuscutæ, citrulli, cucum. sandal. amb. an. dra. 1. ros. viol an. p 1. berb. dra. 6 vini gran ℔ 1. aceti rosar. ℥ 1. bulliant omnia donec ℔ 3. remaneant, colatæ pastæ addatur vinum granatorum & acetum, mannæ ℥ 1. ß. aquæ rosat. ℥ 4. camphoræ ℈ 1. iterum bulliant & cum saccharo dulcorentur.

*Syrupus*

*Syrupus elegans aromaticus in omni frigida & dispositione stomachi & hepatis & membrorum*

Recipe Spicæ, azari, folii, squinanthi, masticbes ana drac.i. costi ciperi, carpobalsami Xilobalsami, amomi ana ℈ 2. ß. galangæ caryophil. cardamomi, cubeb. nucis mosch. macis & calami aromatici an drachm. ß. calamenti, mumiæ (vel menthæ) ana m. i. passul. enucleat. drachm.6. vini alb. ℔. i. aquæ lib. 2. moschi gran. 4. zucchari, &c.

*Syrupus de stœchados ad articulos.*

Recipe Stœchados arab ℥ 1. calamenti, origani, saluiæ, thymi, epithymi, maioranæ, ro ismar. an. m. i. acori ℥ i. sem. marathri, anisi carui an drach. 1 pyrethri dra. 3. agarici albi drach.i. chebul. drach 6. passulai. ℥. 1. aromatizetur, cum puppa piperis longi, zinzib. calami aromatici, spicæ ana dra. ß. cubebar. nuc. mosch. macis an. ℈ 2. Elegans est & pulcher, si aliqua iuncturas magis respicientia addis.

*Syrupus digestiuus phlegmaticis.*

Recipe Rad petroselini, apii, brusci, asparagi graminis an. vnc. 1. infundentur primum diem in aceto, deinde parum exiccentur. postea Recipe hyssopi, calamenthi origani, maioranæ, camædrios abrotani ana m. i. sem. anisi fœniculi, carui marathri ameos ana drach. 1. ß zinzib. zedoariæ, spicæ ana ʒ 1. ß. flor. anthos ʒ. 3. coquantur ad syrupi consistentiam.

*Syrupus nobilis & expertus de buglossa ad melancholiam digerendam.*

Recipe Buglossæ cum rad. ℥ 3. fumiterræ, lupulorum salicis ℥ 1. cortic. fraxini tamarisci genistæ ana ℥ ß. scolopendriæ capil. ven. melissæ ana m i. ß sem. melonum cuscutæ vrticæ, anisi marathri an. drach. 2. thymi epithymi an. drach. 1 ß. myrob citrin. chebulor. an. ℥ 1. folicul. senæ ℥ 2. carthami ʒ i polypodi ℥. 1. ß spicæ, calami aromatici, behen vtriusq; ana ℈ 1. liquiritiæ ʒ 1. passul ʒ 1. s. vini albi ℥ 4. aceti squilitici ℥ 3. da diebus aliquibus continuis, & in splene excellentissimus.

Syrupus

*Syrupus vulneratorum elegans.*

♃. Cinnamomi vnc.i.zz.vnc.ß galangæ, gr.paradysi, cardamomi, piperis vtriusque, caryophylli ana drach.i. mellis zuchari ana ℔ ij vini clari ℔.iij.misce, fiat claretum ex quo vnc. v. dabis cum ℈.iv.pulueris infrascripti. ♃. pimpinellæ, betonicæ, sanamundæ valerianæ, gentianæ, caryoph.ana dra. i. pilosellæ ad pondus omnium, expertum est.

*Syrupus ad sanguinis corruptionem vt lepra scabies & id genus.*

♃. Fumiterræ m.iij. bu glossæ cum radicibus scabiosę, lupulorum, lapatii, capill. veneris polytrichi. scolopendriæ cichorii e[illegible] ana m. i. ß. liquiritiæ vnc. i. sem. melon. cuscutæ [illegible] anisi ana drac.i.flor.viol.borrag. buglossæ rosar ep[illegible] a drac.i ß polypodii vnc.ij. folliculorum senæ v[illegible] Indor.chebul.citr.an. vnc.ß sem.carthami dr. j. p[illegible]rum vn.i. ß. prunorum, sebesten n.xx tamarind dr. vi.

*Syrupus ad sanguinem infectum.*

♃. Rad.enulæ campanæ, lapatii acuti ana vnc.i. follic. senæ vnc i. ß. fumariæ, scolopendriæ, epaticæ ana m.ij. lupullor.cuscutæ, absynthii, endiuiæ, cichorii ana m.i. prunorum nu. xx sebesten.nu.xxx.thymi, epithymi, flor. viol borrag buglossæ ana vnc ß. sticados arab. drach.ij. myrob.chebul citrin.ana drac.vi.tamarind.drac.v.polypodii vnc iij sem anisi vnc.ß.

*Syrupus ad coitum.*

♃. Singulorum pastinachæ, erucæ ana m.i. ß. pinearũ pistach.fi[illegible]uum ana dr.ij.testiculor.vulpis vnc.iij.bulliant postea, addatur mel q.s.moschi gr.v.

*Syrupus ad discrasiam capitis & stomachi frigidam nobilis.*

♃ Menthæ, mel ssæ, bethonicæ, saturagiæ, balsamitę, saluiæ serpilli pelii, pulegii, astæ regiæ, maioranæ, stœchados arab.rorismarin. Origani ana m.j.cubeb. ligni aloes, nucis moschatæ, piperis longi, caryoph. ana drac.i. acor.vnc.ß gr.pœoniæ dr.v.

*Syrupus ad idem & præcipue in subtili phlegmate.*

♃. Fol. saluiæ, cupressi, ana m.i. ß. mastiches olibani ana-

ni ana drac.i.ß nucis mosch.macis cupressi ana drach.iij. ligni aloes drac i.

*Syrupus ad dolorem capitis melancholicum.*

♃. Capill. ven. rad. vtriusque buglossæ & folior. earum ana m ij. polypodii vnc ij. epithymi drac. vi. follicul. senæ vnc ij.ß chamępyth stœchad. arab. camædrios, eupatorii ana m. i. fumiterrę m. i. ß. ellebori nigri dr. iij. succi pomorum dulcium vnc. viij.

*Syrupus secretissimus in ascite & præcipuè calida.*

♃. Succi scariolæ ℔. ij. succi apii petroselini ana ℔. i. aquę decoctionis esulæ vn. i. ß. spicę dr. i. masliches dr. ß. sem. fœniculi apii ana vnc. ß. bulliant omnia vsque ad consumptionem medietatis, coletur & fortiter exprimatur, deinde adde rheubarb. in puppa ligati vnc. ß. zuchari ℔. ij. iterum vna lenta ebullitione bulliant da vnc. iv. bis in hebdomada secundum patientis virtutem & miraberis effectum, postea emplastra ventrem de stercoribus cum aceto, super hepar autem pone emplastrum triasand Mesue.

*Syrupus vrinam prouocans, & eius dolorosum ardorem sedans.*

♃ Semi apii drachm. i. fœnugræci drach. i. scolopendriæ capill. ven. ana m i. sem. cucurb. melonis, cucum. lactucæ, cichoreæ, endiuiæ ana dra. ß. aquæ cucumer. fiat syrupus.

*Syrupus ad caliditatem hepatis elegans.*

♃. Endiuiæ, scariolæ, lactucæ, cichorii, meliloti an. m. i. scolopendriæ acetosæ polytrichi, capill. ven. adianthos ana m. ß prunorum n. xx. sebesten. nu. x. sem. melonum, cucurbitæ cucumeris citrulli ana drac. ij. cyperi, capparis dr. i. ß acori vnc. ß. bulliant.

*Syrupus contra ardorem vrinæ.*

♃. Epaticæ vnc. iij. adianthos, polytrichi, capill. veneris, scolopendriæ, lactucæ, endiuiæ, buglossæ, viol. borraginis ana vnc. i. sem. melonum citrulli cucurb. ana vnc ß. papau. albi vnc. i. liquiritiæ drachm. x. myrtill drach. vi.

Est expertus contra ardorem ex vlcere & ad mictum sanguinis.

*Syrupus ad scabiem, & ad sanguinem infectum.*

♃. Fumiterræ, scolopendriæ, polytrichi, adianthos, scabiosæ cichorii lupulorum ana m.i rad. lapatii acuti, enulæ ana vnc.i.ß. ciperi, cappator. ana dr.iij. acori dr.x. epithymi vnc.ß. follicul. senæ dr iij. bulliant s.a.

*Syrupus ad formicam.*

♃. Epithymi cuscutæ, ellebori nigri ana vnc ß. folliculorum senæ vnc.ij polypodii vnc. v. scolopendriæ polytrichi fumiterræ, capill. vener. cichorii lupulor. ana m. i. bulliant.

*Syrupus elegans & pulcher certe solutiuus ad hydropem.*

♃. Radicum quinque diureticorum ana p.i. rad ebulor. drach. x. epaticæ, scolopendriæ chamedrios eupatorii, origani, ruthæ. fumiterræ cuscutæ flor. sambuci, borrag. ana m.i. sem anisi carui, cumini, sileris montani. ameos, leuistici, baccarum lauri, gran. iuniperi ana dra i. quatuor seminum frigid. maior. ana drach.ij. sandal. rub. cinnamomi, spicæ, masticheś, folii, azari agarici albi ana drach.i. follicul. senę vnc.i. thymi epithymi, cort. capparor squinanthi, tamarisci ana drac.i. myrob. citrin. vnc.i. fol laurea. præparat. vnc.i. ß. limaturæ chalybis vnc.ß. bdellii, salis gemmæ ana ℈.i. fiat horum omnium decoctio secundum artem in aqua ℔. iv. vsque ad consumptionem tertiæ partis, coletur, deinde addatur succi scariolæ apii, fœniculi ana ℔. ß. succi ebuli, fumiterræ ana vnc.iv succi ireos, plantaginis ana vnc, iv. rheubarb. electi in petia ligati vnc. ß. Iterum bulliant omnia simul, & cum zucharo q.s. fiat syrupus clarificatus. s a.

*Syrupus ad vlcera pulmonis.*

♃. Rad. enulæ vnc.ij. ireos altheæ, liquiritiæ mundæ ana vnc.i. thymi vnc.ß. prassii, centaureæ, capillor. veneris, polytrichi anthos ana m i polypodii vnc.i xilobalsami, carpobalsami, sem. vrticæ ana vnc. iij. ficuum pinguium n.xii. passularum vnc.iij. sem. fœniculi coriandri, endiuiæ, altheæ ana vnc.ß terantur & fiat infusio per noctem in aqua q. s postea, ita vt ℔. ij remaneant, coletur intus addatur penidiarum vnc. v. mellis rosati vnc.iij acori passul. vnc.i.f. syrupus da cum aquis, aut da per se.

*Syrupus ad lapidem renum.*

℞. Sem.saxifragiæ, milii solis ana vnc i.sem.anethi, brusci petroselini ana drac.iij.4.sem.frigid.maior. mundator.ana dr.ij.rad.saxifragiæ,brusci asparagi, petroselini, rubeæ tinctorum, philipendulæ ana p. i. parietariæ, verbenæ,scolopendriæ,endiuiæ, cichorii ana m. i.rad.apii,fœniculi ana p.i.liquiritiæ rasæ vnc.i. nucleorum cerasorum vnc.iij.sem.altheæ maluæ ana drach.ij vini albi ℔.i.aquæ ℔.iij bulliant f.syrupus clarificatus,da cum aqua milii solis,saxifragiæ & raphani.

*Syrupus ad idem laxatiuus.*

℞.Rad.saxifragiæ,petroselini,fœniculi apii,acori,rubeæ tinctorum,ana vnc.i.polypodii vnc i.follicul senæ vnc.ij.ß.petroselini,milii solis,alkakengi anethi, raphani Macedonici,4 sem.frigid.maior. mund.ana dra ij fiat horum decoctio in aqua qu.s.ita quod ℔ ij. remaneant colatæ, quibus addatur benedicta laxatiua cassia extracta ana vnc.i.misce.

*Syrupus ad quartanam & oppilationem splenis.*

℞. Fumiterræ, lupul. scolopend. endiuiæ cichoreæ cuscutæ ana m.i thymi epithymi ana dra .i.ß.turbith agarici,rhabarb.ana dr.i spicæ squinanthi dr.ß co t ap-par.tamarisci ana dr.ij.follicul senæ vnc. j polypodii vn. i. quinque radicum diureticorum ana p. i. ß. sem. anisi fœniculi carui ana dr.ij myrob. citrin. Indor. hebul ana drac.ß. f. decoctio s.a. in aqua qu.s. ita quod ij.℔. remaneant,stent per noctem in infusione,mane coletur,intus addatur aliquid ex istis syrup. de meliloto, fumo terræ borragine,de epithymo,oxymel diuretic. acetosus, partim de endiua.

*Syrupus ad epilepsiam.*

℞.Ruthæ,hyssopi ana m.ij. passular. thymi epithymi ana vnc.ß gr.pœoniæ. rad.pœoniæ,ana vnc.i. visci quercini vnc.ß.arist.rotundæ,agarici albi, pyrethri ana.dr.ij. sileris montani carui,baccarum lauri, squillæ ana drac.i. coaguli leporis dr.iij.f.decoctio in aqua, ita quod libræ duæ remaneant colatæ,deinde cum mell.rosf.vnc.iv.f. syrup⁹.

*Syrupus cordialis frigidus.*

℞.Florum borrag.buglossæ endiuiæ,melissæ ana m i.

sem.

sem.acetosæ drach. 2. quatuor sem.frig. maior. contusi an.drach.1.ß.minor.an.drac.1.vini granat.vini pomorum arantiorum an.℥ 3. corall. alb. subtiliter puluerizatorum ℥ ß aquar.endiuiæ buglossæ, melissæ, an. ℥ 6. aquar.ros. rub.lib.1.zuchari albissimi q. s. fiat syrupus ad tremorem cordis calorem man. sitim.

*Syrupus digerens materiam cholericam in capite.*

RecipeFlor.violar. rosar.nenuph.borraginis,buglossæ an.drac.2.sem.endiuiæ lactucæ,schariolæ, portulacæ an. drach.3.sem melon.cucum citrulli,cucurb. psillii integri an.dr. ß.decoquantur,& in fine addatur succi semperuiuæ ℥2 zuchari q.s.valet ad omnem inflammationem.

*Syrupus ad materiam grossam cholericam in capite.*

RecipeFlor.violar.rosar nenuph.borrag.buglossæ ana &c.omnes alias res positas in syrup. supra scripto, quibus addatur rad. fœniculi, endiuiæ cichorii an.℥ ß. stœcad. arabici drach. 2.capil.ven.m.1. succi apii ℥2.zuchari q.s.

*Syrupus ad materiam cholericam adustam in capite expertus.*

Recipe Succorum cichorii drach. 3. endiuiæ semperuiuæ,lupulorum,buglossæ,fumiterræ an. ℔. ß. depurentur & bulliant in iis floribus violar. nenuph. stœcad.arabici,epithymi,cuscutæ an.ʒ.aquar zuchari an.q.s.

*Syrupus ad phlegma in capite.*

Recipe stœcad.arabici, origani, maioranæ,serpilli an. m. 1.rad.petroselini fœniculi apii an.℥ 1.rad. pœoniæ ʒ 1. cinnamomi, macis, nucis mosch. cubeb. carui, sileris montani ana ʒ 2.

*Syruyus ad phlegma grossum in capite.*

RecipeCinnamomi, nucis mosch. cubeb. zedoariæ, sileris montani, anisi fœniculi, petroselini apii an. p.1. bulliant, in fine addatur succi maioranæ origani, calamenthi depurat.an.℥ 2.zuchari q.s. cum aqua saluiæ.

*Syrupus de acoro expertissimus ad dolores iuncturarum.*

♃.Rad.acori ℥ 4. hyssopi, calamenthi, Origani, melissæ, buglossæ, maioranæ, saluiæ, ruthæ betonicæ, pulegii an.m.i polypodii ℥ 2. stœcad. arabici drac. 2. pyrethri ℥ ß. piperis long. dra.i. cinnamomi ℥ ß. zz. dra. i ß vel 2. follicul. senæ dra. 2. thymi epithymi an. dra. i. myrob. cheb. emblic iudor. an. ℥ ß. passular. vnc. 1. anisi vnc. 1. bulliant, zuch. q. s.

*Syrupus diuinus ad dolorem capitis oculorum phlegmaticam debilitatem.*

♃.Stœchad. arab. thymi epithymi, calamenthi, pulegii, origani herbæ paralysis, euphrasiæ ruthæ maioranæ an. m. i. spicæ nardi dra. 1. rad. enulæ fœniculi, ireos, euphrasiæ ana ℥ ß nigellæ ℈ 1. flor. buglossæ, borraginis an. drac. 1. rad. iringior. ℥ ß. sem. & rad. pœoniæ an. ℥ 1. fol anethos, an. drach. 1. ß. aquæ mensuræ duæ bulliant, donec mensura i. ß. remaneat. coletur postea; addatur sacchari ℔ ß. aceti squillitici ℥ 2 ameos, cardamomi, macis, nucis moschatæ, an. ℈ 4. galangæ, grana paradysi, cubeb. an. ℈ i. muschi ambræ an. gra. 4. ligentur in petia, & bulliant, donec mensura vna remaneat, da ℥ 4. mane in introitu lecti, diuinum hunc & expertum vocat Montagnana in litera B.

*Syrupus excellens & multoties expertus per me, ad imagines occulorum, scotomiam & vertiginem.*

♃.Euphrasiæ, sileris montani mucorum rosar. id est, non apertarum, chelidoniæ, ruthæ an. m i. rad. fœniculi, verbenæ, chelidoniæ an. drach 6. sem. fœniculi, flor. hypericonis, macis an. ℥ ß. bulliant & aromatizentur cum zucharo & istis speciebus. ♃ ligni aloes drac 2. sem. anisi drach. i. ß. mac. drach. 3. pulueris euphrasiæ vnc. ß. ligentur in petia.

*Syrupus ad catarrhum salsum.*

♃.4. Sem. frigid. maior. an. p. 1. sem. lactucæ endiuiæ, scariolæ, acetosæ, portulacæ an. drac. 1. polytrichi adianthos, rosar. fumiterræ cichorii, capill. ven. lupulorum an. m. 1. flor. nenuph. viol an. m. 1. sand. amb. an. ℈ 2. rad. fœniculi, petroselini an ℥ 1. acori ℥ ß. bulliant, addatur zuchari q. s. vini gran ℔ ß. macis ℈ 4.

Syrupus

*Syrupus ad materiam salsam in capite.*

Recipe Endiuiæ, cichorii, capill. veneris, origani pulegii, calamenthi, stœchad. arab. bethonicæ an. m. 1. flor. borraginis buglossæ, violarum an drac. 1. quatuor sem. frigid. maior. endiuiæ cichoreæ, an drac. i. ß azari, ciperi, xilobalsami carpobalsami, spicæ, squinanthi an. drach. 1. coriandri præparati dra. 6 folior. senæ ℥ 3. passular. ℥ i. ß. gran. myrthi, sumach an. drach. 2. cinnamomi, caryoph. behen vtriusque ana scrup. 2, acori vnc. 1. bulliant zuchari q. s.

*Syrupus ad Melancholiam & morbum gallicum solutiuus.*

Recipe Rad. liquiritiæ leuistici ebuli, lapatii acuti an. ℥ ß. polypodii ℥ i. herbæ cum florib. borraginis, buglossæ, endiuiæ, lupulorum, Fumiterræ, serpilli epaticæ, capillorum ven. epithymi thymi an. drac. 2. stœcad. arabici, polytrichi, gallitrichi an. drac. i. folliculorum senæ ℥ 3. sem. anisi, fœniculi cumini, carui an. drach. 2. myrob. chebul. ℥ 1. agarici albi drac. 3. passul. ℥ i. ß prunorum num x v. ficuum num. 6. cinnamomi zz. caryoph. macis an drac. 1. bulliant omnia secundum artem in aqua q s. ita quod syrupi ℥. 6. remaneant, deinde ℞. huius decocti ℥. 3 vel 4. syrupi.

*Syrupus potens ad hyposarcam.*

Recipe Centaureæ, absynthii, calamenti, eupatorii an. m. 1. endiuiæ, cuscutæ cichorii an. m. ß. rad. apii, petroselini, asparagi, brusci an. drach. 2. ciperi ℥ ß. acori ℥ 1. liquiritiæ rasæ drac. 6. rubeæ tinctorum dra. 3. asari dra. 2. sem. ameos, endiuiæ, fœniculi apii, petroselini ana drac. i. ß. 4. sem. frigidor. maior an. drach. 1. spicæ ℈ 2. squinanthi ℈ 1. galangæ zinzib. ana drac. s. cinnamomi drac. i. ß. agarici albi drac. 3. fiat horum decoctio in aqua q. s. ita quod syrupi ℥ 6. remaneant, stent per horas XII. in infusione, colentur intus addantur syrup. de endiuiæ ℥ 2. eupatorii ℥ 3. rhabarbari in puppa ligati drac. 3. laccæ drac. 1. tere, vnica tamen ebulitione bulliant, bibat quotidie in aurora vnc. 4.

*Syrupus nobilis aromaticus senibus frigidis stomachicis.*

♃.Calamenthi vtriusque, absynthii ana m i. mastiches drac. 2.zinzib.drac. 3. sem. anisi fœniculi ana vnc.ß. passularum vnc.1.bulliant aromatizentur cum lig.aloes, caryoph.cinnamomi,azari,piperis longi,ana dra.1.croci drac.s.& bulliant omnia in simul, postea cum zuccharo q.s.fiat syrup.

*Syrupus elegans in inflatione magna cholera & sanguinis.*

♃.Prunorum,iuiubar.sebesten ana num xx. viol. nenuph.ros ana ℥ 1.solatri,portulacæ lactucæ ana m.i. 4.seminum frigid maior mundat ana drac. ß minorum ana drac.1.succi granator.acetosor.succi vuæ agrestis ana ℔. ß.camphoræ ℈ 1.zuchari q.s.

*Syrupus nobilis ad idem.*

♃.Iuiubarum sebesten,prunorum ana num. xx.liquiritiæ rasæ ℥.i. sem. luctucæ maluæ citoneorum, cucurb. cucum. melonum portulacæ ana dra.2.zuchari q. s. mannæ granatæ ℥ 1.ß.

*Syrupus ad idem perpulcher & nobilis.*

♃.Sem.cucurbitæ ℥.ß melonum portulacæ,ana drac. 2.tamarindor.drach.3.viol.℥ 1. rosar. ℥. ß. terenda terantur & bulliant in aqua q.s.ita quod libræ duæ remaneant, colentur intus addatur cassiæ nouiter extractæ, mannæ ana ℥ 1.aquæ rosar.℥ 4.vini granatorum acetosorum ℔.ß. zuchari q.s. fiat syrup. contra choleram & pectoris asperitatem sublimis est.

*Syrupus hepaticis, spleneticis, aperitiuus diureticus ad phlegma valens.*

♃.Absynthii,eupatorii, chamædrios, chamæpirheos centaureæ ana m.i.squinanthi,spicæ,azari, cyperi, folii ana drach.1. vini albi ℔. i. aquæ ℔. 2. zuchari q.s.puppæ rheubar.drach. 2.macis ʒ ß.

*Syrupus pro caliditate hepatis & icteritia.*

♃.Cuscutæ,capill.veneris,ros. endiuiæ, cichorii lupul.lactucæ,solatri ana m. i. fumiterræ m. i. ß. liquiritiæ ℥ß.squinanthi,cord.cappar.ana dra.1. 4. sem. frigid.com. maior mund.ana ʒ 1.s. bulliant addatur vini granatorum ℔ß.spicæ ℈ß.puppæ rheubarb.ʒ 2.zuchari ℥ 2.

Syrupus

*Syrupus ad phlegma in stomacho incisiuus valens etiam ad nimiam pinguedinem.*

℞. Calamenth., hyssopi origani, menthæ ruthæ centaureæ ana m.i. rad. enulę campanæ apii, endiuiæ, costi, azari, aristol. longæ ana p. i. sem. anisi, marathri ana ℥. ß. apii, ameos sileris montani ana ʒ i. squinanthi ʒ ß. zz. drach. i. s. cassiæ l gneæ, folii, spicæ, xilobalsami ana ℈ 2. squ llæ ℈ 4 bulliant aromatizentur, cum cinnamomo, cardam mo ana ʒ.

*Syrupus senibus discrasiatis frigido stomacho.*

℞. Ab.ynthii origan, menthæ calamenthi centaureæ ana m.i. epiti ymi m.i.ß. sem anisi, fœniculi, dauci, marathri ana ℥ ß. passular. ℥ 2 zuchari aromatizetur, cum puppa mastiches. cinnamomi, piperis longi galangæ zinzib. ana drac. i. croci ℈ i

*Syrupus nobilis & expertus in caliditate hepatis febris acuta, variolas asserit à sangui. is ebullitione, ipsum feruorem comprimens, vnde & ebriis conuenit*

℞. Succi endiuiæ, granat. ace os. vuarum agrestium, aquæ rosar. ana ℔. i. tamarindor ℥ i aceti rosat ℥. 2. ß. spodii, berberis, saudal. alb. ana drac i ß stent horis 24 in infusione, deinde parum bulliant, colentur, addito zucharo q.s. camphoræ ℈ i fiat syrup.

*Syrupus nobilis & expertus ad scrophulas.*

℞. Scrophulariæ ℥ i filipendulæ ℥ ß. pimpinellæ pilosellæ tanaceti caulium, spatulæ fœtidæ, rad. raphani ana m.ß. coquantur in vino cum modico melle da in aurora ℥ 4. diebus 8. continuis, postea purga cum puluere tuo, scrophulare & hoc sæpe reitera, deinde appone emplastrum vnum ad scrophulas.

*Syrupus ad botium.*

℞. Rad maliterræ, tassi, berbaci, polypodii, bethonicæ, brancæ, vrsinæ, purga, reitera, vt in scropulis.

*Syrupus vulneratorius.*

℞ Rubiæ maioris ℥ i consolidæ, plantag tanaceti chamæpyth caulium rub. herbæ Ruperti, pedis columbini, caryophil. linguæ canis, pimpinellæ, pilosellæ ana m.i. coque in aqua si febris est, si autem non parum vini, & dulcora cum modico melle, da ℥ 4. mane ieiuno.

*Syrupus ad idem.*

℞. Centaureæ, cost, nepetæ. caryoph. pimpinellæ pilosellæ, summitatum canabi, caulium rub tanaceti liquiritiæ, rub. maioris ana m. 1. cum aqua vino & melle da ℥ 4. in aurora.

*Syrupus expertus ad pectus vulneratum.*

Recipe Rad. tritæ card., fullonis, id est, dipsaci ℥. 4. puluerizat. & cum melle, fiat syrupus, da singulo mane ℥ ß.

*Syrupus contra calculum.*

Recipe Quinque rad diuret. saxifrag. ana ℥ i. quinque sem. diureticorum, saxifragiæ macedonici carui leuistici, milii solis, raphani anethi, sileris montani, amomi ana drach. 2. liquiritiæ rasæ ℥ i. ß. lapid. lyncis, spongiæ ana drach. 1. sang. hirci præparati in puppa ligati drachm 1. da ℥ 4. ieiuno.

*Syrupus elegantissimus ad idem.*

Recipe Rad. fœniculi, raphani, acori, apii, petroselini, asparagi, brusci leuistici saxifragiæ, rubeæ tinct. ana ℥. i. sem. Macedonici, anethi leuistici, saxifragiæ, milii solis, raphani, sileris montani, basiliconis ana drac. 2. quinque sem. diureticorum ana drach. i. parietariæ, pentaphillon, verbenæ, camomill. hypericon. graminis, bethonicæ ana m. i liquiritiæ ℥ i. ß. masticхes ℈ 2. grana hederæ drac. i. ß. spicæ, zz. galangæ, cinnamomi, macis, nucis mosch. ana ℈ 2. 4. sem. maior frigid. contus. ana drac. 2. cicadar. cantharid. sanguinis hirci an. drac. i.

*Syrupus elegans ad idem.*

Recipe Cretami marini scolopend. capil. veneris cichorii, graminis filipendulæ parietariæ ana m. i. rad. fœniculi, apii, petroselini, asparagi brusci, acori, rubiæ tinctorum ana vnc. ß spicæ celticæ drac. 1. sem. saxifragiæ fœniculi petroselini, apii, mili solis, raphani nasturtii ana drach. 2. sem. 4. frigid. maior. scariolæ ana ℈ 1. squillæ assæ dra. 3. granorum iuniperi ℥ 1 medullæ ossium cerasorum vnc. ß. bulliant cum ℥ 3. oxymellis diuretici, deinde cum zucharo fiat syrupus, da drac. 2 cum ℥ 3. decoct. aut cicerum rubeorum.

*Syrupus ad idem pulcher.*

℞. Rad. fœniculi, apii, petroselini ana vnc. 1 sem. apii, petroselini, ana drach. 3. milii solis vnc. ß. saxifragiæ ʒ. 6. cicerum rub. drac. 2. scolopend. acori an. m. 1 ß. polypodii vnc. 1. bulliant in ℔. 2. aquæ, & ℔. 2. vini, vsque ad consumptionem medietatis, coletur intus dissoluatur oxymellis diuretici vnc. 3.

*Syrupus ad idem.*

Recip. Milii solis pistati vnc. 2. tribulorum vnc. 1. capill. ven. ʒ. 5 scolopendriæ vnc ß. ficuum pinguium n. 7.

*Syrupus in paralysi.*

℞. Calamenti, stœch. arab. origani consolid. an. m. 1. saluiæ primulæ veris ana m. 2. senæ mundæ rad. bryoniæ vtriusque, nasturtiæ ana m. 1. piperis longi zz. cubeb. ana drach. 1. cum melle

*Syrupus ad scrophulas, elegans.*

℞. Rad arund. nu. rad. maliterræ, rad. herbæ scrophulariæ, rad. asparagi, brusci ellebori vtriusque aristol. rotund. rad. fabæ lupinæ, raphani agrestis & domestici, rad. spatulæ fœtidæ an. m. 1. fol laureolæ vnc ß. hellebori pondus diminuat, bulliant cum vino da vnc. 4. bis aut semel in hebdomada, & domi maneat, qui laxabitur.

*Syrupus in lepra expertus.*

℞. Radicum raphani aut petroselini, aut fænicul. perforat. postea helleb. nigro lardentur, deinde iterum cum terra cooperiantur, diebus 40 postea extrahe lardones & facias oxymel quod nobile erit, & nota, quod non debes à terra totam radicem extrahere, sed mediam partem, deinde bene lardatam cooperi cum terra.

*Syrupus ad sanguinem infectum.*

℞. Succor. borrag. fumiterræ, scabiosæ, lapatii acuti, endiuiæ cuscutæ an. vnc. 5. flor. borraginis, buglossæ violar. epithymi, cuscutæ an. m. 1. folliculor. senæ vnc. 4. polypodii vnc. 1. ß. tamarind. vnc ß. liquiritiæ vnc 1. aquæ qu. suff.

*Syrupus de rhabarb. qui ad ardorem vrinæ excellens est.*

℞ Rad. apii. petroselini, asparagi, brusci fœniculi ana vnc. 1. ß fœnugræci drach. 6 sem. apii, fœniculi, petroselini, liuistici seseleos an. drachm. 3. fœnugræci drach. ʒ. 1. ß.

sem.papau.albi, endiuiæ, cucurbitæ, melonum, cucum. ana vnc.1.fol lactucæ, papauer. scariolæ, scolopendria an. m.1. pistentur grosso modo & bulliant in lib. 4 aquæ ad consumptionem medietatis, colentur & cum saccharo q.s. fiat syrup. in quo ponantur rheubarb. el.drach. 6.spicæ ℈. ß.in puppa ligati.

*Syrupus cui non par inuenitur in frangendo lapide.*

Recip. Camæpytheos, calamenthi fluu aliis & montani, hyssopi, menthæ parietariæ, scolopendriæ, prassii ana m.1.sem.hyosciami, carotæ dauci apii pet oseli ni raphani, ameos, cumini, eruca fœniculi cut æ syluestr fœnugræci ana vnc ß.ca yophil.galangæ, cinn momi ana ʒ 6. rad apii, cappar.costi, pyrethri, cassiæ ligneæ drach x.aristolochiæ vtriusq; ana vnc.ß. masticlies, m rrhæ an drac. ʒ apii drach 1.scillæ assæ drach.1 euph orbii scrup 2 castorii scrup.ß assæ fœtidæ scrup 1.lapid.lyncis, spongiæ ana drach.2.iudaici vnc.ß olei balsami vel balsami artific. vn. 1. sed melius ex eo destillationem facere propter horribilem odorem cum vino potius.

*Syrupus aperiens oppilationem hepatis & meseraicar.*

Recip. Acetosæ m 1 ß. cichorii, lactucæ, nenuph. ana m.1 sem.endiuiæ, scariolæ ana vnc.1.ciperi vnc.ß. papau. albi drach.2 calam aromatic. cardamomi ana drach.1.ß. aceti vnc.1.ß.spicæ drac.ß.rad.fœniculi drac.6.capparor. drac.3.bulliant secundum artem in aqua qu.suff.ita quod syrupi vn.6. remaneant, colentur, intus addatur rheubar. in tela ligati drach 3. iterum bulliant vna lenta ebullitione cum modico zuchari.

*Syrupus ad oppilationem hepatis & febris tertianæ, & hepar calid.*

Recip. Capill. veneris, cichorii, endiuiæ cum toto lactucæ scariolæ, hepaticæ ana m. 1.ß.rad apii petroselini, fœniculi cichorii in aceto per noctem temperatorum an. vnc.1.4.sem.frig.maior.& minor.contus. ana drac.1.flor. viol. nenuph. rosar. ana p 1. prunor. iuiubar. sebesten ana nu.12.bulliant secundum artem zuchari q. s. ad dulcorationem, misce fiat syrupus.

*Syrupus phlegma in stomacho & epate digerens.*

Recip.Rad.raphani, genistæ, apii, petroselini, fœniculi asparagi

asparagi ana drach.6. menthæ, melissæ, absynthii chamædrios, chamæpytheos ana m.1 quinque sem com. calid. ana drachm. 2. camomillæ stœchad. arab. anthos ana p.1. laric. num 6. squinanthi cinnamomi ana drach.1. zuchari mellis ana q.s.

*Syrupus stipticus.*

♃. Sem. plantag. vnc.ß. nucis cupressi contus. gland. castanear. sumach, torrefacti, cort. papau. ana m.1. myrtil. vnc.ß. citoneorum num.2. sorbæ, mespillorum ana nu 8. accatiæ vnc.3. hypocystid vnc.1. bulliant in aqua plantag. q.s. cum succharo, fiat syrupus.

*Syrupus ad quartanam & splenem.*

♃ Radicum apii fœniculi petrosel ni ana. vnc.1 polypodii vnc.3. thymi, epithymi ana drach 2 foliculorum senæ vnc.1.ß. chamædris, chamæpyt. borraginis, buglossæ, centaureæ, calamenthi, endiuiæ, fumiterræ, scolopend. ana m.1. prun. nu. x. cort cappar. drach.2 tamarisci drach. 6. stœchados arab. drach.1.ß. liquiritiæ rasæ vnc.1. ros. viol. flor. borrag. buglossæ an p.1. sem. com. frigid. contusorum ana drach.2. tamarind. vnc.ß agarici albi, myrabal. citrin. Ind. emblic belleric. ana drach. 2. sandal. alb. & rub. spicæ ana drach.1. bulliant cum sac haro q.s.

*Syrupus de plantagine stipticus,*

♃. Succi plantaginis depurati vnc. 4. aquar. ros. ℔.2. spodii, nucis cupressi, balau. sumach. sang. draconis gum. arab. mastiches, thuris, hypocistid. lap. hemathites, ras. eboris gallarum ana drach 2. Terantur & bulliant deinde cum saccharo q s. dulcoretur.

*Syrupus de iua ad paralysin. & dolorem iuncturarum.*

Recip. Iuæ vnc.4 saluiæ, maioranæ, rorismarini polii montani, origani, calamenthi, mentastri pulegii, hyssopi, thymi, ruthæ domesticæ & syluest. beronicæ, serpilli ana m.1. rad. acori vnc.1. aristolochiæ vtriusque, peucedani, valerianæ, bryoniæ, diptami vnc.ß gentianæ drac 1. rad. fœniculi, leuistici, ameos carui sileris montani ana drach 3 pyrethri drach 6. passul. drach.2. aquæ mellis q.s. fiat syrupus, aromatizetur cum cinnamomo, piperis longi, cubeb. nucis mosch. ana drach.ß. elegans est.

*Syrupus ad sputum sanguinis stipticus.*

♃. Chimoleæ hypocistid. boli accatiæ, corall. ambor.

mumiæ psidiæ, gallarum ballaust. menthæ, ros. gum. arab. tragacanthi, symphiti corrigiolæ, sem. plantag. sumach, rad. pentaphyllon, sang. draconis ana drach 2. aquæ ros. ℔. 2. aquæ pluuialis q. s. cum saccharo.

*Syrupus aromaticus erga debilitatem stomachi.*

℞. Cubeb. carioph. zz. cinnamomi, nucis mosch. macis cardamomi. calami aromatici ana drac. 1 ß spicæ, mastiches, azari, squinanthi, folii ana drac. 3 amomi, ameos, costi ciperi, carpobalsami, ligni aloes ana vnc. ß. Terantur & infundantur, in vino veteri albo ℔. x. tribus diebus, postea coquantur, vsque ad ℔. 4 vel 5. postea manibus exprimetur fortiter atque prius fricetur, deinde coletur, cum saccharo dulcoretur, fiat syrupus, atque aromatizetur cum moschi gr. 6.

*Syrupus de cichorea ad oppilationem hepatis*

Recip. Endiuiæ vtriusque, scariolæ, lactucæ lupulorum fumiterræ ana m. 1. mundati p. 1. alkekengi vnc. 1. ß. liquiritiæ rasæ vnc. 1 capill ven. ceterach, polytrichi, dianthos, cuscutæ an m ß. rad. fœniculi, apii asparagi ana vnc. 4. sem. frig maior. an. drach. 2. sebesten n. x. flor. borraginis, buglossæ, viol. nenuph. ana p 1. spicæ drac. ß. bulliant cum aqua q. s. fiat syrup. ponatur in eo rhabarb. el. in petia ligat. drach. 3. zuchari q. s.

*Syrupus ad stomachum & matricem frigidam expertus.*

Recip. Matricariæ pulegii, origani, calamenthi rorismarini, serpilli, arthemisiæ, cuscutæ ana m. 1. carpobalsami, calami aromatici, xylobalsami sileris montani, cassiæ ligneæ ana drach. 3. fœniculi, anisi carui ana vnc. ß. ligni aloes doronici cinnamomi ana drachm. 2 sem. agni casti vnc. ß. rad. mandragoræ drach. 2. hyosciami drach. ß. bulliant in aqua q. s. saccharo dulcoretur.

*Syrupus mirabiliter sudorem prouocans & sitim sedans.*

Recip. Milii cortice superiore depilati, quod pistum vinum appellatur, & facies coqui in aqua donec crepet, quia cito decoquitur, & de tali bullitione & brodio accipiantur vnc. 4. cum vnc 2. vini & calide bibatur, quia mirabiliter est, in febre tertiana pura post euacuationes.

Syrupus

*Syrupus ad omnia vitia matricis frigida.*

Recip. Calamenthi petroſelini, chamædrios, chamæpyt. ſem. polii montani maioranæ ana m. I. ſtœchados arabici drachm I. ß. ſem. dauci, ameos petroſelini ſeſeleos ana drac. 2. ſquinanthi, ciperi ana drac. 2. cuſcutæ m. I. caſſia ligneæ, ariſtolochiæ longæ, gentianæ, baccarum lauri rheupontici an. vnc. I ß. aquæ fontis ℔ x.

*Syrupus ad Epilepſiam.*

Recip. Hyſſopi ſiccæ vnc. I ß ruthæ, ſaluiæ maioris calamenthi, origani ana m. I. radic. ireos, acori, ciperi, viſci quercini ſquinanthi ana drachm 2 polii m. I. ariſtoloch. rotundæ, ſem. anethi, aniſi marathri, ſeſeleos, baſiliconis ana drach. 2 pæoniæ vnc. I liquiritiæ mund. paſſular. ana vnc ß. flor. anthos, ſtœchados arab. ana drac. I. abſynthii, fumi terræ ana p. I. bulliant cum zucharo & melle, acetoſetur cum aceto ſquillitico, & aromatizetur cum nucis moſchatæ rata & pœonia.

*Syrupus ad idem.*

Recip. Rad. fœniculi, graminis, pæoniæ ana vnc. I. aceti vnc. ß. hyſſopi vnc. I. ruthæ, polii, ſaluiæ ana m. I. ſuccorum borraginis, ſcabioſæ, fumiterræ ana vnc. 5. epithymi, ſtœchad arab ana drach 2 ſem. ruthæ pæoniæ an. vnc. ß. ſquillæ drac. 2. viſci quercini vnc. ß polypodii vnc. 2. folliculi. ſenæ vnc. I ß paſſular. liquiritiæ an. vnc. I. dulcoretur cum ſaccharo & melle, & aromatizetur vt ſupra, Nota, quod ſi febris adeſſet, oportet frigida aliis, vt herbas aut ſemina adiungere.

*Syrupus ad tremorem experientiſſimus.*

℞. Herbæ paralyſis, ſaturegiæ, maioranæ, ruthæ, ſaluiæ, chamædryos, chamæpitheos, calamenthi mentaſtri origani an. m. I ſtœchad. arab. vnc. ß. rad. acori vnc. 3. bulliant cum melle q. ſ. fiat ſyrupus, & in ſecunda decoctione addanturiſti pulueres, in petia ligentur. ℞. cinnamomi, caryophyl. cubeb. macis, nucis moſchat. piperis longi gr. pæoniæ calami aromatici, zz. ſpicæ, aniſi ana vnc. I vel in prima decoctione, bulliant omnia in ſimul, & fiat ſyrupus.

*Syrupus ad paſſiones oculorum.*

℞. Betonicæ, ruthæ, chelidoniæ, euphraſiæ gallitrici ana

ana m.1.pulegii, chamædryos, rorismarini, saluiæ, maioranæ ana m.ß.sem. anisi fœniculi, sileris montani drac. ß. flor.borrag. buglossæ ana p. ß. rof. rub. vnc. ß. bulliant in saccharo.

*Syrupus multoties expertus ad materiam phlegmaticam, cerebri stomachi & iuncturarum.*

Recip. Melissæ anthos, saluiæ, pulegii, betonicæ, origani ana m 2.herbæ & flor. primulæ veris peucedani, eupatorii ana m.1.stœcad.arabici drachm.3.azari drach.2.apieos, galangæ, nucis moschatæ, gr. paradysi, amomi ana drach 2.granorum pœoniæ, rad.pœoniæ, acori an.vnc.1. baccarum lauri vnc.ß.bulliant & aromatizetur cum ambra & muscho ana gr 2.fiat syrupus.

*Syrupus ad discrasiam capitis frigidam & humidam cum debilitate membrorum.*

Recip.Folior.hederæ, lauri, bethonicæ saturegiæ, rorismarini, ruthæ ana m. 1. origani, hyssopi, pulegii, calamenthi asari ana m.2.iuæ arthericæ, primulæ veris, hyperici ana m.3. stœchados arabici drach.3. granorum pœoniæ vnc.1.cubeb, nucis moschat. piperis longi, an.drac.2. bulliant.

## SACCVLVS.

*Sacculus capitalis.*

Recip. Flor.chamomillæ stœchad. arab.maioranæ ana m.ß.macis, masticies, cubeb.ligni aloes ana drac.1 nucis moschatæ, corticum citri, rof.rub.ana drach.1.corall.rub. drach.1.ß. salis vsti scrup.4. ß. Terantur grosso modo, & fiat sacculus cum synd. rub. interbastatus secundum artem. (potest addi sandaracha arabica, quæ est gummi iuniperi ad drach.2.

*Sacculus pro tinnitu, sibilo & dolore pungitiuo aurium.*

Recip.Pulpæ, colocynth.iuæ azari, centaureę minoris ana m.1.ß.mentastri m.2.terantur.

*Sacculus frigidus pro corde.*

Recip.Rof.bugloss.borraginis an.drachm.1.cort.citri, spodii, folior.myrth. corall. ambor. coriandri præparati ana scrup.1.sandal.amborum ana drach.1. misce, fiat sacculus.

Saccu-

*Sacculus temperatus pro corde.*

℞. Sandal. ... coral. amb. spodii, camphoræ folio ... myrth, borragin ... ana dr. i behen vtriusq;, cort. citri, nuc. ... tæ letæ combustæ, oss. de corde cerui grana ... ctorum, fol. lauri, ... yoph. zedoariæ, ligni aloes, ... zy ... aryoph. cubeb. melissæ, rorismarini ana ℈. ß. moschi, ... ana gr. iv. croci gr. iij. terantur.

*Sacculus carminatiuus pro stomacho.*

℞. Sem. ... anisi, feseli os, fœniculi macedonici, rutha ana ... origani, calamenthi ana p. i. hyssopi, pulegii ... ccæ cha... dryos chamæpyth. camomill. ana m. i. absynth. ... m. iij. ... aromat. caryophil. cinnamomi ana dr. ij. Terantur, fiat sacculus & calidus apponatur super ... vino ... so.

*Sacculus pro stomacho frigido.*

℞. M... pulegii, calamenthi ana ... caryoph. ... dr. i. ß. nucis mosch, macis, masticheS, ... ℈ ... gal... coriandri præparati ana ℈. j ... ij.

*Sacculus conf... cerebri.*

℞. Mar... ... os, calamenthi, fol. lauri senæ ana ... ij. nucis moschatæ, caryoph. cinnamomi ana dr. i. j. ... coris columbini sinapis ana dr. i ß laudani vn. ß. corticum, ligni aloes cubeb. piperis longi ana dra. ij. ß. terantur.

*Sacculus ad tenasmonem.*

℞. Coriandri præparati, granor. myrthi, sem. plantaginis, cupul. glandium, antheræ gallar. cupressi perforati ana dr. j gr tragacanthi arab. terref. ... ctorum ana dr. iij. terantur fiat sacculus, qui bulliat in vino rubeo & sedeat desuper.

*Sacculus elegans pro stomacho scuti loco.*

℞. Ligni aloes, absynthii, calamenthi, betonicæ, mastiches, thuris, ciperi, costi cumini, fœniculi ros. viticellę ana drac. i. macis, cinnamomi, caryoph. spicæ, nucis moschat. galangæ piperis longi ana ℈. ij. calami aromatici, cassiæ ligneæ, ... all. rub. vel amb. ana drachm. ß. fiat sacculus in forma scuti. (fiat tantum media pars.)

*Sacculus cordialis.*

♃. Sandal.amb.coral amb.ana dr.ß.melissæ,buglossę, cort.citri,oss.de corde cerui,setæ combustæ ana drach.1. spe .elect.de gemmis frig croci ℈ ß.camphorę ℈.i.misce fiat sacculus.

*Sacculus elegans capitalis.*

♃. Maioranę,rorismarini, saluiæ, camomillæ, stœchados arabici, fol lauri, rof. rubr. ana p.i.macis, nucis moschatæ,nigellæ,caryoph.cort. citri ana dr.ij.sand.citrin.vnc.ß.misce,fiat sacculus.

*Sacculus ad idem.*

♃ Maioranæ,stœchados arab balsamitæ, fol.lauri, nucis moschatæ,acori ana drac.ij misce. Nota, quod ex sacculis lixiuia, pedum lotiones facere potes.

*Sacculus frigidus pro corde.*

♃ Flor borraginis,buglossæ,rosar ana dr.i.ß.cort.citri,fol.myrthi, chamomil.arab. coriandri præparati ana ℈.ij.camphoræ ℈.i.sand.amb.ana dr.i. misce, fiat sacculus,quadrangularis s.artem.

*Sacculus ad fluxum ventris,cum quo infirmus sedere debeat.*

♃.Origani,sumach,myrtil.coriandri camomillæ ana m.i.balaust.cort.granatorum hypocyst.antheræ ana m. ß.rad.tapsi barbati(alibi cort.cardonic.)cardonis, an.m. ij misce,fiat sacculus in forma scuti.

*Sacculus capitalis & expertus ad sibilum & tinnitum aurium ac si nuces frangantur.*

♃.Azari,calamenthi,stœchad.arab.pulegii,rorismarini ana m.i.origani m.ij. spicæ nardi Romanæ, fol.basiliconis ana m.i.ß.ligni aloes drac.ij.macis dra iij.Terantur subtiliter, & fiant sacculi duo, calefiant super assere infra scripra,capiatur tabula de ligno cupresso vehementer calefacta, supra qua hos sacculos, calefacias & auribus appone: sed si velles elegantius remedium, tunc tabula calefacta superponas bonam quantitatem pulueris origani,dein auribus apponatur. Hoc remedium ab illustribus ignoratur imo fere omnibus sedenegi siue sedenegi est.

Saccu

*Sacculus cordialis elegantissimus.*

℞. Flor. borrag. buglossæ, melissæ, rub. anthos sandal. omnium, behen vtriusque, boli præparati, oss. de corde cerui, coral. amb ana dra. ß. sem. acetosæ, terræ sigillatæ, cortic. citri ana ℈ ij. ligni aloes, caryoph. doronici ana dr. i. muschi gr. iv. misce.

*Sacculus capitalis calidus.*

℞. Bethonicæ, sampsuchi, stœchad. arabici, anthos saluiæ, flor. camomillæ, mellilori ana p. i. cort. citri vnc. ß. nucis mosch. carioph. cubeb. macis ana dra. i. salis vsti ℈. iv. calef. ponatur super latere vino asperso.

*Sacculus alter ad idem.*

℞. Cubeb. crasso modo puluer. aspersor. in aqua ros ℥. i. fiat sacculus, apponatur capiti, id faciunt caryoph. puluerizati, & supra commissuram positi.

*Sacculus quo nonnulli in peste vtuntur.*

℞. Hyacinthi, smaragdi, saphiri, rubini coral. ambor. ana dr. i. croci ℈. i. margaritarum non perforatarum dr. ß. ambræ gr. vi. ireos vnc. ß. cornu cerui vsti, auripigmenti vnc. i. arsenici albi vnc. i. ß. contundantur grosso modo per cibrum grossum, fiat sacculus in zendalo rubeo fortissimo, interbastatus portetur super regione cordis, tẽpore pestis tantum.

*Sacculus cordialis.*

℞. Flor. borraginis, buglossæ melissæ ana p. i sandal. om. ros. rub. ana dra. ij. doronici, been vtriusque, carabe, ossis de corde cerui an. ℈. iv. cort. citri, sem. acetosæ, ligni aloes, garyoph. ana drachm. i. ß. croci ℈. ß. margarit. ℈ ij. muschi gr. iij camphoræ gra. vi. fragmentorum om. ana dr. i. coral. ambor. spodii ana drac. ß. terantur omnia, fiat sacculus.

*Sacculus cordialis temperatus.*

℞. Flor. borraginis, buglossæ, violar. melissæ ana p. i. sandal. omnium, been vtriusque, ossis de corde cerui, ana drach. i. flor. camomillæ, anthos ana p. ß. ros. rub. m. i. corall. rub sem. acetosæ, cort. citri drac. ß. ligni aloes, caryophil. ana scrup. ij. terantur secundum artem, fiat sacculus.

*Sacculus capitalis elegans.*

℞. Grana cum quibus tingitur, maioranæ, serpilli,

 verbe-

verbenæ, origani ana drac. ij nucis moſchatæ cubeb. caryoph. & fiſticulorum eorum ana dra. ij fimi columbini ad pondus omnium, miſce fiat ſacculus, cum medietate calefiat, ſuper latere ignoto, aſperſo vino, & capiti applicetur, madefacto antea capite cum aqua, quæ in litera A. fol.

## SVPPOSITORIVM.

*Suppoſitorium ſecretiſſimum ventoſitatum carminatiuum, vt in hydrope & colica*

♃. Cumini, folior. ruthæ virid. ana ℈. i. marathri, rad. raphani, maliteriæ, bryoniæ ana drac. i. ſalis nitri drac ß. mellis q. ſ. Nota, quod ſuppoſitoria leuia fiunt ex melle ſale gemmis ſpeciebus hieræ picræ, fortiora vero ex colocynth. bellebori albi, felle tauri, ſtercore muris, eſulæ diagrid.

*Suppoſ. in ſciatica.*

♃. Specierum hieræ picræ Gal drac. ij. ezulæ drach. i. ſtercoris muris ℈ iv. ſalis gemmæ ℈ ij. mellis q ſ. fiat ſuppoſit. commune.

*Suppoſitorium fortius.*

♃. Eſulæ puluerizat. vnc. ß. polypodii quercini ſtercocoris muris, ſalis gemmæ, agarici ana dr. i. laureolæ vn. i. caric. ſaponis duri ana q. ſ. fiat paſta dura, & deinde ſuppoſit. formentur cum ſucco cucumeris aſinini.

*Suppoſit. ad tenaſmonem.*

♃. Thuris, myrrhæ licii ana dr. ij. opii dra. i. croci ℈ i. cum mucilag. pſillii & vitello oui, ana q. ſ. fiant ſuppoſitoria parua & ſubtilia.

*Spongia ſomnifera.*

♃. Opii vnc. ß. ſucci hyoſciami, mandragoræ lactucę, cicutæ hederæ arbor. ana vnc. i. imbibe ſpongiam. & permittes ad ſolem exiccari & vbi vti vis infunde in aqua calida, & odoretur & dormiet, ſi vis autem cum ſuſcitatare, da ad odorandum ſpongiam in aceto infuſam, vel in ſucco ruthæ vel fœniculi.



TRO-

# TROCHISCI.

*Trochisc. ad defectum hepatis & renum calidum, appetitum prostratum & virtutem debilem.*

♃. Berberorum, rof, cuscutæ ana drach. 1. ß. fpodii fucci liquiritiæ, fem fcariolæ portulacæ ana fcrup. 2. rheubarb. fcrup. 4. 4. fem. frigid maior. mund ana drac. 1. laccæ drach. ß. fpicæ, azari, mastiches ana gr. 6. caryophil croci ana gr. 5. folii gr. 4. cum fucco endiuiæ, mifce, f. trochifc. da cum fyrupo aliquo frigido hepatis aut aqua.

*Troch. contra calefactionem hepatis & fitim.*

Recip. Rof. zuchari, ana drach. 2 fpodii fcrup. 1. fucci liquiritiæ, berberis, fand. alb. fem. fcariolæ portulacæ ana drach. 1. cucumeris, lactucæ, cucurbitæ ana drach. ß. camphoræ fcrup. ß. cum fucco lupulorum aut alia re, da cum oxyfaccharo & aqua acerofæ.

*Troch. ftomachicis, hepaticis laterum & vifcerum oppilationem patientibus ab indigeftione & ventofitate, vnde & hydropicis conuenit.*

Recip Rof beib. ana drach. 1. fpodii, abfynthii cufcutæ an drac ß. fpicæ, fquinanthi, laccæ mastiches an. fcrup. 1. caryop. cofti azari, fem. apii, cucurb. cucumeris an. fcrup. 2. croci fcrup. 1 rheubarb drac. 2. cum fucco endiuiæ.

*Troch. hepaticis ftomachicis calidis.*

Recip. Sem. fcariolæ portulacæ, cucurbithæ an. fcrup. 2. rof. drach 1. fpodii, berb. violarum, cufcutæ, fand alb. & cittrini amyli, tragacanthæ, an. drach ß. caryoph. fcrup. 1. cum fucco endiuiæ.

*Troch. Epifcopi Rigenfis expertiffimi in doloribus vefica.*

♃. Sem hyofciami albi drach. 2. apii drach. ß. fem. citrulii lactucæ ana vnc. ß. papaueris albi drach 3. cum fyrupo de liquiritia.

*Troch. de Benzuin fuauis admodum odoris, tam pro fumigio regum, quam etiam pro fœtore oris.*

♃. Ligni aloes, benzuin ana drach. 4. mufchi fcrup. ß. vel plus, fi vis zucchari fieri vnc. 3 f. puluis, cum aqua rof. mufcata, q. f. fiant troch. ita parandi, quod multi faciant drach. 1.

*Troch. vt capilli crifpi bene oleant.*

♃. Saturagiæ, maioranæ an. drach. 1. gum. arab. traga-

canthi ana drachm.2. musci scrup.ß.album. oui q.s. fiant trochisci parui, quarum vnum dissolues in modico lixiuii, & vtere quia elegantes.

*Troch. ad idem.*

Recip. Saturagiæ saluiæ lauendulæ an. drach.1 cinnamomi macis, nucis moschatæ an drachm 1 ß.gum.arab. tragacanthi an.drac 2 moschi scrup.ß. spicæ gr.3. album. oui, aquæ, rosi. q s.fiant troch.

*Trochisci de rosis laxatiui.*

Recip Ros. drach.3. spicæ scrup 1.liquiritiæ drach.1.ß. diagridii drac.1 cum syrup.viol.q.s.

*Trochisci de rosis excellentes laxatiui conuenientes stipaticis & calidis.*

Recip. Sem portulacæ, mannæ endiuiæ, viol. liquiritiæ, diagridii an.drachm.2.berberis, masti hes, ros.spodii sem.citrulli, melonum ana scrup.1.croci, camphoræ ana scrup.ß fiant trochisci, da cum aqua font.

*Troch.in tympanite excellentes.*

Recip. Berber.cuscutæ, absynthii an. drach.1. rhabarb. drach.2.ß laccæ scrup.4.succi liquiritiæ masticħes, squinanthi, spodii, endiuiæ, sem anisi marathri an. drach. ß. spicæ, polii, azari tragacanthi, sem. cucurb. cucum. ana scrup 2.cum succo endiuiæ & eupatorii ana q.s. fiant trochisci.

*Troch. ad oppilationem splenis.*

Recip. Radicum cappar.rubię tinctorum, sem. agni casti aristoloch. longæ, azari, mastiches epithymi, costi, spodii, amygd.amar. origani scolopendriæ, calamenthi, sem anisi, apii, spicæ, ana scrup.1. rhabarb. scrup 4. cum succo scolopendriæ, & parum aceti.

*Troch.ad humores grossos ventosos in splene.*

Recip. Cort. cappar. tamarisci, scolopendriæ, spicæ, cardamomi, liquiritiæ ana drachm.1.sem.apii, anisi, asari centaureæ, cuscutæ, chamæpyth. laccæ, costi an.drach.ß. misce fiat.

*Trochisci ad idem elegantes.*

Recip. Rad.cappar.azari, sem.apii, absynthii, calamenthi.rheubarb.laccæ, spicæ, costi, anisi tamarisci squinanthi, scolopendriæ, prassii ana drach.ß. misce fiat.

Troch.

*Troch valde ſtiptici.*

Recip Balauſt. ſumach, glandium aſſorum nucleorum paſſular. gran totum aſſor. ſem myrthi, gallarum aſſarum, cumini aceto infuſi, & aſſi ana drach. 1. cum ſucco plantaginis chalybeata q. ſ fiant trochiſci.

## VNGVENTVM.

*Vnguentum expertum ad debilitatem iuncturarum.*

♃ Dialtheæ axungiæ, cerui vrſi, medullæ cruris vituli ana vnc. 1. piperis longi vnc. 1 ol. vulpini vnc. 3. vini maluatici ℔. 1. bulliant omnia vſque ad aliqualem ſpiſſitudinem, poſtea ex eo vngantur iuncturæ bis in die, & miraberis effectum.

*Vnguentum tuum commune ad omnes plagas malignas & virulentas mundificans ſine dolore, & conſolidans.*

♃. Galbani opopanacis ana drach. 1 armoniaci vnc. 2. ceræ vn 8. olei com. lythargirii an ℔. 1 ß. olei laurini vnc. 3. myrrhæ, maſtiches, ariſtoch. rotundæ, thuris, viridis æris, lapid. calaminaris, ana vnc. 1. gummi in aceto diſſoluantur, deinde f. magdaleon; Nota quod hoc mundificatiuum & conſolidatiuum experiſſimum eſt.

*Vnguentum de galbano mirabiliter conſolidans vulnera.*

♃. Seui hircini, ceræ ana vnc. 4. terebinth. vn. 2. thuris, maſtiches. galbani, lapid. calaminaris ana vnc. ß. myrrhæ alum. vſti ana drachm. 2. f magdaleon. ſecundum artem, potes ſi lubet addere boli drach 2. Nota quod ſub hac litera aut dictione vnguentum, comprehenduntur, & cum cerota ſparradrappa emplaſtra, & è conuerſo.

*Vnguentum nihili.*

♃. Ol. roſ. ℔. ß pulueris nihili drach. 4. tuthiæ præparatæ drac. 2. camphor. ʒ 2. ceræ albæ vnc. ß. f. vnguentum.

*Vnguentum ad puſtulas faciei.*

♃. Olei roſ vnguent. citrini an. vnc. ß. de vitellis ouorum vnc. 1. aceti drac. 1. lythargirii auri marg. alb. ana ʒ ß. camphor. ℈ 1. ceræ albæ parum. miſce, fiat vnguen. molle.

*Vnguentum certiſſimum ad idem.*

♃. Ol. de vitellis ouorum vnc. 1. ß. olei tartari vnc. ß.

mastiches, gummi, tragacanthi ana drach. ß. camphoræ drach 2. olei amygdal. dulc. vnc. 1. ceræ albæ q. s. misce fiat vnguentum. Nota quod si facies fœda fuerit & leprosa addas mercurii sublimati ℈. ß. & faciem vngas, diebus octo continuis, postea dimittas donec crustæ cadant, deinde vnge cum vnguento citrino aut cum isto absque mercurio.

*Vnguentum tuum nobile contra pustulas faciei ex morbo gallico.*

♃. Olei tartari vnc. 1. rosar. drach. x. aluminis vsti drac. 1. virid. æris gr. 6. vnguent Ægypriaci drach. 2. camphor. scrup. 2. cer. q. s. misce, fiat vnguentum molle, vngatur facies bis in die expertum.

*Vnguentum ad scissuram linguæ ex ariditate.*

♃ Aluminis vsti, boli armeni an. drac 2 mellis ros q. s. misce fiat in forma vnguẽti quo ter in die lingua vngatur.

*Vnguentum ad alep. virgæ exiccatiuum & incarnatiuum.*

♃. Ext. sarcocollæ, thutiæ, aloes, thuris, lapid. hæmathit. cann. combusto. gallarum, balaust. accatiæ an. scrup. 1. puluerisentur & cum oleo rosaceo & cera q. s. misce, fiat vnguentum molle pulchrum, exiccatiuũ est & expertum.

*Vnguentum expertum ad sedandum dolorem hæmorrhoid.*

♃ Butyri despumati, postea ducti ad solem in mortario plumbeo, donec nigrescat, quo inungatur locus.

*Vnguentum ad idem.*

♃. Olei ros. vnc. 1. cerussæ drach. 1. ß. lytargirii drach. ß. opii scrup. ß. ceræ parum, misce.

*Vnguentum ad idem.*

♃. Thuris, myrrhæ, licii croci, opii an. scrup. 1. cum mucilagine psillii, & modico olei rosati, fiat linimentum.

*Vnguentum de ranis ad podagram.*

♃. Ol. rad. cucum. agrestis ℔. 2. ol. maioranæ alchannæ, ceræ terebinthinæ, galbani, medullæ cruris cerui ana vnc. 1. ß. ranarum nu. 6. sang. duarum testudinum, coque ranas sang. oleum vsque ad medietatem, deinde cætera misce, fiat vnguentum, quia pretiosum est.

*Vnguentum sanctum & nulli reuelandum in vlceribus tibiarum difficilis curationis à materia calida prouenientibus.*

♃. Cerussæ cineris plumbi ana vnc 3. mastiches thuris ana

ana drach.3 lyhargirii vnc 3. thuriæ vnc. ß. matris perlarum drach 6. ceræ vnc.2 colophon.vnc.1.ß. axungiæ cerui vnc 1. terebinthinæ vnc.1 camphoræ drach.3. fiat magdaleon, cum modico ol. rof. si opus fuerit vngatur locus bis in die extensurus super tela, & plagæ applicetur, quia mirum in modum consolidat. Locus vero circa plaga ad latitudinem duorum digitorum, vngatur cum vnguento albo camphorato.

*Vnguentum album, de cerussa artificiali expertum, sigillans & consolidans superficiem plagæ & cutem generans.*

♃. Ceræ albæ vnc.4. ol.rof.tb.ß.terebinth vnc 1.cerussæ vnc 4.lythargirii vnc.j.thuris aluminis vsti limaturarum vstarum an. vnc ß. fiat magdaleon cum modico ol. rof. si opus fuerit additur camphoræ drach.1.

*Vnguentum nobile, ad omnes plagas combustiones erysipelas & id genus calidorum morborum.*

♃. Ol rof. ceræ aloæ an.vnc 4.lucci granatorum, succi solatri an vnc.3 plumbi vsti & loti Thutiæ ana vnc.1. cerussæ lotæ vnc.2. thuris vnc ß. camphoræ scrup.4. cera & oleum liquefiant, deinde bulliant bullienda & fiat magdaleon pulchrum hoc certe est & artificiale.

*Vnguentum regis Angliæ consolidans & incarnans.*

♃. Ceræ aloæ recentis vnc.1 ß.olei communis vel rosati vnc.2. terebinthinæ lotæ vnc.1. thuris mastiches ana vnc.ß. fiat vnguentum pulchrum est.

*Vnguentum viride mundificatiuum & incarnatiuum.*

♃. Chelidoniæ panis cuculi (qui dicitur alleluia) centum galli deuistici, scabiosæ an.m 1. seui arietini tb.1. olei communis tb.ß. ceræ, mastiches aloes virid. æris ana ℥.1. misce.

*Vnguentum carnis generatiuum.*

♃. Picis nigræ ceræ sepi vaccini, olei communis resinæ ana vnc.1.myrrhæ vnc.ß.misce.

*Vnguentum ad idem fortius.*

♃. Ceræ vnc. 5.resinæ quartam vnam, terebinth tb.1. mellis quartam semis, mastiches, thuris myrrhæ, sarcocollæ, aloes ana vnc ß. misce, aliqui addunt croci drac.1.

*Vnguentum ad idem hoc fortius.*

℞. Rasuræ telæ lineæ vnc. ß. opopanacis vnc. 1. vini, mellis rof. ana vnc. 3. lythargirii, myrrhæ aloes sarcocollæ ana drach. 2. ol rof. myrthini ana q. s. misce.

*Vnguentum ad idem potens nobile & pretiosum.*

℞. Arthemisiæ, scabiosæ, absynthii, galli trichi tamarisci apii, verbenæ, lanciolæ, senecion. pimpinellæ, cynoglossæ, chelidoniæ, pillosellæ, milii solis ana m. 1. terantur omnia & succus extrahatur, aut si recentia haberi non possunt, bulliant in vino rubro q. s. vsque ad consumtionem medietatis, deinde bulliant iterum, vsque ad mellis spissitudinem postea addatur axungia porci veteris ℔. 1. seui hircini ℔. ß. olei ℔ 1. ß. mellis vnc. 4 bulliant simul secundum artem, in fine vero adde thuris, myrrhæ, mastices, sarcocollæ, aloes ana vnc. ß. misce.

*Vnguentum ad idem excellens.*

℞. Ceræ vnc 4. armoniaci drach. 6. terebinthinæ vn. 2. bulliant in vino rubro secundum artem in fine vero adde, lac mulieris, malaxentur cum lacte.

*Vnguentum ad idem probatum, & est barbitonsoris Montis-pessulani.*

℞. Sepi vaccini ℔. ß. olei rof. vnc. 4. radic. ireos vnc. 1. thuris, masticbes, myrrhæ, sarcocollæ, aristoloch. rot. aloes ana drach. 3. terebinthinæ quartam vnam.

*Vnguentum album sigillans superficiem plagæ & cutim generans.*

℞. Olei rof. ℔. ß. ceræ albæ vnc. 2. cerussæ drac. x. camphoræ drach. 1. aluminis ouorum nu. 4. lytarchirii vnc. ß. similis est operationis emplastri de matre perlarum.

*Vnguentum ad remouendam humiditatem & saniositatem vulnerum.*

Recip. Lythargirii pulueriz. vnc. 1. ol. rof. aceti, mellis puri ana vnc 1. misce insimul donec albescant deinde ℞. aluminis vsti, tragacanthi, balaust. gallarum vstarum drach. 1. misce, fiat vnguentum.

*Vnguentum ad scissuras labiorum expertum.*

Recip. Gum. tragacanthi, amyli, penid an. drac. 1. aquæ rof. vn. 1 rad. portulacæ drac. 1. ß. ol, ex nucleo nucis combusto drac. 6. fiat linimentum.

*Vnguen-*

*Vnguentum carnem generans.*

Recipe olibani, maſtiches, aloës, picis, græc. ariſtoch. rotund. combuſtæ ireos ana ℥ i. ol. roſ. ℥ i. ß. ceræ q. ſ.

*Vnguentum conſolidans & cutim generans.*

Recipe gallarum, balauſtiorum, olibani, aluminis lythargirii roſ ana ʒ i. ol. roſ. ʒ 2. ß. ceræ q. ſ.

*Vnguentum ad idem.*

Rec. ſang. draconis, olibani, lythargirii oſſium combuſtorum, gallarum balauſt. roſ. vitrioli Romani combuſti ana ʒ 1. olei roſ. myrthini ana ℥ 2. ceræ q. ſ. miſce. fiat vnguentum.

*Vnguentum exiccãs vlcera virulenta pulchrum & elegans.*

Recipe lythargitii in aceto & oleo been imbibiti atque mixti, donec albeſcat & intumeſcat ℥ i. anthimonii æris vſti balauſt. curcumæ, vermium terreſtrium gallarum, ſang. draconis aluminis vſti, chinæ argenti ʒ ß. ol. roſ. myrthini ana ℥. 2 ß. ceræ q. ſ. miſce, fiat vnguentum.

*Vnguentum ad dolorem intenſum hæmorrhoid.*

Recipe croci, myrrhæ licii ana ℈ i. opii ʒ ß. ol. roſ. mucilaginis pſillii, vitelli oui q. ſ. fiat vnguentum molle.

*Vnguentum ad remouendam caliditatem & ardorem vulnerum.*

Recipe lythargirii ſubtiliter pulueriſati ʒ i. ol. roſ. aceti ana ℥. i. ß. terantur in ſimul, donec inflentur & tumeſcant deinde adde ceruſſæ vnc. 1. camphoræ drach. i. miſce fiat vnguentum.

*Vnguentum ad remouendam frigiditatem vulnerum.*

Recipe olei oliuæ ℥ 3. ſerapini opopanacis ana drach. i. thuris, ſarcocollæ, ariſtol. combuſtæ ana drac. 2. ſ: gummi in oleo diſſoluantur ad ignem, deinde cætera miſceantur, & cum cera q. ſ. fiat vnguentum molle.

*Vnguentum ad remouendam ſiccitatem vuln.*

Recipe ceræ, picis olibani viſci an. ℥ i. ol. q. ſ.

*Vnguentum ad eſcharas.*

Recipe poma alba cocta extractis granis ol. neunupharini an ℥. i. miſc. inſimul in formam linimenti, ad idem valet infrigidans Galeni.

*Vnguentum supra anthraces.*

Recip. armoniaci in aceto dissoluti ℥2. ol.liliorum alb. ceræ q.s fiat vnguentum molle, quia maxime dissoluit & venenum extrahit.

*Vnguentum carnis generatiuum.*

Recipe olibani, mastiches, aloes, picis græcæ, aristol. longæ combustæ, ireos ana ℥.i ol. ros ℥3. ceræ q.s.

*Vnguentum ad idem nobile.*

Recipe mastiches madefacti in aqua ros. actu calid. donec fiat vt colla ℥1 postea adde puluerem hunc, Rec. thuris aloes, picis græcæ, vernicis an. ʒ i. boli terræ sigil. sang. draconis an drachm. ß. ol. ros. myrthini an. ℥3 cer. q.s. fiat.

*Vnguentum expertum in contractione neruorum.*

Recipe adipis vulturis, tapsi barbati, serpentum medullæ crucis vaccæ, mandibulæ porci ℥i ß. adipis anatis, hyssopi humidæ an ℥.1. mucilag. fœnugræci, licii, maluauisci ana ℥.1. ß. bdellii armoniaci, galbani, opopanacis ana ℥.ß. castorei drach. ß. euphorbii ℈1. ol. camomillæ, costini de castoreo nardini laurini de euphorbio ana ℥.i. mucilaginis, fiat cum succo aut decocto, rad ebuli adipis leporis valpis ana ℥.1. ol. vulpini de terebinthina ana ʒi ß. ceræ nouæ ℥.2. adipis anseris asini marciaton, dialtheæ Agrippæ Arrogon butyri sine sale ana ℥.1 Nota terram sigillatam maxime putrefactioni obsistere, quid ergo de ea in peste consid.

*Vnguentum frigidum repercussiuum.*

Recipe boli armen. ℥ß. terræ sigillatæ ʒ 2. aceti parum, ol.ros. ℥2. si vero membri corruptionem times, tunc da terræ sigillatæ ℥ß. boli ʒ2. & vnge locum sanum. Nam terra sigillata à sua proprietate, membrum vlterius corrumpi non permittet, quid ergo de ea in peste fol 104.

*Vnguentum repercussiuum mitigans ad idem.*

Recipe sand.alb. spodii, acatiæ ana ʒ 1. opii ℈1. camph. ʒß. succi solatri ℥2. misce.

*Vnguentum vt crustæ cadant, dolorem quoq; mitigans.*

℞ vitelli ouorum ol. ros. ana ℥ß. misce fiat vnguentũ.

*Vnguentum repercussiuum ad idem.*

Recipe lythargirii ℥ß. distempera cum ol. viol.

*Vnguentum*

*Vnguentum stomachale calidum.*

Recipe ol. de spica ℥ i. de absynthio de mastiche an. ℥. ß. caryoph. cinnamomi, coral. rub. an. ℈ 2 ligni aloes, galliæ moschatæ, ana ʒ ß. ceræ q. s. fiat vnguentum molle.

*Vnguentum elegans certe & pulchrum.*

Recipe ol. de spica ℥ i. ol. de cinnamomo ℥ ß. cinnamomi galang. ana ʒ ß galliæ mosch. ℈ 2. musci ambræ ana gran. 2. cer. q. s. misce fiat vnguentum, quo stomachus vngatur, facta tamen antea fomentatione hac. ℞ flor. absynthii, camomillæ balsamitæ ana m. s. cinnamomi spicæ squinanthi an. ʒ i. ß. caryoph. galangæ, ligni aloes, folii ana ʒ i. bulliant in duabus partibus aquæ, & vna vini vsq; ad consumptionem medietatis, deinde spongia decoctione infusa calido stomacho applicetur, ter vel quater, donec siccetur & inungatur. Verum si sacculum feceris vt supra latere ignito asperso vino maluatico calefeceris & stomacho ter vel quater applicueris, postea inunxeris, artificialius certe erit & pulchrius.

*Vnguentum ad sodam calidam.*

Fit ex ol. ros. aqua ros. & quarta parte aceti, bene in mortario agitatis.

*Vnguentum ad idem expertum.*

Recipe cerati Galeni vel infrigidantis Galeni ℥. 2. plurimis lotionibus in mortario lauetur, vt succis aut solatri, aut endiuiæ aut semperuiuæ, cucurbitæ, camphor. adde si lubet ʒ ß.

*Vnguentum nobile & expertum ad excoriationem ani, ob nimiam equitationem*

℞. ol. cithoniorum, rosati, myrthini om. lotor. vicibus quatuor in aqua ros. ana ℥. i. mucilag. tragacanthi ex aqua plantaginis an ℥. ß amyli, boli, gallarum ana ℈ i. camphoræ ℈ i. ceræ albæ q. s.

*Vnguentum ad dolorem.*

℞. ol. camomillæ ℥ i. de costo ℥. ß. de spica de lilio an. ʒ 2 acori, stœch. arabici piperis longi, nucis moschatæ, ligni aloes an ℈ i. ceræ q. s. vngatur membrum tremens, quod si hæc decoqueris in vino vsq; ad vini consumptionem fortius erit.

*Vnguentum*

*Vnguentum ad materiam frigidam.*

℞.ol.de lilio ℥ i irini ℥ ß.cinnamomi ligni aloes, seseleos ana ℈ i. galliæ moschatæ ℈ 2. ceræ q. s. vngatur ab vmbilico infra.

*Vnguentum calidum capitale.*

℞.ol de costo ℥ i de spica ℥ ß.nigellæ, baccarum lauri, piperis longi, cubeb.acori, ana ʒ ß.croci ℈ i.muschi amb. ana gr.2.cer q.s.

*Vnguentum in formica miliari expertum.*

℞.ol.ros.populeon ana ℥ 4. myrthini ℥.2. succi plantag.solatri ana ℥ 3.aluminis ʒ 3. antheræ balaust. ana ℥ ß. rad.lapatii acuti recentis, si haberi possunt, subtiliter incisorum ℥ i.vel succi eius ℥ 2.aceti ros.℥ 2.bulliant omnia simul, vsq; ad succi consumptionem, coletur intus, addatur lythargirii vtriusque ana ℥ ß. thutiæ, cerussæ scoriæ ferri puluerisatæ camphoræ ana ʒ i. misce, fiat in forma vnguenti cum modico ceræ si opus est, & diuidas in partes duas, in quarum vnam pones viridis æris ʒ ß.vngat se ad dies aliquot, & ponat telam madefactam in aqua quære in litera fol. Postea in alia parte, absq; viride æris, vngat se, & miraberis effectum.

*Vnguentum ad dolorem capitis, sed in declinatione.*

℞.viol.ros.meliloti ana m.i.farinę hordei ℥.2.summitatum papau.albi p.1.vel semen eius ℥.1.cum omphacino oleo, misce, fiat emplastrum.

*Vnguentum optimum ad idem.*

℞.olei ros. viol. lactis mulieris ana ℥ ß. aceti parum, liniatur frons & tempora.

*Vnguentum ad idem optimum.*

℞. vitel.oui, olei viol. lactis mulieris.

*Vnguentum somniferum.*

℞.ol.viol.ros.chamomel ℥.1. succi mandragoræ, vel olei eius hyosciami lactucæ ana ℥ ß.opii ʒ 1.ceræ albæ.q.s. misce fiat vnguentum molle pulchrum est.

*Vnguentum ad duritiem quæ remansit in membro post restaurationem fracturæ eam duritiem leniens.*

℞ ceræ ℥ 1. ol. de lilio adipis gallinæ anatis medullæ cruris vaccæ, mucilaginis, sem. lini ana ℥.1. misce diu in mortario.

Vnguentum

*Vnguentum ad duritiem splenis.*

℞.succi eupatorii absynthii cichoreæ, aceti ana ℥ 2. armoniaci, opopanacis, bdellii, serapini in aceto dissolutorum ana ℥ß ping. anseris, gallinæ, anatis ℥. 1. omnia ad ignem dissoluantur, & cum cera q.sufficit fiat vnguentum.

*Vnguentum contra vermes.*

℞. ol. de rutha absynth. nucleis persicorum amygd. amar. ana vnc. 2 ruthæ, myrrhæ, gentianæ, centaureæ lupinorum, cornu cerui vsti aloes prassij matricariæ colocynth. ana ʒ 1. aceti ℥ ß. fellis tauri ℥ 1. ceræ q.s. fiat vnguentum.

*Vnguentum ad maciem renum.*

℞. ol. ros. viol. ana ℥ 1. butyri sine sale ℥. 2. ping. anseris, anatis, gallinarum ana ℥ 1 pinguium renum hœdi & arietis ana ℥ 2. ceræ q. s. fiat vnguentum.

*Vnguentum ad destillationem vrinæ stipticum.*

℞. gummi arab. tragacanthi, boli cerussæ, myrtillorũ ana ʒ 1. opii ℈ 1. ol. ros. ℥ 2. ß. ceræ q. s fiat vnguentum.

*Vnguentum ad coitum.*

℞. ol. de spica ℥ 2. euphorbii, piperis, cubeb. sinapis costi ana ʒ 1. ß. muschi gr. 8. ceræ ℥ 2. misce.

*Vnguentum optimum ad idem.*

Fit ex oleo de euphorbio, cum anacardo pipere costo, cera & in balneo virga fricetur.

*Vnguentum nobile ad dolorem hæmorrhoid.*

℞. sem. hyosciami vtriusq; ana ʒ 2. aluminis vitrioli ana ʒ ß. cerussæ, tapsiæ ana ʒ 1. ceræ ℥ ß. ol ros ℥ 3. misce.

*Vnguentum ad pruritum ani.*

℞. mastichini ℥ 1. sulphuris drach. 3. ceræ ℥. ß. fiat vnguentum.

*Vnguentum ad neruos.*

℞ saluiæ, ireos, bethonicæ, nucis cupressi, macis balaust. ana drach. 1. mucilag. altheæ, linicaulis fœnugræci ana vnc. ß.

Vnguentum de adipibus ℥ 1. ß. terebinthinæ lotæ ℥ 1. adipis tapsi vrsi ana ℥ 1. ol. vulpini laurini de ireos an. ℥ 2. oppopanacis bdellii ana dra 3. croci myrrhæ ana ʒ ß. ceræ viridis q. s. misce fiat vnguentum.

Vnguentum

*Vnguentum de corticibus castanearum valens ad immoderatum fluxum menstruorum & dysenteriam.*

♃.olei mastichini ℥ 6. myrthini citoniorum ana ℥ 1.ß. mastiches, accatiæ sang. draconis ana ʒ.6. coral rub. ℥. ß. carabæ terræ sigillatæ an ʒ 4. cort. castaneorum, scoriæ ferri ana vnc. 1. boli, balaust. thuris ana ʒ 3 resinæ vnc. 1. ceræ q.s. misce fiat vnguentum, potes ex hoc facere emplastrum.

*Vnguentum ad remotionem eschara in combustione ignis.*

♃.cerussæ vnc. 1. ß. camphoræ ʒ 1. anisi ℥ 1. aquæ ros. ℥ 1. ß. albuminis ouorum duorum misceantur diu insimul, & fiat in forma vnguenti.

*Vnguentum defensiuum optimum.*

♃.boli terræ sigillatæ, sang. draconis ana vnc. 1. aceti ros. parum ol. ros. q.s. misce fiat vnguentum.

*Vnguentum frigidum ad excoriationem factam in coxis ab acuitate vrina.*

♃ albuminis oui vnius ol. viol. ℥ i. lythargirii, spum i finiti. ʒ 6 terantur in mortareo plumbeo diligenter, vt fiat vnguentum, valet in assolis & labiis.

*Vnguentum pro vermibus vsuale.*

♃.centaureæ, absynthii, lupinorum an. ʒ ß ligni aloes cornu cerui vsti diptami ana ʒ 1. aloes ad pondus omnium, ol. de absynthio ℥. 2. ß. fellis tauri ℥. i. ceræ q. s. fiat vnguentum.

*Vnguentum ad idem nobile.*

♃. Absynthii lupinorum ana ʒ. 2. siseleos cumini nigellæ centaureæ santonici cornu cerui vsti ana ℥. ß. ol. de absynthio persic. amygd. amar. ana ℥ 2. ß. agarici myrrhæ ana ʒ 2. aloes ℥ 1 fellis tauri ʒ. x. ceræ q. s. fiat vnguentum molle.

*Vnguentum ad idem probatum.*

♃.Theriacæ ℥. ß diptami, sem. lumbric. gentianæ ana ʒ. j fellis tauri ℥. ß. aloes ad pondus omnium, adde olea vt supra.

*Vnguentum de Tuthia expertum ad vlcera virga.*

♃.Thutiæ præparatæ ℥. ß. mastiches, thuris ana ʒ 2. ceræ albæ ℥. i. ol. ros. q. s. fiat vnguentum.

*Vnguentum ad panaritium digitorum.*

℞. Olei mastichini omphacini ana vnc.ij. antimonii, dr.i. cerusæ lotæ plumbi vsti ana drach. ß. thutiæ præparatæ vnc.ß. ceræ albæ, resinæ lotę tribus vicibus ana vnc. i.f. vnguentum bene tenax.

*Vnguentum ad sanguinem è pectore emanantem.*

℞. Succorum plantaginis, corrigiolæ bursæ pastoris ana vnc. ij. boli armeni vnc.i.ß. gum.arab.leniter torrefact.tragacanthi ana vnc. i.amyli vnc. ij. terræ sigillatæ, sang.dracon. acaciæ spodii granatorum myrthi hypocystidos ana dr.vi.glutinis carthæ dissolutæ in aq. cista vnc. i.ß. bulliant in simul parum, addatur ol. ros. vnc. v.f. vnguentum.

*Vnguentum ad schiaticam.*

℞ Ol.de lilio vnc. iij. laur ni nardini ana vnc.i. ß.castorei drac.ij.pyrethri drac.i. euphorbii ℈.ij.sem. sinapis drac ß. styrac.s liquidæ vnc.ß. calamit.dr ij. ceræ parum fiat vnguentum:vngatur bis in die, postea superponatur emplastrum.

*Vnguentum ad faciem mundificandam.*

℞ Saponis duri ℔.i.saponis mollis ℔. ß. vitel.ou.nu. vi.ol.tartari q. f. fiat in forma vnguenti liquidi cum dra. vi.puluer.is ireos, adde camphoræ ℈ i.si placet.

*Vnguentum ad coitum.*

℞. Succum nepetæ, calamenthi, succi squillæ, succi serpē. ar.æ, succi vrticæ, rad pyrethri ana vnc.ij.ol.sambucci dr.iij.de euphorbio vnc.i. bulliant omnia insimul, vsque ad consumptionem medietatis,.& non coletur, sed cum cera q f. f. vnguentum præputium & tota virga vngatur, olea valentia sunt olea pastinacæ sinapis sambucci, formicarum euphorbii

*Vnguentum somniferum.*

℞. Populeon vnc.i.ol. violati vnc. i.ß.de hyosciamo, mandragoræ ana dr.vi,q.f fiat vnguentum molle.

*Vnguentum dolorem & tumorem hæmorrhoid. sedans.*

℞. Pingued.anatis, gallinæ ana vnc. ol. viol.vnc.iv. ceræ q.f fiat vnguentum dimittatur infrigidari, postea addatur vitelli oui vnius opii drac.i.crocr drac. ß. expertum est.

Vnguen-

*Vnguentum ad dolorem & scissuras ani.*

♃. Boli, gummi arab sang. draconis ana drachm. iij. myrtil. balaust. rosar. rub. ana drachm. iij. puluerisentur vt alkohol. deinde adde butyri vnc. i. ol. ros. vnc. iij. succi fol. porrorum drach. iij. succi solatri vnc iv. ceræ q. s. fiat vnguentum.

*Vnguentum pro splene duro ventoso in materia mixta*

♃. Ol. capparorum vnc. iij. de sesamo vnc. i. ß. scolopendriæ, cort capparorum, tamarisci, sem. portulacæ, trochisci de capparibus, sem. endiuiæ, scariolæ, lactucæ ana drac. i. agni casti drac. i. aceti parum, ceræ q. s. fiat vnguentum.

*Vnguentum ad hepar calidum.*

♃. Ol. rosar. nenuph. de spica ana vnc. ß. rosar. spodii, sandal. amb. sem. plantaginis, portulacæ ana drac i. spicæ masticheś ana ℈ i. eupatorii drac. ß. cera q. s fiat vnguentum.

*Vnguentum ad dolorem magnum renum & lumborum.*

℞. Oleorum sambuccini vnc i viol. ros. ana vnc. i. ß. cerusæ drac. x. thuris, mastiches ana drach. i. camphoræ drac. ß. amyli drach. x. aquæ rosaceæ vnc. i. albuminis ouorum duorum, ceræ ana vnc. ß. bulliant olea & cera in simul postea vbi infrigidata fuerint, adde species vltimo album. ouor. & boli armeni drachm. x. agitentur in spatula diu, postea renes vngantur, deinde superpone spicæ post vnctionem folia solatri, & hoc fiat bis in die.

*Vnguentum expertum ad scissuras manuum.*

Rec. Ol. ros. axungiæ gallinæ ana vnc. ij. ceræ albæ vn. ß. thuris, mastiches ana drach. ij. pulueres vt alkohol, terantur & diu omnia in simul agitentur, donec asperitatem perdens, & fiat sicut vnguentum molle.

*Vnguentum ad confortandas iuncturas extenuatas.*

Rec. Mucilaginis, altheæ, lini fœnugræci ana vnc. iv. medullæ cruris vaccæ vnc. ij. adipis porci colati vnc. iv. ol. de lilio antiqui communis ana vnc. iv. ceræ qu. suf. fiat vnguentum.

*Vnguentum contra calorem hecticorum, si bis in die vngatur spina dorsi.*

℞. Mucilag. psillii cithoniorum ana ℥ i. gummi tragacanthi ℥. i. ß. ol. nenuph. de sem. cucurb. viol. ana ℥. 2. ceræ albæ q. s. fiat vnguentum.

*Vnguentum hæmorrhoid. constrictiuum.*

℞ Scoriæ ferri præparatæ ℥ ß. gallarum cupressi, hæmatidos, carabe hypocystis ana ʒ 2. ol de chrysom. ℥. 3. ceræ albæ q. s. fiat vnguentum molle & bulliant in ℥. 6. succi, semperuiui, cithoniorum vsq; ad consumptionem succi bulliant.

*Vnguentum siue linimentum ad defœdationem faciei, faciei maculas rubeas panum, lentigines, impetigines.*

Primo phlebotomes venam vnam maiorem repertam in tempore, quæ vt plurimum superior est, & multum laudata à principe in hoc casu quarta 1. cap. 20. postea capiat lytargyrium spumarum & album effectum in succo fol. serpentariæ, quo sero tamen in introitu lecti totam faciem lineat, & hoc faciat 22. diebus, & si iuuerit, tunc facies sic: Minuatur alia vena superior temporis, postea liniatur facies hoc meo experimētō. ℞. sem. maluauisci recentium ℥. 3. Terantur vltima contritione, deinde supponatur gummi oliuarum, dissoluto modico aceto forti ℥ ß. styracis liquidæ ʒ. 3. ol. de frumento facto secundum artem ℥. 2. cort. medianæ vlmi exiccatæ & puluerizatæ ℥. i. ß. per linimentum, qua tota facies, per noctem vncta maneat, mane autem lauetur cum aqua ciclaminis, cuius magna est certo ad suprascriptas res, vis ipsius enim aut succus aut aqua faciē decoret, facto hoc linimento per xv. dies, si non iuuerit, faciat hoc vltimum. ℞ rad. serpentariæ ℥. 2. incorporentur subtiliter scissæ in aqua rosarum, muscata vt prius & exiccentur vt prius, postea addatur ossis sapiæ puluerisatæ vt alkohol ʒ. 1. & iterum vt prius incorporentur & exiccentur, & cum opus fuerit dissoluas vnum in aqua ciclaminis & faciem linias, quia non fallet te bis in die.

*Vnguentum pulchrum ad excoriationem narium à catarrho salso.*

♃. Amyli de hordeo ℥.ß lythargyrii spumificati ʒ 6. cuthiæ præparatæ, cerussæ ʒ.i ß. ol. de vitellis ouorum ℥ i. terantur & agitentur diu in mortario plumbeo, & sero nares lineantur, mane vno lauetur cum decoct. sem. melon. non excort. & cocto lauentur,

*Vnguentum in calculo.*

♃. Mucilag. althææ lini fænugiæci ana ℥. ß. medullæ cruris vituli, porci sine sale, gallinæ tassi, anatis ana ʒ.3 resinæ terebinthinæ ana ℥ ß ol. de scorpionibus ℥ 2. camomillæ amygd. dulcium, ana ℥.i.ß, laudani ℥.i. ceræ q. sufficit fiat vng. molle, quod si cerotum facere cupis, adde plus de cera & linitum super corium interbastatum die solum portetur.

*Vnguentum ad spasmum, paralysin neruorum contractionem ex repletione, factis tamen antea euacuationibus & balneis diaphoreticis.*

♃. Olei mustellini ℥.i. petrolei ℥. ß. communis butyri sine sale ana ℥. 4. ceræ ℥.2. storacis calamitæ, benzui, mastiches, olibani gr. hederæ, ana ℥. ß. liquefacienda liquefiant, deinde storaces ponantur & fiat vnguentum.

*Vnguentum sanguinis restrictiuum.*

♃. Thuris drac. 2. aloes ʒ.i. albuminis oui q s. pilorum leporis subtiliter incisorum scrup. 4. fiat vnguentum vulneri imponatur.

*Vnguentum ad vulnus & puncturam neruorum.*

♃. Centaureæ minoris lanceolatæ, pilosellæ consolidæ vtriusq; ana m.i. vermium terrest. ℔.ß. ol. communis ℔.i. vini ℔.i. ß. pistentur & misceantur stentque insimul per 7. dies, deinde. ♃ seui arietini mundati ℔. i. picis nigræ resinæ ana ℥. 3. armoniaci, galbani opopanacis in aceto dissolutorum ana ℥. ß. bulliant donec vinum & acetum sit consumptum, coletur & vbi aliquoties infrigidatum fuerit: adde terebynthinæ ℥. i. ß. thuris, mastiches, sarcocollæ ana ℥.ß croci ʒ.2. duces cum spatula, donec infrigidetur, est enim pretiosum.

*Vnguentum*

*Vnguentum ad vlcera gingiuarum.*

♃. Decocti fol. oliuarum, abluantur & leuiter ex eo dentes fricentur, postea hoc linimento vngantur. ♃. vtriusq; aluminis salis adustorum, gallarum, psidiæ, cupularum glandium, cinnamomi, caryoph. aristol. saluiæ, ros. ossium dactyl. tibiarum cancrorum adustorum ana ℈ i. fiat alkohol, deinde cum aceto squillitico & melle ros. q. s fiat linimentum pulchrum.

*Vnguentum certum & nobile ad scabiem, tineam, scabiem fœdam, & vniuersaliter omnem cutis faditatem.*

♃. Hellebor. vtriusq; sulphuris viui atramenti, auripigmenti lythargirii, cathimiæ viuæ vitrioli aluminis, gallarum fuliginis clauill. ana ℥ ß. argenti viui extincti virid. æris ana ʒ 2. puluerisentur & bulliant in succo borrag. scabiosæ, fumiterræ, lapatii acuti aceti ana ℥ 3 olei antiqui ℔ i. vsque ad succi consumptionem, in fine addatur picis liquidæ ℥ ß. ceræ q s fiat vnguentum molle, lauetur tamen antea corpus cum aqua salsa aut decoct. lupin. & staphisag. aut lauetur cum aqua fortiori caput aut totum corpus, quære in litera A fol.

*Vnguentum ad idem.*

♃. Adipis vrsi, vaccæ ana ℥. i. stercoris muris ℥. ß. granorum iuniperi ℥ 2. aranearum adustarum ʒ. 2. picis liquidæ, olei ana q. s. fiat linimentum.

*Vnguentum ad idem.*

♃. Axungiæ antiquæ porci dissolutæ in succo acetosæ ℔. i. olei communis, picis liquidæ ana ℔. ß succi abrotani, succi menthæ saracenicæ, succi fumiterræ, succorum lapatii, erucæ mercurialis ana ℥. i. aluminis vitrioli, gummi hederę combusti, fuliginis baumach, vsti tartari, aloes ana ℥ ß. Misce, fiat linimentum, vt supra.

*Vnguentum ad hyposarcam expertum.*

♃. Olei de absynthio ʒ. 6. mastichini ʒ. 2. de spica ʒ. 1. ciperi, squinanthi, spicæ, ligni aloes ana ʒ. ß cinnamomi, ros. rubr. ana scrup. ß ceræ q. s. fiat vnguentum.

*Vnguentum resolutiuum in materia calida.*

♃. Olei camomillini, ceræ ℥.ß. pulueris camomil. anethi ana ʒ.2. axung æ, anatis, gallinæ ana ʒ. 6. fiat linimentum.

*Vnguentum ad leprosos.*

♃. Vnguenti citrini ℥. 6 pingued. serpen. ℥. 4. ol. ros. myrtini, populeon ana ʒ.i.ß. misce, vngatur membrum post balneum, quære in litera B. fol.

*Vnguentum ad morpheam.*

♃. Succi chelidoniæ saponis albi, vnguenti albi camphoræ ana ℥.i.f. vnguentum.

*Vnguentum ad combustionem ignis mirabiliter consolidans & exiccans.*

♃. Calcis viuæ septies lotæ in aqua frigida donec acuitatem perdat ℥.1.s.q. olei ros. ducatur in mortario, fiat vnguentum, expertum est.

*Vnguentum ad idem expertum & præcipue aquæ ignis & olei.*

♃. Succi solatri endiuiæ, virgæ pastoris aq. ros. hæc prohibent vesicationem, aut fiat cum vitellis ouorum, olei ros. succo solatri & est bonum. Si autem locus vesicatus fuerit aut vulneratus tunc sic fit. ♃. Calcis viuæ ℥.i. olei ros. q. s. ducatur diu iu mortario & fiat vnguentum. Calx abluitur sic, supra ea aqua frigida, donec operiatur, & sic per tres horas dimittatur, donec parum infrigiderur, deinde aqua illa proiiciatur & alia superponatur, hoc autem septies fiat, donec acuitas sedetur. Nota pulchra potens in combostionem ignis, olei aut aquæ, item calcis ablutionem.

*Vnguentum nobile & dignum ad plagas difficilis curationis.*

♃. Æris vsti, antimonii, plumbi aluminis, vstor. balaust. gallarum sang. draconis, rad. curcumæ, cathimiæ, argenti serici vsti lumbricorum terrestrium siccator. ana ʒ.1. cerussæ ℥. 2. lythargyrii ℥. 3. puluerisati, & cum oleo ros. & aceto ana q.s. ducti in mortario plumbeo, donec spissetur & tumescat, postea cætera addantur & fiat vnguentum.

*Vnguentum*

*Vnguentum nobile & magnum secretum in consolidanda cute, & in omni vulnere malo*

℞. Aquæ aluminis si autem in sola cute est. ℞ aquæ plantaginis, camphoratæ & modicum aluminatæ, aquis istis vlcus bene lauetur, deinde superponatur lamina plumbea ad magnitudinem vlceris, & bene ligetur, quia mirabiliter operatur. Finge autem quod sit aliud propter vulgares, quia nihil apparent, nisi quod sumptuosum est. Quod autem honores habuerim cum isto auxilio, ille scit qui nihil ignorat.

*Vnguentum vtile ad tineam*

℞. Lythargyrii, minuæ calchimiæ vitrioli, auripigmenti, cupressi, fuliginis, viridæris ellebori vtriusque, aluminis, gallarum ana ℥ ß argenti viui extincti ℥. i. picis græcæ olei nucum ana ℔. ß. succi lapatii, fumiterræ, scabiosæ, borraginis ana ℥. 3. bulliant cera pix oleum in simul, deinde cætera addantur, fiat vnguentum.

*Vnguentum probatum ad alopeciam.*

℞. Succi calcid ℥ i. puluer. sing. hirungarum vstarum lacertæ viridis vstæ, talparum apum vstarum, solearum vstarum setarum porci combustarum virid æris ana ℥ i. mellis q. s. fiat vnguentum, quod probatum est.

*Vnguentum certum & verum Hugonis contra paralysin & contractionem neruorum*

℞. Saluiæ, absynthii, caryoph menthæ, sauinæ, marrubii, lauendulæ, fabrifugæ, tanaceti, eupatorii, herbæ S. Petri, stœcad. arab. citrini teromand. maioris, rad huisti. i, menthæ, mentastri, mel ssæ ana m. i rad brancæ vrsinæ maluauisci ana m. 3. ba carum lauri sem. lini fœnugræci ana ℥. 2. ß. agni casti ℥. i. ß. pimpinellæ, gent anæ, rad valerianæ tenerrimarum fol. maluæ ana m. i. summitatem iuniperi cum granis eius m. 3. decoquantur in aqua & vino albo parum, vsq; ad consumptionem medietatis, colentur, postea addantur axungiæ, gallinæ, anseris, anatis, arietis, porcinæ, vaccinæ, ana quartam semis. Taxi vulpis ana ℥. 2 bdellii galbani in vino infusorum ana ℥ 3. olei de castoreo, de spica, de iunip. ana ℥. i ß. limacinarum, ceræ rubeæ ana quartam vnam bulliant iterum in simul, vsq; ad aquæ & vini consumptionem, vltimo gummi addantur,

dantur, & fiat vnguentum, quo calide nerui & membra contracta vngantur, potes si placet addere linimentum de pipere longo ℥.2.& pulchrius erit.

*Vnguentum ad spasmum & paralysin.*

♃. Euphorbii ℥.i.pyrethri,thuris,myrrhæ, aloes, mastiches ana ℥.ß. ol. laurini sambuccini de pulegio communis ana ℥.2,ceræ q. s. fiat vnguentum molle, vngatur spina collum & ceruix.

*Vnguentum ad idem optimum Hugonis.*

♃ Olei mustellini ℥ i.petroselini ℥.ß. communis butyri sine sale,ana ℥.2. storacis calchimiæ benzuini mastiches olibani gummi hederæ ana ℥.ß. ceræ ℥. i. misce fiat vnguentum.

*Vnguentum pretiosum ad duritiem quæ remansit, post fracturam ossium aut disloca- tionem.*

♃. Bdellii,opoponacis ana ℥.i.ß.in vino soluantur postea. ♃.pingued.porci sine sale ℥.2.anatis, anseris, gallinæ ana ℥.i.ceræ q.s. fiat ceratum.

*Vnguentum ad capillorum regenerationem & cutis perfectam mundificationem.*

♃. Cineris capillorum hominis ℥.i.fetis ol.lini aut nucum,mellis despumati ana ℥.3.myrtil.ʒ 6.sulphuris viui ℥.ß.staphisagriæ ʒ.2. euphorbii ʒ. ß.

*Vngnentum mirabile ad remouendum dolorem, vbicunq; fuerit.*

♃ Panem subtilissimum calidum,prout à furno egreditur,sume ex eo medullam,quam calidam in lacte pone deinde bene mollificatum exprime & loco dolenti appone,quia videbis mirabilia.

*Vnguentum ad spasmum expertum.*

♃. Ol.costini de piperibus ana ℥.2. de euphorbio, de lateribus ana ℥.i.terebinth.non lotæ ℥.4.ceræ q.s.fiat vnguentum.

*Vnguentum ad idem nobile, valens quoq; in paralysi*

♃. Ol.de lateribus,de piperibus ana ℥ 1.vulpini ʒ 6.de terebinth.de costo ana ℥.ß. ceræ q. suff. fiat vnguentum molle, quo vngatur membrum, facta tamen semper antea fomentatione, quam quære in litera F.folio.

*Vnguentum*

*Vnguentum ad remouenda frusta ossium corrupta.*

♃. Serapini.galbani in aceto dissolutorum, pulueris capsularum papaueris,pulu.flor. papau. rub. ol. nucum, frumenti,lilii, ceræ q.suff.

*Vnguentum ad idem.*

♃. Pulueris tartari, sepiæ, maxillarum & dentium lucii ana ℥.i.pulu.ossis humani combusti ℥. i. colophoniæ ʒ.2.ol.tartari ʒ.6. anethini ruthæ ana q. s. cum cera q.s. misce fiat vnguentum.

*Vnguentum stipticum stomachale, quod valet etiam ad fluxum album matricis.*

♃.Ol.ros.cithoneorum, mastichini ana ℥. i. balaust. ros.sumach,berberorum,myrtil.ana ʒ.ß. vini citon. ʒ. ʒ. bulliant omnia insimul vsq; ad vini consumptionem,colentur,intus addatur laudani ℥. ß galliæ mosch.des.Nicolai ʒ.2.ß moschi ambræ ana gran.2.ceræ q. sufficit fiat vnguentum molle, vngatur stomachus in viro,in muliere semper supra ventrem, ♃.vini rubri ℔.i.ß.maluatici ℔.ß.ros.rub.balaust.sumac.myrtyll. ana ℥. i. squinanthi, spicæ,calami,arom. mastiches ana ʒ.i. bulliant in simul.

*Vnguentum ad idem.*

♃.Ol,mastichini rosati,citon.ana ℥.i.troch. Ramich. ʒ.2.caryoph.corall.rub.ana ℈.2.muschi gr.2.ceræ.

*Vnguentum ad idem & albas humiditates.*

♃ Infrig. Galeni ℥. 2. succi semperuiuæ plantag. ros. ana ℥.ß.sumach,hypocyst spodii Troch.Ramich.ana ʒ.i. ol.mastich.citon.ana ℥.ß.ceræ q.s.fiat linimentum.

*Vnguentum ad generationem pilorum.*

♃. Talparum combustarum, cort. auell. nucum,castan.apium muscat.combust. ana ʒ 2. capill. ven. spicæ nardi,laudani ʒ i bulliant omnia in oleo laurino q.s. vsq; ad aliqualem spissitudinem, & locus scarificatus vngatur bis in die.

*Vnguentum ad dolorem capitis calidum*

♃.Ol ros.aceti aquæ ros.ana ℥.ß agitetur diu insimul, deinde tela in oleo infusa commissuræ capitis & parti dolenti applicabis.

*Vnguentum ad idem.*

♃.Fol.maluauiſci,ana drach.ij.puluerifentur, deinde capias telam infuſam in aquam roſ.& aceto, & eam puluere aſperge.

*Vnguentum ad idem.*

♃.Pſillij roſ.ana vnc.ß.album ouorum.

*Vnguentum nobile ad idem.*

♃.Sem.pſilli,papau albi ana drach i.ß.populeon.vnc. iiij.roſor. rub. ſandal. alb.& rub. flor. nenuph. ſiccorum ana drach. i. Terantur & in ſimul incorporentur, deinde pars anterior & commiſſura capitis epithimetur, ſi autem vigiliæ ſunt, potes addere opium lac papaueris in forma emplaſtri.

*Vnguentum ſomniferum.*

♃. Populeon vnc.i ol violati hyoſciami, mandrag. ana vnc.ß. croci drachm. ß. ceræ parum fiat vnguentum.

*Vnguentum ad dolorem & duritiem homorrhoidarum.*

♃ ping.anethi,gallinæ ana vnc.i.ol roſ vnc.ij.ceræ q.ſ.diſſoluantur & infrigidentur, poſtea addatur vitelli oui vnius opij drac.i croci ℈.i.f.vnguentum.

*Vnguentum pro ſplene.*

♃ ol.de capparibus vnc.i.ß.ſeſami drachm.vj.ſcolopendriæ,cort.cappar.endiuiæ,ſcariolæ,lactucę ana drac. ß.ſem.agni caſti ℈.iiij aceti parum,cerę q.ſ.fiat vnguentum.

*Vnguentum pro hepate temperatum.*

♃. Ol.roſar. de ſpica,nenuph.ana vnc.ß roſ.rub.ſpodij ana drach.i.ſand.alb & rub.ſem.plantaginis,portulacæ,ſpicæ,eupatorij ana drachm.ß. maſtiches ℈.i. ceræ q.ſ fiat vng.

*Vnguentum pro vermibus.*

♃.Abſynthij,lupinorum, ſileris montani, cumini ana drach.ij.nigellæ, centaureæ, doronici cornu cerui vſti, myrrhæ,praſſij matricariæ ana dra.i. aloes drac.ij.agarici drac.i.ß.ſucci arantiorum vnc.ij.ol.de abſynthio, amyg.

amar.

amar. de nucleis persicorum ana vnc. 3 de fellis tauri vnc. 1. ß. ceræ q. s. fiat vnguentum.

*Vnguentum stomachale.*

Recip. Ol. mastiches, nardini, citoniorum de mentha ana vnc. ß. de absynthio vnc. 2. mastiches caryoph. spicæ galangæ, nucis moschatæ, myrtillorum lambrus. menthæ ana drach. ß corall. ambr. absynth. ros. ana scrup. 1. ceræ q. s. fiat vnguentum.

*Vnguentum pectorale.*

Recip. Pingued. anatis gallinæ ana drach. 6. butyri sine sale vnc. ß croci drach 1. ol. viol. vnc. 1 ß. ceræ parum, fiat vnguentum molle, quod postea lauetur bis cum aqua hordei tepida pulchrum est in sputo facilitando.

*Vnguentum pectorale temperatum.*

♃. Olei amigd. dulc sesamini, viol. ana drach. 6. pingued. gallinæ, butyri sine sale ana drach 3 croci scrup. 1. misce, bis lauentur cum aqua violata, deinde ceræ albæ q. suff fiat vnguentum.

*Vnguentum bonum ad lumbricos.*

Recip. Succi menthæ vnc 2 succi centaureæ, cotonici fol. lupinor. ana vnc. ß. gentianæ, absynthii ana drachm 1. diptami sem. sancti ana drach 3 aloes, drach 2. f. l. is tauri vnc. 1. olei mastichini de absynthio, de nucleis persicorum ana vnc 1 succi arant. vnc. 2. ceræ q. suff. fiat vnguent. molle cum gr. musci.

*Vnguentum aliud pro vermibus.*

Recip Succorum persicariæ, absynthii, abrotani, centaureæ ciclaminis, fol. persici, fol. lupinor. ebul. cort. granat. ana vnc. 1. porrorum non transplantatorum vnc. 2. nasturtii aquatici vnc. 3. aceti fortissimi vnc 2. ceræ qu. s. fiat vnguentum, sic fiat: bulliat cera cum oleis, & cum incipit tepefieri, addantur species diligentissime tritæ & bulliant cum succis, vsque ad consumptionem, fiat vnguentùm in fine addatur muscus.

*Vnguentum de semperuiuo, valens in febribus acutis & renibus multum calefactis.*

Recip. Ol viol. ros. ana vnc. 1 ping. anseris vnc. 6. succi semperuiuæ vnc. 3. bulliant vsque ad succi consumptionem postea adde croci ℈. 1. camphoræ ℈. ß. misce vngantur renes & spina dorsi, qui semper calefacti sunt.

*Vnguentum appropriatum scissuris manuum in hyeme.*

♃. Ol. ros. ceræ albæ, thuris masticheś ana vn. ß. pulu. sicuti alkohol.

*Vnguentum mitigatiuum doloris in combustione ignis.*

♃. Olei omphacini, ros. ana vnc. i. ß. vitell. ouorum num. vi. croci gran. vi. agitentur diu in simul, deinde tela intus madefiat & applicetur loco, aut inuncto vnguento de calce potes dimittere oleum omphacinum & tenere rosatum.

*Vnguentum ad idem.*

♃. Ol. ros. vnc. iij. boli vnc. ß. misce fiat vnguentum.

*Vnguentum ad pustulas totius corporis.*

♃. Cerussæ lotæ, fuliginis, lythargyrij, gallarum, myrrhæ, aloes ana vnc. ß. Terantur vt alkohol, postea cum oleo nucum & myrtino ana q. s. fiat, &c.

*Vnguentum ad dolorem renum.*

♃. Spicæ nardi, dauci anethi milij solis ana vnc. ß. amyli drac. vi. vitelli ouorum nu. ij. fiat vnguentum molle in mortario plumbeo.

*Vnguentum ad imprægnationem.*

♃. Galliæ moschatæ, coaguli leporis, sang. draco. ana vnc. ij bdellij drac. i. castorei drac. ß. laudani drac. iij olei laurini, nardini, nasturtij, myrtini ana vnc. i. ß. ceræ q. suf. fiat vnguentum molle.

*Vnguentum calidissimum contra apoplexiam & paralysin.*

♃. Vnguenti Martiati vnc. i. ß ol. de euphorbio, de costo benedict. laurini ana vnc. i. pulueris pyrethri, sinapis, piperis, costi, zinz. ana dr. i. ß. euphorbij dr. i. axungiæ vrsi, taxi ana dr. ß. ceræ q. s. fiat vng. elegans certe.

*Vnguentum ad dealbandam faciem & remouendas lentigines & phlegma salsum*

♃. Boracis, drac. ij. camphoræ, coral. alb. ana dra. i. j amygd. amar. drac. ß. vmbilici marini tragacanthi, amyli, gummi arab. crystalli, marmoris gallarum, enthalis, denthalis, nitri dr. i ß. porcellæ dr. ij. Terantur omnia vt alkohol & cum axungia gallinæ ℔. i. fiat vnguentum.

Vnguen-

*Vnguentum ad rubedinem & lentigines faciei.*

℞. Zinz. albi, salis vsti, sulphuris viui, baccarum lauri, camphoræ ana dr. ij. Terantur & cum axungia gallinæ, q. s. fiat vnguentum, & cum patiens lectum intrat, faciem aqua calida lauet, & exiccari permittat, tum vngat vnguento faciem, & permittat exiccari, deinde quarta die iterum lauet faciem aqua calida.

*Vnguentum ad fluxum sanguinis per anum.*

℞. Accatiæ, mastiches, thuris, boli armeni, terræ sigillatæ, sang. dracon. ana drac. i. telæ araneæ, pilorum leporis aliqualiter combustorum, myrtillorum, gallarum ana dra. i. cum cera & ol. myrtino q. s. fiat vng. postea fiat suppositorium ad formam parui digiti, & hoc vnguento vngatur, & in anum intromittat. Non sit autem valde grossum.

*Vnguentum pulchrum ad vermes.*

℞. Absynthii, lupinorum, sileris montani, cumini, nigellæ, centaureæ minoris, doronici, cornu cerui, vsti, myrrhæ ana vnc. ß aloes dr. vi. agarici dr. i succi arant. vn. i. ol. de absynthio amygd. amar. de medullis persicorum ana vnc. iv. fellis vnius tauri bulliant s. l. & succus, vsque ad succi fere consumptionem, & ceræ q. s. fiat vnguentũ molle. Hoc vnguentum pulchrum frangit potenter lapidem & calculum.

*Vnguentum elegans anodynum ad renum dolorem.*

℞ Ol. de violis citrinis ℔. ß. amygd. dulc. de sesamo ana vnc. iii. butyri recentis vnc. ii. croci drac. ii. ceræ albæ, vnc. ii. fiat vnguentum, in cuius facie addantur vitelli ouorum n. iii. Misce hoc vnguentum dolorem renum sedat & pectori maxime valet.

*Vnguentum ad omnia genera vermium expertissimum.*

℞. Succi menthæ vnc. ii succi centaureæ lupinorum centonici ana vnc. ß. gentianæ, absynthii ana dra. i. diptami, sem. sancti ana dr. iii. fellis tauri vnc. i. ol. mastichini, de spica, de absynthio ana vnc. i. omphacini, panis assi in aceto infusi & expressi ana vnc. ii. succi arantiorum, vnc. i. ß. ceræ albæ vnc. iii. Coquantur cera, oleum & succi, & cum infrigidati fuerint, addantur spec. cum gr. iii. musci, & fiat vngu. extendatur late & supra vmbilico ponatur, quia omnes vermes interficit, *Vnguen-*

*Vnguentum ad omnem dolorem calidum oculorum.*

♃. Thutiæ præparatæ, in aqua rosar. vnc.ß.axungiæ porcinæ recentis sine sale vnc.iij.amyli drach. vi.agitentur diu in mortario conterendo, deinde abluantur tribus vicibus in aqua solatri & liniantur intus & extra palpebræ & extra tempora & palpebræ.

*Vnguentum de anthera stipticum.*

♃. Antheræ drachm. vi. rosar. rubr. balaust. gallar. cort. granat nucis cupressi, gummi arabici, myrrhæ, myrtill. tragacanth. terræ sigillatæ, coriandri præparati, boli sand.rub. ana vnc.ß.sang.draconis, mastiches, thuris, hypocystidos ana drachm.iij. acatiæ sumach ana vnc.ß.bdellij,spodij,coral.rub.ana drachm. ij camphoræ ℈ i.cupularum glandium drachm.vi.ol.rosſ.℔.i.myrtini, mastichini, citoniorum ana vnc. iij. carabæ, sem.plantag.ana vnc.ß.q ſ.fiat vnguentum molle.

*Vnguentum ad debilitatem stomachi & malam digestionem.*

♃. Ol.nardini, mastiches, camomillæ de mentha de absynthio ana vnc.ij.citonior.vnc.iij.rosati drachm.ij.ß. macis,mastiches, coryoph. nucis mosch. cardamomi vtriusque galangæ,ligni aloes ana drach.ij.coral. rub.coriandri præparati,rosſ.rub.spicæ ana vn.i.ß. summitatum absynthii,menthæ,camomillæ, squinanthi ana drach i. vini rub.vnc. viij. Terantur species & bulliant omnia in simul,vsque ad vini consumptionem, deinde adde ceræ q.ſ.fiat vnguentum cum vnc. ß. panis assi in aceto infusi postea bene expressi.

*Vnguentum pectorale.*

♃. Ol. de sesamo, amygd. dulc. ana vnc.i. croci ℈.i. viol.enulæ farfarellæ,ireos,anisi, fœniculi ana ℈.ß. ceræ q.ſ.fiat vnguentum.

*Vnguentum stomachale stipticum temperatum.*

♃. Olei mastichini de myrtho ana vnc. i. citoniorum vnc.ij.coral. ambor. rosſ. spodij, galliæ moschatæ sandal. ana scrup.i.ceræ q.sufficit,resinæ parum fiat vnguentum.

*Vnguentum expertum ad paralysin & laxitatem neruorum.*

℞. Ol. de costo liliorum alborum ana vnc. ij. ambræ drac. ß. ceræ q. s. vngatur locus deorsum à collo vsque ad sphincterem, videbis mirabilia certe.

*Vnguentum ad torturam oris elegans.*

℞. Ol. de costo vulpini ana vnc. i. ß. de sesamo vnc. ij. de stœchad. pœoniæ ruthæ abrotani ana vnc. i. cera & herbarum oleo si destitueris herbas capias.

*Vnguentum magistrale officinarum cuiusdam chirurgi Dominici.*

℞. Cerussæ lotæ lythargyrij loti ol. ros. myrthini ana lib. viij. thuris vnc. xv. vel xx ceræ albæ ℈. iii. succi solatri lib. v. misce & coque ad consumptionem; succi diluuntur oleo aliquo astringente, & pars eo illinetur, valet contra dolorem compositum.



FINIS.



INDEX

# INDEX REMEDIORVM ET RERVM MEMORABILIUM, quæ hoc opere continentur.

A.


quæ

stipti-

eua-

 i3

Ad co-

cordia-

F.

quartana

aliud

## G.



## H.

L



M.



*vlcera*

*Morborum*

ad ab-

*ad fran-*

*capi-*

*cura-*

Synan.

*nobilis*

dolor

ad

exper-

aliud

quo

E P








FINIS.

